201
34 D
34

HOMERI CARMINA

CVM BREVI ANNOTATIONE

ACCEDVNT

VARIAE LECTIONES ET OBSERVATIONES VETERVM GRAMMATICORVM CVM NOSTRAE AETATIS CRITICA

CVRANTE

C. G. HEYNE

TOMVS QVINTVS

LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIA
LONDINI
APVD I. PAYNE ET MACKINLAY
MDCCCII

VARIAE LECTIONES

ET

OBSERVATIONES

IN

ILIADEM

CVRANTE

C. G. HEYNE

VOLVMINIS PRIMI PARS SECVNDA

LIB. V—IX

LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIA

LONDINI
APVD L PAYNE ET MACKINLAY
MDCCCII

Digitized by Google

IN ILIADEM
VARIAE LECTIONES
ET
OBSERVATIONES

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

IN LIBRVM V. ILIADIS VARIAE LECTIONES ET OBSERVATIONES

Inſcriptus liber antiquitus ἡ Διομήδους ἀριστεία. Recitatur nomen iam ab Herodoto II, 116. ſed laudatis verſibus ex Il. Z, 289 ſq. Quare eo loco illud e margine adſcriptum eſſe cenſuere viri docti. Mihi probabilius viſum, Διομήδους ἀριστείαν complexam eſſe non modo quartum, ſed et partem libri quinti, in qua Diomedis et Glauci pugna ad idem argumentum ſpectat. Nec, niſi a 237 nouum argumentum procedit: ἡ Ἕκτορος καὶ Ἀνδρομάχης ὁμιλία. Facile itaque ſuſpicio mouetur, Diomedis pugnas ſingulare aliquod carmen conſtituiſſe; idque, in Iliadis contextum receptum ab auctore, qui in XXIV libros distribuit, male diremtum eſſe.

1. Quaeſtionem inanem agitant grammatici in Sch. A. B. cur Diomedem, non Aiacem, quem B, 768 ſecundum ab Achille nominat, loco principe illuſtrauerit poeta; quaſi hoc eſſet, quod ei ſequendum fuiſſet. Aiacem ſeruauit in ſuum locum, tuendis nauibus et Patrocli corpori reportando. Ita paullo poſt v. 2. argutantur in definiendo discrimine τοῦ μένους et τοῦ θάρσους. Sufficiebat dicere, hoc ad animum, illud ad corporis robur ſpectare. Repetunt eadem Euſtath. et ex parte Sch. br.

ἔνθ' αὖ. Recte Sch. br. τότε δή, ἐπίρρημα χρονικόν. ἄλλως δὲ ἐνταῦθα τοπικόν. Etiam Apollon. Lex. ἔνθα. ἐπὶ μὲν τοῦ τότε χρονικῶς· ἔνθ' αὖ Τυδείδης. Similia Etymol. in ἔνθα. et Ammon. p. 52. Alterum αὖ pro δὴ ipſe Apollon. notauit: αὖ. δή. ἔνθ' αὖ Τυδείδης.

2. δῶκε μένος καὶ θάρσος. Apollon. Lex. μένος. — ἐπὶ δὲ τῆς ἰσχύος· δῶκε μένος καὶ θάρσος. De discrimine harum vocum v. ad vſ. antec. Gregor. p. 198. laudat μένος ἠδὲ θ. quod nec placere poteſt, ſi reſinxeris ἰδέ. Vulgata lectio eſt quoque ap. Maxim. Tyr. diſſ. XIV, p. 258.

ἵν' ἔκδηλος μετὰ πᾶσιν. Sch. B. pro ἐν πᾶσιν. vt Δ, 341 σφῶϊ μέν τ' ἐπέοικε μετὰ πρώτοισιν ἐόντας.

3. Ἀργείοισι γένοιτο ἰδὲ κλέος — Offendit hiatus, quem Homerus reſpuit. Facilis eſt medela iam a Bentleio adſcripta: γένοιτ', ἠδὲ — etſi numeris verſus mutatis: quos ſi mutari nolis, dicendum eſt, caeſura in medio verſu hiatum leniri. Legerat quoque ἰδὲ Apollon. Lex. h. v. verſu laudato.

κλέος ἐσθλὸν ἄροιτο. Apollon. Lex. ἄροιτο. ἀπενέγκοιτο. λάβοι, hemiſtichio adſcripto. Miror vocem hanc grammatico dignam notatu viſam!

4. δαῖε οἱ ἐκ κόρυθός τε καὶ ἀσπίδος ἀκάματον πῦρ. Zoili Epheſii reprehenſio memoratur ad h. v. a Sch. A. Sch. br. et Euſtathio, quod riſum inducat ignis ex Diomedis humeris ardens; ita enim metuendum fuiſſe, ne conflagraret." Si reliquae huius hominis cenſurae huic ſimiles fuere: non aegre ferendum eſt, obliuione eas deletas eſſe. Altera tamen ex parte grammaticorum gregem (Euſtathius prorſus delirat) rem parum expediiſſe dixeris reſpondendo, eſſe omiſſum ὡς; non videntes, ita vim phantaſmatis poetici infringi. Immo ipſe armorum ſplendor mirabilis et terribilis ſtatim dilectu verborum ſenſibus obiicitur. Similis, ſplendidior tamen, locus eſt Σ, 205 ſq. de Achille. In Ven. B. ad vſ. 7 ζήτησις et λύσις eſt alia, non diſſimilis, non minus abſurda, et indocta quam illa, modo memorata.

δαῖε οἱ — πῦρ. poſſit ſane actione immanente accipi, *ardebat ignis:* vti δαίειν, φλέγειν, adhibentur: v. c. Apollon. III, 773. IV, 1174. vbi cf. Brunck. ſicque in Homero δέδηε. δεδήει πῦρ. Verum δαίω in Homericis *transitiue* dicitur, vt I, 211. Patroclus δαῖε πῦρ μέγα.

Ita et h. l. Minerua ἔδαιεν, ἔκαιε, πῦρ, quod manifestum fit vſ. 7. quo repetitur, τοῖόν οἱ πῦρ δαΐεν — ὦρσε δέ μιν. et clarius Σ, 205. 6 de Achille: ἀμφὶ δέ οἱ κεφαλῇ νέφος ἔστεφε δῖα θεάων χρύσεον, ἐκ δ' αὐτοῦ δαΐε φλόγα.

Tandem δαΐέ οἱ, in antiquioribus codd. conſtanter ſcriptum eſt; nec niſi in recentioribus eſt δαΐεν οἱ. Alii δαΐέ δ' οἱ, quod et apud Suidam eſt, interpolarunt: v. ap. Euſtath. p. 514. Illud δαΐέ οἱ manſit ex digammo δαιε ϝοι. Mirum autem, in hoc ſolo οἱ veteres poetas et grammaticos Alexandrinos τοῦ digamma veſtigia ſervaſſe, nec adſciuiſſe τὸ νῦ. Sic Apollon. Arg. I, 1234 πρὸς γάρ οἱ οὔ οἱ II, 290. et alia aliis locis. Huius generis loca collegerat Doruill. Vann. crit. p. 393. De Homericis v. Excurſ. VII. ad Il. A.

5. ἀστέρ' ὀπωρινῷ ἐναλίγκιον ξ— „quod caniculam dicit poeta" Sch. A. Etiam Apollon. Lex. ἀστέρ' ὀπωρινῷ. τῷ κυνὶ λέγει, τῷ κατὰ τὴν ὀπώραν Φαινομένῳ. cf. X, 26. 27. Male Sch. B. Arcturum intelligit; meliora tamen idem mox apponit; nam Cleandrum, ait, Syracuſanum ἐν τῷ περὶ ὁρίζοντος (de quo nihil aliunde conſtare vidi) dixiſſe, Homerum h. l. primam notionem horizontis, etſi verbo non appoſito, propoſuiſſe; eſſe enim, λαμπρὸν παμφαίνῃσι λελουμένος Ὠκεανοῖο, nihil aliud quam: exoriens, ὑπερκύψας τὸν ὁρίζοντα. Itaque et Aratum ex h. l. dixiſſe de horizonte, ὑψόθεν Ὠκεανοῖο. (vſ. 26. vbi v. Schol.)

ἀστέρι ὀπωρινῷ, quod et Heſych. habet, in antiquis exemplaribus ſcriptum fuiſſe teſtatur Euſtathius, vt et K, 277 ὄρνιθι Ὀδυσσεύς. (ſaltem Ὀδυσεὺς) Notabile quoque, quod in ὀπωρινὸς penultima producitur; Clarke obſeruante. ſcilicet τὸ νῦ pronuntiando geminari potuit.

In ὅς τε abundare τε ipſe Sch. A. obſeruat.

6. ὅς τε — λαμπρὸν παμφαίνῃσι. ξ— „ἡ διπλῆ, ὅτι ἀντὶ τοῦ παμφαίνῃ. πλεονάζει δὲ Ἴβυκος τῷ τοιούτῳ. (h. e. ſaepe haec forma apud Ibycum occurrit.) Non ſtatim aſſequaris, quomodo tam leuis res notari potuerit, ſi de

paragogico σι cogites. Enimuero obſernatio veterum fuit haec: occurrere interdum tales coniunctiuos pro indicatiuo, idque fieri dialecto Rheginorum, et eo ſaepe vſum eſſe Ibycum, (vtpote Rheginum) v. Euſtath. ad Od. H, p. 1576, 68. ex Heraclide Alexandrino. Etymol. in παμφαίνησι. Adde Lesbonactem de ſchemat. p. 179. Scilicet dicendum erat: Rheginis in vſu fuiſſe antiquam formam, cuius exempla etiam in Homero occurrunt. Poſt omnia haec ſuſpicor male doctrinam iſtam huc retractam eſſe, cum vitio exarari coepiſſet παμφαίνῃσι, pro antiqua forma παμφαίνησι ex φαίνημι. Vſus enim verborum in μι fuit latiſſime ſparſus.

λελουμένος Ὠκεανοῖο. Sch. A. et B. ἐλλείπει ἡ ἐξ. (Laudatur mox πέμψεν ἐπ' Ὠκεανοῖο ῥοάων leg. πέσονται ex Il. Γ, 5.) *lucet nitidus ex lotione.* Praeſtat tamen iungere παμφαίνησιν ἐξ Ὠ. oritur ex Oceano.

7. Τοῖόν οἱ πῦρ ὀπῖεν. Laborant Clarke et Doruille in productae ſyllabae cauſſa exquirenda. Scilicet fuit τοιον ϝοι. In fine verſus non interpungendum eſt plene, ὀπῖεν et ὦρσε δὲ ſunt iungenda, hoc copulatiue, καὶ ὦρσε.

10. ἱρεὺς Ἡφαίστοιο. Alii recentiores ἱερεύς, vt Vrat. A. ſic ſaltem ιε vna ſyllaba eſt pronuntiandum. Sch. B. monet ἱρεὺς eſſe pronuntiandum; hoc idem ex Herodiano et Apione Euſtathius. Si hoc Ionicum fuit, dicendum eſt, aut vſum variaſſe, aut Ionicam formam eſſe corruptam in Homericis, in quibus vbique modo ἱρὸς, modo ἱερὸς, occurrit; ſic et variat lectio in Herodoto.

11. μάχης εὖ εἰδότε πάσης. quid ſit v. ad B, 823.

12. τὼ οἱ ἀποκριθέντε ἐναντίω ἐρμηθήτην. Primo, ἀποκριθέντε ſine ν multi contra metrum, etiam Lipſ. Vrat. a. et ed. Rom. Porro ἀποκριθέντε ἐναντίω turpem infert hiatum. Ad veriora ducit cum ipſa coniectura, tum Bentleii auctoritas et memoratus ab ipſo Harlei. in quo ſuperſcriptum — τες. Interpretantur quoque ἀποχαρισθέντες Sch. br. et Euſtath. Legitur ἐναντίον in Sch. br. (laudato tamen altero quoque) Vrat. A. Lipſ. a m. ſec.

et ed. Rom. Mori Capt. Harl.) Apparet adeo fuiſſe ἀποκριναθέντες ἐναντίον. praeeunte quoque Bentleio.

„γρ. ὡρμηθήτην“, Barnes. Sic quoque Vrat. b. c. Moſc. 1, Eton.

13. τὼ μὲν ἀφ' ἵπποιϊν. Bentl. malebat τοὶ μὲν —

17. ⸗ Diple ex Scholiis A. excidit; ſpectauit haud dubie ad verba οὐδ' ἔβαλ' αὐτόν. propriam vim τοῦ βάλλειν eſſe, eminus. In Vrat. a. ὁ δὲ δεύτερος, memoriae vitio.

19. στῆθος μεταμάζιον vna voce ſcribere iubent grammatici. Ergo fuere, qui μετὰ μάζιον? ſcriberent. Eſt autem ſupplendum: κατὰ τὸ μεταμάζιον.

20. Ἰδαῖος δ' ἀπόρουσε λιπὼν — δίφρον. Riſit et hio Zoilus poetam, quod Idaeus, qui fugere vellet, curru et equis, quibus melius fugere poterat, relictis pedes fugiſſe narratur. Reſpondent grammatici, A. B. Sch. br. multo ineptius. Simpliciſſimum erat dicere, quod in Nota poſui ad vſ. 21.

21. οὐδ' ἔτλη περιβῆναι ἀδελφειοῦ κταμένοιο. ⸗ quod τὸ περιβῆναι pro ὑπερμαχῆσαι, quodque idem eſt, ὃς Χρύσην ἀμφιβέβηκας A, 37. Apud Apollon. Lex. h. v. eſt, περιβῆναι. πεπτωκότος ὑπερασπίσαι. Addit his Heſych. ὑπερμαχῆσαι. item Etymol. Euſtath. Huc ſpectat quoque ἀμφίβασις inf. 623. cf. Apollon. h. v.

22. οὐδὲ γὰρ οὐδέ κεν αὐτὸς ὑπέκφυγε κῆρα μέλαιναν. Primo alterum οὐδὲ otioſum eſſe aiunt; atqui eſt: *non enim, ne ipſe quidem, effugiturus fuiſſet.* mox, alteram negationem ad rem, alteram ad perſonam ſpectare. A. B. Euſt. Sch. br. In γὰρ argutatur Clark. Supplendum eſſet ſic: *nam* ſi hoc feciſſet, vt protegeret fratrem, *caeſus et ipſe fuiſſet a Diomede.* Mox ἔρυτο v. Exc. IV. ad Il. A, p. 179.

24. Tenue eſt, ſemel tamen monendum. Eſt h. l. inter var. lect. et variat vbique ſcriptura, ἀκαχήμενος (quod h. l. habent edd. Flor. Ald. 1. Rom.) et ἀκαχημένος, quod Ald. 2. intulit. Expedita tamen res iam ab Etymologo; eſt Homero non modo ἀκάχω et ἀκαχέω,

ſed et ἀκάχημι, ἀκάχημαι, frequentatum eſt; et inde ἀκαχήμενος. λυπούμενος. Sch. br. aiunt: Αἰολικῶς. h. antique. De ἀκαχμένος, ἠκονημένος, v. ad K, 135.

26. κατάγειν κοίλας ἐπὶ νῆας. Mirum quid in hoc tam notabile viſum ſit grammaticis vt enotarent. Apollon. Lex. κατάγειν. (haud dubie pro κατάγει) ἐπὶ τὸν ναύσταθμον ἀπάγειν. repetit eadem Heſych. et al. ibid. in Notis. Sane κατὰ, quoniam *deorſum*, verſus littus, via facta eſt.

28. ξ propter figuram υἷε Δάρητος, τὸν μὲν, τὸν δὲ, cum eſſe deberet: τῶν υἱῶν Δ. τὸν μὲν ἀλευάμενον (ἀλευάμενον eſt vitium, non varietas) τὸν δὲ κτάμενον. Habet hanc obſeruationem, eamque ornat, Euſtath. Similia iam ſup. vidimus ad Γ, 211 ἄμφω δ' ἑζομένω. ἀλευάμενον, ab ἀλέω, et pro ἀλεάμενον dictum eſſe docet ipſa ſcriptio; natum υ inter ε et α interiectum ex digamno. Notandum, ἀλευάμενον abſolute dici pro *Φεύγοντα*. — In παρ' ὄχεσφι tricas facimt grammatici, cum currus abactus iam tunc eſſet; itaque ad ſeqq. retulere haec verba. Non viderunt παρ' ὄχεσφι eſſe h. l. idem quod *ἐν in curru ſtantem* Phegeum percuſſerat Diomedes.

30. χειρὸς ἑλοῦσ' ἐπέεσσι. Antiqua lectio fuit ἑλοῦσα ϝεπέεσσι.

31. ξ quod Zenodotus ediderat τειχεσιβλῆτα, ὁ τείχη καταβάλλων. Enimuero ait grammaticus A. (etſi Euſtathius nil referre ait, eſſe vtrumque πολιορκητὴν) Neptuni hoc opus eſſe (τοῦ σεισίχθονος) at Martis τοῖς τείχεσι προστελάζειν (πρόσπλῆναι, a πλῆμι) καὶ ἐστὶν ἐπίθετον ἀνάλογον τῷ παρὰ Στησιχόρῳ πυλεμάχῳ. Gloſ. ſam repetunt Heſych. Etymol. Sch. br. Barneſ. pro var. laudat τειχεσιπλῆττα, et τειχεσιπλῆκτα. Scilicet ſi a πλήσσω ductum eſſet, deberet eſſe ὁ τειχεσιπλήκτης. — μιαιΦόνος. μιαινόμενος Φόνοις, *pollutus caedibus*. Sch. br. Etymol. Heſych. ex h. l. Non eſſe μιηΦόνος Ionice ſcriptum mireris; laudatur tamen haec forma ex Archilocho apud Euſtath.

Argutias grammaticorum ſuper Ἄρες, Ἄρες, productum et correptum, quae res paſſim notata, etiam in Suida, vide ap. Euſtath. adde Clark. Simpliciſſimum mihi videtur dicere, litteram caninam modo lenius modo concitatius geminando pronuntiatam fuiſſe: Αρρες, Αρες, etſi ſcriberetur Αρες, Αρες. Natura enim prior in Ἄρης breuis eſt. cf. ad M, 334. nihil autem frequentius geminatione conſonantium. Ixion altero loco ἀρὲς ſcribi voluerat, vt eſſet nouum vocabulum, pro βλαπτικέ. non enim vocatiuum geminatum ab Homero frequentari. οὐχ οὕτως δὲ ἔχει ἡ παράδοσις, adiiciunt Ven. A. et B. addit Euſtathius, etiam Ptolemaeum repugnaſſe. Petita haec eſſe ex Apione et Herodiano diſcimus ex Euſtathio, qui pleniora haec habet, in quibus et ob oculos ponitur varia voeis Ἄρης inflexio: Ἄρεος, Ἄρεως, Ἄρηος, et apud alios Ἄρητος, Ἄρου et Ἄρεω. Fuit etiam Ἄρευς, apud Alcaeum.

31. Verſus eſt apud Athenag. Deprecat. pro Chriſt. 17. 32. οὐκ ἂν δὴ Τρῶας μὲν ἐάσαιμεν καὶ Ἀχαιοὺς — Barnes: γρ. οὐκ ἂν δὴ καὶ Τρῶας. et οὐκ ἂν δὴ τοὺς Τρῶας ἐ. Scilicet vbique iam inde a Flor. editum erat οὐκ ἂν δὴ Τρῶας ἐάσαιμεν. Emendauit Turn. οὐκ ἂν δὴ καὶ Τρ. ἐ. at Steph. interponendo μὲν ante ἐασ. Hoc firmant codd. Ven. c. Schol. A. Vrat. a. b. (in Vrat. c. excidit μὲν) Townl. et haud dubie ceteri, e quibus nulla varietas notatur. Agnoſcit et Euſt. οὐκ ἂν δὴ τούς δε μεν. (fuit puto Τρῶας) Ceterum Barnes malo edidit ἐάσσαιμεν. cf. ad Δ, 42.

33. κῦδος ὀρέξῃ. ὀρέξει Vrat. c. et a pr. m. a. Euſt. et explicat δώσει, etſi eſt vitioſe editum ὀρέξοι. Mox ad νῶϊ δὲ χαζώμεθα 34. χασσώμεθα Barn. e Sch. br. laudat, vbi eſt χασώμεθα vitioſe.

36. ἠιόεντι Σκαμάνδρῳ. Male, quaſi ab ἴον ductum eſſet; *herboſum* reddunt grammatici, v. inpr. Heſych. h. v. non enim eſſe poteſt, niſi ab ἠιών, *ripa*, etſi nunc ſit ſimpliciter epitheton ornans a natura amnium, *amnis ripis ſeptus*. Nam ne hoc quidem vi vocis efficitur,

quod Etymol. habet: *ὁ καλὰς ἠϊόνας ἔχων.* Koeppen putabat ad altas ripas reſpici, quia *ἠιὼν* tantum de littore maris dicatur. Vt autem dictum putes pro *ἐπ' ἠιόνι τοῦ Σκαμάνδρου*, in Homero vix feram. Καμάνδρῳ mſſ. Mori. Barocc. Harl. vt alibi: v. B, 467.

37. ξ— quod *ἔκλιναν* eſt, *εἰς κλίσιν ἤγαγον καὶ κλιθῆναι ἐποίησαν.* Sch. A. *τρέπειν εἰς φυγήν*, v. Sch. Apoll. I, 76. Scilicet *κλίνεσθαι* non modo *μάχη* dicitur, ſed et *φεύγοντες.*

39. ξ— propter homonymiam nominis Ὄδιος. (ita enim et h. l. ſcribitur in Ven, vide ad B, 856.) ſc. quia alius inf. I, 171 Ὄδιος *κήρυξ.* Porro Sch. A. B. ſcribi volunt *παροξυτόνως*, Ὀδίος, vt diſtinguatur ab appellativo ὄδιος. Praeceptum hoc paſſim memoriae inſigunt grammatici. — Tandem, Ἁλιζώνων, adſpirate, ſcribere iubent Sch. A. B. *οὐ γὰρ* (leg. *οὕτω*) *ἱστοροῦνται λεγόμενοι.* v. ad B, 856. Sine adſpiratione tamen vocem ſcribunt alii, vt Vrat. b. c.

Verſus 41. *ὤμων μεσσηγὺς* in cod. Lipſ. in margine adſcriptus eſt; et vſ. 42 *δούπησεν δὲ πεσὼν* aberat a Veneto, Townl. Eton. qui tamen in marg. adſcriptum habet.

41. *διὰ δὲ στήθεσφιν ἔλασσε.* „forte *στήθευςφιν*, ait Barnes, vt *ἐρέβευςφιν*, I, 568.“ Scilicet recte ſtatuit eſſe dictum pro *διὰ στήθεός φιν*, quod eſſe potuit *στήθευςφι*, De hac paragoge v. ad Θ, 300.

43. *Φαῖστον ἐνήρατο.* Φαῖστος ſcribitur nomen viri, at Φαιστὸς, ſi eſt nomen vrbis, vt B, 648. Od. Γ, 296.

Pro Μύρσος *υἱὸν* legitur *τέκτονος υἱὸν* in Strabone IX, p. 633 C. errore forte ex vſ. 59. Μαίονος ſcribunt alii ex more.

44. Βώρου, *ὃς ἐκ* Τάρνης — Vrat. cum ed. Flor. Μώρου Ald. 1. cum mſſ. Mori Θώρου. At Βώρου inde ab Ald. 2. recte legitur; notum nomen ex fabulis. v. Apollodor. *ἐκ τ' ἄρνης* mſ. Mori. Gant. *ἐξ ἄρνης* Vrat. a.

Tarnen Maeonum, adeoque Lydiae vrbem fuiſſe, ex h. l. patet. Sch. A. B. br. Τάρνη, *πόλις Λυκίας* leg.

Λυδίας, ἣ νῦν Σάρδεις. Prius illud ſirmant alii, et ipſe Strabo IX, p. 633 C. Eſſe tamen Tarnen et Sardes eandem vrbem, alibi non reperio traditum. Tarnen pro Arne Boeotiae vidimus ſup. ad B, 507. Achaiae vrbem Tarnen Steph. Byz. memorat, vix cum fide; Atarnen Myſiae, Hermia tyranno claram, alii eandem cum Tarne, vt Ἀπαισὸς et Παισὰς eadem vrbs appellata eſt: v. Steph. Byz. his vocibus, et Euſtath. p. 356. l. 7. cum Heſych. et al.

46. ἵππων ἐπιβησόμενον. vt etiam pedeſtres ſcriptores ἐπιβαίνειν ἵππου malunt, quam ἵππου. v. ad Thom. Mag. p. 45. hi tamen de equo, Homerus de curru, quod etiam ἐπιβῆναι ὀχέων. δίφρου. Idem tamen quoque ἐς δίφρον ἀναβὰς Π, 657. quod pedeſtribus tantum de naui dicitur: ἀναβῆναι νηὸς vel ἐς νῆα, vel ἀναβῆναι abſolute, Homero et ipſum ſollenne. Singulare erat B, 351 βαίνειν ἐπὶ νηυσίν. ad q. l. vide.

47. στυγερὸς δ' ἄρα μιν σκότος εἷλε. Harlei. μιν μόρος εἷλε.

48. τὸν μὲν — ἐσύλευον θεράποντες. ἐσσύλευον vitium edd. ante Ald. 2. ἐσύλευον ἑσθλοὶ ἑταῖροι Cant.

49. υἱὸν δὲ Στροφίοιο Σκαμάνδριον. Iterum vt ſup. 36. B, 465 ſine ſibilo Καμάνδριον mſ. Mori. Barocc. Vrat. a. Moſc. 1. e corr. edd. Aldd. et hinc profectae; mutavit Turneb. ex ed. Rom.

αἴμονα θήρης. pro δαίμονα. ἔμπειρον. antiquatum iam grammaticorum aetate; nam omnes id illuſtrant: Etymol. Heſych. et ipſe Apollon. In Iliade eſt θήρη. θηρητήρ. θηρεύειν. nondum κυνηγεῖν. non niſi ſemel in Odyſſea occurrit κυνηγέτης. I, 120.

50. ἕλ' ἔγχει ὀξυόεντι. Erat ἔγχεϊ. ita hiatus exoritur. Emendat quoque Bentl. diphthongo reuocato.

ὀξυόεις a genere arboris ὀξύη abieti ſimilis; modo plura conſtarent, quam habere eam folia acuta, ap. Theophr. et Strab. XII, p. 857 B. adde Sch. br. Euſtath. Heſych. apud quem etiam ὀξυάκανθος memoratur. Pro haſta dicta ὀξύη occurrit ap. Eurip. Heracl. 727. et ap. Archilochum erat, ὀξύη πατᾶτο, (ſ. de haſta iacta) ap.

Porphyr. mox laud. Apion tamen ὀξυόεντι pro ὀξεῖ accepit vt ex Apollonii Lex. h. v. disco. Reprehendit hoc Porphyr. Qu. Hom. 11. et in Sch. B. ad Z, 201.

52. βάλλειν ἄγρια πάντα. ξ — quod manifeste βάλλειν est pro τυγχάνειν. Sch. A. etiam Suidas hoc versu laudato To. I, p. 413. in βάλλειν.

53. ἀλλ' οὔ οἱ τότε γε χραῖσμ' Ἄρτεμις ἰοχέαιρα. ξ — quod Zenodotus scripserat: — χραῖσμεν θανάτοιο πέλωρα. „sine sensu" addit Sch. A. Haberet quidem sensum; sed vsum non habet θανάτου πέλωρον. *mortis monstrum.* Alio modo Gorgon est δεινὸν πέλωρον. Od. Λ, 633.

τότε γ' ἔχραισμ' legerat Sch. A.

Vox ἰοχέαιρα negotium facessit etymo propter insertum ε, si ducitur ἀπὸ τοῦ χαίρειν τοῖς ἰοῖς, itaque aduocant alterum, ἀπὸ τοῦ χέειν τοὺς ἰοὺς, τὰ βέλη. v. Etymol. Hesych. Apollon. h. v.

54. οὐδὲ ἐκηβολίαι. vsum pluralis illustrant grammatici ad h. l. et B, 339 De ἐκέκαστο v. ad N, 431.

55. δουρικλειτὸς Μενέλαος. δουρικλυτὸς vitiose, vt alibi, plerique, ipsi Ven. cum Sch. A. B. et Townl. Eton. primus correxit Barnes rei metricae paullo curiosior. δουρικλητὸς Mosc. 3.

56. πρόσθεν ἔθεν φεύγοντα. Corruperunt sic grammatici Alexandrini aut antiquiores, cum esse deberet πρόσθε ἔθεν, antiquitus, προσθε ϝεθεν. v. ad A, 114. et Exc. VII. ad A. Dionysius Sidonius obiurgauerat Aristarchum quod ἔθεν h. l. non ἐγκλιτικῶς legerat, sed acuerat ἔθεν. ap. Etymol. p. 124, 15.

57. ὤμων μ. versus abest a Veneto, Lips. et a pr. m. a Townl. repetitus ex vs. 41.

58. ξ — ad diplen Scholion excidit. In cod. Lips. notatum erat, post hunc versum inserendos esse duo versus qui inf. 295. 296. leguntur: praua iudicio. Iidem erant inserti in Vrat. A. Ego vero malim sublatum vs. 58. cum 57.

In Harl. erat: ἤρπε δ' ἐξ ὀχέων.

59. 60. τέκτονος υἱὸν Ἁρμονίδεω. ξ— quod poeta nomen *Harmonidae* fabri ex re finxit; οἰκεῖον γὰρ τέκτονος τὸ ἁρμόζειν, ait Sch. A. et comparat Od. X, 330. vbi Τερπτάδης ἀοιδὸς memoratur. — Eſt autem Ἁρμονίδης, υἱὸς τοῦ Ἁρμονος. Apud Euſtath. fuere, qui Τέκτονος nomen proprium facerent, vt tria eſſent nomina, nati, patris et aui. Recitat vſſ. 60. 1. 2. Suidas in Δαιδάλου ποιήματα. ſed parum docte.

δαίδαλα πάντα. in altera Ariſtarchea erat δαίδαλα πολλά. Sch. A.

61. ἔξοχα γάρ μιν ἐφίλατο Παλλὰς Ἀθήνη. Sch. br. φίλατο. et poteſt ferri γάρ μιν φίλατο. Miro modo Barnes hinc effingit μὶν ἐ φ. — Ceterum dubitare noli, vt in aliis, ita in hoc duas fuiſſe formas: φίλω, φίλομαι, φίλημι, priore longa, vnde ἐφίλατο, quod etiam ab Apollonio Rhodio frequentatur; et φιλέω, priore breui. Ita μαρτύρω et μαρτυρέω. Nec laborandum eſt cum Clarkio in ſingulis temporibus. cf. inf. ad vſ. 117.

62. ὃς καὶ Ἀλεξάνδρῳ τεκτήνατο νῆας εἴσας. Ambiguum eſt viſum, eſſetne Phereclus an pater Harmonides intelligendus, qui nauem fabricatus ſit. In Harmonidem proniorem fuiſſe Ariſtarchum, aiunt Sch. A. B. Atqui vſ. 64. 65. docere poterant, de Phereclo haec dici, qui malo ſuo ſtruxit nauem, nunc ab Achiuis mortem laturus. Ita quoque accepere veteres, Lycophron vſ. 97. Ouidius, Coluthus. Add. Euſtath. Sch. br.

Ἀλεξάνδρου legit Schol. Eurip. Phoen. 4. νῆας ἐίσας v. ad A, 468. Δ, 48.

63. ἀρχεκάκους νῆας. Notabilis forma epitheti quod poeta ipſe eſt interpretatus, αἳ πᾶσι κακὸν Τρώεσσι γένοντο. Diſertior locus eſt X, 114. 5. 6. vbi de Helena ἣ ἔπλετο νείκεος ἀρχή. Herodotus V, 97 de miſſis ad Iones ab Athenienſibus nauibus, αὗται δὲ αἱ νέες ἀρχὴ κακῶν ἐγένοντο Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις. Hic eſt locus, quem Euſtath. reſpicit. — In voce ἀρχέκακος placet ſibi Coluthus, ineptus verſificator.

64. οἵ τ' αὐτῷ. Pendent ab ὃς καὶ Ἀλεξάνδρῳ τεκτήνατο νῆας — οἵ τ' αὐτῷ. — Audiamus grammaticum Sch. A. „ἀθετεῖται, inquit, quia non recte extulit poeta οἵ τ' αὐτῷ, quod esset ἑαυτῷ, cum esse deberet αὐτῷ. vt sit πᾶσι καὶ αὐτῷ.“ Scilicet si dixisset poeta: τεκτήνατο νῆας, κακὸν Τρώεσσι recte erat οἵ τ' αὐτῷ, quod est pro ἑοῖ αὐτῷ, vnde factum ἑαυτῷ. Nunc autem subiectum sunt naves: αἵ ἐγένοντο κακὸν Τρώεσσι καὶ αὐτῷ. Respicit locum Apollon. de Syntaxi. p. 148.

Pergit Sch. A. ἡ δὲ οἱ ὀρθοτονεῖται νῦν διὰ τὴν ἀρχήν· οὐ πάντως δὲ εἰς τύνθετον μεταληφθήσεται. h. e. non est pro ἑαυτῷ. sed scribendum est οἵ τ' αὐτῷ. vt οἱ poni solet pro αὐτῷ, enclitice; vt in illo: ἥδε δέ οἱ κατὰ θυμὸν ἀρίστη φαίνετο βουλή. Il. O, 226 ἀλλὰ τόδ' ἡμὲν ἐμοί, πολὺ κάλλιον (κέρδιον) ἠδέ οἱ αὐτῷ. Contra recte N, 495 Aeneas laetatur, ὡς ἴδε λαῶν ἔθνος ἑπισπόμενον ἑοῖ αὐτῷ. *sibi ipsi.*

θεῶν ἐκ θέσφατα ἤδη scripsi: θέσφατα ἐκ θεῶν, τὰ ἐκ θεῶν γεγονότα. non ἐκθέσφατα, quod barbarum est, etsi sic quoque Ven. Sch. br. Disiunctum tamen est in Harlei. et al.

ἤδη editur. At Aristarchea lectio fuit διὰ τοῦ η, ἤδη. v. ad A, 70. Sch. A. ἤδει Harlei.

Tandem quaeritur de vaticinio hoc, quod ignorauit Pherecius; alioqui nauem non exstruxisset. Docet ipsa res, debuisse illud ita esse comparatum, vt mala minaretur et populo et ei qui nauem fabricaturus esset. Sch. A. B. br. Eustath. duo memorant oracula, haud dubie a poetis cyclicis profecta, qui Antehomerica exposuerant; alterum de Menelao et Paride, eodem tempore Delphos profectis; prorsus alienum ab h. l. alterum ex Hellanico (male Sch. A. ἑλλανικὸν δέ φησι χρησμὸν δοθῆναι) de re maritima Troianis haud attingenda; arandum ipsis esse solum, a nauigatione autem abstinendum, ne sibi malum arcessant. Dares, qui antiquiores rhetorice interpolauit, non modo Heleni vaticinium, sed et Panthi alterum memorat: de Excid. Troiae c. 7. et 8. Plura teneremus, si

carmen Cyprium supereſſet; nam in hoc ante Paridis diſceſſum Ἕλενος περὶ τῶν μελλόντων προθεσπίζει — καὶ Κασσάνδρα περὶ τῶν μελλόντων προδηλοῖ, vt conſtat ex argumento carminis a Procło ſeruato. (v. *Biblioth. d. alt. Litterat.* II. p. 23.) Neceſſe igitur eſt, aut oraculum hoc auctorem huius rhapſodiae non latuiſſe, aut verſum 64 ſerius eſſe illatum.

66. βεβλήκει κατὰ γλουτὸν — Clarkii acumen in βεβλήκει v. ad Δ, 492. Super natibus, quae pars γλουτὸς ſit, disputant Euſtath. et Etymol. h. v.

ἡ δὲ διὰ πρὸ — ἤλυθε. Induxerat διαπρὸ Ald. 2. cum melior ſcriptura eſſet in Flor. Ald. 1. Rom. Etiam ἠδὲ minus bene legitur; v. Sch. A. ad Il. O, 127.

67. ἀντικρὺ κατὰ κύστιν. Malebat et h. l. ἀντικρὺς Bentlei. v. ad Γ, 359. cf. inf. ad 130. Vulgarem lectionem excitat Apollon. Lex. h. v.

ἤλυθ' ἀκωκὴ, mirum ſphalma ed. Rom. ὕλη τ' ἀκωκή.

68. γνὺξ δ' ἔριπ' οἰμώξας. ξ— quod et hic in vulnus pronus cecidit Sch. A. Reſpicit ſcilicet vſ. 58 ἤριπε δὲ πρηνής.

69. Πηδαῖον δ' ἄρ ἔπεφνε. Scribunt Πηθαῖον Flor. Ald. 1. (non Ἡδαῖον) At Ald. 2. Rom. et reliquae cum codd. Vrat. a. b. Moſc. 1. 3. Eton. Πήδαιον. Fuit haec ſcriptura Ariſtarchea, de qua Sch. A. agit. Iterum Πηδαῖον intulit Barnes. ἄρα πέφνε Ionicum non occurrit.

70. ὃς ῥα νόθος μὲν ἔην, πύκα δ' ἔτρεφε δῖα Θεανώ. ξ— ad morem barbarorum notandum, qui e pluribus mulieribus liberos ſuſcipiebant. Contra Laertes id facere non audebat Od. A, 433. Sch A.

ἔτραφε Townl. πύκα δὲ τρέφε recte Ionice Heſych, vbi explicat πύκα ἐπιμελῶς, cum Etymol. alias eſt συνετῶς.

71. γρ. ἴσα φίλοις τεκέεσσι." Barnes. Tum χαριζ. τέκει ᾧ Ald. 2. et hinc ductae. Emendatum in Argent.

73. βεβλήκει. et tamen ἐγγύθεν ἐλθών. Miror nullam appoſitam ſtigmen; cum verbum hoc contra vſum h. l. de vulnere non eminus, ſed comminus, illato adhi-

64. οἵ τ' αὐτῷ. Pendent ab ὃς καὶ Ἀλεξάνδρῳ τεκτήνατο νῆας — οἵ τ' αὐτῷ. — Audiamus grammaticum Sch. A. „ἀθετεῖται, inquit, quia non recte extulit poeta οἵ τ' αὐτῷ, quod esset ἑαυτῷ, cum esse deberet αὐτῷ. vt sit πᾶσι καὶ αὐτῷ.“ Scilicet si dixisset poeta: τεκτήνατο νῆας, κακὸν Τρώεσσι recte erat οἵ τ' αὐτῷ, quod est pro ἑοῖ αὐτῷ, vnde factum ἑαυτῷ. Nunc autem subiectum sunt naves: αἳ ἐγένοντο κακὸν Τρώεσσι καὶ αὐτῷ. Respicit locum Apollon. de Syntaxi, p. 148.

Pergit Sch. A. ἡ δὲ οἱ ὀρθοτονεῖται νῦν διὰ τὴν ἀρχήν· οὐ πάντως δὲ εἰς σύνθετον μεταληφθήσεται. h. e. non est pro ἑαυτῷ. sed scribendum est οἵ τ' αὐτῷ. vt οἱ poni solet pro αὐτῷ, enclitice; vt in illo: ἥδε δέ οἱ κατὰ θυμὸν ἀρίστη φαίνετο βουλή. Il. O, 226 ἀλλὰ τόδ' ἠμὲν ἐμοὶ, πολὺ κάλλιον (κέρδιον) ἠδέ οἱ αὐτῷ. Contra recte N, 495 Aeneas laetatur, ὡς ἴδε λαῶν ἔθνος ἑπισπόμενον ἑοῖ αὐτῷ. sibi ipsi.

θεῶν ἐκ θέσφατα ἤδη scripsi: θέσφατα ἐκ θεῶν, τὰ ἐκ θεῶν γεγονότα. non ἐκθέσφατα, quod barbarum est, etsi sic quoque Ven. Sch. br. Disiunctum tamen est in Harlei. et al.

ἤδη editur. At Aristarchea lectio fuit διὰ τοῦ η, ἤδη. v. ad A, 70. Sch. A. ἤδει Harlei.

Tandem quaeritur de vaticinio hoc, quod ignorauit Phereclus; alioqui nauem non exstruxisset. Docet ipsa res, debuisse illud ita esse comparatum, vt mala minaretur et populo et ei qui nauem fabricaturus esset. Sch. A. B. br. Eustath. duo memorant oracula, haud dubie a poetis cyclicis profecta, qui Antehomerica exposuerant; alterum de Menelao et Paride, eodem tempore Delphos profectis; prorsus alienum ab h. l. alterum ex Hellanico (male Sch. A. ἑλληνικὸν δέ φησι χρησμὸν δοθῆναι) de re maritima Troianis haud attingenda; arandum ipsis esse solum, a nauigatione autem abstinendum, ne sibi malum arcessant. Dares, qui antiquiores rhetorice interpolauit, non modo Heleni vaticinium, sed et Panthi alterum memorat: de Excid. Troiae c. 7. et 8. Plura teneremus, si

carmen Cyprium ſupereſſet; nam in hoc ante Paridis diſceſſum Ἕλενος περὶ τῶν μελλόντων προθεσπίζει — καὶ Κασσάνδρα περὶ τῶν μελλόντων προθηλοῖ, vt conſtat ex argumento carminis a Procle ſeruato. (v. *Biblioth. d. alt. Litterat.* II. p. 23.) Neceſſe igitur eſt, aut oraculum hoc auctorem huius rhapſodiae non latuiſſe, aut verſum 64 ſerius eſſe illatum.

66. βεβλήκει κατὰ γλουτὸν — Clarkii acumen in βεβλήκει v. ad Δ, 492. Super natibus, quae pars γλουτὸς ſit, disputant Euſtath. et Etymol. h. v.

ἡ δὲ διὰ πρὸ — ἤλυθε. Induxerat διαπρὸ Ald. 2. cum melior ſcriptura eſſet in Flor. Ald. 1. Rom. Etiam ἠδὲ minus bene legitur: v. Sch. A. ad Il. O, 127.

67. ἀντικρὺ κατὰ κύστιν. Malebat et h. l. ἀντικρὺς Bentlei. v. ad Γ, 359. cf. inf. ad 130. Vulgarem lectionem excitat Apollon. Lex. h. v.

ἤλυθ' ἀκωκὴ, mirum ſphalma ed. Rom. ὕλη τ' ἀκωκή.

68. γνὺξ δ' ἔριπ' οἰμώξας. ξ— quod et hic in vulnus pronus cecidit Sch. A. Reſpicit ſcilicet vſ. 58 ἤριπε δὲ πρηνής.

69. Πηδαῖον δ' ἄρ ἔπεφνε. Scribunt Πηθαῖον Flor. Ald. 1. (non Ἡδαῖον) At Ald. 2. Rom. et reliquae cum codd. Vrat. a. b. Moſc. 1. 3. Eton. Πήδαιον. Fuit haec ſcriptura Ariſtarchea, de qua Sch. A. agit. Iterum Πηδαῖον intulit Barnes. ἄρα πέφνε Ionicum non occurrit.

70. ὃς ῥὰ νόθος μὲν ἔην, τύκα δ' ἔτρεφε δῖα Θεανώ. ξ— ad morem barbarorum notandum, qui e pluribus mulieribus liberos ſuſcipiebant. Contra Laertes id facere non audebat Od. A, 433. Sch A.

ἔτραφε Townl. τύκα δὲ τρέφε recte Ionice Heſych, vbi explicat τύκα ἐπιμελῶς, cum Etymol. alias eſt συνετῶς.

71. γρ. ἴσα φίλοις τεκέεσσι." Barnes. Tum χαριζ. τέκει ᾧ Ald. 2. et hinc ductae. Emendatum in Argent.

73. βεβλήκει. et tamen ἐγγύθεν ἐλθών. Miror nullam appoſitam ſtigmen; cum verbum hoc contra vſum h. l. de vulnere non eminus, ſed comminus, illato adhi-

bitum ſit; res tamen obſeruatur ab Euſtathio. Eſſe *ἰνίον τὸ κοῖλον τοῦ τένοντος* in occipite docent omnes Schol. Euſt. Etym. etc. *τὸ ὄπισθεν μέρος τοῦ κρανίου* Ariſtot. H. A. 17. Tandem *ὀξεῖ χαλκῷ* Vrat. b. ſpectauit ſorte ad h. v. Scholion corruptum in Apollon. Lex. in *καταλείμενον* quod coaluit ex alio loco *κατὰ ἰνίον*. Mox 74 *ἀντικρὺς* forte: v. ad v. 67.

75. *ἤριπε δ' ἐν κονίῃ*. Ven. A. *ἐν ἄλλῳ· ἤριπε δ' ἐξ ὀχέων ψυχρὸν δ' ἔλε χαλκὸν* dixeritne poeta, quatenus natura ſua metalla calorem non habent (quorſum referas quod *πᾶν δ' ὑποθερμάνθη ξίφος* Π, 333. ita ſenſiſſe videtur Ariſtot. Problem. ſ. 10.) an quia mortale frigus infert, quod magis poeticum, dubitant veteres A. B. Euſt. Sch. br. Recte in altero hoc acquieſcit Apollon. Lex. *ψυχρὸν ἔλε χ. ὁ. τὸν ἀποψύχοντα τὰ σώματα διὰ τῆς ἀναιρέσεως*.

76. (Ptolemaeus) Aſcalonita *ψιλοῖ τὸ Εὐαιμονίδης, ἵνα κύριον γένηται, ὥσπερ καὶ τὸ Φίλιππος καὶ Μελάνιππος*· (ſcilicet alii iubebant ſcribi *εὐχίμονίδης, Φίλιππος*) Probat hoc grammaticus Ven. A. aliis exemplis additae modo adſpirationis, modo ademtae, ſi proprium eſſet nomen, *Πολυμνεια, Ευρυαλος, Αγχιαλος*. (Scilicet ſcripta et haec modo *Πολύμνεια* modo *Πολυμνεια*) Subiicit tamen: *οὔ γε μὴν ἀληθές· εὑρέθη γὰρ τὸ Πάνορμος δασυνόμενον, καὶ Ἔφιππος ὁ Κωμικός*. (recte: ſcriptum fuit *Πανόρμος. Ἐφίππος*. Verum ignorauit grammaticus omnino hunc antiquiorem fuiſſe morem ſcribendi, ſeruatum in nonnullis etiam ſerius; et discrimen quod memorat, inter nomina propria et appellatiua, vanum eſt: Petita iſta eſſe ex Herodiano, diſcas ex Euſtath. ad h. l. p. 524. vbi plura de hac in medio olim appoſita adſpiratione: de qua v. Villoiſ. Proleg. p. II.

77. *Καμίνδρου* edd. Aldd. Barocc. et Mſſ. Mori et h. l. vt 49. item Vrat. b.

79. ξ nec Scholion extat; forte ſignum reſpicit vſ. 76.

80. *μεταδρομάδην ἔλασ' ὦμον Φασγάνῳ ἀίξας.* Sustuli interpunctionem post *ὦμον*, nam iungenda sunt *μεταδρομάδην Φασγάνῳ ἀίξας*, h. e. *μετατρέχων. διώκων.* cf. Ven. B.

83. ξ Mira argutantur grammatici (v. Ven. A. B. Eust. Praeiuerant iam antiquiores apud Aelian. H. A. XVI, 1. vbi et versus recitatur) super *πορφύρεος θάνατος*, cum simpliciter dicta esse debeat *mors atra* communi epitheto. Recte Apollon. Lex. reddit: *μέλας καὶ βαθύς.* Audacius Virgilius *purpuream animam* dixit pro *atro sanguine.* Ad ἔλλαβε Plut. Vita Homeri s. 4 *τὸν δὲ διπλασιασμὸν τῶν συμφώνων οἱ μὲν Δωριεῦσιν, οἱ δὲ Αἰολεῦσι προσνέμονται· οἷον Ἔλλαβε π. θ. καὶ Ὀππότερος τάδε ἔργα.* Indocte vtrique. Nam poetice id fieri necesse fuit, non dialecto, sed pronuntiandi vi geminata.

Fuit porro ductum ex hoc versu dictum Theocriti Chii, qui, eo insolentiae progresso Alexandro, vt a ciuibus Ioniae postularet purpureas vestes, ad se mittendas, (quod Franci nostri aiunt, *Requisitoire*) ominis loco pronuntiasse fertur versum *τὸν δ' ἔλε πορφύρεος Θάνατος καὶ Μοῖρα κραταιή.* tradente Athenaeo XII, 10. p. 540. et Auctore de educ. puer. p. 11. A. Memoratur quoque Iulianus Imp. sumta purpura versum recitasse. (ap. Ammian. Marc. XV, 8.) Versum repetitum videbimus Π, 334 et Υ, 477. Inepte eum *παρῳδεῖ* Diogenes Cynicus ap. Diog. Laert. VI, 57.

85. *Τυδείδην δ' οὐκ ἂν γνοίης ποτέροισι μετείη.* ξ propter orationis schema, quod poeta alloquitur aliquem qui non adest, et quod dictum est pro *οὐκ ἂν ἔγνως τις*, (quae obseruatio etiam apud Longinum est s. 26. cum versu ipso.) porro, quod tempora permutata sunt. (quoniam in praesenti haec efferuntur post *πονέοντο* et sequenti *θῦνε.*)

Suauiter versu vtitur Plutarch. de sollert. animal. p. 965 C. in dubitatione.

86. ἠὲ μετὰ Τρώεσσιν ὁμιλέοι Baroco. Vrat. a. ὁμιλέσι. Primo nunc occurrit ὁμιλεῖν pro μάχεσθαι, quod ſaepe videbimus. vt ὅμιλος pro μάχη, acies.

87. ἀμπεδίον. quod et ap. Erotian. eſt in ϑύραν, ὁμῶν. non dubito hoc grammaticis deberi pro antiquiore ἀν πεδίον. v. ad Θ, 441. docent veterа ſaxa.

88. χειμάῤῥῳ ποταμῷ: de voc. vide ſup. ad Δ, 452.

89. τὸν δ' οὔτ' ἄῤ τε γέφυραι ἐεργμέναι ἰσχανόωσιν· ἐεργμέναι. περιπεφραγμέναι. ἠσφαλισμέναι. Sch. br. Heſych. συνδεδεμέναι Schol. Moſc. 1. Vt verbo dicam: εἴργειν eſt includere, adeoque coercere, tum prohibere; Eſt vero etiam ſaepire, φράσσειν, adeoque firmare, tutari; vnde ἔρκος. adeoque γέφυρα ἐεργμένη eſt pons ſaeptus, munitus, trabibus vtrinque appoſitis pro ἀντερείσμασιν, *Balken*, *Eisſtämme*, *Bäume*, idque h. l. ipſa res requirit, appoſito ἰσχανῶσι. pontes firmiſſimi non reſiſtunt impetui torrentis.

ἰσχανόωσι, ἀντὶ τοῦ κατέχουσι καὶ κωλύουσιν. Etymol. ἐπέχουσι. κωλύουσι. Euſtath. vnde emendanda Sch. br. ἐπέχουσι. λύουσι. cf. M. 38. Alio ſenſu pro ἐπιθυμῶ eſt in Od. Θ, 288. At h. l. ἰσχνάᾳν, ἴσχειν, nil aliud eſt, quam *impetum ſuſtinere*: nam maceria diruitur, diruitur pons aquarum vi. Apertior vis eſt in illo: πρὼν ἰσχάνει ὕδωρ P, 747. Nec aliter dictus *pontem indignatur Araxes*, h. diruit, Aen. VIII, 728.

90. οὔτ' ἄῤα ἔρκεα ἴσχει. Metri cauſſa ἔρκεα pronuntiandum binis ſyllabis ἔρκη. reſtat vel ſic alter hiatus ἄῤα ἔρκεα. Ab ἔργω, quod ϝεργω fuit, poſſit eſſe ϝερκος. ſed repugnant loca magno numero, v. c. Π, 231 εὔχετ' ἔπειτα στὰς μέσῳ ἔρκει. Emendat Bentl. ἄῤ ϑ' ἔρκεα. puto eum voluiſſe, ſaltem hoc velle praeſtat: οὐδ' ἄῤα ϑ' ἔρκεα. vt toties οὐδέ τε. Moſc. 1. οὔτ' ἄῤ' ἔρκεα.

91. ὅτ' ἐπιβρίσῃ. Vrat. A. ἐπιβρίσει. quod et ipſum bene ſe habet.

93. ὣς ὑπὸ Τυδείδῃ πυκιναὶ πλονέοντο φάλαγγες. Verſum adſcribit et ὑπὸ interpretatur μετὰ Apollon. Lex. p. 680. quod non aſſequor. Recitat eum quoque Schol.

Apollonii Arg. I, 783 vt doceat, κλόνον esse ταραχήν, κλονεῖσθαι, ταράττεσθαι, de turbata acie.

96. πρὸ ἔθεν κλονέοντα. De πρὸ ἔθεν vide modo dicta ad vs. 56. πρόσθεν κλ. interpolate Vrat. c. et ed. Flor. sed emendauit statim Ald. 1. Recitat versum Apollon. in ἔθεν, et addit, ἀντὶ τοῦ τὰς πρὸ αὐτοῦ κλονέοντα τάξεις. In Townl. scriptum ἀνπεδίον (v. ad vs. 87.) πρόεθεν.

97. ἐπὶ Τυδείδῃ. vbique scriptum. Vrat. b. tamen Τυδείδεω. Versus est ap. Erotian. ἐτιταίνετο, ἀντὶ τοῦ ἔτεινε.

98. καὶ βάλ' ἐπαΐστοντα. Barn. „γρ. καὶ βάλε παΐσσοντα." varia lectio a Barnesio efficta ex sphalmate Schol. br. πᾶισμα (em. ἐπᾶισμα) γὰρ ἡ τῶν ποδῶν βάσις.

99. τυχὼν κατὰ δεξιὸν ὦμον θώρηκος γύαλον. ξ— quod τὸ ὅλον κύτος τοῦ θώρακος γύαλον διὰ τὴν ποικιλότητα λέγει, (suspiceris διὰ τὴν κοιλότητα. nisi voluit dicere, variandae orationis caussa nunc τὰ γύαλα dicta pro κύτος) οὐ μέρος ὡρισμένον τοῦ θώρακος. Sch. A. Scilicet, vt erant thoraces στατοί, sic alii e binis cauis constantes conserti in medio tergi et pectoris: vt inf. O, 530. θώρηξ γυάλοισιν ἀρηρὼς memoratur. Diserte talis thoracis speciem descripsit Pausan. X, 26. p. 863. in tabula Polygnoti. At nunc θώρηκος γύαλον est pro toto thorace omnino dictum, vt quoque N, 507 et P, 314. Hos versus respicit Apollon. Lex. γύαλον pro κύτος τοῦ θώρακος. Eadem Hesych. Etymol. Fuit haec doctrina Aristarchi, ap. Apollon. Lex. in κραταιγύαλος p. 417. quae haud dubie ad h. l. spectat; nam omnino ille negare nequiit, γύαλα de thoracis partibus dici. At h. l. est τὸ ὅλον κύτος. cf. T, 365. In Sch. A. subiicitur obseruatio; γυαλὸν etiam epitheton esse et acutum habere, vt in illo ignoti poetae versu: „εὖτ' ἂν ὁ παῖς ἀπὸ μὲν γυαλὸν λίθον ἀγκάσσασθαι." Rem, si non versum, illustrat Eustath. ad h. v. Ἀπίων δὲ καὶ Ἡρόδωρος φασί, γύαλον μὲν θώρακος παραφαύνεσθαι, γυαλὸν δὲ λίθον ὀξυτόνως λέγεσθαι, οἷον, γυα-

λὸν λίθον ἀγπάτασθαι. fuit adeo γυαλὸς λίθος, qui alias χειροπληθής. χερμάδιος: qui cauam manum explet.

100. ἀντικρὺ (ἀντικρὺς Bentl.) δὲ διέσχε Apollon. Lex. διέσχε. διῆλθε, inde Heſych. Sch. Euſtath. addunt, eſſe quoque διέσχισε. Scilicet inter XIII. ſignificatus τοῦ ἔχειν ap. Sch. B. ad Il. B, 67. eſt quoque ἐλαύνω. itaque ἔχειν ἵππους, dirigere, ἑαυτὸν et abſolute ἔχειν pro ἔρχεσθαι.

παλάσσετο δ' αἵματι θώρηξ aſpergebatur cruore. de voce hac a grammaticis vexata v. ad Z, 268. H, 171.

101. τῷ δ' ἐπὶ — Secundum nonnullos grammaticos ſcribendum eſt τῷ δ' ἔπι.

104. δῆθ' ἀνσχήσεσθαι. Ariſtarchus legerat δῆθ' ἂν σχήσεσθαι. Sch. A. Alii δηθὰ σχήσεσθαι, et hoc praeferam; ſic quoque Sch. br. Cant. Euſtath. etſi hic et vulgatam norat: δῆθ' ἀνσχήσεσθαι, ὑπομεῖναι. — Lipſ. Mori. vitioſe δῆθ' ἀνασχήσεσθαι, quod et Ald. 2. recepit, ex Rom. cum antea recte lectum eſſet in Flor. et Ald. 1. δῆθ' ἀνσχήσεσθαι. quod reuocauit Turneb. et ex eo H. Steph. — Inf. 285 δηρὸν ἔτ' ἀνσχήσεσθαι. — Barnes: δηθὰ ἀνασχέσθαι ap. Euſtath. legi ait; ſed eſt temere ex eius verbis efficta lectio.

105. ἀπορνύμενον Λυκίηθεν ξ— ὅτι τῆς Τρωϊκῆς Λυκίας v. ad B, 824.

106. ὣς ἔφατ' εὐχόμενος. Vrat. b. ed. Rom. Harlei. et Euſtath. ὥς φατ' ἐπευχόμενος. vt inf. 119.

τὸν δ' οὐ βέλος ὠκὺ δάμασσεν. ὠκὺ γρ. ὀξὺ Sch. Vrat. et Moſc. 1.

108. Σθενέλου Καπανήϊον υἱόν. Sic iam Flor. recte. Ald. 1. Καπανήϊος vitio librarii, vnde Ald. 2. Καπανῆος, et hoc ſequuntur edd. vsque ad Turnebum, qui ſaltem Romanam inſpexerat.

109. ὄρσο v. ad Δ, 204. ὄρσεο codd. Ven. Vrat. a. e. Moſc. 3. omnes edd. ante Barnes, qui correxit, ſecundum loca alia: Il. Ω, 88. Od. H, 342. X, 395. Sch. br. in ed. pr. Sic et codd. Barocc. Lipſ. Moſc. 1. et al.

ὄρσε Cant. Vrat. A. De πέπον v. ad B, 235. nunc eſt, o bone.

καταβήσεο δίφρου. Clarke malit eſſe futurum καταβήσομαι, εο et ου. Poteſt ſane ferri, vt ἐπιβήσεο Λ, 512. λέξεο I, 613 poſſunt eodem modo accipi; vt ſit futurum pro imperatiuo. Argutius tamen videtur fieri, quam neceſſe eſt, quandoquidem haud dubie noua forma fuit verbi, καταβήσομαι, vt in tot aliis, a futuro ducta; ſic δύσομαι. οἴσω. v. ad B, 35.

110. ἐρύσσης. recte reſtituit Barnes pro ἐρύσῃς, quod, cum media breuis ſit, perpetuo errore editur. ἐξ ωμοιο ϝερυσσης. nec obſtat, quod mox vſ. 112 ἐξέρυσε occurrit, non ἐκϝερυσε, quod Bentl. deſiderabat. Scil. de his v. Exc. de digammo.

112. βέλος ὠκὺ διαμπερὲς ἐξέρυσ' ὤμου. In Lipſ. διαμπαρὲς, vitio alibi quoque obuio.

113. αἷμα δ' ἀνηκόντιζε. accommodata vox pro eo, quod ἀναβλύζειν dicitur. Transiit inde in vſum vulgarem de fontibus emicantibus. Notarunt viri docti Herodot. IV, 181. et ἐξεκοντίζειν eſt ap. Strabon. XI, p. 778 A.

διὰ στρεπτοῖο χιτῶνος. Mireris hic Sch. Ven. prorſus obmuteſcere; Sch. br. ap. Barnes: τοῦ ἀλυσιδωτοῦ, σιδήρου κρικωτοῦ, θώρακος. Debebat ſaltem τοῦ ἀλυσειδωτοῦ σιδήρου, κρ. ſcribi. nec plura agnoſcit ed. pr. reliqua ſerius acceſſerunt; etſi ne σιδήρου quidem probari poteſt. Euſtath. ait στρεπτὸν χιτῶνα οἱ μὲν ἐπὶ ἱματίου νοοῦσι, λέγοντες στρεπτὸν τὸν κλωστόν· οἱ δὲ ἐπὶ θώρακος κρικωτοῦ, ἤτοι ἀλυσειδωτοῦ. addit vocem occurrere quoque in Φ, (31 ἐπὶ στρεπτοῖσι χιτῶσι) ὅτι δὲ καὶ τοῦ σώματος κόσμος τὸ στρεπτὸν, δηλοῦσι σαφῶς οἱ παλαιοί. — Apollon. Lex. στρεπτοῖο χιτῶνος. τοῦ ὑποδετοῦ. (leg. ὑποδύτου, ſic enim dicitur ſubucula, veſtis interior) εἴρηται δὲ οὕτως διὰ τὸ ὑφαντοὺς ὄντας οἵους τε εἶναι στρέφεσθαι. (flecti) ὁ δὲ Ἀρίσταρχος λεπιδωτοῦ, διὰ τὸ τὴν πλοκὴν τῶν κρίκων ἀνεστραμμένην εἶναι. hunc exſcripſit partim Heſych. Vt de tunica multi στρεπτὸν χιτῶνα acciperent, videntur

BIBLIOTECA NAZIONALE ROMA

adducti esse altero loco Φ, 31. vbi sane probabile sit genus vestimenti fuisse: quod tamen nunc vix locum habet, nam thorax non fuit exutus, antequam sagitta extraheretur, sed extracta ea est e thorace; sagitta autem ducta, non per subuculam, sed per thoracem sanguis emicare debuit. Est itaque στρεπτὸς χιτὼν thorax ipse. Fuere autem plura thoracum genera, primo thorax στατὸς, tum duobus cauis γυάλοις constans; cum ne sic quidem habilis ille mouendo corpori esset, varia genera plicatilium thoracum sunt inuenta: seu vt laminis et squamis aereis essent nexi, seu vt catenulis, hamulis, tandem et loris ac funibus. Quod si constaret, vltimum hoc genus iam Troianis temporibus vsu frequentatum esse, στρεπτὸν χιτῶνα ad illud referrem; nam λινοθώρηξ Diomedes esse non potuit, etsi lineus thorax filis tortis constare debuit; acquiesco igitur in thorace flexili seu plicatili, voce generali; vi oppositi, respectu τοῦ θώρακος στατοῦ.

115. κλῦθί μοι. Cant. Harl. vn. Vindob. κλῦθί μεν et sic vp. Dionys. Hal. de struct. orat. 5. Sic plerumque variat; etiam Od. Δ, 762. cf. sup. ad A, 37. De ἀτρυτώνῃ v. ad B, 157.

117. νῦν αὖτ' ἐμὲ φίλαι, Ἀθήνη. νῦν αὖ τέ με Eustath. Cant. Lipsi. Vrat. b. A. Mosc. 1. edd. Flor. Ald. 1. Verum ἐμὲ vim habet et acuitur. φίλαι a φίλομαι. v. sup. ad vs. 61. Ante Clarkium editum erat φίλε Ἀθήνη. quod si a φιλέω ductum dixeris, metro repugnat; sin φίλε pro φίλεο, φίλου, a φίλομαι ductum, nil interest. Sicque codd. Mori. Vrat. b. c. A. Mosc. 3. et iam in edd. Aristid. T. I. p. 513. de Smyrna. φίλαι tamen diserte Eustath. et Hesych. adde nunc codd. Ven. Cant. Townl. (sed a m. sec. φίλε) Mosc. 1. Bentleius refingit φῖλαι nescio qua de caussa.

Barnes Sch. br. sic edidit: „φίλε ἀντὶ τοῦ φίλητον. φίλεε. φίλει. γρ. καὶ φῖλαι." vnde haec habeat, non assequor; nam in ed. pr. Schol. br. et in edd. seqq. Bas. Oxon. Cantabr. leguntur nonnisi haec: φίλεε ἀντὶ τοῦ

φλησον. Quod ap. Euſtath. eſt: nonnullos φίλε ſcribere ἀντὶ τοῦ φίλει τὴν τελευταίαν συναλείψαντας, nihil aliud eſt quam, quod vidimus, φίλε'. ſcribitur tamen φίλε etiam in Vrat. a.

Similis varietas occurrit inf. K, 280 νῦν αὖτε μάλιστά με φίλαι, Ἀθήνη. vbi φίλαι agnoſcit Etymol.

118. δὸς δέ τέ μ' ἄνδρα ἕλειν. Apollon. de Syntaxi δὸς δέ τ' ἐμ' p. 241. Sch. A. δὸς δέ τέ μ' ἀ. οὕτως Ἡρωδιανός. ἔνιοι δὲ ἧδε γράφῃ· τόνδε τέ μ' ἄνδρα. ſic reſtingendum eſt Scholion: quod iterum legitur inf. ad O. 119 ἄνδρα ἕλειν vitium habet ex hiatu. Bentl. emendat ἄνδρα ἰδεῖν. Conueniret magis ἄνδρα βαλεῖν — ὅς μ' ἔβαλε φθάμενος. Sed lenior eſt medicina, ſi legeris ἀνέρ' ἑλεῖν.

Schbr. ἕλειν. ἐν χερσὶν ἔχειν. ἐπιφέρει γάρ, εἰς ὁρμὴν ἔγχεος ἐλθεῖν. Noluit adeo ἕλειν eſſe, *occidere*; ſed *manus conſerere*, quia ſequitur: εἰς ὁρμὴν ἔγχεος ἐλθεῖν, quod eſt ἐντὸς βέλους γίνεσθαι, vt Heſych. reddidit. Ita erit: *vt ei veniam intra iactum haſtae, qui eminus ſagitta impetiit.*

119. οὐδέ μέ φησι? Townl. οὔ ἐμέ φ.

121. ὣς ἔφατ' εὐχόμενος ξ— quod εὐχόμενος nunc noſtro vſu dictum eſt. Sch. A. ſcil. vt ſit, *precatus*, non *gloriatus*.

122. ※ Aſteriſcus appoſitus, quod hoc loco bene ſe habet verſus, qui minus bene traductus hinc eſt in Ψ, 772 de Vlyſſe curſu certante. Sch. A. Legitur quoque verſus N, 61.

γυῖα δ' ἔθηκεν ἑλαφρά. quae γυῖα ſint, hoc ipſo verſu exponitur, πόδας καὶ χεῖρας, et ex eo a gloſſographis. Erotianus in γυῖον hoc ipſo verſu adſcripto ait κατὰ τῶν μυῶν ἰδίως τετάχθαι: an voluit μελῶν?

124. ἐπὶ Τρώεσσι μάχεσθαι. Notabile, cum ſit alias perpetuum μάχεσθαί τινι. Occurrit iterum vſ. 244 et Υ, 26. forte pro ἐπιμάχεσθαί τινι.

125. ἐν γάρ τοι στήθεσσι μένος πατρώιον ἦκα. Apud Galen. de Hippocr. et Plat. placit. III, 2 laudatur ver-

ſus ſic: ἐν δ' ἄρα οἱ στήθεσσι μένος πατρώϊον ἦπε. memoriter. — Perperam ac ſiniſtre huc aduocant grammatici narrationem de Tydei in Menalippi caput ſaeuientis immanitate, per quam immortalitate excidit: petitam ex Pherecyde, vt aiunt. Ex eodem eam petiit Apollod. III, 6, 8. vbi v. Not. p. 630. Fragm. Pherecyd. p. 169.

126. Tydeus σακέσπαλος, (rectius σακεσπάλος vt et ap. Suidam ſcriptum,) ὁ πολεμικός. ὁ κατὰ τῶν ἐναντίων τὰ σάκη πάλλων, Sch. br. Euſt. Etymol. Suid. πολεμιστής Heſych. At Apollon. Lex. σακέσπαλος Ἀπολλόδωρος. ἤτοι τὰ τῶν πολεμίων σάκη διασείων, alio modo: niſi cum Toll. legas ὁ κατὰ τῶν π.

127. ἀχλὺν δ' αὖ τοι ἀπ' ὀφθαλμῶν ἕλον. — Quaerunt grammatici in Sch. A. B. br. Euſtath. „ſi caligo nunc oculis Diomedis fuit detracta, quomodo ille Glaucum mox non agnouerit, dum τίς δέ σύ ἐσσι, Φέριστε; quaerit Z, 123. Stolida quaeſtio, cui alia non minus ſtolide reſpondent; interque ea hoc, quod Mineruam per mentem declarant; vt conueniat, notum illud: νοῦς ὁρᾷ καὶ νοῦς ἀκούει. quod et Olympiod. ad Platonis Phaedonem habet. Non viderunt, munus Mineruae ad *videndos deos* datum eſſe ex poetae ipſius conſilio. Scilicet omnibus mortalibus caligo obiicitur, quoties dii accedunt, ne ab iis dii conſpici poſſint, hoc eſt dii ſunt ἀόρατοι, niſi illi formam humanam adſciuerint.

Ceterum his vſſ. ſexcenties vtuntur veteres pro diuerſo conſilio modo vt ad mentem referatur caligo deterſa, modo vt acute dictum ſit; ſic ſophiſtae, Lucian. Ariſtides et ſimiles alii. Noua ratione Clemens Cohort. p. 87. ſuauiter Plato in Alcib. II, p. 150 D. Sed, vt poeta, loco vſus eſt Virgil. Aen. II, 604 ſqq.

ἢ πρὶν ἐπῆεν Erotian. Lex. Hippocr. in ἀχλὺς laudat ἢ πρὶν ἐπείην.

128. ὄφρ' εὖ γιγνώσκῃς — Barnes: „γρ. γιγνώσκῃς, γινώσκοις et γιγνώσκοις.“ Editum erat γιγνώσκοις in Flor. Aldd. eſtque hoc in Vrat. c. (γινώσκοις Moſc. 3.) Sch. br. quippe quae reddunt ἐπιγιγνώσκοις et codd. Maxim.

Tyrii diss. XIV, p. 257. ap. Dauis. Emendauit lectionem Turnebus ex ed. Rom. γινώσκης, sic Luciani codd. Contempl. 7. vbi vss. 129. 130 suauiter transfert.

ἠμὲν θεὸν ἠδὲ καὶ ἄνδρα. ξ quod Zenodotus legerat ἠδ' ἄνθρωπον.

130. μή τι σύγ' ἀ. Cant. μὴ σύγε ἀ. — ἀντιρὺ μάχεσθαι, ἐξ ἐναντίας. Monent nunc de vltima breui in ἀντικρὺ grammatici; de qua iam dictum ad Γ, 359.

132. τήν γ' οὐτάμεν ὀξέϊ χαλκῷ. (excidit ξ) Zenodotus legerat την γ' ουτασαι, (οὐτάσαι scilicet infinite, non οὔτασαι imperatiue, nam media forma non occurrit) Aristarchus autem dupliciter exarauerat, τήν γ' οὐτάμεν et τὴν οὐτάμεν sine γ. Sch. A.

134. προμάχοισιν ἐμίχθη. Irrepserat in Ald. 1. ἐμίγη iterum expulsum in Ald. 2. cum corrumpat metrum, v. vs. 143. et Aoristi primi passiui frequententur Homero. Porro Stephanus interpungebat: — ἐμίχθη, καὶ πρίν περ θυμῷ μεμαὼς Τρώεσσι μάχεσθαι. Δὴ τότε μιν τρ, quod et ipsum bene sit.

136. μὶν τρὶς τόσσον ἔλε μένος. Ptolemaeus Oroandae f. ἐν τῇ περὶ τῆς ὁπλοποιίας (ad Il. Σ) recitauerat ἔχεν. Sch. A.

137. ὅν ῥά τε ποιμὴν ἀγρῷ ἐπ' εἰροπόκοις ὄϊεσσι. Doctum est excerptum in Sch. B. et Leid. ad h. v. e Porphyrio in quo diuersae aedium partes illustrantur, αὐλή, μέσαυλος, χόρτος, σταθμὸς, σηκὸς, αἴθουσα, πρόδομος, δόμος, θάλαμος.

ἐπ' ὄϊεσσι Sch. B. ἀντὶ τοῦ, ταῖς ἐπαύλεσιν. Sic Z, 25 ποιμαίνων δ' ἐπ' ὄεσσιν μέγα.

εἰροπόκος ὄϊς, ἧς τὸ εἶρος, τὸ ἔριον, πέκεται, adeoque pro ἐριοφοροῦσα. Eustath. melius quam Hesych. ἔρια κειρόμενα ἐχούσαις, ad h. l. At Sch. br. ἔρια ἐχούσαις.

138. χραύσῃ μέν τ' αὐλῆς ὑπεράλμενον. ξ sed Scholion excidit, quod docere debuit, a Zenodoto aliter fuisse lectum. Est tamen aliud Scholion A. χραύσῃ, ξύσῃ, ψαύσῃ. et Sch. B. θίξῃ. Scilicet χράω proprie est ἅπτομαι, πλησιάζω. (v. Etymol. in ἀχρεῖον et in χρῶ.) inde

τὸ ἐπιπολῆς ξέσαι, et ἀμύσσειν. De impetu irruentis ἐπιχράω occurrit inf. Π, 352. add. Φ, 369. Eſt vox Herodotea et χρῇν et χραύειν cf. Valk. ad Herod. p. 472. Ex χράω factum eſt χραύω, vt ψάω, ψαύω et ſic alia: v. Euſtath. haud dubie orta ex antiquo digammo ψαϝω. χραϝω, mutato vt in aliis in υ. Apud Apollon. Lex. eſt χραύσει, καταξύσει τὸν χρῶτα. nam ſolent χρὼς τῷ χρῇν aſſimulare, vt Euſtath. Sch. br.

ὑπερκλμένον. vna voce ſcriptum tuitus eſt (Ptolemaeus) Aſcalonita, at αὐλῆς ὕπερ Dionyſius (Thrax).

οὐ δὲ δαμάσσῃ. Townl. δαμάσσει. et Vrat. A. δαμάσει.

140. ἄλλὰ κατὰ στάθμους δύεται, τὰ δ' ἐρῆμα Φοβεῖται. ἔ- ὅτι πρὸς τὸ σημαινόμενον, (in altero Scholio corrupte, ἐπὶ τὸ συνώνυμον) οὐ πρὸς τὸ ῥητὸν τοῦτο ἐπήγαγεν. Sch. A. Reſpicit Scholion verba τὰ δ' ἐρῆμα Φ. pro αἱ δ' ἐρῆμαι, nam ὄϊες anteceſſerant. Mirum in modum torſit grammaticos negligentior haec oratio: cum non grammatice, ſed ad ſenſum dictum eſſet τὰ δὲ, quaſi in animo habuiſſet πρόβατα, βοτηήματα, (μῆλα.) Itaque in Sch. br. ſubiectum factum eſt leo: κατασύεται εἰς τὴν ἔπαυλιν ὁ λέων. alii fuere ap. Sch. br. qui Φοβεῖται τὰ ἐρῆμα iunxere, vt *paſtor* eſſet, ὅτι κατασύεται εἰς τὴν ἔπαυλιν Φοβούμενος τὴν ἐρημίαν. quo tamen ſenſu? non enim τὰ ἐρῆμα poſſunt eſſe loca deſerta. an? quod ipſe ſe ab opitulantibus deſtitutum videt? quod in Sch. br. eſt? Qui reddunt: *loca omnia terrore repleta ſunt*: in vſum loquendi peccant. Nec aſſequor, quomodo Clarke nihil intereſſe profiteatur, vtrum amplectaris. Immo vero pecudes conſternatae fugiunt; recte gloſſa Heſych. in τὰ δ' ἔρημα Φοβεῖται· τὰ δὲ πρόβατα ἔρημα γενόμενα, τῇ τοῦ ποιμένος Φυγῇ. Alia gloſſa huc ſpectat Suidae: ἔρημα ῥήματα, καὶ ἐρῆμα ποιητικῶς.

ἐρῆμα. Cum ἔρημα ſollennis ſcriptura ſit, modo antiquitatem, modo dialectum, cauſſantur grammatici. v. Euſtath. Etymol. Illatum eſt per Clarkium, nam in edd. erat ἔρημα, et in codd. Vrat. b. c. A. Etiam Heſych. ἔρημα· ἐφύλακτα ad h. l. Sunt tamen huius generis alia ὅμοι-

ος, ὁμοῖος. ἕτοιμος, ἑτοῖμος. γέλοιος, γελοῖος. τὸ τρόπαιον, τροπαῖον. v. Voſſ. de rhythmo p. 19. 20.

141. οἱ μέν τ' ἀγχιστῖναι ἐπ' ἀλλήλῃσι πέχυνται. ξ— Excidit Schol. A. at Sch. B. Vat. notant, ambiguum eſſe, ſintne *laniatae* an *viuae oues*, quae metu aliae ſuper alias ſternuntur, ſeu in angulum nouiſſimum conglobantur aliae ſuper alias ruentes. Alterum hoc videtur ſtatuiſſe grammaticus apud Heſych. ἀλλήλῃσι πέχυνται· ἀλλήλαις ἐπιβαίνονται. Sic Od. X, 388 vti piſces reti capti ἐπὶ ψαμάθοισι πέχυνται, ſic proci ἐπ' ἀλλήλοισι πέχυντο.

ἀχιστῖναι. Mira eſt ſcripturae inconſtantia; nam et ἀγχηστῖναι, ἀγχηστῆναι, ἀγχιστῆναι ſcribitur; variat quoque ſcriptura in ceteris locis, in quibus occurrit, inf. P, 361 de caeſis; τοὶ δ' ἀγχηστῖνοι ἔπιπτον νεκροὶ ὁμοῦ. nam hic per η etiam ed. Clark. Od. X, 118 proci ſagittis transfixi τοὶ δ' ἀγχιστῖνοι ἔπιπτον. Eadem verba Od. Ω, 180 et 448. in vlt. loco ed. Rom. ἀχιστῆνοι. Sed videamus primo de loco noſtro. ἀγχηστῖναι, Ven. Vrat. c. Sch. br. in ed. pr. Apollon. Lex. hoc verſu adſcripto; ſicque edd. Flor. Aldd. Turneb. Stepà. Idque retinuit Clarkiana altero loco P, 361. In Argent. 1525. vitium irrepſerat ἀγχιστῆναι, hoc ſequutae ſunt temere edd. ſqq. Argent. et Baſil. ἀγχηστῆναι ed. Rom. cum Euſtath. qui defendit, quia ductum ſit ἀπὸ τοῦ ἄγχι ἑστάναι. Perperam; nam eſt ἄγχι, ἄγχιστος, ἀγχίστευς, ἀγχιστίνδην, ἀγχιστῖνος. Et ſic emendatum, ἀγχιστῖναι, video primum in ed. Baſ. ap. Epiſcopium 1583. c. n. Spondani; inde Oxon. Cant. Barnes. Clarke; ſicque cum aliis codd. mſ. Lipſ. in litura, vt appareat, η fuiſſe; Heſych. diſerte, et probat Etymol. etſi ἀγχιστήνη praeſcriptum eſt. Deſerenda itaque eſſe mihi viſa eſt grammaticorum et codd. auctoritas, qui ἀγχηστῖναι ſcribunt, adducti ſorte exemplo alterius προμνηστῖναι Od. Λ, 232 et Φ, 230. alter ante alterum. Apollon. Lex. ἀγχηστῖναι, συνεχεῖς καὶ σύνεγγυς ἀλλήλων οἷον αἱ ἐπάλληλαι, appoſito verſu hoc et altero ex Odyſſ. παρῆκται δὲ ἡ λέξις παρὰ

τὸ ἄγχι καὶ ἀγχοῦ, ἅπερ συνήθως ἐπὶ τοῦ σύνεγγυς τίθησιν. Atqui ex his ſcriptura duci nequit.

ἐπ' ἀλλήλοισι Vrat. c, Moſc. 1. 2.

142. αὐτὰρ ὁ ἐμμεμαὼς βαθέης ἐξάλλεται αὐλῆς. Difficultatem in his ſenſerunt Sch. A. B. nec tamen diſerte ſatis expoſuere; nec magis Clarke. Scilicet non inter ſe bene conueniunt ἐμμεμαὼς ἐξάλλεται, hoc enim *recipientem ſe* ex ouili, at illud *irruentem* in ſeptum declarat; tum comparatio inſtituitur cum Diomede in Troianos irruente. Itaque fuere ap. Sch. A. et B. qui ἐξ acciperent ἔξω ὢν αὐλῆς ἄλλεται εἰς τὸ ἐντός· verum Apollonius περὶ προθέσεως vnam vocem pronuntiauit eſſe τὸ ἐξάλλεται. Alii ap. Sch. B. hoc pro καθέλκεται acceperant, contra vim vocis, alii ap. Sch. br. ὑπεράλλεται τῆς αὐλῆς hoc ſenſu, qui eſt in Sch. br. redditus, ἀντὶ τοῦ εἰσάλλεται εἰς τὴν βαθεῖαν ἔπαυλιν ἔνθον. Veriorem rationem mihi videor attuliſſe in Notis, vbi dixi vſſ. 141, 142 tantum ornantes, non ad comparatum ſpectantes, et ἐμμεμαὼς, quod ſane proprie de irruente dicitur, v. c. inf. 838 conſcendit currum ἐμμεμαυῖα θεά, niſi forte P, 735 ita dictum putes ὡς οἵ γ' ἐμμεμαῶτε φέρον νέκυν, eſt, inquam, illud accipiendum dictum pro μεμαώς, *poſtquam irruerat*.

Secundum haec reſtat tamen aliquid in hoc verſu, quod displicet, quia aliena haec ſunt a loco, et profecta eſſe videntur ab interpolatore rhapſodo. Senſum habuit Bentleius, qui coniecturam adſcripſit ἐμμαπέως, admodum felicem; memor vſ. 836 ὁ δ' ἄρ ἐμμαπέως ἀπόρουσε, h. e. ἀσπευσμένως, ταχέως, προθύμως, vt Etymol. exponit. ita leo *audacter erumpit*.

148. τὸν μὲν βαλὼν :— ξ quod βάλλειν eminus ferire eſt.

146. τὸν δ' ἕτερον ξίφεϊ μεγάλῳ πλῆσε παρ' οὖμον πλῆξ. ξ quod Zenodotus ſcripſerat τοῦ δ' ἑτέρου, ſic poeta dicit ξανθῆς δὲ κόμης ἕλε Πηλείωνα" Sch. A. Videtur grammaticus hoc velle, recte dictum eſſe, ἕλε τὸν ἕτερον. De quo nemo dubitet; at Zenodotus iunxerat

τοῦ ἑτέρου πληΐδα πλῆξε. At si τὸν δὲ est, explendum est κατὰ πληΐδα. et haec sollennis Homero forma. Mutauit quoque poeta structuram, cum esse deberet, ἔλε τὸν μὲν βαλών, τὸν δὲ πλήξας.

τὸν ἄλλον Vrat. b. adscripto γρ. ἕτερον.

πληΐδα, κλεῖδα, κλεῖν. Laudat Sch. A. ex Demosthene τὴν κλεῖν κατεαγότα. nomen vulgare est καταπλεῖδα ap. Sch. A. et πάρωμον in Sch. br. De hoc cf. ad Θ, 325.

147. πλῆξ'. ξ— ad discrimen obseruandum inter πλῆξε, cominus manu feriit, et ἔβαλε.

ἀπὸ δ' αὐχένος ὦμον ἐέργαθεν, ἠδ' ἀπὸ νώτου ἀπεέργαθεν, ἐχώρισεν, ἀπέκοψε. Eustath. ἀπεῖρξεν, ὅ ἐστιν, ἀπεχώρισεν ἐκ τοῦ αὐχένος τόν τε ὦμόν, καὶ τὸν νῶτον. immo vero τὸν ὦμον ἀπὸ τοῦ αὐχένος καὶ ἀπὸ τοῦ νώτου. et est sane humerus contiguus cerulici et trunco adeoque dorso. Vox ἐργάθω ab ἔργω, εἴργω, iterum Λ, 437 occurrit, vbi vide.

148. ὁ δ' Ἄβαντα μετῴχετο καὶ Πολύειδον. ξ— respectu ad homonymiam: nam Polyidus alius vates, Euchenoris pater, Corinthius, memoratur inf. N, 663 sqq. At Sch. A. „καὶ γὰρ Ἀργείων ἐβασίλευε Πολύϊδος, ὁ τοῦ Μίνωος ἀνευρὼν παῖδα: qua de re v. Apollod. III, 3, 1. An Argiuorum regem eum tradiderint alii, ignoro; verum Argiuus ille fuit, a Melampode oriundus, v. ap. Pausan. I, 43 et Eustath. p. 953, 35. nam a Melampode Mantius, (Od. O, 242) ab hoc Glitus, ab hoc Coeranus orti erant: Vate hoc vsus erat Bellerophon ap. Pindar. Ol. XIII, 105. De eo cf. ad Apollod. Not. p. 545 sq. At is, de quo hoc versu agitur, est alius, Troianus. Ceterum in notandis homonymiis his multi sunt grammatici. v. ad Γ, 144.

Πολύειδον. ita iam emendatum est in Ald. 2. nam in Flor. Ald. 1. Rom. Eustath. vt in parte codd. ipso Veneto est Πολύϊδον. quod quidem est vulgare, male excusum in vulgg. etiam inf. N, 663. Nam poetis syllaba producitur, vnde et scriptores hoc sequuntur, Pausan.

et al. cf. Valk. in Diatr. p. 200. fuit enim Euripidis drama, Polyidus.

149. ξ Scholion excidit, quod ſpectauit forte ad ὀνειροπόλοιο γέροντος. de qua voce v. ad A, 63.

150. τοῖς οὐκ' ἐρχομένοις ὁ γέρων ἐκρίνατ' ὀνείρους. ξ πρὸς τὴν ἑρμηνείαν Sch. A. h. e. quod ipſe poeta τὸν ὀνειροπόλον eſt interpretatus hoc verſu. Porro Sch. A. B. Euſtath. et Sch. br. etſi obſcurius, notant ambiguitatem, et variis modis expedire allaborant. Quod primum occurrit, eſt, iungenda eſſe τοῖς οὐκ ἐρχομένοις, quibus non redeuntibus e bello, οἷς τισι μὴ ἐπανιοῦσι τοῦ πολέμου, ὁ γέρων ἔκρινε τοὺς ὀνείρους. quid tamen ita poterat vaticinari? forte itaque alterum: ἤτοι γε ἐμαντεύσατο ὡς οὐκ ἐπανερχομένοις praedixerat, eos non eſſe redituros: ita durum pro αὐτοὺς οὐκ ἀνελεύσεσθαι. Melius ergo τοῖς ἐρχομένοις, *cum in bellum proficiſcerentur*, iis οὐκ ἐκρίνατ' ὀνείρους, eos non monuit, perituros eos eſſe. Hoc recte tenuit Erneſti, Clarkio multa argutante; nec audiendus Koeppen. Bentleius tentabat: τοῖς οὐκ ἐρχομένοις οἰκόνδ' ἐκρίνατ' ὀνείρους. vel ἐρχομένοισι πάλιν δ' vel δόμον δ' aberrando prorſus a ſenſu vero.

153. ἄμφω τηλυγέτω. ξ Excidit Scholion quod haud dubie ſpectauit ad τηλύγετος voc. quod diſertius expoſitum in Ven. B. Plura v. ſup. ad Γ, 175. Sufficit monere, h. l. eſſe τηλυγέτω, *vergente aetate patri natos*; τὸν τηλοῦ τῆς ἡλικίας τῷ πατρὶ γεγονότα. quod ex v. 154 manifeſtum fit. Sic iam Apollon. Lex. h. v.

ὁ δὲ τείρετο. Vrat. a. c. A. ed. Flor. Ald. 1. ὅδ' ἐ. Ald. 2. cum ſqq. Sed ὁ δ' ἔτ. Arg. Turn. Steph.

155. ἔνθ' ὅγε τοὺς ἐνάριζε. Ita codd. et ita legitur inde ab Ald. 2. recte, nam ſequitur idem tempus. Etiam Heſych. agnoſcit in vitioſe ſcripto ἐράνιζε, ἀνῄρει, ἐσκύλευεν. cf. eund. in ἐνάριζεν ex Il. Π, 731. In Flor. Ald. 1. erat ἐνάριξε, ſic et codd. Cant. Vrat. a. b. A. Moſc. 1. 3.

156. φίλον δ' ἐξαίνυτο θυμὸν ἀμφοτέρωι ξ quod Zenodotus legerat ἀμφοτέρων. Quod ſequitur, ἀμφοτέροις

videtur mendum esse, non lectio: Nam pergit: τὸ γὰρ ἀμφοτέρω νῦν ἀμφοτέρους σημαίνει. ὁμοίως δὲ λέγεται κατὰ τὸν ἐννιόν· ἐπεί μ' ἀφέλεσθέ γε δόντες sup. A, 299. Haec Ven. A. Quis definire ausit, quid a poeta profectum sit? ἀμφοτέρω tamen ceteris doctius, dupliqi casu quarto. Habent hoc e codd. Barocc. Ven. Lipsi. a m. pr. Mosc. 1. ἀμφοτέρων Cant. Vrat. b.

158. χηρωσταὶ δὲ διὰ κτῆσιν δατέονται. Sch. A. οἱ ἀλλότριοι τοῦ γένους κληρονόμοι, αἱ τὸν χῆρον οἶκον διανεμόμενοι κληρονόμοι. adeoque heredes alieni. At Apollon. Lex. h. v. οἱ μακρόθεν προσήκοντες κατὰ τὸ γένος, καὶ χῆρα ὄντα τῶν σύνεγγυς τὰ χρήματα κληρονομοῦντες, adeoque heredes non sui, nec agnati, sed gentiles. Apollonium sequuntur Hesych. (in quo οἷον ἐπίτροποι leg. οἱ καὶ ἐ.) Etymol. Immiscent aliena Sch. br. et Eustath. Etiam Hesiod. Θ. 607 de caelibe: ὃς κε γάμον φεύγων — ὁ δ' ῥ' οὐ βίοτου ἐπιδευὴς ζώει, ἀποφθιμένου δὲ διὰ κτῆσιν δατέονται χηρωταί. Et Quint. VIII, 298 παιδὸς δ' οὐκ ἀπόνητο. πόνον δὲ οἱ ἔργα τε πάντα χηρωσταὶ μετόπισθεν ἀποφθιμένοιο δάσαντο. In Pind. Ol. X, 106 est, πλοῦτον λαχεῖν ποιμένα ἐπακτὸν ἀλλότριον, vbi Schol. laudat h. v. χωριστὰ δὲ διὰ κτῆσιν δατέονται. quod nunc emendatum est.

Porro in Sch. A. multis docetur ex (Ptolemaeo) Ascalonita, acui vltimam χηρωσταί adde Eustath. qui ex Sophoclis Alexandro laudat στείχων ἀγρωστὴν ὄχλον, leg. στίχων, ordinans, faciens ordine incedere.

159. ἔνθ' υἷας Πριάμοιο δύω λάβε. Est υἷας reuocatum e Flor. Ald. 1. et e codd. Townl. Ven. Vrat. b. c. A. Mosc. 1. υἱοὺς intulerat Ald. 2. Rom. λάβε suspectum erat Bentleio; βάλε locum habere patet, vt tot aliis locis; v. c. inf. 1580. θ 12. At λάβε de iis, quae nobis obvia sunt, quae accipimus, et ipsum bene se habet v. c. Λ, 126 τοὔνεκ' ἐμὲ δύο παῖδε λάβε χρείων Ἀγαμέμνων εἰν ἑνὶ δίφρῳ ἐόντας.

161. ὡς δὲ λέων ἐν βουσὶ θορὼν ἐξ αὐχένα ἄξῃ. Prius hemistichium recitat Apollon. Lex. in ὡς. In alte-

ro edd. inde a Flor. et Aldd. Rom. *ἐξ αὐχένα ἄξει* exhibent; recte et exemplo multarum comparationum; habet futurum vim: *frangere solet.* in Sch. br. est *ἐξ αὐχέν' ἔαξε. κατέαξε. συνέτριψε.* Bene hoc se haberet, nisi et per se probabile fieret, petitum hoc esse e similibus locis Λ, 175. P, 63. et vero ab emendatione ed. Cantabrig. hoc venisse; nam ed. pr. Ald. cum sqq. exhibent *ἐάξει, κατεάξει. συντρίψει.* priora vitiose. At Barocc. Ven. c. Sch. A. B. Townl. Lips. a pr. m. Vrat. A. Mosc. r. *ἄξῃ.* hoc igitur pro vero est habendum; et est alibi quoque *ὡς* cum coniunctivo obvium in comparatione. v. inf. ad X, 93. Variat quoque in codd. Vindob. *ἄξῃ* et *ἄξει.*

162. *πόρτιος ἠὲ βοὸς, ξύλοχον κάτα βοσκομενάων.* „quod Zenodotus legerat *βουκόλου ἠὲ βοὸς*" haud dubie minus bene, variante tamen sic lectione. Sch. B. monet *ἠὲ β.* dictum esse pro *καὶ*, vt Υ, 138. Bentl. quoque mutat *ἠὲ* in *ἠδὲ*, quod cur necesse sit facere, non assequor. Argutatur quoque Eustath. in discrimine *βοὸς* et *πόρτιος*, quod per se obvium est esse iuvencae et vaccae. *βοσκομενάων* substitue *αὐτῶν, τῶν βοῶν*, ex *βουσί*. Variavit autem poeta structuram; cum vulgare esset, *ἐνθορὼν βουσὶ βοσκομέναις.* nam de grege *αἱ βόες.*

ξύλοχον κάτα. ita e grammatico canone est scribendum, non *κατὰ*, vulgo lectum iunctim *καταβοσκομενάων*, pravo grammaticorum more, de quo aliquoties monitum est. Seiungunt *κατα* Ven. Sch. br. al.

Ceterum verba haec *κατὰ ξύλοχον* non temere sunt apposita; nam densiore saltu latentes ferae prorumpunt in loca proxima patentia. cf. Φ, 573 sq. Λ, 415.

163. 164. *ὣς τοὺς ἐξ ἵππων — βῆσε.* transitive, *κατεβίβασε*, deiecit. cf. ad Π, 810.

164. *ἀέκοντας.* Monet Sch. A. aut is, e quo haec transcripta sunt, scribendum esse *ἀέκοντας*, (*ἄέκοντας*) et reprehendit Niciam, qui spiritu leni extulerat; qua de re monitum est passim. cf. sup. ad vs. 76. ad Δ, 43. in Excurss. de digammo. nam antiquior pronuntiatio fuit *ϝεκοντας.*

165. *Ἵππους δ' οἷς ἑτάροισιν.* neceſſe erit cum Bentle. ſo ſtatuere, pronuntiatum fuiſſe *ὄφοις*, ſi modo verſus eſt a primo auctore. Niſi ſcriptum fuit *Ἵππους δ' αὖ.*

166. *τὸν δ' ἴδεν Αἰνείας.* ſimilis eſt dubitatio. Bentl. et h. l. refingit *τὸν ϝιδεν.* Equidem malim *τὸν δὲ ϝιδ'.*

ἀλαπάζοντα στίχας ἀνδρῶν. Nunc demum aiunt grammatici de voce Homerica *ἀλαπάζειν*, quae iam lecta erat B, 367. Aiunt eſſe proprie *κενοῦν*, inde *πορθεῖν*, inde et *ἀλαπαδνὸς*, *ὁ ἀσθενής.* v. Apollon. Lex. in *ἀλαπαδνότεροι.* Heſych. Etymol. Sch. br. ad h. l. Euſtath. p. 413. et al. Latinis poetis eſt, *ſternere*, *vaſtare* agmina, vt *κλονεῖν miſcere.*

169. ξ— ſine Scholio. Verſus 168. 169 iam ſupra erant lecti Δ, 88. 89.

170. *στῆ δὲ πρόσθ' αὐτοῖο* Bentl. malebat *στῆ δὲ πάροιθ' α.* Mox *μὶν ἠΰδα* ſupple *πρός μιν.* Omnes particulae, etiam praepoſitiones, a rudiore ſermone abeſſe, nec niſi cum ſermonis vſu frequentato accedere ſolent: per multas tamen aetates adhuc in vulgaribus negliguntur; rudis enim ſermo non niſi nominibus et verbis continetur.

171. 2. Recitat vſſ. Plutarch. de discrim. Adulat. p. 52 C.

172. *οὐδέ τις ἐν Λυκίῃ* ξ— quod Lycia nunc Troadis eſt." v. ad B, 824. Etiam Suidas verſu appoſito: *ὅτι τὴν Τρωϊκὴν Ὅμηρος Λυκίαν λέγει.* Opponere ei ſolent *Λυκίαν μεγάλην*, *Lyciam magnam*, ſcilicet proprie dictam, in auſtrali Aſiae parte. Vtitur eo nomine, tanquam iſto aeuo adhuc frequentato, Euſtathius (in loco in Nota ad v. 192 a me adſcripto) ſed facit hoc tanquam grammaticus; nam nulla iſta aetate erat Lycia magna; Lycia erat prouincia conſularis in Themate anatolico: id quod ex Conſtantino Porphyrog. diſcas.

174. *τῷδ' ἕφες ἀνδρὶ βέλος.* Sch. br. cum Vrat. a et al. *ἄφες.* ſicque edd. Ald. 2. cum progenie; diſceſſit Turneb. Steph. Eadem varietas notata A, 51. vbi vide.

175. 176. vſſ. repetuntur Π, 424. 5. ὅστις ὅδε κρατέει. Sic Φ, 315 ὃς δὴ νῦν κρατέει, μέμονε δ' ὅδε ἶσα θεοῖσιν. Abſolute κρατεῖν, ſuperiorem eſſe pugnando.

176. γούνατ' ἔλυσεν. nusquam γούνατα λῦσε. formula loquendi vetus nunc primum occurrit, qua robur et vires in genu poni ſolet, et recte. Saepiſſime hoc occurrit, v. c. I, 606. Itaque γούνατα λύεσθαι dicuntur eius, qui vulneratus aut occiſus concidit.

177. εἰ μή τις θεός ἐστι. ξ— quod ambiguum eſt, vtrum, vt ipſe Diomedes ſit deus, an vt deus ſit qui ipſi adſit.

178. ἱρῶν μηνίσας. adſcripſit Suidas. nec aliud quid adiectum. Eſt ἱερῶν ἕνεκα, vt A, 65 et ſaepe. χαλεπὴ δὲ θεοῦ ἔπι μῆνις. Ariſtarchus accepit et ſcripſit ἐπιμῆνις, vna voce, vt ἐπισμυγερῶς. ἐπιβουκόλος, vt ἐπὶ abundet. Videntur quoque amplecti hoc Sch. A. B. et Sch. br. ἐπιμῆνις, ἐπίμονος ὀργή. Nec aliter legerat Euſtath. etſi male nunc excuſum eſt. Mireris argutias! nihil enim manifeſtius eſt, quam ἔπι, quod et illi memorant, eſſe pro ἔπεστι, quod ſaepe eſt pro πάρεστι, ἐστί. Eſt quoque ἐπὶ in Lipſ. et al. ἔπι in Mori et al. et hoc recte, e canone grammaticorum. Porro interpunctionem vulgarem mutaui, quae totam ſententiam turbabat. Nam δὲ non eſt disiunctiuum, ſed copulatiuum.

181. Τυδείδῃ μιν ἔγωγε — εἴσκω. Ariſtarchus et μεν et μιν legebat. Sch. A. h. e. in eius ἐκδόσεσιν vtrumque occurrebat.

182. ἀσπίδι γιγνώσκων. γινώσκων Ven. Lipſ. et plures codd. et edd. et diſerte agnoſcit Euſtath. et Heſych. ἀσπίδι γινώσκων. διὰ τῆς ἀσπίδος γινώσκων. Me tamen antiquius ſeruare in Homericis profeſſus ſum ad B, 468. αὐλῶπιδί τε τρυφαλείῃ v. ad Γ, 372. Λ, 352. cf. Sch. B. ad loc. noſtrum.

183. — ἵππους τ' εἰςορόων· σάφα δ' οὐκ οἶδ', εἰ θεός ἐστι. ἀθετεῖται verſus, tanquam inſertus ab aliquo, qui Pandarum putaret dubitare, eſſetne verus Diomedes. Sch. A. admodum ſubtiliter. Verior ratio dubitandi eſt.

ſet, quod verſus inutilis eſt, et languidam facit orationem.

184. εἰ δ' ὄγ' ἀνὴρ — Cant. εἰ δ' ὅδ' ἀνήρ.

185. οὐχ ὅγ' ἄνευθε θεοῦ τάδε μαίνεται. Praegnantior ſententia, quam vulgo percipitur: ἐνθουσιῶντα et afflatu diuino actum ita declarat, vt deum ei adſtare dicat animantem et inflammantem eum. Ad notionem antiquorum, qui μαίνεσθαι dicebant pro ἐνθουσιᾷν, laudat verſum Plutarch. de virt. mor. p. 452 C.

186. νεφέλῃ εἰλυμένος ὦμους. Sic Υ, 150. Ο, 308. memorantur in his ὦμοι, vnde et ductum: *Nube candentes humeros amictus augur Apollo*, cum proprie totum corpus nube obſcuratum ſit, ne cerni poſſit; os tamen et caput inprimis caligine tegendum eſt.

187. ὃς τούτου βέλος ὠκὺ κιχήμενον ἔτραπεν ἄλλῃ — quod Zenodotus ἠθέτησε verſum; οὐ γὰρ ἐτράπετο ἄλλῃ τὸ βέλος, emiſſum a Pandaro in Diomedem, ἀλλ' ἔτυχεν αὐτοῦ. (eſt κιχήμενον τούτου) Reſpondet Schr. A. auertit tamen ſagittam numen, ne mortale vulnus inferret: quod idem factum erat in Menelai vulnere Δ, 129. 130. quodque Virgil. X, 329 reddidit: *tela irrita deflexit partim ſtringentia corpus.*

188. ἤδη γάρ οἱ ἐφῆκα βέλος — ξ forte reſpectu vſ. 98. 99. Scholion excidit.

189. ἀντικρὺ διὰ θώρηκος γυάλοιο — ξ quod iterum γύαλον pro κύτος, et γύαλον θώρηκος periphraſis pro thorace. v. ſup. ad vſ. 99. Bentl. etiam hic em. ἀντικρύς. v. ad Γ, 359.

190. Αἰδωνῆϊ προϊάψειν. multa ineptiunt pluribus locis grammatici, in his Euſtath. ſuper auaritia Pandari. Bentl. ex h. v. emendat Heſych. Αἴδωνι, τῷ ἅδῃ. Αἰδώνῃϊ et προΐαψεν eſt ap. Apollon. Dyſc. in Excerpt. Voſſ. in calc. Mattairii de dialect. a Reizio ed. p. 434. refert is inter Aeolica; vt ſolent grammatici antiquas formas pro Aeolicis venditare. Apollon. Lex. in ἄϊδι· ποτὲ δὲ, ἀπὸ τῆς (εὐθείας) Αἰδωνεύς· καὶ μὴν ἄφην Αἰδωνῆϊ προϊάψειν.

Ceterum *προϊάπτειν* esse *προτέμπειν* satis expositum est ad A, 3. adhibuit quoque Aeschyl. VII ad Th. 323. 4 Οἰκτρὸν γὰρ πόλιν τήνδ' ὠγυγίαν Ἄϊδι προϊάψαι δορὸς ἄγραν. Idem *ἱάπτειν* pro *βάλλειν* aliquoties dixit vs. 301. 527. 546.

191. *θεός νύ τις ἐστὶ κοτήεις* ξ quod nunc diserte constitutum est, id quod supra dubium erat vs. 183. *θεός νυ τοι* vn. Vindob.

194. *καλοὶ, πρωτοπαγεῖς, νεότευχέες.* ξ quod Zenodotus *ἠθέτησε* (non *μετέθηκε*) cum per tautologiam ea dicta sint. Respondet Sch. A. et recte! „esse ea *παραλλήλως* dicta e more poetae.“ Sic B, 43 *χιτῶνα, καλὸν, νηγάτεον.* Apollon. Lex. *νεοτευχέες· νεωστὶ κατεσκευασμένοι· ὁ δὲ ἐπὶ τῶν δίφρων* et in *πρωτοπαγής· καλοὶ, πρωτοπαγέες — τοὺς πρώτως νῦν πεπηγμένους.*

195. ξ quod binis equis vecti sunt. Sch. A. *δίζυγες ἵπποι.* quomodo hoc memorabile videri potuit! De *πέπταναι* v. ad P, 371.

196. *κρῖ λευκὸν ἐρεπτόμενοι καὶ ὀλύρας.* Argutatur Sch. A. super *κρῖ*, laborant nec minus ceteri grammatici Sch. br. Eustath. Etymol. Hesych. Suid. praeeunte Apollon. Lex. Sufficit, fuisse formam antiquam *τὸ κρῖ*, quod et *κρῖθή* erat. Ipsi Straboni VIII, p. 560 A. notabilis visa est haec forma.

De *ἐρέπτεσθαι* agunt ad h. l. grammatici. De eo iam dictum ad B, 776. Schol. Pindari P. IV, 426 laudat: *ἵπποι δὲ κρῖ* λ. forte ex Θ, 560.

197. ξ quod *αἰχμητὰ* pro *αἰχμητής*. vt B, 104 *Θυέστα*. Sch. A.

198. *δόμοις ἐνὶ ποιητοῖσι*, quod alias *εὖ* vel *πύκα ποιητοῖς*. Et affert Vrat. a. *δόμοις εὖ ποιητοῖσι.*

199. *ἵπποισί μ' ἐκέλευε.* variauit structuram, cum pergere deberet, *ἐπέτελλε κελεύσας.* saltem *ἵπποις γάρ με κέλευε. ἅρμασιν ἐμβεβαῶτα. ἐμμεμαῶτα* Mori Vrat. c. Flor. Ald. 1. Emendatum *ἐμβεβαῶτα* in Ald. 2. et inde ductis, etiam in Rom. Renocatum tamen vitium a Tur.

nebo, et Stephano, donec Barnes iterum eiecit. Sic reſingenda erat nota Clarkii et Erneſti.

200. ἀρχεύειν Τρώεσσι ξ— quod Τρῶες h. l. qui Zelea profecti erant. Sic et Schol. br. Itaque Hector infra O, 425 clamat: Τρῶες καὶ Λύκιοι καὶ Δάρδανοι.

203. ἀνδρῶν εἰλομένων εἰωθότες ἔδμεναι ἄδδην. De ἄδδην v. Excurſ. ad h. v. Recitat verba Harpocrat. in ἀδδηφάγους τριήρεις.

εἰλομένων. ita ed. Flor. Ald. 1. εἰλομένων Ald. 2. cum ſequentibus. Iterum εἰλομένων Steph. et hinc in recentioribus. Eadem varietas occurrit in codd. Et videtur non vna fuiſſe pronuntiatio ſeu forma: ἕλω. ἕλω. ϝελω. et hinc ductorum. cf. ad Z, 424.

204. ὣς λίπον, αὐτὰρ πεζὸς ἐς Ἴλιον εἰλήλουθα. haec aut corrupta eſſe, aut a ſeriore rhapſodo prodiiſſe, mihi manifeſtum fit; perpetuus enim vſus τοῦ Ἴλιος in Homericis eſt ϝιλιος, vt ſtatim 210. adeoque peccat ες ϝιλιον. Sin ſuſtuleris, verſus exit parum numeroſus. Si ſaltem eſſet αὖτ' ἄρα πεζὸς ϝιλιαν εἰλήλουθα. Verum eſt in toto loco tam futilis et moleſta loquacitas, vt vix ab vno eodemque auctore tot iterationes eiusdem rei ac ſententiae profectas eſſe exiſtimes.

ὣς λίπον recitat verſum Heſych. in ὡς et addit ὡς — καὶ δι' ὅ.

205. τὰ δέ μ' οὐκ ἄρ ἔμελλον ὀνήσειν. Mirabar vnde repente τὰ δὲ — ἔμελλον veniſſet, non ἔμελλεν vel οὐκ ἄρα μέλλεν. Nunc video ἔμελλεν eſſe in Euſtath. Ven. et Vindob.

208. ἀτρεκὲς αἰεί ἔσσευα βαλὼν ξ— „quod nunc βαλὼν non modo eſt feriens, ſed et vulnerans, τρώσας" obſeruatiuncula ad faſtidium repetita cum ſequente

210. ὅτε Ἴλιον εἰς ἐφικταινὴν ξ— quod ἡ Ἴλιος Homero dicta.

211. ἡγεόμην Τρώεσσι ξ— quod Τρώεσσι, de iis, qui Zelea ſub Ida monte profecti ſub Pandaro militabant, eſt accipiendum: (quod iam vſ. 200 vidimus) Quod cum non viderent nonnulli, reſinxerant verſum: ἡγεό-

μην, Τρώεσσι Φέρων χάριν ἱπποδάμοισιν. Alii alia commenti erant in Sch. A. B. Lipſ.

212. εἰ δέ κε νοστήσω καὶ ἐςόψομαι — quod dictum pro νοστήσιμί κεν. vt illud πλησθὴν δ' οὐκ ἂν ἐγὼ ὀνομήνω B, 488." (Male addit alia manus, περιττεύει δὲ ἡ κὲν σύνδεσμος) De hoc aſſerto grammatici v. Exc. ad h. v.

213. καὶ ὑψερεφὲς μέγα δῶμα. edd. vsque ad Turnebum ὑψηρεφὲς, quod et in codd. eſt, Lipſ. Vrat. b. c. Mox Steph. ed. aberrauit in ὑψιρεφὲς, quod retinuere editores, donec Barnes correxit. Eſt tamen iſtud in cod. Barocc. Vindob. al. et in ipſo Heſych. edebatur quoque in Ariſtoph. Nub. 305. nunc emendatum a Brunck. Attamen ὑψερεφὲς eſt in Mori. Ven. et ceteris.

214. αὐτίκ' ἔπειτ' ἀπ' ἐμεῖο κάρη τάμοι ἀλλότριος Φὼς — dictum videtur pro ἄλλος τις ἀποτάμοι κάρα μου. At Sch. br. et Euſtath. πολέμιος ἀνήρ. quid quod ipſe Apollon. Lex. ἀλλότριος, πολέμιος adſcripto hoc verſu; vnde gloſſa in Heſych. illata eſt. τάμῃ Vrat. a.

215. εἰ μὴ ἐγὼ τάδε τόξα Φαεινῷ ἐν πυρὶ θείην. Similis color erat B, 267 εἰ μὴ ἐγώ σε λαβὼν ἀπὸ μὲν φίλα εἵματα δύσω de Therſite. ſed ibi iunctura erat diverſa: εἴ κ' ἔτι σ' ἀφραίνοντα κιχήσομαι — μηκέτ' ἔπειτα, μήδ' — εἴην, εἰ μὴ δύσω — ἀφήσω. Nunc autem eſt εἰ δέ κε νοστήσω καὶ ἐςόψομαι — αὐτίκ' ἔπειτ' ἀποτάμοι — εἰ μὴ θείην. At Sch. br. θείην. ἐν πυρὶ βαλῶ. εὐκτικὸν ἀντὶ ὑποτακτικοῦ. eſt adeo ei inſolens optatiuus, et ille requirebat εἰ μὴ θῶ. In Apollon. III, 74. 75 οὐ δέ κε λώβην τίσειεν Πελίης, εἰ μὴ σύγε νόστον ὀπάσσῃς Brunck. repoſuit ὀπάσσοις alterum enim ſoloece eſſe dictum, provocans ad notata ad Eurip. Hippol. 474. vbi tamen tantum de generali vſu optatiui, quem Attici amant, obſeruatum eſt. Recte vero optatiuum praetulit, quandoquidem τίσειεν praeceſſerat. Saepe εἰ μὴ in Homericis occurrit, plerumque cum indicatiuo iunctum, etiam praecedente κε vel ἄν. vt Λ, 311 καί νύ κεν ἐν νήεσσι πέσον — εἰ μὴ κέκλετο et 504 οὐδ' ἄν πω χάζοντο — εἰ μὴ

παῦσεν. vt plurimum enim temporibus praeteritis haec iunguntur; rarius praesenti tempore aut futuro: B, 387 οὐ γὰρ παυσωλή γε μετέσσεται — εἰ μὴ νὺξ διακρινέει. antecedente futuro; et praesenti antecedente I, 231 ἐν δοιῇ δὲ — εἰ μὴ σύγε δύσεαι ἀλκήν. P, 70. 71 ἔνθα κε ῥεῖα Φέροι — εἰ μή οἱ ἀγάσσατο. conuenit hoc postremum cum eo quod saepe in Atticis obuiam est, cuius exempla v. ap. Valk. ad Hippol. 480. Verum vsus optatiui, de quo h. l. quaeritur, in tota Iliade nullum exemplum reperio; in Odyssea vero haec tria: E, 177 οὐδ' ἂν ἐγὼ σχεδίης ἐπιβαίην, εἰ μή μοι τλαίης γε — K, 342 οὐδ' ἂν ἔγωγ' ἐθέλοιμι — εἰ μή μοι τλαίης γε — Π, 102. 3 αὐτίκ' ἔπειτ' ἀπ' ἐμεῖο κάρη τάμοι ἀλλότριος Φὼς, εἰ μὴ ἐγὼ κείνοισι κακὸν πάντεσσι γενοίμην. Constat ergo in his de vsu optatiui etiam in Homericis; at coniunctiui exemplum nullum est, praeterquam Od. Ξ, 373 οὐδὲ πόλιν δε ἔρχομαι, εἰ μή που τι περίφρων Πηνελόπεια ἐλθέμεν ὀτρύνῃσι, ὅτ' ἀγγελίη τόθεν ἔλθῃ.

216. χερσὶ διακλάσσας. geminato sibilo scriptum hoc esse ait Ven. B. quoniam fracti cornu sirepitum ita reddere voluit poeta; sicque Vrat. a. b. Atqui ex prosodiae lege hoc factum; Od. Z, 128 ἐκ πυκινῆς δ' ὕλης πτορθὸν κλάσε χειρὶ παχείῃ. Laudat versum Plutarch. de cohib. ira p. 455 D. quod irascimur etiam rebus inanimatis.

ἀνεμώλια γάρ μοι ὀπηδεῖ. Apponit hemistichium Apollon. Lex. ἀνεμώλια, μάταια. add. Hesych. Etymol. Volunt idem esse cum μεταμώλια. de quo v. ad Δ, 355.

218. πάρος δ' οὐκ ἔσσεται ἄλλως Sch. br. πάρος. πρὸς τὸ παρόν. Immo vero est iungendum cum πρὶν, cum alias sit πρὶν — πρίν. Sic Od. B, 127. ὃ ἡμεῖς δ' οὔτ' ἐπὶ ἔργα πάρος γ' ἴμεν, οὔτε πη ἄλλῃ, πρίν γ' αὐτὴν γήμασθαι.

219. 220. πρίν γ', ἐπὶ νῶι τῷδ' ἀνδρὶ σὺν ἵπποισι καὶ ὄχεσφι ἀντιβίην ἐλθόντε, σὺν ἔντεσι πειρηθῆναι. In πρίν γ' suspicor γ' a grammaticis insertum, cum tono acui syllabam haud viderent. Non iungi possunt τῷδ' ἀνδρὶ πει-

ρηθῆναι, sed νὶν, ἐπελθόντε τῷδ' ἀνδρὶ, πειρηθῆναι (αὐτοῦ.)

νώ quartum casum hoc vno Iliadis loco, et iterum vno Odysseae (Od. O, 474 νὼ ἀναβησάμενοι. est tamen et alius locus Π, 306 ὅπου τις νὼ τίει) cum alias νῶϊ adhibeat poeta, vnde facta apocope scribi debebat νῶ (νῷ) scribitur tamen νώ." Sch. A. B. additum in iis: διὰ τί δὲ οὐ περιεσπάσθη, ἐν τῷ περὶ ἀντωνυμιῶν δηλοῦται. Est itaque id Scholion Apollonii Dyscoli, nam liber ille eius laudatur: v. ad Δ, 343. 344. Pleniora dedit Etymologus, qui pronocat ad τεχνικὸν, qui idem ille est. Eadem verba respicit Eustathius p. 153 extr. et p. 541. ad h. v. Is Apionem et Herodorum laudat; ex quo, vt et multis aliis locis, apparet grammaticos liberales fuisse in repetendis aliorum dictis. Apollon. Lex. νώ. ἐπὶ μὲν τοῦ ἡμᾶς, μόνον (vno loco) Ὅμηρος· πρίν γ' ἐπὶ νὼ etc. Etymol. νὼ, τὼ ἄνδρε. Rom. ed. miro vitio ἐπὶ νώτω. Ceterum νῷ habet eandem rationem quam σΦῶ sup. A, 374.

221. ἀλλ' ἄγ', ἐμῶν ὀχέων ἐπιβήσεο, ὄφρα ἴδηαι. Iterum, vt sup. 109 καταβήσεο ὄφρου, noua verbi forma occurrit ἐπιβήσομαι, idem quod ἐπίβημι, ἐπιβαίνω. Qua de re v. dicta ad B, 35. Γ, 262 et saepe. Verum in ἐπιβήσεο ὄφρα intercedere videtur hiatus. Aut ergo εο vna syllaba fuit pronuntiatum vt ου contractum; aut legendum cum Bentleio ἐπιβήσεαι. quod etiam infra legitur Θ, 165 πύργων ἡμετέρων ἐπιβήσεαι, οὐδὲ γ'.

222. οἷοι Τρώϊοι ἵπποι, ἐπιστάμενοι πεδίοιο. ξ excidit Scholion: quod spectauit, suspicor, ad πεδίοιο, quod omissum διὰ π.

Τρώϊοι ἵπποι non sunt Troiani; sed vt Apollon. Lex. ἀπὸ Τρωὸς τοῦ ἥρωος. cf. inf. 265. 6. sic quoque Sch. B. Sch. br. Eustath. Sic Νηλήϊκι ἵπποι Λ, 596. Versus 221. 2. 3. repetuntur inf. Θ, 105. 6. 7. et hemistichium οἷοι Τρώϊοι ἵπποι ap. Strab. XIV, p. 977 B.

223. κραιπνὰ μάλ' ἔνθα καὶ ἔνθα διωκέμεν ἠδὲ Φέβεσθαι ξ quod hic versus interpretatur, quid sit φόβον

Ἄρηος Φορέουσαι (B, 767.)" Parum commode; nam Φέβεσθαι est fugere, cedere, si maior vis ingruit, vt mox 232 Φεβώμεθα, verum et Plato hoc versu adscripto interpretatur μήστωρα Φόβοιο, qui recte fugere norit, fugiendi peritum, in Lachete p. 191 A. B.

224. ξ— Excidit Scholion; nec apparet, quis observationi locum fecerit. εἶπεν αὖτε Vrat. a. pro εἶπερ ἂν αὖτε.

225. εἴπερ ἂν αὖτε Ζεὺς ἐπὶ Τυδεΐδῃ Διομήδεϊ κῦδος ὄρέξῃ. νίκην παράσχῃ. Ὀρέγειν κῦδός τινι saepe obuium est; ἐπορέγειν hoc vno loco. Alio sententiarum ordine κῦδος ἐπὶ Διομήδει esset *victo Diomede.* ὀρέξει vn. Vind.

226. Ἀλλ' ἄγε νῦν μάστιγα καὶ ἡνία σιγαλόεντα — Harlei. ἄγε δὴ, vt paullo post 249. ἡνία σιγαλόεντα. Primo hoc loco occurrit vox, cuius vis satis constat, nam declaratur aliquid mirabile; verum de origine disputatur. Vulgo ad σιγὴν refertur, quatenus res pretiosa stuporem et silentium facit. plura alia v. ap. Schol. A. B. Sch. br. Eust. ad h. l. et pluribus locis, inprimis ad Θ, 137. X, 468. Schol. Aeschyli S. ad Th. 548. Aliud acumen est, esse τὸ σιγαλόεν, quod nullum strepitum facit, adeoque molle ἁπαλόν (Eustath. p. 1280, 48). Defendit hoc Palmer. ad Hesych. ἡνία σιγαλόεντα. Communior plerisque antiquis est interpretatio ποικίλα, πεποικιλμένα. Praeiuit Apollonius Lex. h. v. aliamque originem subiecit: σιγαλόεντα, σεσιγαλωμένα, πεποικιλμένα. καὶ σιγάλωμα καλοῦσιν οἱ σκυτεῖς, ἐν ᾧ τὰ ποικίλα τῶν δερμάτων μαλακύνουσι (vt legendum videtur. Eust. memorat τὸ σύμαλακτα.) Iam ap. Hesych. occurrit σιαλῶσαι, ποικίλαι. Commode itaque Taylor Lect. Lys. p. 703 recordatus Aeolicum digamma etiam in γ abiisse, vt tot exempla ap. Hesych. testantur, perspexit ex σιϝαλὸς, antiqua voce, σιγαλὸς, σιγαλόεις esse factum. Debuit quoque esse σιγαλᾶν. σιγάλωμα. Commendata haec sunt a viris doctis Foster *on Accents* p. 135. R. Payne Knight, et al. Scilicet est credendum σιαλὸς, quod proprie erat εὐτραφὴς, λιπαρὸς, fuisse adhibitum omnino, vt ipsum hoc

λιπαρὸς, pro λαμπρὰς, et translatum ita esse ad res colore vel splendore aliquo insignes. — Barnes laudat pro var. lect. στιγαλόεντα et Φοινικόεντα. (quod spectat ad Ω, 116. prius petitum est e Schol. br. interpolatis; legitur tamen etiam ap. Etymol.)

227. ἐγὼ δ' ἵππων ἀποβήσομαι. Est Aristarchea lectio: quae, si vera est, aliter accipi nequit, quam: *descendam de curru.* Nec vllo modo euincet, Eustathium sequutus, Clarke esse: *ego stans in curru pugnabo.* Interpretantur Ven. A. et B. οἷον τῆς τῶν ἵππων Φροντίδος ex v. 228. inuita sermonis lege et vi. Quid ni autem de vero descensu de curru accipi possit, vt Diomedem pedes aggrediatur Aeneas: cum id toties factum videamus, vt curru a tergo constituto pedites pugnent heroes, scilicet recepturi se in eum, vbi discrimen ingruerit; vt hoc ipso loco Diomedes pedes pugnat Sthenelo currui ad eius tergum insistente. Curru modo vectum Aeneam ad Pandarum accessisse credamus, et cum eo loqui de curru. Prorsus similis est locus Il. P, vbi 479. 480 hi iidem versus repetuntur, atque in iis etiam ἀποβήσομαι scriptum est. Alcimedon ibi mox conscendit currum et arripit habenas, alter autem Αὐτομέδων δ' ἀπόρουσε ad pugnandum. prope habentur equi 500. 1.

Narrant Sch. A. B. Zenodotum legisse ἐπιβήσομαι, quod et Schol. B. praefixum habet; idem notatum e Cant. Vrat. c, et Schol. b. Mosc. 1. 3. Ita Aeneas Pandarum iubet equos regere, ipse pugnaturus de curru: *rege tu equos, ego conscendam currum ad pugnandum:* tanquam ἐπιβάτης, qui adstat ἡνιόχῳ. Vt sic accipi possit, Aeneas putandus est pedes aduenisse: 166. 167. currus tamen in propinquo esse debuit 222. ἐμῶν ὀχέων ἐπιβήσεο. Dicuntur autem ἐπιβήσομαι ἵππων, ὀχέων, δίφρου, eodem sensu: cf. sup. 56. 109.

228. ἠὲ σὺ τόνδε δέδεξο. ξ— „quod δέδεξο priore syllaba geminata dictum est, vt, πεπείθωνται, λελάχωσι.“ Sic Sch. A. non assequor satis. Non ergo a δέδεγμαι deduxit imperantem modum δέδεξο? An esse voluit δέγμο

δέγμαι, δέξο? quod alibi occurrit, et huius ſyllabam priorem eſſe geminatam? Contra δέξο per aphaereſin vulgo creditur eſſe dictum pro δέδεξο? cf. ad ὄρσο ſup. Δ, 204. τόνγε vn. Vindob.

μελήσουσι δ' ἐμοὶ ἵπποι. Sic editum erat inde a Flor. Aldd. ſicque codd. in his Venetus, δέ μοι ap. Euſt. Lipſ. cod. ap. Bentl. Vrat. a, b, c, A. Moſc. 1, 3. Nil refert; niſi quod ἐμοὶ videtur vim habere oppoſiti.

230. ξ— nullum Scholion ad h. v. extat. Perperam ad ſeqq. laudatur praeceptum Neſtoris Δ, 306.

231. ὑφ' ἡνιόχῳ εἰωθότι. οὕτως καὶ Ἀρίσταρχος καὶ σχεδὸν ἅπαντες — vt ſit εἰθάδι καὶ συνήθει, qui ſolet eos regere, cui magis parent equi; non autem vt εἰωθὼς paſſiue dicatur conſuetus. Sch. br. τῷ ἐθίσαντι αὐτοὺς ἡνιοχεῖν. Comparat quoque Sch. A. illud ἐν Δολωνίᾳ (K, 493) ἀήθεσσον γὰρ ἔτ' αὐτὸν (vt Schol. legit) — Dicas: quid igitur aliud praeter Ariſtarcheum hoc, lectum fuit? ſorte εἰωθότε, quod et Barneſ. neſcio vnde laudat pro var. lect. quodque ex vno Vindob. notatum video. ita *equi currum trahent magis, in vſu habentes*, cum adſueuerint, ſc. trahere *ſub auriga* (deeſt *te*). Adeoque concitatius current equi te aurigante. Durum tamen eſt ὑφ' ἡνιόχῳ abſolute ita dictum, pro ὑπό σοι ἡνιόχῳ, omiſſo σοί, etſi et alibi, paullo durius, pronomen exulat, vt Δ, 204 Ὄρσ' Ἀσκληπιάδη, καλέει κρείων Ἀγαμέμνων.

232. ἅρμα οἴσετον. Bentl. οἴετον, neſcio an ex libro. Verum οἴσειν non minus quam οἴειν Homerus frequentat.

233. μὴ τὼ μὲν δείσαντε ματήσετον οὐδ' ἐθέλητον ἐκφερέμεν πολέμοιο. ξ— Excidit Scholion, quod reſpexit, puto, τὸ, ματήσετον, ματᾶν per ſe latius patens h. l. ipſa ſententia circumſcribitur, vt ſit μάτην ἵστασθαι καὶ ἀργὸν εἶναι. cf. Euſtath. Eſt adeo, ceſſare intempeſtiue; h. l. de equis non parentibus hortatui, ſed renitentibus. In Heſych. ματαιᾷ. διατρίβει. χρονίζει. Apud eund. v. plura hinc deducta. Similiter inf. Ψ, 510 οὐδὲ μάτησεν, ἀλλ' ἐσυμένως λάβ' ἀέθλων. add. Π, 474. Non eſt adeo, temere vagari; nec bene Sch. br. μὴ ματαιοπραγήσωσιν

ματαίαν ἔχωσι τὴν προθυμίαν. nimis laxe. Sane ματαιᾶν, ματαιάζειν, ματᾴζειν, ματαιοῦσθαι, ſaepe omnino eſt ſtulte agere, vt ματίη Od. K, 79 et ap. Apollon. I, 805. IV, 368 ſtultitia.

μὴ ματήσετον οὐδ' ἐθέλητον, — ſequentibus νῦν δὲ κτείνῃ καὶ ἐλάσσῃ referendum eſt inter illa exempla, in quibus aut dicendum eſt, futurum indicatiui et coniunctiuum eodem loco haberi, aut ματήσετον eſſe pro ματήσητον. v. Exc. de imperfecta Homeri grammatica, et de μή.

236. μώνυχας ἵππους. primo nunc occurrit epitheton, quod Virgilius reddidit *ſolo vngula cornu*.

237. τέ ἅρματα καὶ τεὼ ἵππω. Laudat et inter Aeolica refert Apollon. Dyſc. in app. Maitt. p. 432 B. vbi ſcriptum τέα et τέω.

238. ἐπιόντα δεδέξομαι ξ— quod δεδέξομαι pro δέξομαι, ἐπιτηρήσω, vt λελάχωσι (v. ad 228) Apollon. Lex. δεδέξομαι, ἐνεδρεύσω. ſicque Heſych. quod h. l. minus conuenit.

239. ὡς ἄρα Φωνήσαντες, ἑὰ ἅρματα ποικίλα βάντες, — neminem haec offendiſſe miror: — σαντες, βάντες. In promtu erat mutare φώνησαν, καὶ ἑά. In Moſc. 1. erat φωνήσαντε et βάντε. alterum vtique amplectar, βάντε.

244. ἄνδρ' ὁρόω ἐπὶ σοὶ μεμαῶτε μάχεσθαι. Incertum, quae iunctura amplectenda ſit: vtrum μεμαὼς ἐπὶ σοὶ pro ἐπιμεμαὼς σοί, quod alibi non occurrit an μάχεσθαι ἐπὶ σοί, an, quod ex vſ. 240 elicias, ἐπὶ σοὶ ἔχοντε ἵππους. Certe μεμαῶτε (ὥστε) μάχεσθαι ſunt iungenda.

245. ξ— quod poſt ἴν' ἀτέλεθρον ἔχοντας pro ὁ μὲν τόξων εὖ εἰδὼς debebat ſequi, τὸν μὲν τόξων εὖ εἰδότα. Alter Sch. ſupplet τούτων ὁ μὲν ἐστί. Oratio ſcilicet a poeta eſt inuerſa. Schol. ap. Bentl. comparat ἀστράπτων ἐπιδέξια (B, 358) ἐξ ὁμόθεν πεφυῶτε, ὁ μὲν δάφνης ὁ δ' ἐλαίης (ſic ſcriptum) Od. E, 477. Schema περιηγητικὸν appellat Lesbonax appoſitis vſſ. his: p. 186. Etiam h. l. ἔχοντε Harlei. Moſc. 1. Vrat. b. et Lesbonax l. c.

ἵνα ἀπέλεθρον, δύναμιν ἄμετρον. πολλήν. menſura finita pro infinita. Sic Apollon. Lex. Heſych. Etymol. Eſt enim πλέθρον cubitorum LXVI et dimidii: Sch. A. B. br. et Euſtath. ex Apione et Herodoro: h. e. pedum C. qui ſunt LIV pedes Reg. 5 dig. 4 lin.

247. Αἰνείας δ' υἱὸς μεγαλήτορος Ἀγχίσαο. Ita legebatur. Sch. A. ἐν ἄλλῳ· υἱὸς μὲν ἀμύμονος A. ſicque ipſe Ven. Lipſ. Barocc. Vrat. a. A. Townl. codd. Vindob. et Par. et cum his ed. Flor. quam ſtatim deſeruit Ald. 1. Sola ſane auctoritate haec lectio praeſtat; nec habet alterutra, cur eam praeferas.

Tum initio verſus Αἰνείας Ϝ', minus bene Barnes: erat in Flor. at ſtatim Ald. 1. δ' aſſeruit, cum codd.

248. Verſus aberat a Vrat. a. et eum adiectum eſſe ſuſpiceris ad ſupplendum id quod non ſupplendum erat. Nam ſi poſt Ἀγχίσαο finita erat ſententia recte ſuppleba-tur εὔχεται εἶναι. nunc υἱὸς ἐκγεγάμεν εὔχεται iunguntur, contra morem; nam dicitur quis ἐκγεγάμεναί τινος, non vero addito ἐκγ. υἱός τινος, niſi admodum otioſe. ἐκγεγάμεν eſſe pro γεγνηθῆναι in Schol. et gloſſ. notatur.

249. ἀλλ' ἄγε δὴ χαζώμεθ' ἐφ' ἵππων. ξ— ad ἐφ' ἵππων. Ariſtarchea lectio. Sch. A. B. cum Sch. Leid. accipit dictum pro ἐπὶ τοὺς ἵππους. vt ἐπὶ Ἀθηνῶν πλεῖν pro εἰς Ἀθήνας. et πέτονται ἐπ' Ὠκεανοῖο ῥοάων (Δ, 5) vitioſe πέτανται Sch. B. et Sch. Leid. Dictum eſſe Ἀττικῶς, addit et h. l. Sch. A. Sthenelus hortatur eum, vt recipiat ſe in currum, nam pedes pugnat, vt apparet ex vſ. 255 et ſup. Δ, 419. vt fugiat. At Sch. A. vult: „vt porro de curru pugnet." Sic quoque Sch. B. Scilicet indignum putarunt ipſo Sthenelo, ſi Diomedem fugere iuberet. Quo etiam ſpectat: δοκεῖ δὲ Ζηνόδοτος τοῦτον καὶ τὸν ἑξῆς ἠθετηκέναι. quod in Sch. A. ſubiicitur in Ἄλλως.

Verſum memorat Apollon. de Synt. p. 252. cum obſeruatione nonnullos putaſſe χαζώμεθα aut eſſe, aut ſuſtinere primam perſonam imperatiui.

μηδέ μοι οὕτως Vindob. μηδὲ μὲν —

250. *μήπως Φίλον ἦτορ ὀλέσσῃς.* Homericus loquendi vſus: *θυμὸν, ψυχὴν; ὀλέσαι. ὀλεῖν* eſt perimere; conficere. A, 559. *ὀλέσῃς δὲ πολέας ἐπὶ νηυσὶν Ἀχαιῶν.* Eſt adeo proprie, vitam perniciei offerre, perdere.

252. *μή τι Φόβονδ' ἀγόρευε. Φόβονδ'* eſt, *in fugam* vt *Φόβονδ' ἔχειν ἵππους.* vt Θ, 139 et al. Eſt ergo, quod et Euſtath. vidit, ellipticum. Sch. br. tantum ſenſum reddunt, *μηδαμῶς περὶ Φυγῆς λέγε.* Heſych. *μηδέν μοι περὶ Φυγῆς διαλέγου.* Melius Euſtath. p. 545 *μή μοι ἀγόρευε, τράπῃναι Φόβονδε.* Sic Π, 697 *Φύγαδ' ἐμνώοντο ἕκαστος* ſc. *τρέπεσθαι.* Koeppen ſupplebat: *μὴ ἀγόρευε ἐκεῖνα, ἃ Φέρει εἰς Φόβον.* — Pro *μή τι* eſt *μή τε* Sch. br.

ἐπεὶ οὐδέ σε πεισέμεν οἴω. (Ptolemaeus) Aſcalonita legebat *οὐδέ σε.* At Sch. A. contendit „*οὐδὲ σὲ* eſſe ſcribendum.“ ita vero erit, te, ne te quidem. *οὐ δέ με* Cant. et margo ed. Libert. at Bentl. e Cant. laudat *οὔ σέ με.*

253. *οὐ γάρ μοι γενναῖον ἀλυσκάζοντι μάχεσθαι.* ξ quod *γενναῖον* nonnulli acceperunt *ἐγγενὲς, πάτριον.* Sch. A. Incidit in eosdem veteres Euſtath. vbi plura. Et fuit ex iis Apollon. Lex. *γενναῖον. συγγενὲς*, appoſito hoc verſu, et Schol. Pind. P. VIII, 53. qui etiam ibid. vſ. 63 *τὸ γενναῖον ἐπιπρέπει ἐκ πατέρων παισὶ λῆμα* eodem modo interpretatur *συγγενικόν.*

οὐ γὰρ ἐμοὶ mſ. ap. Barnes. Cant. ap. Bentl. Moſc. i. leniore ſono.

ἀλυσκάζοντι μάχεσθαι. non eſt, fugiendo pugnare, vti quoque Euſtath. acceperat; nec *ἐν μάχῃ ἀλυσκάζειν, Φεύγειν*, in pugna fugere; verum eſt paullo durius dictum pro *ἀλυσκάζειν, ὥς τε μὴ μάχεσθαι.* Inf. Z, 443 *αἴ κε, κακὸς ὥς, νόσφιν ἀλυσκάζω πολέμοιο. ἀλυσκάζοντα* memorat Euſtath. ſi non vt lectum, certe, quod legi poſſit.

255. *ὀκνείω δ' ἵππων ἐπιβαινέμεν* Sch. *ὀκνῶ ἀντὶ τοῦ ὀκνείως ἔχω.* Alii *ἔκνον* de metu acceperunt. Sic Sch. B. et Euſtath. quo ſenſu et apud Atticos ſcriptores occurrit, itaque *ὀκνείω Φοβοῦμαι* interpretantur, allato

hoc verſu, vt in Schol. Sophocl. El. 320. v. ad Timaeum Lex. h. v. et Sch. B. inf. ad 275.

ἐπιβήμεναι Bentl. adſcripſit, neſcio vnde. Et occurrit hoc in Schol. Sophocl. Trach. 7. etſi in iisdem ad Oedip. T. 749 et ad Electr. 255 recitatur ἐπιβαινέμεν. Vtrumque bene ſe habet.

ἀλλὰ καὶ αὖτως ἀντίον εἶμ' αὐτῶν. ſcribitur αὖτως et οὕτως. hoc habent Lipſ. Townl. Ald. 2. cum ſequacibus it. Rom. et praefert Erneſti, ne alterum, αὖτως, mali ominis ſit, cum et eſſe poſſit, fruſtra. αὖτως erat in Flor. Ald. 1. reuocatum a Steph. tuetur illud Ven. c. al.

256. ἀντίον εἶμ' αὐτῶν. Cant. ἀντίος.

τρεῖν μ' οὐκ ἐᾷ Παλλὰς Ἀθήνη. ἐᾷ vna ſyllaba effertur, nec hoc inſolens, cum et ἐῶμεν diſyllabum ſit K. 344. T. 202. et ἐάσουσιν trinis ſyllabis Od. Φ, 233. obſeruante Clarke. Sch. A. et B. docent, veteres multa eſſe argutatos, quaerendo, an ἔα ſit imperfectum pro εἴα, (vt Il. Π, 731 Ἕκτωρ δ' ἄλλους μὲν Δαναοὺς ἔα, οὐδ' ἐνάριξε, item Od. Ψ, 77. 244.) Alii ſtatuerunt, ex ἐάω factum eſſe per apocopen ἔα, vltima breui, quod etiam Sch. br. et Euſtath. ſequuntur, quo nil ineptius; teſte eodem multo pauciores fuere, qui ἐᾷ legerent, ſunt in his mſ. Mori Cant. At ſine iota ſubſcripto ἐα eſt etiam ex Veneto expreſſum. Bentl. videtur legiſſe δ', τρεῖν δ' οὐκ ἐᾷ. De τρεῖν v. inf. Λ, 545 τρέσσε δὲ παπτήνας.

Ad vſ. 257 appicta ξ— nullo ſubiecto Scholio, quod ſpectare potuit ad πάλιν αὖτις.

258. εἰ γοῦν ἕτερος γε φύγῃσι. Ex canone grammatico ſcribendum videri poteſt ἕτερός κε φύγῃσι. Verum γε ad ἕτερος ſpectat, *alter ſaltem.* nec quicquam profeceris, nam reſtat alterum γε in εἰ γοῦν, vel εἴγ' οὖν. Itaque legendum, εἰ κ' οὖν. niſi contendas, ad Homerum canonem Atticorum haud ſpectare, ſed dici εἰ φύγῃσι, omiſſo ἄν, ἐὰν φύγῃ, pro Attico εἰ φύγοι. Simile exemplum inf. Π, 30 videbimus.

260. αἴ κεν — ὀρέξῃ. non niſi vn. Vindob. ὀρέξῃ.

261. σὺ δὲ τούςδε μὲν ὠκέας ἵππους. ξ „quod δὲ abundat.“ Nondum didicerat grammaticus, δὲ in apodoſi poni. Sch. Vrat. b. τοὺς δὲ καλλίτριχας ἵππους. puto ex vſ. 323.

262. αὐτοῦ ἐρυκακέειν ξ „quod infinitiuus pro imperatiuo.“ et hoc potuit nouum ac notabile videri!

ἐξ ἄντυγος ἡνία τείνας. Primo loco haec nunc occurrunt, et a grammaticis illuſtrantur, itaque pauca h. l. ſunt dicenda. Currus heroum erant humiles, binis rotis ſubnixi, quibus impoſitus δίφρος, cui inſiſtebat auriga, ἡνίοχος, cum altero pugnante, ἐπιβάτης. Ambiebat δίφρον praecinctio aliqua, lorica, fere ad genuum menſuram. Haec eſt ἄντυξ, in qua eminebant paxilli, ſeu claui, anſae, circa quas religari poterant habenae. Obvia res eſt in antiquis monimentis, vnde clarior habetur notio, quam ex nota Hemſterhuſii ad Lucian. T. I, p. 279. Si duae ἄντυγες memorantur, vt inf. E, 728. Υ, 500 videtur ἄντυξ binis ſemicircularibus partibus conſtitiſſe, quae vtrinque latus tegebant. A tergo aut humilior erat orbis, aut patebat, interuallo relicto, quo conſcendi currus poſſet.

263. Αἰνείαο δ' ἐπαΐξαι μεμνημένος ἵππων. ξ quod et hic ἐπαΐξαι pro ἐπάϊξον. In Zenodotea vitioſe erat ſcriptum Αἰνείω.

265. εὐρυόπα Ζεὺς primum nunc occurrit, pro εὐρυόπης, vt μητιέτα Ζεὺς et alia ex antiquo ſermone ſervata in Ionico poeta. At εὐρύοψ vidimus A, 498. vtrumque obſoletum grammaticorum iam aetate, qui ex etymo declarare ſtudent, et modo ad vocem modo ad viſum referunt, τὸν μεγάλως ἐφορῶντα, vel τὸν μεγάλους ἤχους καὶ ψόφους ἀποτελοῦντα vel τὸν μεγαλόφθαλμον interpretantes, ex ὄψ, vox, putes verius; eſt tamen ab ὤψ, ὠπὸς, etiam ἤνοψ, οἴνοψ et alia: Sed v. ad A, 498. Verſu vtitur Maximus Tyr. Diſſ. XL, p. 268. vbi εὐγενείας ἱππικῆς exemplum vult proponere.

266. δῶχ' υἱὸς ποινὴν ξ „quod ποινὴ h. l. proprie dicta, et intelligitur ἕνεκα.“ Scilicet ποινὴ eſt compen-

ſatio, ἀμοιβή, ἀντάλλαγμα, vt apud Pindarum. cf. Euſtath.

υἷος eſſe ſcribendum, docet Sch. A. eſſe enim ex υἵϝος, (υἱϝς) vnde υἵιος, contracte υἷος. Eadem habet Etymologus. Verſum reſpicit Eurip. Or. 1398. vbi v. Schol. Apud Maxim. Tyr. l. c. ἄριστοι ἵπποι legitur. Secundum haec non rapuerat Ganymedem Iupiter, ſed pretio ſoluto patri coemerat: Spirant haec rudiſſimam antiquitatem, in qua vendebantur liberi, et ad cuius ſenſum ſummam cuiusque hominis ſeu rei praeſtantiam ita declarabant, vt dicerent diuinam, a diis expetitam; Ita Ganymedem a Ioue; et equos Trois praeclaros, a Ioue acceptos. Ornata poſt haec fabula tanquam res vere geſta, variis modis: cf. Jl. Υ, 232. Bonam notam ad h. l. edidit Koeppen.

269. ξ— ad ὑποσχὼν θήλεας ἵππους. „quod Hellanicus θηλέας ſcripſerat.“ Sch. A. Ergo antiquus ille ſcriptor iam de pronuntiatione monuerat? Sunt tamen verba Sch. Ven. A. „ἡ διπλῆ, ὅτι οἱ περὶ Ἑλλάνικον ἀνεγίνωσκον θηλέας, ὡς ταχέας· ὡς Δωρικῶς ἐκτεθειμένου τοῦ ποιητοῦ. τὸ δὲ τοιοῦτο παρ' Ἡσιόδῳ πλεονάζει, Ὅμηρος δὲ οὐ χρῆται. Adiectum: θήλεας eſſe ſcribendum, vt a caſu recto θῆλυς ſit declinatum, θῆλυς ἔερση· Ἥρη θῆλυς ἐοῦσα (Jl. Τ, 97) θῆλυν ὑπόῤῥηνον. (Κ, 216) οὕτως Ἀρίσταρχος καὶ Ἀσκαλωνίτης.“ Dices, ita nondum patere, quid grammatici notare voluerint. Scilicet in Hellanico ſcriptum aliquid eſſe debuit, vnde appareret, eum h. l. θηλέας pro θηλείας a θήλεια, (vt βαρείας χεῖρας) dictum accepiſſe; ita vero vltima, natura longa, corripi debet more Dorico, quem e Theocrito meminiſſe potes. Atqui Homero fuit ὁ καὶ ἡ θῆλυς, vnde θήλεος, et τὰς θήλεας ἵππους. Male in interpolatis Sch. br. θήλεας ἵππους ἀρσενικῶς. in ed. pr. legitur tantum θήλεας. θηλείας. Expoſuerat Hellanicus in Troicis fabulam, de Trois equis, vnde eam repetierunt Apollodor. II, 5, 9. p. 130. et Schol. Jl. Υ, 145. (illatam in fragm. Hellanici p. 145. a doct. Sturzio) neuter tamen

ipsis Hellanici verbis, nisi quod prior ille τὰς ἵππους habet, vt et Diodor. IV, 42. et haud dubie Hellanicus θηλείας reddiderat Homericam vocem θήλειαι. Expressum θηλέας in Vrat. A. Flor. et Ald. 1. Mutatum in Ald. 2.

270. τῶν οἱ ἓξ ἐγένοντο ἐνὶ μεγάροισι γενέθλη. Agnoscit γενέθλῃ Eustath. Idem habent Sch. br. Ven. Cant. 1. Barocc. et ap. Bentl. H. L. C. M. Vrat. a. γενέθλα Vrat. b. Intulit in edd. vulgg. γενέθλης Ald. 2. idque firmat ed. Rom. Vtraque lectio bene se habet, vel vt sit ἐξ ὧν γενέθλης pro γεννήσεως, vel ἐξ ὧν ἐγένοντό οἱ ἓξ (ὄντες ἐκείνων) γενέθλη. Alterum hoc doctius dictum videri potest. Est tertia lectio γενέθλῃ in Lips. Vrat. c. A. Vindob. eaque erat in Flor. Ald. 1. Argent. quod praetulerit Ernesti.

ἐγένοντο ἐνὶ μ. Hic in manifestum hiatum incidimus, quem Bentl. iam obseruatum tollere satagebat vel per ἐγένοντ' εἰνὶ (quod et alibi occurrit vt Θ, 199 σείσατο δ' εἰνὶ θρόνῳ) vel, ἐγένοντ' ἄρ' ἐνὶ μ. Ex vitiosorum tamen hiatuum numero facile eum eximas, si animaduerteris hiatum incidere in caesuram medii versus voce in pronuntiatione subsistente cum sententia ipsa.

271. τοὺς μὲν τέσσαρας. τῶν μὲν Harlei. at τοὺς μὲν vbique, etiam in Apollon. Lex. in τούς. ἀτίταλλεν, ἀταλῶς, τρυφερῶς ἀνέτρεφεν. Sch. br. vide de voc. ad N, 27.

272. τὼ δὲ δύ' Αἰνείᾳ. δῶκε μήστωρε Φόβοιο. ξ οὕτως Ἀρίσταρχος· μήστωρε δυϊκῶς. ἐπὶ γὰρ τῶν ἵππων. Sch. A. quaeras: quid igitur aliud fuit lectum? Scilicet μήστωρι Φόβοιο, vt ad Aeneam referretur. Ita enim legitur idem versus altero loco Θ, 108 οὓς ποτ' ἀπ' Αἰνείαν ἑλόμην, μήστωρα Φόβοιο. Praefert quoque hanc lectionem Bentl. et video eam a Barnesio nescio vnde apponi. Scilicet ipsa res et vsus Homericus, inquis, perpetuus praeferre iubent Aeneam μήστωρα Φόβου. Est enim hoc perpetuum heroum elogium; addes, fuisse lapsum h. l. procliuem, cum antecedat τὼ δὲ δύο. — Omnia haec bene se habent; verum si h. l. lectionem omnium librorum relinquere maluerim, et criticum acumen praeferre: quid fa-

ciendum erit in tot aliis locis multo magis tale obſequium poſtulantibus, ſi nobis conſtare volumus? Iam autem *μήστωρε Φόβοιο* lectio eſt non modo librorum, ſed et Sch. br. A. B. nec vllum veſtigium alicubi occurrit lectionis variantis, niſi forte Heſychii gloſſam memores aliunde inſertam alieno loco poſt *μνήστωρ, μήστωρι, βασιλεῖ, Φρονίμῳ*. *Equos* autem *μήστωρε Φόβοιο* nouo more dici, nihil habet quod improbes; inferunt illi fugam curru inuehentes heroem inſiſtentem; vt ſup. 222 iidem equi Aeneae *ἐπιστάμενοι — διωκέμεν ἠδὲ Φέβεσθαι*. Et B, 767 vidimus Eumeli equos *ἄμφω ἠλείας, Φόβον Ἄρηος Φορεούσας*. Vltima haec omnem dubitationem tollunt. De *Φόβος* et ſynonymis longa eſt obſeruatio Schol. B. De *μήστωρ* v. V. L. ad Δ, 328.

273. *ἀροίμεθά κε κλέος εὐρύ*. Reuocaui *κε* pro *κἂν* quod alienum eſt. *κὲν* erat in Cant. Barocc. Lipſ. Vrat. a. b. c. Townl. Moſc. 1. 3. codd. Vindob. et edd. Flor. Rom. Aldd. omnes vsque ad Turneb. in quo primum *κἂν* apparet; ſeu incuria ſeu mala ſedulitate illatum; non enim codicum vlla eſſe videtur auctoritas. *κε* ipſum offert Ven. Harlei. Sch. br. *ἀροίμεθά κε, κτησαίμεθα ἄν*. Prorſus ſimilis locus Θ, 196. vbi eſt *ἄν. εἰ τούτω κε λάβοιμεν, ἀσλποίμην ἂν* —

276. *τὸν πρότερος προέεικε. τῷ πρ.* cum gl. *πρὸς τούτους* Moſc. 1.

278. *ἦ μάλα σ' οὐ βέλος ὠκὺ δαμάσσατο. ξ— πρὸς τὴν ἑρμηνείαν*. quod *ἦ* h. l. eſt *βεβαιωτικόν*. At fuere qui *ἦ* pro *εἰ* acciperent, et cum ſequ. iungerent. In Townl. eſt *ἦ* ſed *εἰ* appoſuit alia manus, quod et in vno cod. Vindob. et in marg. ed. Libert. erat; et haberet hoc quoque locum.

280. *προΐει. προίη* Vrat. a.

281. *διαπρὸ* vna voce alii, vt vbique.

283. *τῷ δ' ἐπὶ μακρὸν ἄϋσε*. Monet Ven. A. non eſſe *ἔπι* ſcribendum, ſpectare enim ad *ἄϋσε*, (adeoque pro *ἐπάϋσε*.) Praeterea retrahi non poſſe accentum, ſi alia verba interpoſita ſint; niſi in fine verſus hoc occur-

rerit. (Velis argutiarum rationes audire? vide Schol. ad B. 831.) — μακρὸν aiunt esse pro εἰς μ. Eust. εἰς πολὺ μῆκος καὶ διάστημα ἀέρος.

284. βέβληκι κενεῶνα διαμπερές. κενεῶνα interpretantur grammatici τὸν λαγόνα παρὰ τὸ κενὸν εἶναι αὐτὸν ὀστέων. A. B. Sch. br. ad h. v. et ad 857. Etymol. Hesych. Eustath.

285. Δηρὸν ἔτ' ἀντιχήσεσθαι. Hic nulla varietas. At vid. ad 104. Interpretantur Sch. br. ἀνασχέσθαι, ὑπομεῖναι. τὸ εὖχος primo nunc loco occurrit, proprie, τὸ καύχημα, frequentatum Homero et Pindaro pro νίκη, interdum ita positum, vt saltem designet aciem superiorem altera factam. v. c. Λ. 287.

287. ἤμβροτες, οὐδ' ἔτυχες. In Hesych. ἤμβροτες et ἄμβροτες, monente Bentl.

288. πρίν γ' ἀποπαύσεσθαι, πρίν γ' ἢ ἕτερόν γε πεσόντα. Trina repetitio τῆς γε post οὐ μὲν σφῶϊ γ' ὀΐω. Barnes. recte monet illud γ' post πρὶν abesse posse, adeoque fuisse olim: πρὶν ἀποπαύσεσθαι πρὶν ἢ, nam ipso tono producitur syllaba. Consentiunt tamen excepto vno Vindob. codd. in γ'. et Clarke adeo nescio quid faceti in hac repetita particula sentire sibi videtur. At ἀποπαύσασθαι Cant. Barocc. Ven. Lips. Vrat. b. c. A. Mosc. 1. 3. ἀναπαύσασθαι Townl. edd. Flor. Ald. 1. deseruit eam lectionem Ald. 2.

289. αἵματος ἆσαι Ἄρηα ταλαύρινον πολεμιστήν. ξ quod ταλαύρινον dicitur paragogice. Scilicet quaesitum est de etymo vocis. Aristarchus putabat ex ταλαὸς factum esse ταλαύρινος, (etsi non docuit nec apparet, qua analogia) nec esse aliud quam εὔτολμον καὶ ἰσχυρόν. (propius ad etymon Etym. Hesych. Sch. br. ὑπομονητικόν.) Subiicitur ὁμοίως δὲ καὶ Ἀριστοφάνει (deb. Ἀριστάρχῳ) ὁ Τρύφων. At alii a ῥινὸς duxerant, qui *clipeum tenendo perdurat*; (ὁ ταλάων, ἔχων ἐν χερσὶ τὸν ῥινὸν, τὴν ἀσπίδα, quae res non parua laboris tolerantia egebat) Itaque iidem cum adspiratione scripserant ταλαύῤῥινος: (scil. vt ex ταλαορινος factum sit ταλαυρινος, forte ex ταλαϝρινος) Addit Sch. A. ἡ μέντοι παράδοσις ἐπείσθη Ἀριστάρ-

χῳ. Et ita res ſe habet. Nam ſimiliter Apollon. Lex. ταλαύρινον, τολμηρόν. παρῆνται δὲ ἡ λέξις παρὰ τὸ τλῆναι. καὶ οὐκ ἔγκειται ὁ ῥινός. ὡς οὐδὲ ἐν τῷ κελαινεφὲς τὸ νέφος. (de hoc ſup. ad Δ, 140.) Sic quoque Heſych. Sch. br. etiam inf. ad Υ, 77. Sch. Ariſtoph. Acharn. 963. Vtraque ratio propoſita in Etymol. et in Euſtath. qui mira alia comminiſcitur.

αἵματος ἆσαι Ἄρηα. Nil in Sch. Ven. notatum. At Euſtath. *Martem* pro enſe dictum notat: ἀστείως, inquit, δηλοῖ τὸ εἰς πολὺ αἷμα βάψαι τὸν ἄρην, ἤγουν τὸ ξίφος. Praeiuerant veteres grammatici: v. Etymol. qui h. l. appoſuit, Heſych. in αἵματος α. A. Ipſe Apollon. Lex. in Ἄρης — ἐπὶ δὲ τοῦ σιδήρου. laudato vſ. 569 N. ἔνθα μάλιστα γίνετ' Ἄρης ἀλεγεινὸς ὀϊζυροῖσι βροτοῖσι, vbi ſaltem eſſet pro vulnere dictum, non pro enſe. Nam Martem ad pugnam, vulnera, caedem, transferri ſatis conſtat.

Debebat homines ſenſus poeticus docere, Martem etiam in his tanquam perſonam adhiberi: Satiatur ille ſanguine ac caede, adumbratus ad ingenium hominum ferocium priſcae aetatis, qui *ferarum more* caeſorum hoſtium ſanguinem guſtabant: cuius rei veſtigia occurrunt tot alia in Homericis; vt Δ, 35 Iupiter de Iunone εἰ δὲ σύγ' ὠμὸν βεβρώθοις Πρίαμον Πριάμου τε παῖδας — in votis Achillis X, 346: qui vellet ipſum ſanguinem Hectoris deguſtare. cf. Heſiod. Sc. Herc. 251. Niſi haec et alia exempla eſſent, dicerem a leonibus aliisque feris hoc eſſe translatum, vt in vetere poeta eſt (cuius fragmentum nunc inter Theocritea habetur XXV, 253) leo μαιμώων χροὸς ἆσαι. Manſit modus loquendi temperata iam feritate hominum. Expletur igitur et ſatiatur ſanguine Mars caeſo hoſte, dum adſtat pugnanti, et tribuitur ei, quod olim feri homines faciebant hoſte occiſo. Similiter tribuuntur Marti alia, quae in pugna fiunt. *Mars ſiſtit impetum haſtae emiſſae* in loco, in quem eſt adactus, ne illa ad interiora penetret: Π, 613. P, 539. N, 444. Mars *dolorem creat* vulnere, vt in illo N, 569.

Mars *interimit* pugnantes, vt Ω, 260. *Incalescunt* pugnantes *Marte*, adeoque Mars eos afflat, subit, vt vatem ἐνθουσιῶντα Apollo, h. vis Apollinis: δῦ δέ μιν Ἄρης P, 210.

At veteres argutias suas petierunt ex iis locis in quibus *hasta* dicitur velle *satiare se* corpore seu viscera bus h. e. penetrare. δοῦρα λιλαιόμενα χροὸς ἆσαι Λ, 573. O, 317. Φ, 168. Atqui et hoc antiquo more dictum est, quo rei inanimatae sensus tribuitur.

Versus repetitur Υ, 78. X, 267. — ασαι, πληρῶσαι Apollon. Lex. vbi Apion notatur, qui ab (ἄτω duxerat. Male, cum ductum sit ab ἄω vel ἄεμι, quod serius factum ἄδω, satio. v. Excurs. ad v. 203. Apud Suidam recte primo loco κορέσαι memoratur; tum vero inepta adiiciuntur; ἢ αἵματι μολύναι καὶ χρῶσαι. ἄσης γὰρ ἡ ῥυπαρία. —

290. Ad βέλος δ' ἴθυνεν Ἀθήνη ῥῖνα παρ' ὀφθαλμόν, quaesitum est, (ζητεῖται) quomodo hasta a Diomede pedite in Pandarum, currui insistentem, emissa ex alto deorsum subter oculos descendere potuerit. Mira argutantur Sch. A. Sch. br. et ad vs. 293 Sch. B. cum Eustath. Simplex responsio erat, hastam missilem torqueri, circumagi, vt in altum acta desuper in corpus incidere possit.

291. ἐπέρησεν ὀδόντας. Bentl. hinc emendat Hesychii glossam: πόρησεν, διεπέρασεν.

292. γλῶσσαν πρυμνὴν — Scribendum esse πρυμνὴν, cum sit adiectiuum, at πρύμνην, si sit prora, docent Sch. A. Eustath. et al. grammatici.

Quaerunt veteres acumen in hoc, quod, qui inaniter multa dicta iactauerat, Pandarus nunc linguam transfixam habet; nec modo Eustath. verum et Athen. VI, 8.

293. αἰχμὴ δ' ἐξελύθη παρὰ νείατον ἀνθερεῶνα. Sch. A. „ἐξελύθη est Aristarchea lectio; alii ἐξεσύθη.“ At Lips. cod. legit ἐξέσυτο, et Schol. „ἐξέσυτο. ἐξελύθη τῆς ὁρμῆς, ἐπαύσατο. ἐξελύθη Ἀρίσταρχος. Ζηνόδοτος δὲ ἐξετύθη.“

Mira eſt lectionis varietas in hac voce. Erat ἐξελύθη in Flor. ed. ſed Ald. 1. ἐξεχύθη intulit, vna cum Rom. hocque retinuere edd. donec ſecundum notam Erneſtinam Wolfius V. C. renocauit ἐξελύθη, recte ac vere.

Iam ἐξεχύθη quod ex Aldd. profectum debetur haud dubie interpolatori, nec ex codd. praeterquam in vno Vindob. notatum vidi. ἐξεσύθη accommodatiſſimum eſt per ſe rei et ſenſui; et ſic in Euſtathii verbis legitur tanquam ex eius codice; Legitur quoque ſic in cod. Stephani, (niſi is eſt Euſtathius) in Vrat. a. et A. et vno Vindob. ἐξεσσύθη Vrat. b. Nec alienus ab ea lectione erat Bentleius. In Sch. br. ed. pr. Ald. erat ἐξελύθη. (ſubſtituerunt edd. ex vulgata lectione ἐξεχύθη) ἐξώρμησε, διῆλθε. Neceſſe eſt grammaticum legiſſe ἐξεσύθη. In Moſc. 1. eſt ἐξεχύθη in litura, at ſuperſcriptum eſt ἐξώρμησεν, ἐξῆλθε. Itaque et ibi ſcriptum erat ἐξεσύθη. Legiſſe quoque ſic Venetum B, neceſſe eſt, nam in Sch. B. eſt: τὸ δόρυ ἐξῆλθε διὰ τοῦ γενείου. Videtur eius locum inuaſiſſe alterum quod in Lip. eſt ἐξέσυτο, quod toties in poeta occurrit de eo, quod celeriter erumpit, ἐξέσυτο vel ἐξέσσυτο. vt Il. H, 1. κατέσσυτο Φ, 382. διέσσυτο inf. 661. et O, 542 αἰχμὴ δὲ στέρνοιο διέσσυτο μαιμώωσα. Exhibet quoque ἐξέσυτο Townl. Verum, vti contra ἐξεσύθη moneri poteſt, aoriſtis primis paſſiuis Homerum non facile vti, vt nec ἐσύθη vel σύθη in Homericis occurrit, ita alterum ipſa facilitate ſua ſuſpicionem mouere.

Reſtat Ariſtarchea lectio ἐξελύθη, eaque doctior et firmata codicum auctoritate. Nam eſt Homericum λύεσθαι de impetu, qui ſiſtitur; et omnino de vi et robore fracto, vt in Patroclo Π, 805 λύθεν δ' ὕπο Φαίδιμα γυῖα et λύθη vſitata Homero forma, vt mox 296 τοῦ δ' αὖθι λύθη ψυχή τε, μένος τε. Eſt adeo ſenſus τῶν αἰχμὴ ἐξελύθη, *impetu ſuo elanguit haſta*, idem fere quod in illis de haſta non vlterius penetrante. ἔνθ' ἀφίει μένος ὄβριμος Ἄρης, N. 444 et al. Tum ἐξελύθη legitur in optimis codd. Mori. Barocc. Cant. Vrat. c. et nunc Veneto, etiam in Harlei. ſuperſcripto σ. et in vno Vindob.

In Hesychio est ἐξελύθη. ἐπαύσατο τῆς ὁρμῆς. Nec aliter Codex Apollonii Lex. in αἰχμηταί, et sic recitatur versus in Luciani Pseudolog. 27. Mirum in Etymologo nullam memoratarum vocum legi.

In fine versus pro ἀνθερεῶνα vitium est ed. Flor. et Ald. 1. ἐς κενεῶνα, ex codd. propagatum; nam sic quoque scriptum est in Vrat. c.

295. παρέτρεσσαν δέ οἱ ἵπποι· tantum de motu, quem equi consternati facere solent, accipi potest; non, quasi consternati fugerint, vt acceperunt Sch. br. διὰ δέος ἔφυγον. Nam, si fugerant, abreptus fuisset cum iis Aeneas currui insistens — τεύχεα αἰόλα, varia seu colore seu splendore. v. sup. ad Δ, 186.

297. Αἰνείας δ' ἀπόρουσε. Aeneam necesse est descendisse curru, si tueri volebat corpus Pandari: quod ἤριπεν ἐξ ὀχέων. variauit tamen lectio. Erat ἐπόρουσε in edd. Flor. Ald. 1. cumque Ald. 2. vulgasset ἀπόρουσε, quod etiam ed. Rom. habet, seqq. edd. exempla iterum deseruit Turnebus, et ἐπόρουσε reuocauit, quem sequutus est Henr. Stephanus cum ceteris, etiam Barnes, Clarke. Et ferri vtique potest hoc quoque; nam et *descendere curru* et *irruere* debuit Aeneas, si cum Diomede congredi voluit. Litem lectioni iterum mouit Ernesti, et ἀπόρουσε probauit ex Sch. br. et e Lips. a pr. m. itaque recte recepit Wolf. quem v. in praef. p. XXVIII. Nunc auctoritates habemus lectionis Ven. cum Sch. A. Cant. Harl. Vrat. b. A. Mosc. 1. duo Vindob. Etiam Hesych. ἀπόρουσεν, ἀφήλατο. Vox in eadem re aliquoties occurrit, vt sup. vs. 20. et inf. 836.

In Schol. A. nugax est subtilitas Heliodori grammatici, apud Herodianum ἐν τῇ προσῳδίᾳ, qui interpungebat post ἀπόρουσεν, „vt a Pandaro clipeum et hastam Aeneas ipse receperit" — Videtur adeo quoque vs. 300 ita accepisse, vt Pandari arma essent δόρυ et ἀσπίς. Scilicet, ne prorsus inepta haec esse putes, cogitandum est, aurigantem non tenuisse clipeum et hastam; vnde adeo haec Aeneas acceperit, non monuit poeta. Credendum

tamen, auriganteṁ non nudum adſiitiſſe, ſed ſi laeua habenas tenebat, dextra haſtam tenuiſſe, clipeum in tergum reiectum habuiſſe.

298. ξ— 299. ξ— 300. ξ— appoſita ſtigme, quae forte ad modo notatas Heliodori argutias ſpectauit, nec tamen quicquam monitum, praeterquam ad v. 299. quod ἀμφιέβαινε ductum ab animantibus: quod iam vidimus ſup. ad 21. At ſuper ἀλκί commentati ſunt grammatici, eſſe factum ex ἀλκή. quo quid indoctius! Viderat (Ptolemaeus) Aſcalonita, etiam antea Apollon. Lex. h. v. eſſe ab ἄλξ ductum, quod recte Sch. br. ſequuntur, et Tryphon in libro primo περὶ τῆς ἀρχαίας ἀναγνώσεως ad Ariſtarchum prouocauerat docentem, Aeoles (nam Αἰολεῦσι leg. pro αὐτοῖς) ita dixiſſe, ἴωκα pro ἰωκὴν, κρόκα pro κρόκην, ergo ἄλκα pro ἀλκήν. Eadem ap. Euſt. Etymol. Schol. Suid. in Ἴωκά et al. quorſum enim enotarem haec! cf. ad A, 600.

300. ἀσπίδα πάντοσ' ἐίσην. iterum variat ſcriptura πάντοσε ἴσην vt in Townl. v. ad Γ, 347.

301. ὅστις τοῦ γ' ἀντίος ἔλθοι. Moſc. 1. τοῦδ'. Erat ἀντίον in edd. profectum ex Ald. 2. acciuente ed. Rom. reuocatum ἀντίος ex Flor. Ald. 1. tum codd. Harl. et L. apud Bentl. Ven. Vrat. c. A. Moſc. 3. Vindob.

Tandem ἔλθῃ pro ἔλθοι Vrat. A. minus bene.

302. σμερδαλέα ἰάχων. Tyrannio ſcribere iuſſerat ἰαχῶν, quod reſellit Sch. A. cf. ad A, 482.

χερμάδιον. χειροπληθῆ λίθον. Sch. br. Euſtath. Etymol. paſſim alii.

Verſus 302. 3. 4. repetuntur inf. Υ, 285. 6. 7. vbi in Aeneam transferuntur molientem in Achillem ea ipſa, quae h. l. a Diomede in ipſum patrantur: quae res ſuſpicionem facile induere poſſit.

Ceterum hic locus de Diomede notatus eſt in quaeſtione de priorum hominum magnitudine et roboro corporis, ſequiorum aetatum corpora multum ſuperante: quam opinionem iam Homeri aetate viguiſſe ex h. l. patet. Alter locus eſt M, 381 de Aiace, 449 de Hectore,

et Υ, 287. vbi de Aenea eadem, quae hic de Diomede, narrantur. Expreſſit ea Virgil. XII, Aen. 807 ſq. Sunt alia loca, ſed remotiora a re, in quibus virtus maiorum praefertur, vt A, 272. 3, et al.

303. ὃ οὐ δύο γ' ἄνδρε φέροιεν. Eſt hic vnus ex illis locis, in quibus Attica ſubtilitas in vſu optatiui deſideratur, qui recte ſine ἄν vel κεν ponitur, ſi vere optantis eſt; ſin potentialis, ἄν vel κεν deſiderat: qua de re ad Tragicos et Comicum ſaepe monuere viri docti, inprimis Brunck, vt ad Ariſtoph. (To. III, p. 17.) videtur adeo in δύο γ' latere δύο κ' ἄνδρε φέροιεν. φέροιεν ἄν. quod et cenſuit nuper ſecundum iſta Eichſtaedt V. C. Quaeſt. Spec. p. 68. Eſt tamen conſtans librorum lectio, etiam repetito in hemiſtichio Υ, 286. et in Homerica grammatica nolim iſtam ἀκρίβειαν Atticorum, inprimis cum a grammaticis antiquioribus deſiderata non ſit, requirere, ſaltem omnino tanquam neceſſariam inſerre non auſim.

χερμάδιον — μέγα ἔργον. Mirum eſt, Euſtath. et Sch. br. in hoc argutari et reddere, μέγα βάρος. Eſt enim haud dubie, quod ſerioribus μέγα χρῆμα. Emiſſis autem fruſtra haſtis ſaxo obuio hoſtem petere, non dedecori fuit heroum aetate.

306. ἔνθα τε μηρὸς ἰσχίῳ ἐνστρέφεται, κοτύλην δέ τέ μιν καλέουσι. ἔνθα γε Vindob. Moſc. 1. ἐντρέφεται, cum gl. ἔνδον τρέφεται. ἰσχίῳ ἀναστρέφεται ed. Rom. vnde ἀνστρέφεται fecit Iunta. κοτύλη notatur Sch. A. B. br. Euſtath. In Apollon. Lex. πᾶν τὸ κοῖλον, etſi locus ille non ad h. l. ſpectat, ſed ad X, 494. vbi eſt menſurae genus. Conficitur ex iis, κοτύλην eſſe cauum oſſis, in quo caput oſſis femoris vertitur, τὸ ὑπὸ τὴν ὀσφὺν ὀστέον, εἰς ὃ ἔγκειται τὸ ἱερὸν ὀστοῦν ὅπερ καὶ γλουτὸς καλεῖται, καὶ κοτύλη παρὰ τὴν κοιλότητα. Cetcrum prorſus ad anatomicas rationes accedit, quod poeta narrat duo tendines, (quos ambo narrat ruptos, ſaltem, luxatos; nam mox iterum conualuit Aeneas) quibus os femorale in coxa vertitur et firmatur. Laudat quoque verſum, e

quid κοτύλη ſit, explicat Galen. ad librum de fracturis To. XII, p. 224.

308. ὥσε δ' ἄπο ῥινὸν — ſic et Aſcalonita ſcripſerat, quoniam eſt ἀπῶσε, et retrahitur tonus, quoties verbo aut nomini poſtpoſita eſt praepoſitio. Repugnare tamen videtur Sch. A. niſi verba manca ſunt, quia δ' interpoſitum eſt.

309. ἔστη γνὺξ ἐριπών ξ — quod eſt ἔμεινεν ἐπὶ τὰ γούνατα πεσών.

καὶ ἐρείσατο γαίῃ· ἐπεστηρίχθη. ἐπέλαβε gl. Moſc. 1, ἐπερείσθη Sch. br.

310. ἀμφὶ δὲ ὄσσε κελαινὴ νὺξ ἐκάλυψε. ※ „quod h. l. verſus bene ſe habet, minus bene in locum de Hectore eſt translatus Λ, 355. 6." Sch. A. Rationem certam iudicii haud video.

ἀμφὶ δὲ ὄσσε ab Homero eſſe nequit, hiatu inſolenti relicto. Barnes: „γρ. ἀμφὶ δ' οἱ ὄσσε et ἀμφὶ δ' ἓ ὄσσε perperam, nam eſſet ϝοι et ϝέ. In Euſtathio eſt ἀμφὶ δέ οἱ ὄσσε. Bentl. refingit ἀμφὶ δ' ἄρ' ὄσσε. Lenius erit ἀμφὶ δέ τ' ὄσσε. De modo loquendi ἀμφιεκάλυψε τὼ ὄσσε νὺξ v. inf. ad 659.

311. καί νύ κεν ἔνθ' ἀπόλοιτο ἄναξ — mutatum pro ἀπώλετο ἄν Sch. A. Bentl. coni. ἀπόλωλε, et laudat Od. Ξ, 137 ὣς ὁ μὲν ἔνθ' ἀπόλωλε, vbi ſententia eſt diuerſa, nam eſt definite pronuntiatum. Verum ἀπόλοιτο κεν eſt pro ἀπώλετο ἄν. Spectat huc Euſtathii obſeruatio p. 562, qui hoc ad Attica refert: h. e. Atticos talia amare: ἐστὶ δὲ Ἀττικὸν, τὸ ἀντὶ παρῳχημένων χρᾶσθαι τοῖς εὐκτικοῖς, οἷον τὸ ἔλθοι ἀντὶ τοῦ ἦλθε καὶ τὸ δράμοι, ἀντὶ τοῦ ἔδραμε, καὶ τοῖς ὁμοίοις, ὧν ἡ χρῆσις ἀπειροπληθής. Debebat grammaticus addere ἄν; ἔλθοι ἄν, δράμοι ἄν.

313. ὑπ' Ἀγχίσῃ τέκε. de forma loquendi v. ad B, 714. et de fabula B, 821.

314. ἀμφὶ δ' ἑὸν — δ' ὃν Vrat. b. δὲ ὃν Cant. et Vindob. hoc melius. Scilicet fuit δε ϝον.

315. πέπλοιο Φαεινοῦ ad candorem refer. Sup. Γ, 419 ἑανῷ ἀργῆτι Φαεινῷ. Qua in re iam tum artem ali-

quam nouerunt, saltem διὰ τοῦ πλύνειν, vt Od. Ω, 146. 7.

316. ἕρκος ἔμεν βελέων non quasi ita eum tutum a vulnere, reddere voluerit, sed tantum occultare: notante Sch. A. et br. cum Eustathio. Scilicet in numinum potestate situm hoc est, vt se adspectui hominum subducant; nunc etiam sub veste mortalem visui hominum eripit. Verba tamen satis declarant, veste deam tela excipere voluisse.

317. μή τις — ἀπὸ θυμὸν ἕλοιτο vulgo legebatur. ἐκ θ. ἕλοιτο. Cant. Barocc. C. H. L. Bentleii, Ven. Vrat. a. Mosc. 1. duo Vindob. vt inf. 346. Est tamen et alterum frequentatum: inf. 673. 691.

318. ἡ μὲν ἑὸν Φίλον υἱὸν — In Mosc. 1. ἡ μὲν τεὸν Φ. in vno Vindob. σὸν — porro ὑπεξέφερε πολέμοιο, seu vt vulgo interponitur ν, ὑπεξέφερεν πολέμοιο. Est πτολέμοιο in Harlei. quod alias legitur, si breuis syllaba antecedit, vt in μάχης ἠδὲ πτολέμοιο, et sic sexcenties.

319. οὐδ' — ἐλήθετο σὺνθεσιάων. συνθηκῶν. ἐντολῶν. Sch. br. Hesych. et Eustath. τὰς Φιλικὰς, inquit, παρκινέσεις ἐνταῦθα συνθεσίας. Scilicet proprie sunt συνθῆκαι, ὁμολογίαι, de quo conuenerunt duo inter se, vt sup. B, 339. et Apollon. Lex. h. v. Conueniunt tamen inter se etiam monitus et qui monet de obseruando monitu.

320. Longissimum est excerptum in Ven. B. super voc. ἀγαθὸς, quod satis declarat, grammaticos exemplari suo Homeri interdum vsos esse pro aduersariis, quibus consignarent, quicquid alicubi lectum esset. Extat idem excerptum apud Diogen. Laert. VII, 5. 94. et ap. Suid. in ἀγαθόν. Extrema ibid. in ἀγαθοῦ δαίμονος, quae ex Philopono ad Aristot. de anima c. 2. petita esse docuit Kuster. Ad poetam haec omnia nihil faciunt.

321. τοὺς μὲν ἑοὺς ἠρύκακε. ἐρύκακε vitiose Ald. 2. cum seqq. et Rom. etsi Eust. recte ἠρύκακε exhibet.

322. νόσφιν ἀπὸ Φλοίσβου. Non esse ἄπο scribendum, monet Ven. A. esse enim ἀπὸ Φλοίσβου iungenda. De φλοῖσβος, qui proprie est aquae feruentis et ebullien-

tis ἀπὸ τοῦ Φλέω, ἀναβράζω, tanquam de voce ad ſonum facta, diligenter monuere grammatici: v. Etymol. tum omnino ταραχὴν, θόρυβον, exponunt Sch. Heſych. Euſt. Iterum hoc ſenſu inf. E, 469. K, 416. T, 377. Et ſic tandem pro ipſa pugna.

323. ξ— „quod Zenodotus ſcripſerat Αἰνείως, vt Πρωτέως.“ Scilicet fuit ab eo ſcriptum Αἰνείω δὲ ἐπαΐξας. Vix enim aſſequi licet, quomodo Zenodotus tam indocte in hoc verſari potuerit; niſi malis ſuſpicari, grammaticum in vitioſum codicem incidiſſe. Verum ſupra quoque, vbi 263 idem verſus legebatur, Zenodotus Αἰνείω legiſſe tradebatur. Iungenda autem ſunt Αἰνείαο ἵππους, non Αἰνείαο ἐπαΐξας, vt Stephanus facit.

325. ὃν περὶ πάσης τῖεν ὁμηλικίης. Erat editum πέρι pro περιττῶς. At recte monet Ven. A. non eſſe πέρι ſcribendum; eſſe enim περὶ πάσης pro ὑπέρ. Prouocat ad Scholion A, 287 quod excidit. cf. ad B, 831.

326. ὅτι οἱ Φρεσὶν ἄρτια ἦδη Apollon. Lex. h. v. ἄρτια. ὑγιῆ. ἡρμοσμένα (quod h. l. reſpondet) ἀπηρτισμένα. λέγεται δὲ ταῦτα (vltimum) καὶ ἄρμενα. Similia Heſych. Etymol. Sch. br. Euſt. Scilicet ἄρτιος, ἀπὸ τοῦ ἄρω, h. e. ἁρμόζω, eſt *congruus, coniunctus;* etiam voluntate, amicitia. Alius vocis vſus eſt, vt ἄρτιος ſit prudens, quem h. l. Erneſti amplexus eſt. Sunt ſane τὰ ἄρτια conſentanea rei, et refertur vox modo ad veritatem, modo ad prudentiam ſuadentis vel loquentis, vt Il. Ξ, 92. et Od. Θ, 240 ὅστις ἐπίσταιτο ἧσι Φρεσὶν ἄρτια βάζειν. Et ἀρτίφρων Od. Ω, 260. Minus tamen conuenit notio h. l. vbi eſt ἄρτιά οἱ. Similiter de animorum coniunctione dictum Od. T, 248.

Porro ſemel eſt monendum de priſco loquendi more τοῦ εἰδέναι cum adiecto plurali, αἴσιμα, πεπνυμένα, pro ἤπιον εἶναι, et ſic alia. Ita ἄρτιά οἱ εἰδέναι, eſt ἄρτιον, πρὸς Φιλῆ εἶναι αὐτῷ.

ἦδη, ἤδῃ, ἤδῃ, ἧδει. etiam h. l. variat. v. ad A, 70.

329. ξ— Αἶψα δὲ Τυδείδην μέθετε κρατερώνυχας ἵππους. Corruptum Sch. A. „ἡ διπλῆ, ὅτι Ζηνόδοτος γράφει,

κρατερώνυχες: (quo tandem ſenſu?) βίκιος δὲ ἔφη ἡ συναλοιφή. (atqui huic locum vllum haud video.) τὸ δὲ ἑξῆς ἐστιν· αἶψα δὲ Τυδείδην μέθεπε τοὺς ἵππους, τουτέστι κατόπιν ἐλαύνειν." Vltima expleas e Schol. br. κατόπιν Διομήδους, μετὰ τὸν Διομήδη, ἕπεσθαι, ἤγουν ἀκολουθεῖν, ἐποίησε τοὺς ἵππους· equos εἶπε (*inſequi fecit*) μετὰ Τυδείδην. Si quid variatum fuit in his verſibus, ſuſpicor fuiſſe hoc: αἶψα δὲ Τυδείδην μέθεπον κρατερώνυχες ἵπποι. (*equi Diomedem confeſtim inſequuti ſunt*) Ἐμμεμαὼς ὁ δὲ Κύπριν ἐπῴχετο. Sic tamen praeſtaret ἐμμεμαὼς ὃ ἔγε, etſi ἐμμεμαὼς melius conueniret cum ἐπῴχετο.

330. 1. ὁ δὲ Κύπριν ἐπῴχετο νηλεῖ χαλκῷ, γιγνώσκων, ὅτ' ἄναλκις ἔην θεός. varie verborum iunctura fieri poteſt: aut γιγνώσκων, ὅτι ἔην. aut ἐπῴχετο, ὅτι. quod praefero, et γιγνώσκων abſolute appoſitum, quia cognorat illam, caligine ab oculis remota. cf. Euſtath. ad h. l. et p. 611, 20.

γινώσκων ſcribunt et hic Lipſ. et alii. Dictum ad B, 468.

332. αἵ τ' ἀνδρῶν πόλεμον κατακοιρανέουσιν. „(Ptolemaeus) Aſcalonita ſcribebat πόλεμον κάτα." Vtrum Homericis temporibus obtinuerit, nemo dixerit. Sch. A. vindicat vulgatum κατακοιρανέουσιν, vt Od. A, 247. et inf. ἀνακοιρανέοντα. Adde ſup. 162 κατάβοσκομενάων. Simile iudicium vidimus de πολέας διακοιρανέοντα Δ, 250.

333. οὔτ' ἄρ' Ἀθηναίη οὔτε πτολίπορθος Ἐνυώ. ξ — „ἡ διπλῆ, ὅτι πολεμικὴ ἡ θεός." ſpectat Sch. ad Enyo, vti apparet ex Scholio altero. cf. Sch. br. Ludunt in etymo vocis Etymol. et Heſych. Praeſtat ex Sch. A. παρὰ τὸ ἔνω, — φονεύω, ἔνθεν καὶ αὐτὸ ἔντη. leg. αὐτοέντης. cf. Euſtath. p. 524, 14. Diſcimus porro e Schol. fuiſſe olim, qui ἐνυώ ſcriberent. Rarior ſane eſt deae memoratio: ab ea ductus Ἐνυάλιος Mars.

334. ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἐκίχανε πολὺν κατ' ὄμιλον ὀπάζων. Ven. δή ῥα κίχανε Ionice. De ὀπάζω doctum eſt Scholion, quod h. l. eſt pro διώκω. Sch. A. B. Leid. br. Etymol. cf. ad T, 238.

335. ἔνθ' ἐπορεξάμενος ἐφορμήσας, ἐπεντείνας Apollon. Lex. h. v. Scilicet eſt prominens ὀρεξάμενος, σὺν ἔγχει, ἐπ' αὐτῆς. non haſtam emittit Diomedes, ſed haſta protenta eam percutit; hoc eſt οὔτασε. v. ad Δ, 307.

336. ὀξέϊ χαλκῷ. ὀξεῖ δουρὶ Cant. Mori. Baroc. Vrat. b. c. Moſc. 1. 2. Vindob. Ven. Ed. Flor. quam deſernit Ald. 1. et recepit χαλκῷ, quod altera pars codicum exhibet, vt ap. Bentl. C. H. L. Nil refert, et aliquoties haec varietas occurrit. Apud Plutarch. Sympoſ. Qu. IX, 4. 5. feſtiua eſt quaeſtio, vtra manus Veneris fuerit vulnerata; dextram fuiſſe graui auctoritate docet grammaticus. Legitur et ibi χαλκῷ.

A 336 ad 635 ex Veneto A. nulla σημείωσις eſt appoſita; intercideranteenim aliquot folia; ſuppleta a manu ſeriore; itaque nec lectio codicis in hac particula nos morabitur. At in Sch. B. longum eſt Scholion adſcriptum de Veneris vulneratae allegoria. At hoc eſſe deſcriptum video ex Heraclide, vt vulgare nomen eſt, c. 30—34.

337. χεῖρα — ἀβληχρήν. εἶδαρ. δὲ — verba antiqua, quae iam Alexandrinis grammaticis interpretatione egere viſa ſunt. ἀβληχρὴν οἱ μὲν ἀπάλην, οἱ δὲ ἀσθενῆ. Apollon. Lex. h. v. Schol. br. adde Schol. A. ad Θ, 178 cum Euſt. et Od. Λ, 134. Ψ, 282. De etymo disputant grammatici; mirum in modum; fuit puto ex βλῆμι, (βάλλω) βλήχω, βληχρὸς, ictui expoſitus, vt ex ψύχω, ψυχρός. Verum res vix digna, in qua haereas. Alia disputatio eſt, ſitne α praefixum negatiuum an intenſiuum; tandemque de accentu, ſitne ἀβληχρὸς an ἄβληχρος; Eſt ſuper his doctum Scholium ad Θ, 178 in Ven. A. et Euſtath. et perturbate expreſſum in Etymol. in βληχρὸν, et ἀβληχρόν. Comparauit haec inter ſe iam Valken. ad Theocr. p. 218. et aliis otium fecit. Quod ad Pindari auctoritatem attinet, quem aiunt βληχρὸν pro σθενερὸν dixiſſe, non ſatis fundi idonei habere videtur. v. Fragmenta Pindari e Thren. p. 33. At poterat laudari Apollon. IV, 621. vbi infeſto Eridani odore grauantur Argonautae,

περὶ βληχρὸν βαρύσθοντες ὀδμῇ λευγαλέῃ· haud dubie *graviter infestati* odore tetro.

εἶθαρ nunc primo obuium; ducunt Schol. br. Eustath. et Etymol. ab εὐθύς, εὖθαρ et εἶθαρ. nec tamen docent qua analogia. Dicendum erat esse dictum pro εὐθὺ ἄρα, εὐθέως. Quod tamen iota est, εἶθαρ, putes esse εἶτα ἄρα· ita vero τοῦ ϑ nulla apparet idonea ratio. 337. 338. δόρυ χροὸς ἀντετόρησεν· ἀμβροσίου διὰ πέπλου ὃν οἱ Χάριτες πάμον αὐταί. Primo ἀμβροσίου melius refertur ad πέπλου quam ad χροός. Tum ὃν πάμον, supplendum est περὶ ὃν πάμον, quod et Eustath. monet.

At in verbis πέπλου ὅν οἱ metrum laborat, cum sit ὅν ϝοι, quod syllabam ὃν producit. Dicas fuisse πέπλου ὅ οἱ nam est et ὁ πέπλος et τὸ πέπλοι. At Homerus tantum priorem formam agnoscit. Reponas tamen auctoritatem alteri esse ex hoc ipso versu nostro, et ex altero Z, 90 vbi etiam πέπλον ὅ οἱ legendum est, non ὅς οἱ (ὅς ϝοι). In vno Vindob. οἱ exulat. Bentleius, qui dudum obseruarat vitium versus, procliuior est ad damnandum versum: ratione tamen non graui vsus; nam manus erat nuda, non sub peplo. At vide vs. 315. Versus tamen per se facit suspicionem, est enim ex eo genere versuum, qui ad amplificationem a rhapsodis interpositi esse videntur; eo omisso excipiunt se: χροὸς ἀντετόρησεν πρυμνὸν ὑπὲρ ϑέναρος.

Est tamen versus per se pulcerrimus; et praeiuit in eo poeta multis aliis. Elegantissime eum expressit Apollon. IV, 423 sq. vbi πέπλος, vestis seu velum vestimentis superiniectum, memoratur Baccho a Gratiis elaboratus: τὸν μέν ῥα Διωνύσῳ πάμον αὐταὶ Δίῃ ἐν ἀμφιάλῳ Χάριτες ϑεαί. Visconti Mus. Pio-Clem. III, p. 51 suspicabatur, esse vtriusque poetae vnum eundemque peplum, eoque referebat Plin. XXXVI, 4, 8 *Liberum patrem palla Veneris velatum*; praestat tamen vtrique deo suam pallam relinquere.

De ϑέναρ, τὸ κοῖλον τῆς χειρός, inter ceteros, v. inprimis Eustath.

339. ῥέε δ' ἄμβροτον αἷμα θεοῖο. Mori, Barocc. ἄβροτον. „γρ. θεαίνης" Barnes: ſuo, puto, commento.

340. ἰχὼρ, οἷός πέρ τε ῥέει μακάρεσσι θεοῖσι. Fuit ergo ὁ ἰχὼρ, alioqui eſſe deberet οἷόν περ. cf. inf. ad 416. Bentleius hoc monuit, videri eſſe τὸ ἰχὼρ, vt τὸ ἐέλδωρ, τὸ σκὼρ, quae caſu obliquo carent. At codd. ἰχὼρ οἷος retinent, etiam in ſcriptoribus, qui verſum excitant, vt Plutarch. in Alexandro, vbi ille vulneratus hoc verſu vtitur p. 681. B. et de Fort. Alex. Or. II. To. II, p. 341 B. Diogenes Laert. IX, 60. Athen. VI, p. 251 A. et Seneca Suaſ. I, p. 5.

Euſtathius, ſecundum veteres, forte Porphyrium, arguitatur ſuper ἰχὼρ, quod alias eſt humor corruptus, ſanies, ſaltem ſerum, ſeu ſanguinis aquoſus et tenuior humor apud medicos: v. Foeſii Oeconomiam Hippocr. h. v. An pro chylo dicatur, quod Euſtathius vult, dubito. Per corruptum humorem vocem interpretantur omnes, Sch. br. Etymol. Heſych. At poeta ingenioſe hac voce vſus eſt ad declarandum humorem tenuem, a craſſiore humore, qualis mortalium ſanguis eſt, discrepantem. Burgeſſ. ad Dawes p. 404. ſuſpicatur, vocem ab ἴκω ductam ab initio quemcunque humorem deſignaſſe.

341. οἳ γὰρ σῖτον ἔδουσ' — Subtile monitum eſt in Schol. br. Sch. B. et Euſtath. non eſſe deos ea de cauſſa ἀναίμονας καὶ ἀθανάτους, quia panem non edunt et vinum non bibunt; nam etiam animantia id non facere, nec tamen eſſe immortalia; ſed quia nectare et ambroſia veſcuntur; hoc adeo eſſe alteri ſubſtituendum. Porphyrii hoc acumen eſſe, ex Euſtathio diſco.

341. 342. recitantur ap. Plutarch. Conuiu. Sap. p. 160 A. ita enim eſſe conſtitutum, vt non modo vitae ſed et mortis viaticum, ἐφόδιον, ſit, *cibus*.

Ceterum verſus 340. 1. a. vir doctus (in *Biblioth. der alten Litteratur* IV, p. 126.) ex interpolatione profectos eſſe ſtatuebat, quia vox alibi in Homero non occurrat. Occurrit tamen iterum inf. 416. qui verſus adeo et ipſe erit damnandus. Alt porro diuus poeta tri-

bui *ſanguinem*, *αἷμα ἄμβροτον*, vt ſunt cetera quoque, quae diis tribuuntur, ſimilia mortalium. Koeppen et ipſe mirabatur, quod *ἰχὼρ*, ſi olim in Homero nomen lectum fuit, non ab aliis poetis fuit adoptatum; ideoque accedebat viro docto, qui verſus delebat. Ineſt aliqua vis huic colligendi modo: (inprimis, ſi ſuſpiceris natos eſſe verſus ex conatu illuſtrandi 416 *ἀπ' ἰχὼρ χειρὸς ὀμόργνυ.*) Accedit, quod nec Apollonii Lex. hanc vocem agnoſcit. Verum aut excidere aut omitti potuit, vt alia multa; et deficiunt nos ab antiquioribus ad hos verſus notata in Ven. A. qui lacunam habet. Occurrit ipſa vox in Apollon. III, 852 *αἱματόεντ' ἰχῶρα* de Prometheo, et IV, 1679 de Talo Rhodio: *ἐκ δέ οἱ ἰχὼρ τηκομένῳ ἴκελος μολίβῳ ῥέεν* quam vocem Apollodorus quoque retinuit I, 9, 26. vnde apparet, ſaltem a poetico vſu vocem non fuiſſe alienam. Poſſunt praeterea pro loco tuendo afferri haec: primo non bene accipitur *ἰχὼρ*, pro nomine aliquo proprio ſanguinis ſeu ſucci vitalis deorum; quaſi ille appellandus ſit *ἰχὼρ*, non ſanguis; ſed eſt interpretatio *τοῦ, ἄμβροτον αἷμα θεοῖο, humor aliquis*, talis quidem, qualis eſſe poteſt deorum, qui ambroſia et nectare viuunt, non cibo et potu mortali; ita vt nec chylum et ſanguinem habere poſſint mortalem, eoque ipſo efficitur vt immortales ſint; nam ſi ſanguinem mortalium haberent, quo vita, priſcae aetatis iudicio, continetur, et cuius naturam ad corruptelas pronam bene norant, non poterant eſſe immortales. Si ita colligas, concidit omnis hunc locum impugnans ratio. Conſpirat cum his, quod omnino discrimen inter deos et mortales vulgari more ita declaratum occurrit: *quicunque terrae munere veſcimur.* *ὃς θνητός τ' εἴη καὶ ἔδοι Δημήτερος ἀκτήν*, Il. Z, 142. N, 322. cf. Φ, 465. Od. Θ, 224. Omnino ſi vel maxime interpolatio inceſſit hunc locum, non tamen illa quaeri poteſt niſi in vſſ. 341. 2. *Οὐ γὰρ — Τούνεκ' —* ad interpretationem verſus 340 *ἰχὼρ, οἷός περ* appoſitis: nam interpolatoris non eſt doctam vocem interponere, ſed doctą per vulgaria in-

terpretari, difficiliora aut obſcuriora illuſtrare per interpolata.

343. ἡ δὲ μέγα ἰάχουσα ἀπὸ ἕο κάββαλεν υἱόν. Vitioſe ſcriptum paſſim in codd. Ven. Lipſ. Townl. Vrat. a. c. μέγ' ἰάχουσα, et ita editum ante Barnes, qui correxit ad normam vſ. 302 σμερδαλέα ἰάχων. Scilicet fuit μεγα ϝιαχουσα cf. ad A, 482. Bentleius hinc emendabat gloſſam Heſych. ἄχουσα, κραυγάζουσα.

ἀπὸ ἕο vel ἀπό ἑο, fuit olim απο ϝεο. v. Exc. VII, ad Il. A, 393. p. 185.

At ineſt aliud verſui quod moretur hiatus, ἰάχουσα ἀπὸ. qui excuſari forte poteſt caeſura medii verſus. Bentl. coni. ἰάχουσ' ἄρ' ἀπὸ. probabilior puto erit medicina ἰάχουσα παρὰ ἕο.

In Cod. Moſc. 1. adſcriptum verſui erat: δῆλον δὲ, ὅτι ἐν ταῖς οἰκείαις σφοδροτάταις ἀνάγκαις καὶ τῶν πάνυ γνησιωτάτων ἀμελοῦμεν, κατὰ τὸ λεγόμενον· „σφοδρότερος πόνος ἀμαυροῖ τὸν ἑλάσσω.“ Obſeruatio hominis, qui a poetica ad doctrinam ethicam aberrabat. Si ad talia deſcendere vellet, erat laudandus locus Pindari Nem. I, 82.

344. μετὰ χερσὶν ἐρύσσατο. Ita editum erat inde a Barneſio: Vulgg. et codd. habebant ἐρύσατο, in qua voce cum media breuis ſit, geminauit τὸ σ Barnes. Recte vtique, ſi eſſet ductum ab ἐρύω duco et ſi ſignificatus eſſet h. l. *ſubduxit, ſubtraxit.* Atqui non ſubducitur et aufertur Aeneas, ſed *humi proſtratus* ex vulnere iacet, Apolline eum nube occultatum tutante, nam inf. 432 ſq. Diomedes in iacentem irruit vt eum occidat et ſpoliet: ἵετο δ' αἰεὶ Αἰνείαν κτεῖναι καὶ ἀπὸ κλυτὰ τεύχεα δῦναι. Eſt ergo h. l. ἐρύσατο a ῥύομαι priore longa, *ſeruauit, tuitus eſt*, v. Exc. IV, ad lib. I, p. 177. Recte Sch. br. ἐφύλαξεν, ἔσωσε. cf. inf. Obſſ. ad vſ. 432.

346. ἐκ θυμὸν ἕλοιτο. Ita repoſui ſermonis ratione ita poſtulante: τὸν μὲν ἐρύσατο — μή τις ἐκ θυμὸν ἕλοιτο ſicque codd. Harl. Lipſ. Cant. Barocc. Vrat. omnes. Moſc. 1. Townl. Vindob. et ed. Ven. (ſuppleta) ed. Flor. Ald.

1. ſicque ſupra legebatur vſ. 317. At Ald. 2. cum ed. Rom. intulerant ἕληται, quod in oratione aliunde pendente locum non habet; et eſt ſuppl. *Φοβούμενος*, cauens, metuens. Nec tamen ſubtiliorem hanc grammaticam in Homericis vbique ſeruari, videbimus in Excurſ. de *μή, ἵνα.* ad H, 353.

347. *τῇ δ' ἐπὶ* — Vrat. a. *τῷ δ' ἔπι.* Iungenda ſunt *ἐπήϋσε*, non *ἐπὶ μαιμῶν.*

349. *ἦ οὐχ ἅλις, ὅτι.* Vna ſyllaba *ἦ οὐχ* vel, vt alii ſcribunt, *ἢ οὐχ* fuiſſe pronuntiatum, nunc nemo dubitat: v. Clarke. Ineptias grammaticorum dabit Euſtath. At *ἅλις* fuit antiquitus *ϝαλις*, vt docet v. c. B, 90 *οἱ μέν τ' ἔνθα ϝαλις πεποτήαται* — Monuerat quoque Bentl. Fuit ergo *ἦ οὐ ϝαλις.*

350. *εἰ δὲ σύ γ' ἐς πόλεμον πωλήσεαι.* Apud Bentl. e Schol. (Lipſ.) *ἔν τισι γρ. „εἰ δὲ καὶ ἐς πόλεμον.*

351. *ῥιγήσειν πόλεμόν γε.* Vrat. b. *πόλεμόν τε.* Futuro tempore haec enuntiata accipit quoque Sch. br. auctor; *ἐὰν πάλιν ἔλθῃς ἐς πόλεμον* — alioqui futurum *πωλήσεαι* pro praeſenti dictum accipi poſſit, quandoquidem pugnae intereſſe audes.

352. *ἡ δ' ἀλύουσ' ἀπεβήσατο. ἀλύουσα, ἀδημονοῦσα* Schol. et Heſych. h. v. vbi v. Intpp. Euſtath. ad h. l. et ad Z, p. 654 extr. et ad Od. I, p. 1636. Etymol. al. *ἀποροῦσα καὶ ῥιπταζομένη* reddit Erotian. appoſito verſu in *ἀλυσμός*, qui Hippocrati eſt *anxietas.* At Plutarchus de aud. poet. p. 22 E. *ἀντὶ τοῦ δάκνεσθαι καὶ ἀπορεῖσθαι* h. l. poſitum eſſe vult. In Apollon. eſt *ἀλύων, ἀνιώμενος.* quod ad Ω, 12 reſpicit, *δινεύεσκ' ἀλύων.* et Od. I, 398. ſubiicit tamen et alterum locum Od. Σ, 332 *ἦ ἀλύεις.* vbi per *χαίρειν* reddit, et *γαυριᾶν καὶ χαίρειν* Plutarch. l. c. Erneſti de hac voce remittit ad Perizon. ad Aelian. V. H. IX, 25. Scilicet vox omnino declarat mentem de ſtatu deiectam, adeoque ad moerorem, ſuporem, ex graui malo, inſaniam, etiam prae gaudio, refertur. Videri adeo debet ducta eſſe *ἀπὸ τῆς ἄλης*, quae etiam *ἄλυς* eſt, *erratio*: ea fieri poteſt *prae moerore* vt Bel-

Ierophon Il. Z, 201 καππεδίον Ἀλήϊον οἷος ἀλᾶτο. Vſurpatum quoque eſt ἀλύειν vulgari vſu pro, otioſe oberrare, discurrere, incedere: quem illuſtrarunt paſſim viri docti. At plerique grammatici ductam eſſe voluere ἀπὸ τοῦ λύειν· quaſi ἐκλέλυμαι, ἀλύω. Sic Sch. br. Euſtath. Etymol. qui tamen et alterum memorat. At Schol. Soph. El. 129 ἀπὸ τῆς ἀλέας ἢ διαχύσεως ducit, vbi notat, vocem et δυςφορεῖν et γεγηθέναι notare. Meliora habet Schol. Eurip. Or. 277. Scribitur vox quoque ἀλύω. et veteres ἀλυίω quoque ſcripſiſſe, vt ὀπυίω, obſeruant Euſtath. et Etymol. Vnde cauſſa reddi poteſt, cur media vocis modo correpta, modo producta, vt ap. Aeſchyl. VII ad Th. 393 reperiatur. Etiam R. Payne p. 84 ἄλυω et αλυ. ϝω fuiſſe ſcriptum cenſet.

ἀπεβήσατο. Solus Vrat. c. et a m. pr. b. habent ἀπεβήσετο cum vno Vindob.

354. μελαίνετο δὲ χρόα καλόν. Accipitur de liuore, ſecundum Sch. br. ἐπελιδνόῦτο τὸ καλὸν σῶμα. Sic quoque Schol. Theocr. V, 99. Quidni ad ſanguinem referas e vulnere emicantem, ſollenni epitheto, nigrum, atrum, dictum? Ἰχῶρα enim ſanguinem referre, eiusque notionem habere ſupra vidimus. Ad mortalis naturae modum adumbrata etiam alia omnia ſunt in *deorum vulneribus*, etiam defectus virium, animi deliquium, ſuſpiria, vt de Marte Φ, 416. 7. etiam ipſa vulnerum curatio. Vulnus Iouis fulmine inflictum Il. Θ, 404 vix decimo anno ſanatum iri legimus; at Veneris vulnus inf. 416. 417 detерſum leui tactu coit; grauiori Martis vulneri medicus adhibetur Paeon vſ. 401. Erat vir doctus, qui μιαίνετο δὲ χ. coniiceret.

356. ἠέρι δ' ἔγχος ἐπέκλιτο καὶ ταχέ' ἵππω. Sch. A. nil notarunt, at Sch. B. ἀπὸ τοῦ κλίνω, ὡς τὸ· σάκε' ὤμοισι κλίναντες (Λ, 592) et στήλῃ κεκλιμένος ἀνδρομήτῳ (Λ, 371) at Sch. br. ἀντὶ τοῦ· ὁμίχλῃ ἐπεκάλυπτο τὸ ὄρυ αὐτοῦ, καὶ οἱ ἵπποι· ὃ ἐστιν· ἀόρατος ἦν. Subiicitur tamen et aliud Scholion, περιεκέκλιτο. περιέκειτο. quod et Euſtath. ſequitur. At ex Etymol. in κεκλίατκι plane patet, gram-

maticos ἀπὸ τοῦ κλείω duxiſſe ἐκέκλειστο, ἀντὶ τοῦ ἐκαπάλυπτο, περιεπέκλειστο, καὶ πεῤιέκειτο. Simili modo interpretati ſunt inf. 709. ad quem locum vide et Λ, 371. Π. 68. Φ, 18. X, pr. ad quae loca vide. Saltem ſic dicendum erat, aut, κλείω etiam κλίω ſcriptum fuiſſe, aut, κλίνω etiam idem quod κλείω ſignificaſſe.

Fatendum eſt, ipſam ſententiam videri requirere tale verbum; occultantur res ἠέρι, *caligine*. Si ἐκέκλιτο eſt *reclinata fuit*, de haſta quidem recte dixeris; an vero et de *equis*? At enim vt a κλείω ſit ἐκέκλιτο ductum, vix grammatica admittet. Hoc puto, monuit Bentleium, vt tentaret: ἠέρι δ' ἄρα ἐκαλύπτετο. At hoc eſt *aliter ſcribere*, non vitioſa emendare.

Vulgatum bene ſe habet. ἠέρι eſt ἐν ἠέρι, haſta autem ἐκέκλιτο ſc. τῇ γῇ, pro, ἐπὶ τῇ γῇ *acclinata eſt humi*, vt Φ, 18 δόρυ κεκλιμένον μυρίκῃ. h. ἐπὶ μ. cf. ibid. 549 et K, 472. Similiter λίμνῃ κεκλιμένοι, pro ἐπὶ λ. inf. 709 de iis qui *mari adiacent*, loca maritima incolunt. Similiter O, 740. et Od. Δ, 608. Hactenus ἐκέκλιτο eſt idem ac ἔκειτο. Translatum itaque etiam ad alterum, καὶ τάχ' ἵππω, qui *adſtabant*, παρίσταντο. vt πάρατήτην alibi. Euſtathius quoque per ἔκειντο vel ἵσταντο explicat. Adſtabat ergo haſta Martis et currus; ſed mortalium oculis conſpici non poterat.

357. γνὺξ ἐριπoῦσα. Bentl. ex Heſychio notat ἐρίπoυσα et ἐριπεσσoῦσα.

358. πολλὰ λισσομένη. Argutantur Sch. B. quod Venus neceſſe habuit multum rogare et fratrem et amantem; facere tamen hoc ex ſenſu imbecillitatis muliebris. Malim grammaticum docuiſſe metri rationem. Bentleius adſcripſerat πολλὸν, quod et Barnes coniecerat, melius quam πολλά ἑ λισσομένη. Clarke non opus eſſe pronuntiat pro arbitrio. Reſpondet Erneſti, et recte, pronuntiando fuiſſe λ geminatum, ac ſi eſſet πολλαλλισσομενη.

χρυσάμπυκας ἤτεεν ἵππους. Satis declarat Apollonii Lex. ὁ μὲν Ἀπίων χρυσοχαλίνους (hoc et Schol. Pindari Ol. V, 15 aſſerit, vbi μοναμπυκία reddit μονοχαλίνῳ)

βέλτιον δὲ χρυσέους δεσμοὺς ἔχοντας, παρὰ τὴν ἄμπυκα, ἥτις ἐστὶ τῶν τριχῶν εἰς τὸ ἄνω σύλληψις. cf. Villoiſ. ibid. et in *ἄμπυξ*. cf. inf. ad X, 469. Heſych. in *χρυσάμπυκος* ſimilia habet, et Sch. br. Erat tamen diſertius dicendum eſſe *ἄμπυκα* ipſam *ἀναδέσμην*, vinculum, quo iuba equi religatur, quocunque tandem modo factum eſt; nam de certo modo nihil affirmabo; vti *ἄμπυξ* faſcia quoque eſt, qua coma mulierum religabatur; *ἀναδέσμη, ἣ ἐστι στρόφιον.* Etymol. Apud Pindar. Ol. VII, 117. 118. Lacheſis eſt *χρυσάμπυξ*, aureo diademate cincta, tanquam dea; Schol. tamen exponit *τιμία*, quia *χρυσῆ Ἀφροδίτη* et ſimilia per *τιμία* exponi ſolent; ſcilicet quia ſignum honoris illud eſt.

359. *Φῖλε κασίγνητε, πόμισαί τε με δός τε μοι ἵππους.* Φῖλε pro *φίλε*, iam olim (Ptolemaeus) Aſcalonita ſcribere iubebat. cf. dicta ad Δ, 155. Conſentiunt tamen edd. in *Φίλε*, vt et in altera vitioſa lectione, quae erat *Φίλε κασίγνητ' ἐκπόμισαι*, cum in libris ſit *κασίγνητε, πόμισαι*. Sic diſerte Harl. L. C. ap. Bentl. Vrat. a. b. Townl. vn. Vindob. et Schol. ap. Bentl. *πόμισαι, ἐπιμελήθητι. ἐξ οὗ καὶ πομιδή.* Similia habet Euſtath. Et Etymol. in *κομῶ*, — *τὸ ἐπιμελοῦμαι καὶ περιποιῶ. ἐξ οὗ καὶ τὸ· Φίλε κασίγνητε, πόμισαί τέ με, ἀντὶ τοῦ ἐπιμελείας ἀξίωσον καὶ περίσωσον.* Vidimus iam ſupra Λ, 594 *ἔνθα με Σίντιες ἄνδρες ἄφαρ κομίσαντο πεσόντα*, exceperunt lapſum et recrearunt. Vitium iſtud codicum auctoritate ſuſtuli; at aliud vitium in fine verſus, quo minus, vel ſine codice, tollerem temperare mihi haud potui, *δὸς δέ μοι*. Et ſermonis ratione neceſſario *πόμισαί τε δός τε* ſcribenda ſunt. Confirmarunt haeſitantem Bentl. et Barnes „γρ. *δός τε*.“

362. *ὅς νῦν γε καὶ* — Euſtath. p. 557 *ὡς δή γε καὶ* —

363. *ὡς φάτο. τῇ δ' Ἄρης.* Sic vulgo legitur; ſane etiam alibi producta priore ſyllaba legitur *Ἄρης*. Cantabrigienſis tamen ap. Bentl. offert melius *τῇ δ' ἄρ' Ἄρης*, quod cur reſpuamus? firmat quoque Vrat. b. Moſc. 1. cum binis Vindob.

364. ἀκηχεμένη Φίλον ἦτορ. Notat ex h. l. ἀκηχεμένη Etymol. et ducit ab ἀχέω, ἤχηκα, ἀκήχεκα. quidni fuisse dixeris, ἄχημι. ἀκήχημι, vnde ἀκήχεμαι media vel passiua voce.

365. πὰρ δέ οἱ Ἶρις ἔβαινε. Peccat in digamma in Ἶρις, quae fuit ϝιρις, vt statim vs. 368. Bentl. suspicabatur fuisse contractum παρδϝιρις. Lenior medicina est, si fuit πὰρ δέ τε Ἶρις ἔβαινε, vt et alibi sine οἱ. Λ, 518 αὐτίκα δ' ὧν ὀχέων ἐπεβήσετο, πὰρ δὲ Μαχάων βαῖνε. Interpolatoris animo ex Γ, 262 πὰρ δέ οἱ Ἀντήνωρ — insederat.

366. οὐκ ἀέκοντε scripsi, quod Homericum est, nec aliter Cant. Barocc. probante Bentleio.

Vss. 368. 9. leguntur quoque inf. 775. 6. Θ, 49. 50.

369. παρὰ δ' ἀμβρόσιον βάλεν εἶδαρ. πὰρ δ' ἀμβρ. Cant. εἶδαρ ex ἔδαρ, ἔδεσμα, τροφὴ, βρῶμα, Etymol. et Sch. Eustath. al.

370. Διώνης δῖ' Ἀφροδίτη. Obseruatur a grammaticis, cum Homerus Diones filiam ediderit Venerem, ignorasse eum Hesiodeam fabulam de Venere ex *mari* natam.

371. ἀγηὰς ἐλάζετο. ἀγηὰς victima brevi, adeoque male pro casu quarto habitum multis ad h. l. et Ξ, 346. Esse aduerbium constat et docent Intpp. Hesych. Clarke, Ernesti. „γρ. ἐλάζυτο." Barnes.

373. 374. repetuntur a Ione inf. Φ, 509. 510. ad Dianam; et vs. 374 a Schol. Aeschyli Prom. 580. qui cum verbis Ius comparat: εὑρών τι ἁμαρτοῦσαν.

374. κακὸν ῥέζουσαν ἐνωπῇ. ἐνωπῇ, προσόψει, laudato hoc versu, Apollon. Lex. Supplendum ἐν, quod docent Hesych. Sch. br. Etymol. ἐν ὄψει, φανερῶς. Scilicet ex Graecorum more femina intra aedes coerceri solebat. Alios scripsisse ἐνιπῇ Sch. B. et Lips. memorant. Legeratne sic Mosc. r. in quo gl. adscripta: ἐπὶ βλάβῃ τινός. Scilicet declarat et hic locus disciplinam domesticam priscae vitae, et conditionem mulierum, quae, etsi adultae, verberibus coercebantur, si quid indignum se commisissent. Similis locus de Diana a Iunone mulcata Φ, 489 sq.

375. φιλομειδὴς et h. l. mss. et edd. vt Δ, 10.

376. οὐτά με. recitat versum Athenag. deprecat. p. Chr. 17. οὐτα vltima breui, variis modis expeditum: v. sup. ad Δ, 319. at οὔτα v. ad N, 192.

377. ὑπεξέφερον πολέμοιο. „γρ. ὑπεξεφόρευν. ὑπενεφόρεον." Barnes. Est tamen in Hesych. ὑπεξέφερον. εἰς τὸ ἔξω ἔφερον. De vs. 378 nil pronuntiabo, sitne ex Homeri penu, an e liberalitate molestia rhapsodorum.

380. Δαναοί γε. Δαναοί τε Vrat. a. b.

383. 4. Πολλοὶ γὰρ δὴ τλῆμεν Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες ἐξ ἀνδρῶν χαλέπ' ἄλγε' ἐπ' ἀλλήλοισι τιθέντες. Interpungi potest trihis modis: aut post ἀνδρῶν, vt plerique faciunt, ita τλῆναί ἔκ τινος erit dictum; in Homero alibi non obuium, si bene memini; at frequentatum aliis. τλῆναι absolute occurrit et alibi, vt B, 299 τλῆτε, Φίλοι, καὶ μείνατε et h. l. mox vs. 385. 392. aut post δώματ' ἔχοντες, vt nunc sit, δι' ἀνδρῶν ἀλλήλους κακοποιοῦντες, sic Sch. B. aut post χαλέπ' ἄλγε'. ita saltem repetendum erit ἐπιτιθέντες ἀλλήλοις αὐτά. — Occurrit et alibi in Homero κακὰ, ἄλγεα, ἔργα ἐπιθεῖναι. Sensus adeo erit verborum idem, qui inf. vs. 873 ἀλλήλων ἰότητι χάριν ἄνδρεσσι φέροντες. Erat vir doctus, qui expungere malebat versum 384.

385. Τλῆ μὲν Ἄρης — Aloidae, Aloei filii, Otus et Ephialtes, celebrati fabulosa corporum magnitudine. Quicquid de iis narratur, summam antiquitatem rudium hominum redolet. v. Od. Λ, 304—319 Apollod. I, 7, 4. et Not. Persequutus erat fabulam Antimachus, vt e Schol. ad 389 discimus; nec oblitus est inter fragmenta Antimachi referre Schellenberg p. 100. Quod narratur h. l. Mars ab iis aliquando vinctus esse, ex hominum antiquorum more loquendi ductum est, quo is, qui aliqua in re excellnerat, cum diis certasse dicebatur. In Aloidis res ita ornata est: robur eorum fuisse tantum, vt non modo cum ipso Marte congrederentur, vt Hercules in pugna cum Cycno apud Hesiodum, verum vt eum adeo victum et captiuum vinculis et carcere detinerent. Reliqua fabulae ornamenta Martis a Mercurio liberati,

quem ipsa fratrum nouerca exorauerat, vnde profecta sint, nunc ignoratur. In XIII mensibus altioris aliquid indagationis latere credidere viri docti, iam in Sch. br. factas esse belli inducias per XIII menses, quibus adeo Mars vinculis habitus videri posset. Quod in Sch. B. narratur, Martem bello petitum esse ab Aloidis propter Adonidem ab eo caesum, qui a Venere istorum curae creditus erat, a seriore aliquo poeta profectum esse videtur, qui fabulam ad Cyprum traduxerat, forte voce *κέρκμος* inductus vs. 387. Nam Aloidae ad stirpem Aeolidarum spectant, et ad Boeotiam. At veteres interpretes veterum loquendi formarum et naturae mythorum ignari ad allegorias modo historicas, modo astrologicas, (laudatur femina *Δημὼ* apud Eustath.) modo ethicas confugerunt, quas recensere operae pretium non est: v. Sch. br. Eustath. in his est Heraclides c. 33. quem exscripsit Sch. B. Porphyr. et Eustath.

ὅτε (non *ὅτι*, vt in Barnes. editum, librarii vitio, puto) Τλῆ — *ὅτε δῆσαν μιν* vel dictum pro *ἔτλη δεδέσθαι, δεόμενος*. vel suppl. *τλῆ ἄλγεα*. Recte repugnauerat Aristarchus, vt Sch. br. et Eust. memorant, iis, qui aliter haec quam *μυθικώτερον* dicta acciperent, *μηδὲν ἔξω τῶν Φραζομένων ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ περιεργαζόμενος*. Sectantur tamen allegoriam interpretes, etiam Clarke. *Ephialtes*, Ἐφιάλτης scribitur Ἐτιάλτης in verss. 385. 6. 7. adscriptis a Clemente Cohort. p. 25. sed hoc est Doricum, vt ap. Pindarum. Ceterum idem Clemens alio loco Cohort. p. 30. et Iustin. Cohort. 1, 2. apponunt versus quatuor ex Panyasi similis coloris et sententiae: Τλῆ *μὲν Δημήτηρ' τλῆ δὲ κλυτὸς Ἀμφιγυήεις* et vlt. Τλῆ *δὲ καὶ ὀβριμόθυμος Ἄρης ὑπὸ πατρὸς ἀνάγκης*.

587. *χαλκέῳ ἐν κεράμῳ*. ex antiquiore carmine petitum mythum, vox quoque insolens arguit. *Dolium* esse non posse manifestum fit, etsi ita accipitur passim, etiam ap. Hygin. P. A. II, 40. De *carcere* esse intelligendum, ipse it. At vnde nouimus *κέραμον* esse carce- br. *χαλκῷ ἀγγείῳ, πίθῳ ἢ δεσμωτηρίῳ· οἱ*

γὰρ Κύπριοι τὸ δεσμωτήριον κέραμον καλοῦσι. Vnde tamen vox Cypria in Homero! Debebant dicere, vocem esse antiquam, cuius vsus apud Cyprios superstes est. Potuit proprie domus ἐκ κεράμου, ex *argilla* et *luto*, facta, κέραμος dici, siquidem κέραμος vas ex argilla factum, dicitur; inde notionem generaliorem accepisse, vt omnino domum denotaret; tandem ad carceris notionem singulari modo traducta esse: etsi nec omnino necesse hoc est; potuit haberi Mars in *ahenea aedicula*, h. in aedicula bene munita; vt et χάλκεος στερεὸς καὶ ἰσχυρὸς h. l. redditur; etiam in Suida. vti Danae in ahenea turri, et ap. Apollod. I, 9, 12. p. 49 Melampus captus δεσμοῖς ἐν οἰκήματι ἐφυλάττετο. Sic et hoc ipsum οἴκημα dicitur, vbi δεσμωτήριον intelligendum est; quod Atticorum esse aiunt grammatici. v. Harpocration h. v. Hesych. h. v. apud Apollon. Lex. est: κεράμῳ· οὐχ, ὡς κατὰ Κυπρίους, τῷ δεσμωτηρίῳ· καὶ γὰρ ἐν ἄλλοις· πολλῶν δ' ἐκ κεράμων μέθυ πίνετο (Il. I, 465). Apparet excidisse reliqua huius loci; nec alia afferunt Etymol. p. 98, 31. et Hesych. Quod in hoc de vrbe Cariae, Κεράμῳ, memoratur, illustrandum est ex Schol. br. Indoctius Suidas in χάλκεος· ἡ πόλις καλεῖται χαλκοῦς κέραμος.

388. καί νύ κεν ἔνθ' ἀπόλοιτο Ἄρης, ἄτος πολέμοιο. Primo ἀπόλοιτο Ἄρης facit hiatum, ferendum forte in medio versu. Nec aliter legitur versus apud Etymol. l. c. Bentleius iam sup. ad vs. 311 meminerat alibi dici ἀπόλωλεν Od. Ξ, 137. vel ἀπόλοιτ' ἄρ' vt sup. 363.

ἄτος πολέμοιο. Apollon. Lex. h. v. ἀκόρεστος ἢ βλαπτικὸς κατὰ πόλεμον. prius recte, ex ἄατος. v. Etymol. Sch. B. et br. Scilicet ἄδω satio: potuit esse ἄσω, ἦται, et inde ἀτὸς, ἄατος, ἄτος insatiabilis. Bentleius corrigit in Hesych. ἄται· πληροῦται. Hoc reponendum in Sc. Here. 100 ἦ μὴν καὶ κρατερός περ ἐὼν ἄται πολέμοιο. Sollenne autem pugnandi ardorem, qui non imminuitur aut extinguitur, alibi per sitim sanguinis, saepe quoque, cum fame comparari, quae exsatiari nequit. ἄτος μάχης X, 218. Sic H, 107 est μύθου ἀκόρητος. v. inpri-

quem ipsa fratrum nouerca exorauerat, vnde profecta sint, nunc ignoratur. In XIII mensibus altioris aliquid indagationis latere credidere viri docti, iam in Sch. br. factas esse belli inducias per XIII menses, quibus adeo Mars vinculis habitus videri posset. Quod in Sch. B. narratur, Martem bello petitum esse ab Aloidis propter Adonidem ab eo caesum, qui a Venere istorum curae creditus erat, a seriore aliquo poeta profectum esse videtur, qui fabulam ad Cyprum traduxerat, forte voce *κέραμος* inductus vs. 387. Nam Aloidae ad stirpem Aeolidarum spectant, et ad Boeotiam. At veteres interpretes veterum loquendi formarum et naturae mythorum ignari ad allegorias modo historicas, modo astrologicas, (laudatur femina *Δημὼ* apud Eustath.) modo ethicas confugerunt, quas recensere operae pretium non est: v. Sch. br. Eustath. in his est Heraclides c. 33. quem exscripsit Sch. B. Porphyr. et Eustath.

ὅτε (non *ὅτι*, vt in Barnes. editum, librarii vitio, puto) Τλῆ — *ὅτε δῆσαν μιν* vel dictum pro *ἔτλη δεδέσθαι*, *δεόμενος*. vel suppl. *τλῆ ἄλγεα*. Recte repugnauerat Aristarchus, vt Sch. br. et Eust. memorant, iis, qui aliter haec quam *μυθικώτερον* dicta acciperent, *μηδὲν ἔξω τῶν Φραζομένων ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ περιεργαζόμενος*. Sectantur tamen allegoriam interpretes, etiam Clarke. *Ephialtes*, Ἐφιάλτης scribitur Ἐτιάλτης in versl. 385. 6. 7. adscriptis a Clemente Cohort. p. 25. sed hoc est Doricum, vt ap. Pindarum. Ceterum idem Clemens alio loco Cohort. p. 30. et Iustin. Cohort. 1, 2. apponunt versus quatuor ex Panyasi similis coloris et sententiae: Τλῆ *μὲν Δημήτηρ᾽ τλῆ δὲ χλυτὸς Ἀμφιγυήεις* et vlt. Τλῆ *δὲ καὶ ὀβριμόθυμος Ἄρης ὑπὸ πατρὸς ἀνάγκης*.

587. *χαλκέῳ ἐν κεράμῳ*. ex antiquiore carmine petitum mythum, vox quoque insolens arguit. *Dolium* esse non posse manifestum sit, etsi ita accipitur passim, etiam ap. Hygin. P. A. II, 40. De *carcere* esse intelligendum, ipsa res arguit. At vnde nouimus *κέραμον* esse carcerem? Scholia br. *χαλκῷ ἀγγείῳ, πίθῳ· ἢ δεσμωτηρίῳ· οἱ*

γὰρ Κύπριοι τὸ δεσμωτήριον κέραμον καλοῦσι. Vnde tamen vox Cypria in Homero! Debebant dicere, vocem esse antiquam, cuius vsus apud Cyprios superstes est. Potuit proprie domus ἐκ κεράμου, ex *argilla* et *luto*, facta, κέραμος dici, siquidem κέραμος vas ex argilla factum, dicitur; inde notionem generaliorem accepisse, vt omnino domum denotaret; tandem ad carceris notionem singulari modo traducta esse: etsi nec omnino necesse hoc est; potuit haberi Mars in *ahenea aedicula*, h. in aedicula bene munita; vt et χάλκεος στερεὸς καὶ ἰσχυρὸς h. l. redditur; etiam in Suida. vti Danae in ahenea turri, et ap. Apollod. I, 9, 12. p. 49 Melampus captus δεσμοῖς ἐν οἰκήματι ἐφυλάττετο. Sic et hoc ipsum οἴκημα dicitur, vbi δεσμωτήριον intelligendum est; quod Atticorum esse aiunt grammatici. v. Harpocration h. v. Hesych. h. v. apud Apollon. Lex. est: κεράμῳ· οὐχ, ὡς κατὰ Κυπρίους, τῷ δεσμωτηρίῳ· καὶ γὰρ ἐν ἄλλοις· πολλῶν δ' ἐκ κεράμων μέθυ πίνετο (Il. I, 465). Apparet excidisse reliqua huius loci; nec alia afferunt Etymol. p. 98, 31. et Hesych. Quod in hoc de vrbe Cariae, Κεράμῳ, memoratur, illustrandum est ex Schol. br. Indoctius Suidas in χάλκεος· ἡ πόλις καλεῖται χαλκοῦς κέραμος.

388. καί νύ κεν ἔνθ' ἀπόλοιτο Ἄρης, ἄτος πολέμοιο. Primo ἀπόλοιτο Ἄρης facit hiatum, ferendum forte in medio versu. Nec aliter legitur versus apud Etymol. l. c. Bentleius iam sup. ad vs. 311 meminerat alibi dici ἀπόλωλεν Od. Ξ, 137. vel ἀπόλοιτ' ἄρ' vt sup. 363.

ἄτος πολέμοια. Apollon. Lex. h. v. ἀκόρεστος ἢ βλαπτικὸς κατὰ πόλεμον. prius recte, ex ἄατος. v. Etymol. Sch. B. et br. Scilicet ἄδω satio: potuit esse ἄσω, ἤται, et inde ἀτὸς, ἄατος, ἄτος insatiabilis. Bentleius corrigit in Hesych. ἄται· πληροῦται. Hoc reponendum in Sc. Herc. 100 ἦ μὴν καὶ πρατερός περ ἐὼν ἄται πολέμοιο. Sollenne autem pugnandi ardorem, qui non imminuitur aut extinguitur, alibi per sitim sanguinis, saepe quoque, cum fame comparari, quae exsatiari nequit. ἄτος μάχης X, 218. Sic H, 107 est μύθου ἀκήρητος. v. inpri-

quem ipsa fratrum nouerca exorauerat, vnde profecta sint, nunc ignoratur. In XIII mensibus altioris aliquid indagationis latere credidere viri docti, iam in Sch. br. factas esse belli inducias per XIII menses, quibus adeo Mars vinculis habitus videri posset. Quod in Sch. B. narratur, Martem bello petitum esse ab Aloidis propter Adonidem ab eo caesum, qui a Venere istorum curae creditus erat, a seriore aliquo poeta profectum esse videtur, qui fabulam ad Cyprum traduxerat, forte voce *κέραμος* inductus vs. 387. Nam Aloidae ad stirpem Aeolidarum spectant, et ad Boeotiam. At veteres interpretes veterum loquendi formarum et naturae mythorum ignari ad allegorias modo historicas, modo astrologicas, (laudatur femina *Δημὼ* apud Eustath.) modo ethicas confugerunt, quas recensere operae pretium non est: v. Sch. br. Eustath. in his est Heraclides c. 33. quem exscripsit Sch. B. Porphyr. et Eustath.

ὅτε (non *ὅτι*, vt in Barnes. editum, librarii vitio, puto) *Τλῆ — ὅτε δῆσαν μιν* vel dictum pro *ἔτλη δεδέσθαι, δεόμενος*. vel suppl. *τλῆ ἄλγεα*. Recte repugnauerat Aristarchus, vt Sch. br. et Eust. memorant, iis, qui aliter haec quam *μυθικώτερον* dicta acciperent, *μηδὲν ἔξω τῶν Φραζομένων ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ περιεργαζόμενος*. Sectantur tamen allegoriam interpretes, etiam Clarke. *Ephialtes*, *Ἐφιάλτης* scribitur *Ἐτιάλτης* in verss. 385. 6. 7. adscriptis a Clemente Cohort. p. 25. sed hoc est Doricum, vt ap. Pindarum. Ceterum idem Clemens alio loco Cohort. p. 30. et Iustin. Cohort. 1, 2. apponunt versus quatuor ex Panyasi similis coloris et sententiae: *Τλῆ μὲν Δημήτηρ' τλῆ δὲ χλυτὸς Ἀμφιγυήεις* et. vlt. *Τλῆ δὲ καὶ ὀβριμόθυμος Ἄρης ὑπὸ πατρὸς ἀνάγκης*.

587. *χαλκέῳ ἐν κεράμῳ*. ex antiquiore carmine petitum mythum, vox quoque insolens arguit. *Dolium* esse non posse manifestum sit, etsi ita accipitur passim, etiam ap. Hygin. P. A. II, 40. De *carcere* esse intelligendum, ipsa res arguit. At vnde nouimus *κέραμον* esse carcerem? Scholia br. *χαλκῷ ἀγγείῳ, πίθῳ· ἢ δεσμωτηρίῳ· οἱ*

γὰρ Κύπριοι τὸ δεσμωτήριον κέραμον καλοῦσι. Vnde tamen vox Cypria in Homero! Debebant dicere, vocem esse antiquam, cuius vsus apud Cyprios superstes est. Potuit proprie domus ἐκ κεράμου, ex *argilla* et *luto*, facta, κέραμος dici, siquidem κέραμος vas ex argilla factum, dicitur; inde notionem generaliorem accepisse, vt omnino domum denotaret; tandem ad carceris notionem singulari modo traducta esse: etsi nec omnino necesse hoc est; potuit haberi Mars in *ahenea aedicula*, h. in aedicula bene munita; vt et χάλκεος στερεὸς καὶ ἰσχυρὸς h. l. redditur; etiam in Suida. vti Danae in ahenea turri, et ap. Apollod. I, 9, 12. p. 49 Melampus captus δεσμοῖς ἐν οἰκήματι ἐφυλάττετο. Sic et hoc ipsum οἴκημα dicitur, vbi δεσμωτήριον intelligendum est; quod Atticorum esse aiunt grammatici. v. Harpocration h. v. Hesych. h. v. apud Apollon. Lex. est: κεράμῳ· οὐχ, ὡς κατὰ Κυπρίους, τῷ δεσμωτηρίῳ· καὶ γὰρ ἐν ἄλλοις· πολλῶν δ' ἐκ κεράμων μέθυ πίνετο (Il. I, 465). Apparet excidisse reliqua huius loci; nec alia afferunt Etymol. p. 98, 31. et Hesych. Quod in hoc de vrbe Cariae, Κεράμῳ, memoratur, illustrandum est ex Schol. br. Indoctius Suidas in χάλκεος· ἡ πόλις καλεῖται χαλκοῦς κέραμος.

388. καί νύ κεν ἔνθ' ἀπόλοιτο Ἄρης, ἄτος πολέμοιο. Primo ἀπόλοιτο Ἄρης facit hiatum, ferendum forte in medio versu. Nec aliter legitur versus apud Etymol. l. c. Bentleius iam sup. ad vs. 311 meminerat alibi dici ἀπόλωλεν Od. Ξ, 137. vel ἀπόλοιτ' ἄρ' vt sup. 363.

ἄτος πολέμοιο. Apollon. Lex. h. v. ἀπόρεστος ἢ βλαπτικὸς κατὰ πόλεμον. prius recte, ex ἄατος. v. Etymol. Sch. B. et br. Scilicet ἄδω satio: potuit esse ἄσω, ἤται, et inde ἀτὸς, ἄατος, ἄτος insatiabilis. Bentleius corrigit in Hesych. ἄται· πλήρουται. Hoc reponendum in Sc. Here. 100 ἦ μὴν καὶ πρατερός περ ἐὼν ἄται πολέμοιο. Sollenne autem pugnandi ardorem, qui non imminuitur aut extinguitur, alibi per sitim sanguinis, saepe quoque, cum fame comparari, quae exsatiari nequit. ἄτος μάχης X, 218. Sic H, 107 est μύθου ἀκόρητος. v. inpri-

mis N, 635—9. Apud Heſiod. Theog. 714 eſt Γύγης τ' ἄατος πολέμοιο, ſaltem erit pronuntiandum ἄτος.

389. περικαλλὴς Ἠερίβοια. mſ. Mori Ἐρίβοια, quod fuiſſe ἡ Ἐρίβοια ſuſpicabatur Barnes: vix bene.

In principio verſus εἰ μὴ μητρυιὴ, laudatur ap. Apollon. de Synt. p. 327. ἡ μὴ μητρυιή· quod ad h. l. refert Sylburg. Vix hoc, quod ſine ſenſu eſt, grammatico in mentem venire potuit.

Eeriboea, idem nomen quod alias *Eriboea*, nouerca Aloidarum. Indocte nonnulli Mercurii nouercam eam ediderant, in Schol. br. Videtur illa, nouercali odio adducta, indicaſſe, quo in loco Mars clam in vinculis haberetur, et Mercurium ſubornaſſe, vt Martem liberaret, ita fore rata, vt Mars priuignos vlciſceretur. Fuit illa filia Eurymachi a Mercurio prognati.

390. Ἑρμέᾳ ἐξήγγειλεν. Ἑρμέα edd. ante Turneb. cum mſ. Mori. Ἑρμείᾳ Cant. γρ. Ἑρμῇ vel Ἑρμέῃ Barnes.

391. ἤδη τειρόμενον. χαλεπὸς δέ ἑ δεσμὸς ἐδάμνα. τειρόμενον et ἐδάμνα ſe mutuo definiunt, *confectum aerumna*: diuturna enim captiuitas corpus animumque viribus exhauſerat; (hoc eſt *edomuit*, ἐδάμνα) conſtantiam et robur fregerat, ita vt interiturus fuiſſet, niſi Mercurius eum liberaſſet. Atqui idem inf. 901 mori non poterat. Mira ratio conciliandi inter ſe duas res tam diverſas, vt dii ſint ἀνθρωποπαθεῖς, nec tamen mortales. Verum ipſam *deorum mortem* mira ratione conſtituerant poetae, vt eſſet diuturno deliquio ſimilis, e quo tamen ſe reciperent aliquando dii: Patet hoc inf. ex vſſ. 886. 887. coll. 901. in loco de Marte. Gratis argutantur, qui ad ſaniorem ſapientiam haec componere volunt. Apud Heſiodum Theog. 794—8. quisquis deorum peierauit, priuatus ſenſibus per integrum annum iacet, κεῖται νήϋτμος, ἀνάπνευστος καὶ ἄναυδος. Translata ſimili modo ad deos exilia pro poena: vt in Apolline apud Admetum exulante; alia v. ap. Plutarch. de Exilio ſub f. vbi ſunt quoque Empedoclis hac de re verſus. In Moſq. 1. eſt

gl. καταπονούμενον. δαμαζόμενον. θλιβόμενον. Tum δὲ poſt χαλεπὸς eſt pro γὰρ.

392. Τλῆ δ' Ἥρη — Ex antiquiore aliqua Heraclea, in qua diſertius narrata ea erant, petita haec eſſe, dubitare haud licet. Ad quam autem aetatem illa reuocanda ſit, nemo definire auſit. Si totus locus a primo Iliadis auctore profectus eſt, tale carmen iam ante eum extitiſſe debet. Sin, quod multo probabilius ſit, a diverſis rhapſodis totus hic locus coaceruatarum fabularum illatus eſt ſerius, potuit quoque locus e ſeriore aliqua Heraclea petitus eſſe. Omnino autem reputandum eſt, Herculis res, non magis, quam bellum Troianum, ab initio ſtatim vno carmine vniuerſas comprehenſas fuiſſe, ſed ſigillatim carminibus expoſitas; ex iis eſſe potuit vnum de Herculis rebus ad Pylum geſtis.

Iam in tali carmine narrata ſunt ea, quae poeta hic attigit. Ad Herculis enim virtutem admirabilem declarandam vſu loquendi nil magnificentius viſum, quam pugnaſſe eum cum diis; inter deos ad conſilium hoc maxime idonei ii, qui Herculi infeſti erant, in his maxime Iuno. Vulnerata autem ea fuit in pugna cum Neleo, Neſtoris patre ante Pylum. Narratio huius pugnae exſtare debuit admodum diſerta; nam in ea pugna etiam Hades, vt mox videbimus, contra Herculem pugnauit, et ipſe Mars ter percuſſus et quarto ictu vulneratus eſt, v. Heſiod. Sc. Herc. 359—367. Porro Neptunus, ap. Pindar. Ol. IX, 43—47. Periclymeno, vni e Nelei filiis, Neptunus dederat facultatem aſciſcendi formas nouas ap. Apollod. I, 9, 9. Herculis currui inſiſtebat Minerua Sch. ad Il. B, 336. Eidem carmini quod de Hercule ad Pylum egerat, ſuſpicari licet Neſtorem famae ſuae initia debuiſſe: ſolus enim ille ſuperſtes fuit e Nelei filiis inf. Λ, 689 ſq. Apollod. l. c. De Iunone telo percuſſa narraverat Panyaſis; v. Not. ad Apollod. p. 456. Omnino de pugna ad Pylum videndus Apollodor. II, 7, 3. et Schol. br. ad h. l.

maticos ἀπὸ τοῦ κλείω duxiſſe ἐκέκλειστο, ἀντὶ τοῦ ἐκεκάλυπτο, περιεκέκλειστο, καὶ περιέκειτο. Simili modo interpretati ſunt inf. 709. ad quem locum vide et Λ, 371. Π. 68. Φ, 18. X, pr. ad quae loca vide. Saltem ſic dicendum erat, aut, κλείω etiam κλίω ſcriptum fuiſſe, aut, κλίνω etiam idem quod κλείω ſignificaſſe.

Fatendum eſt, ipſam ſententiam videri requirere tale verbum; occultantur res ἠέρι, *caligine*. Si ἐκέκλιτο eſt *reclinata fuit*, de haſta quidem recte dixeris; an vero et de *equis*? At enim vt a κλείω ſit ἐκέκλιτο ductum, vix grammatica admittet. Hoc puto, mouit Bentleium, vt tentaret: ἠέρι δ' ἄρα' ἐκαλύπτετο. At hoc eſt *aliter ſcribere*, non vitioſa emendare.

Vulgatum bene ſe habet. ἠέρι eſt ἐν ἠέρι, haſta autem ἐκέκλιτο ſc. τῇ γῇ, pro, ἐπὶ τῇ γῇ *acclinata eſt humi*, vt Φ, 18 δόρυ κεκλιμένον μυρίκῃ. h. ἐπὶ μ. cf. ibid. 549 et K, 472. Similiter λίμνῃ κεκλιμένοι, pro ἐπὶ λ. inf. 709 de iis qui *mari adiacent*, loca maritima incolunt. Similiter O, 740. et Od. Δ, 608. Hactenus ἐκέκλιτο eſt idem ac ἔκειτο. Translatum itaque etiam ad alterum, καὶ τάχ' ἵππω, qui *adſtabant*, παρίσταντο. vt παρατήτην alibi. Euſtathius quoque per ἔκειντο vel ἵσταντο explicat. Adſtabat ergo haſta Martis et currus; ſed mortalium oculis conſpici non poterat.

357. γνὺξ ἐριπεῦσα. Bentl. ex Heſychio notat ἐρίπεῦσα et ἐριπεσεῦσα.

358. πολλὰ λισσομένη. Argutantur Sch. B. quod Venus neceſſe habuit multum rogare et fratrem et amantem; facere tamen hoc ex ſenſu imbecillitatis muliebris. Malim grammaticum docuiſſe metri rationem. Bentleius adſcripſerat πολλὸν, quod et Barnes coniecerat, melius quam πολλά ἑ λισσομένη. Clarke non opus eſſe pronuntiat pro arbitrio. Reſpondet Erneſti, et recte, pronuntiando fuiſſe λ geminatum, ac ſi eſſet πολλαλλισομενη.

χρυσάμπυκας ἧτεεν ἵππους. Satis declarat Apollonii Lex. ὁ μὲν Ἀπίων χρυσοχαλίνους (hoc et Schol. Pindari Ol. V, 15 aſſerit, vbi μοναμπυκία reddit μονοχαλίνῳ)

βέλτιον δὲ χρυσέους δεσμοὺς ἔχοντας, παρὰ τὴν ἄμπυκα, ἥτις ἐστὶ τῶν τριχῶν εἰς τὸ ἄνω σύλληψις. cf. Villoiſ. ibid. et in *ἄμπυξ*. cf. inf. ad X, 469. Heſych. in *χρυσάμπυκος* ſimilia habet, et Sch. br. Erat tamen diſertius dicendum eſſe *ἄμπυκα* ipſam *ἀναδέσμην*, vinculum, quo iuba equi religatur, quocunque tandem modo factum eſt; nam de certo modo nihil affirmabo; vti *ἄμπυξ* faſcia quoque eſt, qua coma mulierum religabatur; *ἀναδέσμη, ᾗ ἐστι στρόφιον.* Etymol. Apud Pindar. Ol. VII, 117. 118. Lacheſis eſt *χρυσάμπυξ*, aureo diademate cincta, tanquam dea; Schol. tamen exponit *τιμία*, quia *χρυσῆ Ἀφροδίτη* et ſimilia per *τιμία* exponi ſolent; ſcilicet quia ſignum honoris illud eſt.

359. *Φῖλε κασίγνητε, κόμισαί τε με δός τε μοι ἵππους.* Φῖλε pro *φίλε*, iam olim (Ptolemaeus) Aſcalonita ſcribere iubebat. cf. dicta ad Δ, 155. Conſentiunt tamen edd. in *φίλε*, vt et in altera vitioſa lectione, quae erat *φίλε κασίγνητ' ἐκκόμισαι*, cum in libris ſit *κασίγνητε, κόμισαι*. Sic diſerte Harl. L. C. ap. Bentl. Vrat. a. b. Townl. vn. Vindob. et Schol. ap. Bentl. *κόμισαι, ἐπιμελήθητι. ἐξ οὗ καὶ κομιδή.* Similia habet Euſtath. Et Etymol. in *κομῶ, — τὸ ἐπιμελοῦμαι καὶ περιποιῶ. ἐξ οὗ καὶ τὸ· Φῖλε κασίγνητε, κόμισαί τέ με, ἀντὶ τοῦ ἐπιμελείας ἀξίωσον καὶ περίσωσον.* Vidimus iam ſupra Λ, 594 *ἔνθα με Σίντιες ἄνδρες ἄφαρ κομίσαντο πεσόντα*, exceperunt lapſum et recrearunt. Vitium iſtud codicum auctoritate ſuſtuli; at aliud vitium in fine verſus, quo minus, vel ſine codice, tollerem temperare mihi haud potui, *δὸς δέ μοι*. E ſermonis ratione neceſſario *κόμισαί τε δός τε* ſcribenda ſunt. Confirmarunt haeſitantem Bentl. et Barnes „γρ. *δός τε.*“

362. *ὃς νῦν γε καὶ* — Euſtath. p. 557 *ὡς δή γε καὶ* —

363. *ὡς Φάτο. τῇ δ' Ἄρης.* Sic vulgo legitur; ſane etiam alibi producta priore ſyllaba legitur *Ἄρης*. Cantabrigienſis tamen ap. Bentl. offert melius *τῇ δ' ἄρ' Ἄρης*, quod cur reſpuamus? firmat quoque Vrat. b. Moſc. 1. cum binis Vindob.

364. ἀκηχεμένη Φίλον ἦτορ. Notat ex h. l. ἀκηχεμένη Etymol. et ducit ab ἀχέω, ἤχηκα, ἀκήχεκα. quidni fuisse dixeris, ἄχημι. ἀκήχημι, vnde ἀκήχεμαι media vel passiua voce.

365. πὰρ δέ οἱ Ἶρις ἔβαινε. Peccat in digamma in Ἶρις, quae fuit ϝιρις, vt statim vs. 368. Bentl. suspicabatur fuisse contractum παρδϝιρις. Lenior medicina est, si fuit πὰρ δέ τε Ἶρις ἔβαινε, vt et alibi sine οἱ. Λ, 518 αὐτίκα δ' ὧν ὀχέων ἐπεβήσετο, πὰρ δὲ Μαχάων βαῖνε. Interpolatoris animo ex Γ, 262 πὰρ δέ οἱ Ἀντήνωρ — insederat.

366. οὐκ ἀέκοντε scripsi, quod Homericum est, nec aliter Cant. Barocc. probante Bentleio.

Vss. 368. 9. leguntur quoque inf. 775. 6. Θ, 49. 50.

369. παρὰ δ' ἀμβρόσιον βάλεν εἶδαρ. πὰρ δ' ἀμβρ. Cant. εἶδαρ ex ἔδαρ, ἔδεσμα, τροφὴ, βρῶμα, Etymol. et Sch. Eustath. al.

370. Διώνης δῖ' Ἀφροδίτη. Obseruatur a grammaticis, cum Homerus Diones filiam ediderit Venerem, ignorasse eum Hesiodeam fabulam de Venere ex mari natam.

371. ἀγκὰς ἐλάζετο. ἀγκὰς vltima breui, adeoque male pro casu quarto habitum multis ad h. l. et Ξ, 346. Esse aduerbium constat et docent Intpp. Hesych. Clarke, Ernesti. „γρ. ἐλάζυτο." Barnes.

373. 374. repetuntur a Ioue inf. Φ, 509. 510. ad Dianam; et vs. 374 a Schol. Aeschyli Prom. 580. qui cum verbis Ius comparat: εὑρών τι ἁμαρτοῦσαν.

374. κακὸν ῥέζουσαν ἐνωπῇ. ἐνωπῇ, προσόψει, laudato hoc versu, Apollon. Lex. Supplendum ἐν, quod docent Hesych. Sch. br. Etymol. ἐν ὄψει, φανερῶς. Scilicet ex Graecorum more femina intra aedes coerceri solebat. Alios scripsisse ἐνιπῇ Sch. B. et Lips. memorant. Legeratne sic Mosc. r. in quo gl. adscripta: ἐνὶ βλάβῃ τινός. Scilicet declarat et hic locus disciplinam domesticam priscae vitae, et conditionem mulierum, quae, etsi adultae, verberibus coercebantur, si quid indignum se commisissent. Similis locus de Diana a Iunone mulcata Φ, 489 sq.

375. Φιλομειδὴς et h. l. mss. et edd. vt Δ, 10.

376. οὔτά με. recitat versum Athenag. deprecat. p. Chr. 17. οὐτα vltima breui, variis modis expeditum: v. sup. ad Δ, 319. at οὔτα v. ad N, 192.

377. ὑπεξέφερον πολέμοιο. „γρ. ὑπεξεφόρευν. ὑπεκφόρεον." Barnes. Est tamen in Hesych. ὑπεξέφερον. εἰς τὸ ἔξω ἔφερον. De vs. 378 nil pronuntiabo, sitne ex Homeri penu, an e liberalitate molestia rhapsodorum.

380. Δαναοὶ γε. Δαναοί τε Vrat. a. b.

383. 4. Πολλοὶ γὰρ δὴ τλῆμεν Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες ἐξ ἀνδρῶν χαλέπ' ἄλγε' ἐπ' ἀλλήλοισι τιθέντες. Interpungi potest trinis modis: aut post ἀνδρῶν, vt plerique faciunt, ita τλῆναί ἔπ' τινος erit dictum; in Homero alibi non obuium, si bene memini; at frequentatum aliis. τλῆναι absolute occurrit et alibi, vt B, 299 τλῆτε, φίλοι, καὶ μείνατε et h. l. mox vs. 385. 392. aut post δώματ' ἔχοντες, vt nunc sit, δι' ἀνδρῶν ἀλλήλους κακοποιοῦντες, sic Sch. B. aut post χαλέπ' ἄλγε'. ita saltem repetendum erit ἐπιτιθέντες ἀλλήλοις αὐτά. — Occurrit et alibi in Homero κακὰ, ἄλγεα, ἔργα ἐπιθεῖναι. Sensus adeo erit verborum idem, qui inf. vs. 873 ἀλλήλων ἰότητι χάριν ἄνδρεσσι φέροντες. Erat vir doctus, qui expungere malebat versum 384.

385. Τλῆ μὲν Ἄρης — Aloidae, Aloei filii, Otus et Ephialtes, celebrati fabulosa corporum magnitudine. Quicquid de iis narratur, summam antiquitatem rudium hominum redolet. v. Od. Λ, 304—319 Apollod. I, 7, 4. et Not. Persequutus erat fabulam Antimachus, vt e Schol. ad 389 discimus; nec oblitus est inter fragmenta Antimachi referre Schellenberg p. 100. Quod narratur h. l. Mars ab iis aliquando vinctus esse, ex hominum antiquorum more loquendi ducum est, quo is, qui aliqua in re excellunerat, cum diis certasse dicebatur. In Aloidis res ita ornata est: robur eorum fuisse tantum, vt non modo cum ipso Marte congrederentur, vt Hercules in pugna cum Cycno apud Hesiodum, verum vt eum adeo victum et captiuum vinculis et carcere detinerent. Reliqua fabulae ornamenta Martis a Mercurio liberati,

quem ipſa fratrum nouerca exorauerat, vnde profecta ſint, nunc ignoratur. In XIII menſibus altioris aliquid indagationis latere credidere viri docti, iam in Sch. br. factas eſſe belli inducias per XIII menſes, quibus adeo Mars vinculis habitus videri poſſet. Quod in Sch. B. narratur, Martem bello petitum eſſe ab Aloidis propter Adonidem ab eo caeſum, qui a Venere iſtorum curae creditus erat, a ſeriore aliquo poeta profectum eſſe videtur, qui fabulam ad Cyprum traduxerat, forte voce *κέραμος* inductus vſ. 387. Nam Aloidae ad ſtirpem Aeolidarum ſpectant, et ad Boeotiam. At veteres interpretes veterum loquendi formarum et naturae mythorum ignari ad allegorias modo hiſtoricas, modo aſtrologicas, (laudatur femina *Δημὼ* apud Euſtath.) modo ethicas confugerunt, quas recenſere operae pretium non eſt: v. Sch. br. Euſtath. in his eſt Heraclides c. 33. quem exſcripſit Sch. B. Porphyr. et Euſtath.

ὅτε (non *ὅτι*, vt in Barneſ. editum, librarii vitio, puto) Τλῃ — *ὅτε δῆσαν μιν* vel dictum pro *ἔτλη δεδέσθαι, δεόμενος.* vel ſuppl. *τλῃ ἄλγεα.* Recte repugnauerat Ariſtarchus, vt Sch. br. et Euſt. memorant, iis, qui aliter haec quam *μυθικώτερον* dicta acciperent, *μηδὲν ἔξω τῶν Φραζομένων ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ περιεργαζόμενος.* Sectantur tamen allegoriam interpretes, etiam Clarke. *Ephialtes,* Ἐφιάλτης ſcribitur Ἐτιάλτης in verſſ. 385. 6. 7. adſcriptis a Clemente Cohort. p. 25. ſed hoc eſt Doricum, vt ap. Pindarum. Ceterum idem Clemens alio loco Cohort. p. 30. et Iuſtin. Cohort. 1, 2. apponunt verſus quatuor ex Panyaſi ſimilis coloris et ſententiae: Τλῃ μὲν Δημήτηρ᾽ τλῃ δὲ κλυτὸς Ἀμφιγυήεις et. vlt. Τλῃ δὲ καὶ ὀβριμόθυμος Ἄρης ὑπὸ πατρὸς ἀνάγκης.

587. *χαλκέῳ ἐν κεράμῳ.* ex antiquiore carmine petitum mythum, vox quoque inſolens arguit. *Dolium* eſſe non poſſe manifeſtum ſit, etſi ita accipitur paſſim, etiam ap. Hygin. P. A. II, 40. De *carcere* eſſe intelligendum, ipſa res arguit. At vnde nouimus *κέραμον* eſſe carcerem? Scholia br. *χαλκῷ ἀγγείῳ, πίθῳ ἢ δεσμωτηρίῳ· οἱ*

γὰρ Κύπριοι τὸ δεσμωτήριον κέραμον καλοῦσι. Vnde tamen vox Cypria in Homero! Debebant dicere, vocem esse antiquam, cuius vsus apud Cyprios superstes est. Potuit proprie domus ἐκ κεράμου, ex *argilla* et *luto*, facta, κέραμος dici, siquidem κέραμος vas ex argilla factum, dicitur; inde notionem generaliorem accepisse, vt omnino domum denotaret; tandem ad carceris notionem singulari modo traducta esse: etsi nec omnino necesse hoc est; potuit haberi Mars in *ahenea aedicula*, h. in aedicula bene munita; vt et χάλκεος στερεὸς καὶ ἰσχυρὸς h. l. redditur; etiam in Suida. vti Danae in ahenea turri, et ap. Apollod. I, 9, 12. p. 49 Melampus captus δεσμοῖς ἐν οἰκήματι ἐφυλάττετο. Sic et hoc ipsum οἴκημα dicitur, vbi δεσμωτήριον intelligendum est; quod Atticorum esse aiunt grammatici. v. Harpocration h. v. Hesych. h. v. apud Apollon. Lex. est: κεράμῳ· οὐχ, ὡς κατὰ Κυπρίους, τῷ δεσμωτηρίῳ· καὶ γὰρ ἐν ἄλλοις· πολλῶν δ' ἐκ κεράμων μέθυ πίνετο (Il. I, 465). Apparet excidisse reliqua huius loci; nec alia afferunt Etymol. p. 98, 31. et Hesych. Quod in hoc de vrbe Cariae, Κεράμῳ, memoratur, illustrandum est ex Schol. br. Indoctius Suidas in χάλκεος· ἡ πάλις καλεῖται χαλκοῦς κέραμος.

388. καί νύ κεν ἔνθ' ἀπόλοιτο Ἄρης, ἄτος πολέμοιο. Primo ἀπόλοιτο Ἄρης facit hiatum, ferendum forte in medio versu. Nec aliter legitur versus apud Etymol. l. c. Bentleius iam sup. ad vs. 311 meminerat alibi dici ἀπόλωλεν Od. Ξ, 137. vel ἀπόλοιτ' ἄρ' vt sup. 363.

ἄτος πολέμοιο. Apollon. Lex. h. v. ἀκόρεστος ἢ βλαπτικὸς κατὰ πόλεμον. prius recte, ex ἄατος. v. Etymol. Sch. B. et br. Scilicet ἄδω satio: potuit esse ἄσω, ἦται, et inde ἀτὸς, ἄατος, ἄτος insatiabilis. Bentleius corrigit in Hesych. ἄται· πληροῦται. Hoc reponendum in Sc. Here. 100 ἦ μὴν καὶ κρατερός περ ἐὼν ἄται πολέμοιο. Sollenne autem pugnandi ardorem, qui non imminuitur aut extinguitur, alibi per sitim sanguinis, saepe quoque, cum fame comparari, quae exsatiari nequit. ἄτος μάχης X, 218. Sic H, 107 est μύθου ἀκόρητος. v. inpri-

mis N, 635—9. Apud Heſiod. Theog. 714 eſt Γύγης τ' ἄατος πολέμοιο, ſaltem erit pronuntiandum ἄτος.

389. περικαλλὴς Ἠερίβοια. mſ. Mori Ἐρίβοια, quod fuiſſe ἡ Ἐρίβοια ſuſpicabatur Barnes: vix bene.

In principio verſus εἰ μὴ μητρυιὴ, laudatur ap. Apollon. de Synt. p. 327. ἦ μὴ μητρυιή· quod ad h. l. refert Sylburg. Vix hoc, quod ſine ſenſu eſt, grammatico in mentem venire potuit.

Eeriboea, idem nomen quod alias *Eriboea*, nouerca Aloidarum. Indocte nonnulli Mercurii nouercam eam ediderant, in Schol. br. Videtur illa, nouercali odio adducta, indicaſſe, quo in loco Mars clam in vinculis haberetur, et Mercurium ſubornaſſe, vt Martem liberaret, ita fore rata, vt Mars priuignos vlciſceretur. Fuit illa filia Eurymachi a Mercurio prognati.

390. Ἑρμέᾳ ἐξήγγειλεν. Ἑρμέα edd. ante Turneb. cum mſ. Mori. Ἑρμείᾳ Cant. „γρ. Ἑρμῇ vel Ἑρμέῃ" Barnes.

391. ἤδη τειρόμενον. χαλεπὸς δέ ἑ δεσμὸς ἐδάμνα. τειρόμενον et ἐδάμνα ſe mutuo definiunt, *confectum aerumna*: diuturna enim captiuitas corpus animumque viribus exhauſerat; (hoc eſt *edomuit*, ἐδάμνα) conſtantiam et robur fregerat, ita vt interiturus fuiſſet, niſi Mercurius eum liberaſſet. Atqui idem inf. 901 mori non poterat. Mira ratio conciliandi inter ſe duas res tam diverſas, vt dii ſint ἀνθρωποπαθεῖς, nec tamen mortales. Verum ipſam *deorum mortem* mira ratione conſtituerant poëtae, vt eſſet diuturno deliquio ſimilis, e quo tamen ſe reciperent aliquando dii: Patet hoc inf. ex vſſ. 886. 887. coll. 901. in loco de Marte. Gratis argutantur, qui ad ſaniorem ſapientiam haec componere volunt. Apud Heſiodum Theog. 794—8. quisquis deorum peierauit, priuatus ſenſibus per integrum annum iacet, κεῖται νήϋτμος, ἀνάπνευστος καὶ ἄναυδος. Translata ſimili modo ad deos exilia pro poena: vt in Apolline apud Admetum exulante; alia v. ap. Plutarch. de Exilio ſub f. vbi ſunt quoque Empedoclis hac de re verſus. In Moſq. 1. eſt

gl. καταπονούμενον. δαμαζόμενον. θλιβόμενον. Tum δὲ poſt χαλεπὸς eſt pro γὰρ.

392. Τλῆ δ' Ἥρη — Ex antiquiore aliqua Heraclea, in qua diſertius narrata ea erant, petita haec eſſe, dubitare haud licet. Ad quam autem aetatem illa reuocanda ſit, nemo definire auſit. Si totus locus a primo Iliadis auctore profectus eſt, tale carmen iam ante enm extitiſſe debet. Sin, quod multo probabilius fit, a diverſis rhapſodis totus hic locus coaceruatarum fabularum illatus eſt ſerius, potuit quoque locus e ſeriore aliqua Heraclea petitus eſſe. Omnino autem reputandum eſt, Herculis res, non magis, quam bellum Troianum, ab initio ſtatim vno carmine vniuerſas comprehenſas fuiſſe, ſed ſigillatim carminibus expoſitas; ex iis eſſe potuit vnum de Herculis rebus ad Pylum geſtis.

Iam in tali carmine narrata ſunt ea, quae poeta hic attigit. Ad Herculis enim virtutem admirabilem declarandam vſu loquendi nil magnificentius viſum, quam pugnaſſe eum cum diis; inter deos ad conſilium hoc maxime idonei ii, qui Herculi infeſti erant, in his maxime Iuno. Vulnerata autem ea fuit in pugna cum Neleo, Neſtoris patre ante Pylum. Narratio huius pugnae exſtare debuit admodum diſerta; nam in ea pugna etiam Hades, vt mox videbimus, contra Herculem pugnauit, et ipſe Mars ter percuſſus et quarto ictu vulneratus eſt, v. Heſiod. Sc. Herc. 359—367. Porro Neptunus, ap. Pindar. Ol. IX, 43—47. Periclymeno, vni e Nelei filiis, Neptunus dederat facultatem aſciſcendi formas nouas ap. Apollod. I, 9, 9. Herculis currui inſiſtebat Minerua Sch. ad Il. B, 336. Eidem carmini quod de Hercule ad Pylum egerat, ſuſpicari licet Neſtorem famae ſuae initia debuiſſe: ſolus enim ille ſuperſtes fuit e Nelei filiis inf. Λ, 689 ſq. Apollod. l. c. De Iunone telo percuſſa narraverat Panyaſis; v. Not. ad Apollod. p. 456. Omnino de pugna ad Pylum videndus Apollodor. II, 7, 3. et Schol. br. ad h. l.

Τλῃ δ' Ἥρη. ὑπέμεινε. Suid. h. v. Scholion, quod in Sch. B. et Leid. ad h. v. inſeritur, Φιλόσοφος Ἡρακλῆς etc. eſt exſcriptum ex Heraclide c. 33.

393. ὀϊττῷ τριγλώχινι βεβλήκει. τριγλώχινι, τριγώνατρεῖς γωνίας ἔχοντι (h. e. ἀκίδας) vbique redditur, etiam ap. Etymol. et Heſych. ex γλωχίν, γωνία. τριγλώχιν νῆσος Sicilia dicta eſt Apollonio IV, 310 et πολυγλώχιν κεραίη ἐλάφοιο ap. Nicandr. Ther. 36.

394. τότε καί μιν ἀνήκεστον λάβεν ἄλγος. καί μιν pro vulgato κέν μιν reſcribi debebat etiam ſine codice; nam τῷ κεν nullus omnino hic locus eſt; codices tamen diſerte καὶ exhibent Cant. Barocc. Moſc. 1. Vindob. et Veneti ſupplementum. κὲν μὲν porro deprauauerat Ald. 2. cum ſecta; Rom. et ipſe Turnebus. At Stephanus retraxit μιν ex Flor. Ald. 1.

Verſus 392. 3. 4. excitat Schol. Lycophr. 39. at vſ. 394 hoc modo: βέβληκε τότε κίμιν (καί μιν) ἀνήκεστον ἄλλος ἔλαχεν. legerat adeo ἀνήκεστον λάχεν ἄλγος. hoc quidem non male.

ἀνήκεστον. Gloſſa in Apollon. Lex. ἀνάκεστον, ἀνίατον. κατὰ στέρησιν τοῦ ἀκεῖσθαι. ἀνήκεστον κακόν ἐστι δεινόν. ad h. l. ſpectat. In fragm. Archilocheis eſt ἀνηκέστοισι κακοῖσι τλημοσύνην Φάρμακον addidiſſe deos. Occurrit vox etiam apud Tragicos h. l. ſimpliciter dolor grauiſſimus.

395. 6. 7. tres verſus excitat Pauſan. VI, 25. p. 516. vbi editur 396 ὠὐτὸς, quod et Schol. br. Euſtath. p. 562. et diſertius p. 563. tum Ven. B. mſ. Lipſ. Vrat. b. A. Townl. Moſc. 1. 3. exhibent; etiam edd. omnes, niſi quod, cum in Barnes. vitioſe eſſet ὠὐτὸς, pro ὠὐτὸς, Clarke αὐτὸς edidit. Renocauerat Wolf. (quod nunc praeeunte Veneta deſeruit) ὠὐτὸς, quod vtique ratione grammatica ſcribi debebat; verum perpetuus vſus induxit ὠυτός. niſi quod plerumque, nullo vtique conſilio, duo puncta appingunt, ὠϋτὸς, τωϋτὸ, τωϋτοῦ, ἑωϋτοῦ. (pro ἑο αὐτοῦ) ϑωϋμάσιος. v. Etymol. Gregor. Cor. p. 108. Ionicum eſt, quod ſpiritus aſper lenitur. Obuia vox

eſt ὠυτὸς in Herodoto. Inf. videbimus ἄριστος Il. Λ, 288 vbi v. Barn. At ὠυτὸς alibi in Homero vix legitur. Eſt in his vſus articuli notabilis, quem alias Homerus ignorat; niſi putes declaratum, *ille ipſe. ἄριστος. ille fortiſſimus.*

397. ἐν Πύλῳ ἐν νεκύεσσι. In eadem cum Neleo pugna ad Pylum: ſic quoque Apollod. II, 7, 3. qui de Iunone vulnerata nil memorat. Conſentit fama inter Eleos, apud quos templum Hadis erat, teſte Pauſan. l. c. Referunt nonnulli ad eam locum Pindari Ol. IX, 50. vix tamen ille de eadem pugna narrat. Diſertiſſimus locus eſt in Senecae Herc. fur. 560—5. Alii tamen ad loca infera transtulere pugnam Herculis cum Orco, et ad eius deſcenſum abducendi Cerberi cauſſa; de quo inf. Il. Θ, 367. 8. Vid. Sch. B. Leid. Euſtath. Schol. Pind. l. c. Schol. Apollon. I, 1350. Etymol. in αἴθρῳ. Suidas in πύλῳ vt eſſet πύλος pro πύλη, (vt μόρος pro μοῖρα) ἐν πύλῳ pro ἐν πύλῃ· ὡς δείελον, τὴν δείλην. ἔσπερον τὴν ἑσπέραν. Praeiuiſſe iis Ariſtarchum diſcimus ex Schol. br. qui πύλον dictum aiebat pro πύλην, *portam*, non *Pyli*, ſed *inferorum*. Fuit in eadem ſententia Didymus, vt colligas e Schol. Pindari Ol. IX, 43. Ait ille, Pindaro concedendum eſſe, vt Hercules περὶ τὸν ὑπὸ τῷ Νέστορι Πύλον pugnauerit, Ὁμήρου τὴν ἐν Ἅιδου πύλην εἰπόντος· ἐν πύλῳ ἐν νεκύεσσι βαλών. Et Agatharchides de mari rubro p. 11 τὸν δὲ Ἅιδην ἐν ᾧ τόπῳ τὴν βασιλείαν εἶχεν, ἐκεῖσε ὑφ' Ἡρακλέους τοξευθέντα ταῖς μεγίσταις ἀλγηδόσι περιπεσεῖν. *Aditum, portam, ianuam*, Orco tribui, ſollenne eſt, plerumque ſic, vt in aedes, palatium, Orci, Ἅιδου, acceſſus ſit. At enim, quod ſatis notum eſt, ſunt πύλαι Ἅιδου, vt inf. 646 non πύλη; niſi quod exemplum e Theocrito 2, 160 τὰν Ἀΐδαο πύλαν laudatur, multo minus ὁ πύλος. Portam quoties, Homerus memorat, πύλας dicit, non aliter. cf. ad I, 383.

ἐν νεκύεσσι. Si ad inferos haec trahuntur, νέκυες deberent eſſe *Manes*. Vnde vulgo vertunt, *ad portam apud inferos vulneratum*. Ita vero otioſum ſatis ἐν νε-

νύεσσιν adiectum. Et de ſtrage caeſorum idem dixit infra de Marte: 886 αὐτοῦ πήματ' ἔπαςχον ἐν αἰνῇσι νεκάδεσσι. Ait Mars vix ſe effugiſſe *quo minus inter caeſorum aceruos e vulnere dolens iaceret.* Arguit itaque et hoc veritatem lectionis ἐν Πύλῳ de vrbe acceptae: in pugna ad Pylum vulneratus Hades *iacebat inter caeſos dolens e vulnere.* In eadem pugna Mars vulneratus ab Hercule: ὅτ' ὑπὲρ Πύλου ἡμαθόεντος Ἀυτίος ἔστη — Sc. Herc. 360. qui idem ab Hercule vulneratur in pugna cum Cycno ibid. 458 ſq. Iunctura autem verborum eſt: Ἐν Πύλῳ βαλών μιν ἔδωκεν ὀδύνῃσιν ἐν νεκύεσσι. Koeppen iungebat ἐν νεκύεσσι βαλὼν pro ἐμβαλὼν νεκύεσσι, pro εἰς νέκυας. De Herculis congreſſu cum Hade nonnulla habent Schol. B. et Euſtath. ſed ſine auctore. Alia eſt pugna cum Hade, cum ad Alceſtidem repetendam veniſſet Hercules apud Apollod. I, 9, 15 extr. Pro Hade eſt Θάνατος, Hadis miniſter, in Alceſt. Euripidis et in fabula Siſyphi e Pherecyde in Sch. Il. Z, 153. — μὲν ὀδύνῃσιν ἔδωκεν, etiam Od. P, 567 ὅτε μ' οὗτος ἀνὴρ — βαλὼν ὀδύνῃσιν ἔδωκε. antiqua loquendi formula etiam in Pindaro obuia; vti et Latini *dare aliquem leto, fugae* ſaepe a viris doctis illuſtrata.

398. Αὐτὰρ ὁ βῆ πρὸς δῶμα Διὸς — Hic vero Scholia Ven. A. lacuna foedata eſſe doleo. Forte enim in iis auctoritatem haberem iuſtae ſuſpicionis, temere huc aliunde illatos eſſe verſus 398—402. forte ex aliqua Heraclea; nam et ſtructuram ſententiamque turbant, et de Plutone vix bene dicta eſſe poſſunt, qui *non in Olympo, ſed in locis inferis* verſatur; et vſſ. 401. 2. iterum occurrunt 900. 901. In cod. Bentleii neſcio quo verſus 398 in margine erat adſcriptus. Omnino iuſta ſuſpicio ſuboritur, totum locum a v. 395 ex variis fragmentis veterum poetarum, qui Herculis res expoſuerant, eſſe conſarcinatum a rhapſodis.

400. ὤμῳ ἔνι Barneſ. nouauerat. At ἐνὶ ad verbum ſpectat: ἐνὶ — ἠλήλατο, ἐνηλήλατο, ἐνήρεισto, ἐνεπέπηκτο. Vitioſe Vrat. a. b. A. ἐλήλατο. ἐνήλατο. ἐν στ. Vrat.

A. cum al. — *κῆδε δὲ θυμὸν*, et 404 *ἔκηδε θεοὺς, ἐλύπει, ἠνία, ἐκάκου.* Sch. br. Nec aliter inf. Λ, 458. Nec tamen ſatis ſic de ſenſu vocis liquet. Nam et ſollicitudinem de vulneris grauitate, vt alias *ἐρρίγησε* vulnere accepto Agamemnon, metuens alte vulnus deſcendiſſe, Δ, 148. Λ, 254 et al. et doloris ſenſum, et defectum virium declarare poteſt. Prius vſus loquendi defendit, hoc poſtremum ipſa rei ratio; ſanguinis enim defectus (pro quo ipſe *ſanguis* in altero loco Λ, 458 *αἷμα — διέσσυτο κῆδε δὲ θυμὸν*, memoratus eſt,) debilitat. Tales amphibolias incidere neceſſe eſt in oratione, qualis priſcorum hominum fuit, dum verbis generalibus vtuntur, ſignificatum tamen ſingularem animo tenent. Peſſime hic et inf. Λ, 458 Barneſ. intulerat *κῆδε δ' ἓ θ.* metro violato: fuit quippe *κηδε ϝε θ.* In Barocc. et mſ. Mori *κῆδέ δ' ἓ θυμῷ.* in Vindob. *κῆδέ ἑ θυμῷ.*

401. *τῷ δ' ἐπί.* Non eſſe *τῷ δ' ἔπι* ſcribendum monet Sch. B. Scilicet eſt *ἐπιπάσσων.* Vſſ. 401. 402. repeti inf. 900. 901. iam monui.

τῷ δ' ἐπὶ Παιήων ὀδυνήφατα φάρμακα πάσσων, ἠκέσατο. Eſt haec, et quae inf. 901 ſit, antiquiſſima Paeeonis ſeu Paeonis memoratio; etiam in Pindaro obuia, et in Aeſchyl. Agam. 152. qui in Homero diuerſus eſt ab Apolline aliis frequentato in re medica. Seruatum tamen Paeonis numen ab aliis; nam Syracuſis in Aeſculapii templo Paeanis, vt editur, ſignum erat, Cic. Verr. IV, 57. Alia notio et origo eſſe debuit *παιήονος* hymni ſup. A, 473. Apollon. Lex. Παιήων — *ποτὲ δὲ κυρίως θεόν τινα, ὃν συνίστησιν ἰατρὸν τῶν θεῶν* laudato hoc verſu, qui repetitur cum 402 inf. 901. 902.

ὀδυνήφατα. Idem Apollon. *τὰς ὀδύνας ἀναιροῦντα*, ad verbum; eſt enim ex *φάω, φάζω*, mox *σφάζω.* (vnde *φέω, φένω, πέφονα, φόνος*, vt *φάω, φαίνω, φανός.*) Sch. br. *τὰς ὀδύνας κατακαύοντα καὶ φθείροντα.* Sic et Etymol. vbi male additur *ἀπὸ τοῦ φθίω.* melius Heſych. *ἀφανίζοντα.* Alia habet Euſtath.

402. *οὐ μὲν γάρ τι καταθνητός γε τέτυκτο.* Ionicum dat Vrat. A. cum Vindob. vno pro vulgato *καταθνητός γ' ἐτέτυκτο.* *κατὰ θνητούς γ'* V. L. H. apud Bentl. Enimvero *καταθνητὸς* aliquoties occurrit, vt Z, 123. K, 440.

Verſum iterum legi inf. 901 iam monitum eſt. Ceterum Hades nunc mori nequit; quia deus eſt, at Mars vſ. 388 periturus erat? v. ad e. l. Obſſ. Etiam haec inter ſe tam diuerſa ſatis arguunt verſus hos aliunde eſſe in carmen noſtrum illatos.

403. *σχέτλιος, ὀβριμόεργος.* Deletis verſibus 398—402 vt antea dixi, bene decurrit ſententia. Nunc dicendum eſt nouam ſententiam per exclamationem inſtitui: quod et Clarke videbat.

ὀβριμοεργὸς, ὄβριμα ἔργα ποιῶν Apollon. Lex. v. ibi Villoiſ. Solita varietate alii *ὀμβρ.* ſcribunt.

ὃς οὐκ ὄθετ' αἴσυλα ῥέζων qui non veritus eſt, ſed inſolenter auſus eſt nefanda facere. *ὄθετο.* At Sch. br. *οὐκ ὄθεται. οὐκ ἐπιστρέφεται — ἀτημελῶς καὶ ἀφροντίστως ἔχει.*

αἴσυλα. ἁμαρτωλὰ, παράνομα. haec recte Sch. br. in quibus mox adiicitur etymologia parum probabilis ex Apione, vt ſit *αἴσης σεσυλημένα.* Ita primo debuit eſſe *αἰσήσυλα*; repugnat tamen vel ſic prima in *συλᾶν* producta. Habent tamen hanc etymologiam Apollon. Lex. h. v. vbi cf. Toll. Etymol. cum alio Scholio, adde Heſych. Si altera forma *ἀήσυλα*, inf. 876 obuia, prior tempore fuit, ab *ἤδω ἤσυλος, τερπνός*, deduci potuit, vnde *ἀήσυλος, ἄτερπνος.*

404. *ὃς τόξοισιν ἔκηδε θεοὺς οἱ Ὄλυμπον ἔχουσι.* Verſus manifeſte ab interpolatore rhapſodo procuſus, et prorſus otioſus; niſi contendas, antiquiora fuiſſe vtique interdum loquacia et nugatoria.

Sch. B. ad h. v. obſeruat: *οὐδέ ποτε οἶδεν ὁ ποιητὴς, Ἡρακλέα τόξῳ χρώμενον.* Atqui modo vſ. 393 contrarium vidimus, et in Od. Λ. in inferis. Excidiſſe appareret *εἰ μὴ τόξῳ.* Nunc video in Euſtath. legi p. 561. l.

28 καὶ σημείωσαι, ὅτι οὐκ οἶδεν ἐνταῦθα Ὅμηρος τὸν Ἡρακλέα ῥοπάλῳ χρώμενον, ἀλλὰ τόξοις ἀνδραγαθοῦντα.

405. σοὶ δ' ἐπὶ τοῦτον ἀνῆκε — vulgo ſcriptum σοὶ δ' ἔπι. recte vero monent Sch. B. eſſe iungendum ἐπὶ cum ἀνῆκε, pro ἐπανῆκέ σοι τοῦτον, incitauit in te; alias deberet eſſe ἐπὶ σέ.

406. Dicta etiam haec ad ſenſum et iudicium antiquitatis ſunt, quod impietas τῶν θεομαχούντων, impiorum, qui deos contemnunt, non impunita manet. cf. mox Z, 130 ſq. Bene Koeppen haec inter elementa diſciplinae ethicae rudium hominum reuocauit.

νήπιος, οὐδὲ τὸ οἶδε κατὰ Φρένα Τυδέος υἱός. Euſtath. obſeruat eſſe variatum νήπιος pro τοῦτον — νήπιον. Sed vim addit haec per exclamationem facta epexegeſis ſaepe obuia. Apud Euſtath. eſt κατὰ Φρένα καὶ κατὰ θυμόν. νήπιον vt ad τοῦτον retrahatur, vn. Vindob. οὐδὲ eſſe pro γὰρ contendit Sch. B.

407. ὅττι μάλ' οὐ δηναιὸς, ὃς ἀθανάτοισι μάχοιτο. Sane μάχητκι eſt ap. Euſtath. Etymol. in δηναιὸς, ſicque Harl. Lipſ. Vrat. c. et a m. ſec. b. duo Vindob. edd. Flor. Ald. 1. neque hoc in Homero prorſus improbem; rectius tamen mox vſ. 411 ſedem ſuam obtinet. μάχοιτο inde ab Ald. 2. legitur, et in codd. ceteris.

408. οὐδέ τί μιν παῖδες προτὶ γούνασι παππάζουσι. Mirum de hoc verſu iudicium eſt veterum in Sch. B. qui eum damnarunt. Acceperant haec de ἀτεκνίᾳ; nullos liberos Diomedem eſſe ſuſcepturum. At agitur de intercepto reditu, quo futurum ſit, vt liberos ſuos non ſit reviſurus, adeoque non amplexurus redux factus. Aiunt porro, Diomedem non rediiſſe, ſed ſocios: Od. Γ, 180. 181. quaſi in oraculo interpretando verſentur. Tandem addunt, verſum eſſe exilem. Atqui verſus eſt dulciſſimus. Magnam vim ad animum habet verborum ſimplicitas, non patrem eum appellari a liberis, in ipſa rei ſpecie dulcem affectum mouentis pro vulgari, non ille rediturus eſt bello. Sic Od. M, 42 quisquis ad Sirenes acceſſerit, τῷ δ' οὔτι γυνὴ καὶ νήπια τέκνα ὀπάδε νοστήσαντι παρίσταται οὐ-

δὲ γάννυται. Similis locus inf. I, 455 μήποτε γούνασιν οἷσιν ἐφέσσασθαι φίλον υἱόν.

προτὶ γούνασι quod in Callim. in Dian. 4 eſt ἐπὶ γούνασι. Blandum parentis affectum paterni amoris amat poeta deſignare hac liberorum in genibus patris collocatorum ſpecie: v. Π, 443. X, 500. et I, 484.

παππάζουσι. Verbum omnes grammatici obſeruant eſſe ὀνοματοποιηθὲν, primo loco Apollon. Lex. et ex eo Heſych. tum Etymol. et Euſtath.

411. Φραζέσθω, μή τις οἱ ἀμείνων σεῖο μάχηται. Vrat. a. μάχοιτο. male nunc. ſi notio eſt cauendi, ſubiunctiuo opus eſt; v. Exc. ad H, 353. de ἵνα, μή. optatiuus locum habet, ſi eſt deliberantis, vt I, 112 Φραζώμεσθ' ὥς κέν μιν ἀρεσσάμενοι πεπίθοιμεν. et ſi eſt, *videre quomodo*, indicatiuo locus eſt, vt Ξ, 482.

412. 413. μὴ δὴν Αἰγιάλεια — φίλους οἰκῆας ἐγείρῃ. nunc μὴ eſt de effectu cum ſubiunctiuo. male ἐγείρει Ammon. in οἰκῆας. Lipſ. et Moſc. 1. ἀγείρῃ. δὴν, quod conſtanti vſu eſt *diu*, vt Z, 139 οὐδ' ἄρ' ἔτι δὴν ἦν, nunc videtur eſſe pro δὴ dictum, niſi de continuato luctu accipias. Vindob. μή πως. οἰκῆας vel ſeruos, vel omnino domeſticos, οἰκείους. Ammon. l. c. οἰκῆες, ἅπαντες οἱ ἐν τῇ οἰκίᾳ τυγχάνοντες τῇ αὐτῇ. v. Euſtath. ad h. l. et ad Z, 366 et iam Apollon. Lex. et ex eo Heſych.

Suauiter et haec cum affectu animi declarata, Diomedem in patriam non eſſe rediturum, per ea, quae morte Diomedis audita euentura erant. Reddidit poeta haec ſic: ne vxori mors eius audita lugenda ſit. luctus autem nocte inſomni lamentis factis declaratur: quibus illa omnem familiam ſomno excitat. Putes ita repentinos eiulatus requiri; ita vt illa paullulum ſopita repente expergefacta, viſo quoque aliquo perturbata eiulatus iteret. Koeppen ſuſpicabatur Aegialeam reſciſcere mariti mortem per ſomni ſpeciem, recordatus Alcyones ap. Ouid. Met. XI, 678 ſq. Poteſt addi exemplum Laodamiae, cui Proteſilai vmbra ſe per ſomnum obtulit. Re-

gnat quoque affectus in ipso verborum dilectu et iunctura. Sic *κουρίδιον ἄνδρα*. v. ad A, 114.

415. *Ἰφθίμη ἄλοχος Διομήδεος ἱπποδάμοιο*. Aliis potest hic versus otiosus videri, aliis vim habere. — *ἰφθίμη, ἀνδρεία*, vt et Eustath. h. l. reddit, quae propria verbi vis est, parum accommodate h. l. diceretur mulier. *ἀγαθὴ* est Apollonio Lex. magis placeret *γενναία*, generosa mulier.

De *Aegialea*, Adrasti filia, v. Apollod. I, 8, 6. et Notas. hoc autem loco Sch. B. br. Eustath.

In Etymol. est *συνετὴ*, versu laudato vitiose in hunc modum: *Ἰφθίμη ἄλοχος Διομήδους Ἱπποδάμεια* videtur vox esse ex his, quibus generalior laudis notio inest, vt nostratibus *brav, wacker*. Saepe Penelope est *ἰφθίμη* aliaeque heroinae, quae et *ἀμύμονες* sunt.

416. *ἀπ' ἰχῶ χειρὸς ὀμόργνυ*. Editum erat inde a Flor. et Aldd. *ἰχὼρ*, Turnebus *ἰχῶ*, Stephanus iterum corrupit e Romana *ἰχῶρ*, quod et cod. Cantabr. Refinxere edd. Oxon. Cantabrig. *ἰχῶρ'*, Barnes restituit *ἰχῶ*, quod iterum, reuocando *ἰχὼρ*, corrupit Clarke. Ne hoc vitiosum esset, necesse foret, vt fuisset *τὸ ἰχὼρ*, atqui supra vs. 340 erat *ἰχὼρ οἷός περ*, et in Hippocrate aliisque sunt *οἱ ἰχῶρες*. Barnes coniiciebat fuisse *ἀμφοτέρῃσ' ἰχῶρ' ἀπὸ χειρὸς ὀμόργνυ*. E Schol. br. laudatur lectio: *ἀμφοτέρῃσ' ἀπὸ χειρὸς ἰχῶρα ὀμόργνυ*, verum ea est ex serioribus edd. interpolatis; in ed. pr. Ald. Schol. br. *ἰχὼρ ἰχῶρα. λέγει δὲ θεῖον αἷμα. ἡ ὑγρὰ θεῶν οὐσία ἰχὼρ καλεῖται.*

Enimuero veteres *ἰχῶ* legerunt, ex *ἰχὼρ, ἰχῶρα, ἰχῶα*. In Apollonii Lex. vox non occurrit, in Hesychio tantum *ἰχώρ*. At *ἰχῶ* legerat Etymol. laudatis his verbis: *ἀπ' ἰχῶ χειρὸς ὄμορξεν*. Legitur quoque *ἰχῶ* in Ven. B. Mori ms. a m. pr. Bentleio probante, et in Ven. A. suppleto, sicque legerat Eustath. *ἰχῶ* vt *ἰδρῶ* pro *ἰδρῶτα*. *κυνεῶ· Ἀπόλλω.*

χειρὸς Aristarchea est lectio. Zenodotea erat *χερσί*. quod notauerat Bentl. e Schol. Lips.

417. ἄλθετο χείρ. ὑγιάζετο. Apollon. Lex. h. v. vnde Heſych. (ſed adiecto παρὰ τὴν ἀλθαίαν quod corruptum eſt, v. Schow.) item Sch. B.

418. De episodio, quod ſequitur, in vtramque partem licet disputare. Si ſenſum exquiſitiorem ſequaris et ſubtilius iudicium, ineptum eſt et ab epica grauitate alienum. Sin in antiquo poeta verſari te memineris, qui rudis naturae impulſus et ipſe ſequatur et motus animorum in aliis carmine exhibere ſtudeat, recte et haec expreſſa facile dixeris. Poſſunt quoque videri cum artificio aliquo interpoſita eſſe, vt varietate rerum narratarum lectores delectet et teneat, ſeriis et grauibus interponenda ridicula et ludicra, etſi diis indigna, a mythorum tamen more haud aliena.

422. Eſt in Sch. br. longum Scholion de nomine Κύπριδος, tum de aliis deorum cognominibus ab allegoria repetitis; pannus inepta arte variegatus ex Porphyrio; inſertus tamen Scholiis quoque Ven. B. ad v. 458. et Etymol. in Κύπρις, et fundus multarum ineptiarum, quas alii adoptarunt. Loca illa mutua ope corrigi poſſunt vt verſus de Minerua, cuius epitheton Γλαυκῶπις· οὐκ ἀπὸ τοῦ· ἥτ' ἄκρης θῖνα γλαυκώπιον ἴζει, *quae aggerem, ſ. collem glaucopium tenet*; Scilicet ὅτι — γλαυκώπιον ἡ Ἀττικὴ ἀκρόπολις ἐλέχθη — δηλοῦσιν οἱ παλαιοί. (Euſt. ad Od. B, p. 1451, extr.) Antiquiorem tamen auctoritatem habere illae ineptiae debuere. Nam ipſe Apollon. Lex. voc. Κύπρις etymum ἀπὸ τοῦ κύειν repetit. Scilicet eſt magnus numerus epithetorum ex antiquioribus carminibus ſuperſtitum, quorum verum ſignificatum ignorabant Graeci meliorum aetatum; itaque aut analogia et etymologia aut alia coniectura probabilem ſenſum inferebant; plerumque haud infeliciter, quoties ab antiquis locis aut hominibus cauſſas peterent, aut ab antiquis vocabulis. Poſtquam autem allegorias ſtolide intulerant grammatici philoſophicis placitis imbuti, epitheta ad ſuas allegorias accommodarunt, ſtolide plerumque et inepte. Neque di-

gna haec quae iterum repetantur aut vbique inculcentur, aut refutentur.

Ceterum Cypriam Venerem, vt innumera id genus, ad cultum deae antiquiſſimum in Cypro ſpectare probabile ſit. Solent dii in locis, in quibus memorabilis aliqua eorum eſt religio, habitare, regnare, ea loca tueri, frequentare, viſere, et ſic porro.

ἀνιεῖσά τινα. ἀναπείσασα, ὀτρύνουσα. quo ſenſu vocem ſupra vidimus vſ. 405. videbimus Il. Ξ, 209. cf. Apollon. Lex. in *ἀνέσαιμι.*

423. *Τρωσὶν ἅμα σπέσθαι* ſuauius auditu, quam *ἅμ' ἑσπέσθαι*, ſuppeditarunt Mori, Harl. Townl. Sane quidem *ἕσπετο, ἅμ' ἕσπετο* frequentatur, non autem *ἑσπέσθαι, ἅμ' ἑσπέσθαι.*

Malueram quoque reſtituere Ionicum *ἔπαγλα φίλησε*, vt ſup. feci Γ, 415.

424. *τῶν τινα καρῥέζουσα Ἀχαιϊάδων ἐϋπέπλων* — Vox *καρῥέζουσα* iam Apollonii aetate tam parum nota fuit, vt ille eam diſerte illuſtraret, verſu appoſito, reddatque per *καταρέζουσα, καταψῶσα τῇ χειρί*, ſicque Heſych. Schol.

καρῥέζουσα Ἀχαιϊάδων hiatus intercedit, forte et hic excuſandus, quia in medio verſu pronuntiatione lenitur. Corruptius eſt in edd. *καρῥέζουσ' Ἀχ.* Emendat Bentl. *καρῥέζουσ' ἄρ' Ἀχ.* vel *τῶν τινα καρῥέζουσ', ἢ Τρωϊάδων.* Poſſis laudare ſimilem verſum ex Od. Φ, 160 *ἄλλην δή τιν' ἔπειτα Ἀχαιϊάδων ἐϋπέπλων μνάσθω.* Alius paullo ſeuerior, ſi non totum locum, inter emblemata rhapſodorum referet, verſum ſaltem hunc inſertum eſſe ſuſpicabitur, onerantem ſententias et ſimilem aliis amplificationis inutilis notam habentibus. Habet tamen, quo ſe defendat verſus, auctoritatem Apollonii modo memoratam, et Plutarchi, qui verſus 422—425 laudat Sympoſ. IX, 4. in eodem legitur *Ἀχαιϊάδων βαθυκόλπων.*

425. *πρὸς χρυσέῃ περόνῃ καταμύξατο χεῖρα ἀραιήν.* Perperam *κατεμύξατο* in codd. Ven. ſuppleto, Sch. B. Sch. br. (ed. pr.) Itaque monetur in Sch. B. Ariſtarchum

legisse καταμύξατο διὰ τοῦ α. Atqui ἀμύσσειν iam vidimus A, 243.

χρυσέῃ antiquior forma, χρυσῇ contracta, variat h. l. et vbique: nec iterum monitu opus erit.

χεῖρα ἀρκιήν. Eustath. Ἀττικὸν δασύνειν τὴν ἀρκιήν. et Ven. B. Ἀρίσταρχος τὸ μὲν ἄρκιην, ἐπὶ τοῦ ἀσθενῆ, δασύνει, ἐπὶ δὲ τοῦ ἀβλαβῆ, ψιλοῖ. add. Etymol. in ἀρκιός. En argutias ortas ex vsu τοῦ digamma. Fuit antiquitus ϝαρκιὸς, quod iam Bentleius vidit, cf. Σ, 411. Τ, 37. ergo et restituendum Π, 161. Od. Κ, 90. Coniecerat idem, antequam digammum animaduerterat, χεῖρα οἱ ἄκρην, vt vs. 336. Recte Sch. br. ἀρκιὴν, ἀσθενῆ. σημαίνει δὲ καὶ λεπτήν. Nec aliud voluisse Apollonium in Lex. docuit vir doctus aduocato Hesychio h. v. cf. ad Π, 161. Vocem plura significare, docet Erotian. in Voc. Hippocrat. rarus. tenuis, angustus: vt Od. Κ, 90 ἀρκιὴ εἴσοδος.

Fibularum vsum antiquissimum locus hic testatur cum aliis, et Herodot. V, 87. 88. Scilicet et tunica, χιτὼν, fibulis in vtroque humero constrigebatur, et πέπλος, palla, et virorum χλαῖνα; χλαμὺς, et vestimentum quodcunque laxum ac fluens; et fibulis affabre factis delectatos iam tum fuisse homines testantur loca Od. Τ, 225 sq. Σ, 292 sq.

428. 429. 430. passim memorati ab antiquis, et quidem 428. 429. adscripti a Cic. ad Att. XIV, 13. et a Plutarcho de aud. poet. p. 36 A. vbi docetur contineri in iis sententiam γνῶθι σεαυτόν. Et munera deorum diversa ex his vss. declarat auctor de Astrologia s. 22. inter Lucianea. vs. 429 est ap. Galen. Protrept. 8. et Schol. Pindari P. IX, 16. et in Artemidoro V, p. 259. — vs. 430 excitatur a Io. Lydo p. 85. ed. Schow.

428. οὔ τοι. male. ed. Steph. cum al. οὔτοι vna voce. In Cicerone l. c. editur τέκνον ἐμόν, οὔτοι.

429. ἔργα γάμοιο. γαμικὰ, πράγματα, τὰ κατὰ τοὺς γάμους, τὸν ἔρωτα. Habet vnusquisque deorum suum γέρας, suam μοῖραν, vt ap. Hesiod. Θ. 203 sqq: etsi ad

illam munerum assignationem a Ioue factam referre hoc nolim.

432. Videamus oeconomiam poetae in sequentibus paullo diligentius. Aeneam saxo a Diomede percussum Venus peplo suo obductum pugna auferens, (310—318) a Diomede et ipsa vulnerata Aeneam proiicit vs. 334—343. proiectum Aeneam Apollo nube obducta servat ac tuetur, ne quis eum interficiat 344—6. Interponit poeta narrationem de Veneris in Olympum reditu vs. 357—431. sero tandem ad Diomedem redit, qui id agit, vt Aeneam, humi prostratum, occidat et spoliet. Norat tamen ille deum eum tutantem, quippe sublata ab eius oculis caligine, qua tenebantur ceteri Achiui, ne deum viderent; neque iidem Aeneam videre poterant nube ab Apolline occultatum. Aegre tandem increpante eum deo Diomedes recedit, et absportatur Aeneas ab Apolline ad templum in acropoli Troiae. Ita poetico phantasmati sua ratio constabit. Hinc videbis rationem eorum quae ad vs. 343 disputata sunt.

433. *γιγνώσκων.* Alii et hic *γινώσκων.* v. ad B, 468 *ὃ* pro *κα϶' ὃ, ὅτι*, Ern. laudato Θ, 140. 362.

434. *ἀλλ' ὅγ' ἄρ' οὐδὲ ϑεὸν μέγαν ἄζετο.* Mosc. r. Lipsi. *ἀλλ' ὅ γὰρ — ὅγε οὐδὲ* Vindob. *ἄζετο* laudato hoc versu reddit Hesych. *σέβετο*, et paullo ante, *ἐνετρέπετο*, reliqua ibi descripta sunt ex Apollonio in *ἄζετο.*

436. 7. *τρὶς μὲν ἔπειτ' ἐπόρουσε* — Similis locus est de Patroclo ter muros Troiae adorto, Π, 702 sq. et de Hectore Υ, 445.

437. *τρὶς δέ οἱ ἐστυφέλιξε Φαεινὴν ἀσπίδ' Ἀπόλλων.* Videtur vulgo accipi de Apollinis clipeo, quem ille incusserit Diomedi, vt eum repelleret; quomodo Iupiter Δ, 167 *αὐτὸς ἐπισσείῃσιν ἐρεμνὴν αἰγίδα πᾶσιν.* Nihil tamen est in toto loco, vnde Apollinem armatum aduolasse appareat; immo vero sup. 344 *μετὰ χερσὶν ἐρύσατο*, manibus iacentem tuetur. Est adeo Diomedis clipeus, quem Apollo manu retundit, hoc enim est *ἐστυφέλιξε.* Sch. br. *διέσεισε, διεκίνησε.* Nec aliter Apollon. et Hesych.

Etymol. cum Euſtath. miras etymologias afferunt. In promtu eſt a στυφελὸς, durus, compactus, στυφελίζειν eſſe durare, malleo aut alio ictu, percutere. Sic ſaxa iniecta στυφελίζειν ἀσπίδα dicuntur, inf. Π, 774. et haſtae, traiecto clipeo, irruentem reprimere, vt H, 261. M, 405.

439. δεινὰ δ' ὁμοκλήσας. Moſc. 1. δεινά γ'.

440. Φράζεο, Τυδείδη, καὶ χάζεο. Etymol. (Φράζεσθαι) καὶ τὸ διανοεῖσθαι. ὡς τὸ· Φράζεο T. καὶ χ. Sic et Sch. br.

441. οὔποτε φῦλον ὁμοῖον. ὁμοῖον in Homero eſſe, non ὅμοιον, quod Atticis tribuitur, obſeruatum eſt paſſim a grammaticis, et ad h. l. v. Euſtath. Etymol. Sch. A. B. ad Ξ, 521. Verſum 442 appoſuit Plutarch. adu. Stoic. p. 1074 F.

443. 444. repetuntur inf. de Patroclo Π, 710. 711.

444. μῆνιν ἀλευόμενος. Sic legunt Cant. Venetus ſuppletus, Sch. B. Lipſ. Vrat. a. b. Townl. Moſc. 1. et hoc poſtulat ratio grammatica. Etiam in Heſych. ἀλευόμενοι. ἐκκλίνοντες (Od. M, 157.) Legitur tamen ἀλευάμενος et ἀλεύασθαι frequenter, etiam vbi praeſens tempus requirebatur, et in hoc ipſo verſu Π, 711 repetito, vbi ex ipſo Veneto A. ἀλευάμενος expreſſum eſt; habent hoc noſtro quoque loco Sch. br. et edd. omnes. Eadem varietas in Apollonio Arg. IV, 339 ἀλλὰ πάροιθε συνθεσίας, μέγα νεῖκος ἀλευόμενοι, ἐτάμοντο. erat ante ed. Brunck. ἀλευάμενοι.

445. ἀπάτερθεν ὁμίλου Cant. ἀπάνευθεν.

446. Περγάμῳ εἰν ἱερῇ. Obſeruant Πέργαμον feminino genere et hic dici. ἐν ἱερῇ laudat Bentl. neſcio vnde; et poteſt ferri.

Ionicum erat νηός γε τέτυκτο. quod et eſt in vno Vindob. etſi omnino dubito an γε ab Homero ſit. Potuit eſſe νηὸς ἐτέτυκτο, ſyllaba tono producta. Vulgata tamen eſt quoque apud Schol. Eurip. Or. 1396.

448. κύδαινον. Mirum in hac voce veteres eſſe tam ieiunos. Etymol. et Heſych. ne quidem in numerum re-

tulere. Nec tamen vulgaris notio, *fama et gloria extollere* huc facit. λόγῳ παρεμυθοῦντο. Sch. B. quo fundo haec interpretatio nitatur, nemo dixerit. Sch. A. per totum hunc locum deſunt. Euſt. nil monet. Sch. br. ἐδόξαζον, πρὸς δόξαν προετρέποντο, quod quis ferat? Alterum Scholion non magis declarat hanc noſtram vocem: ἀκέοντο, ἐθεράπευον νῦν, ἢ ἐπεμελοῦντο, ἢ παρεμυθοῦντο. Videbatur mihi eſſe: *ſanarunt atque etiam auguſtiorem reddiderunt*; vt φαιδρύνειν τὸ σῶμα. Callim. Iou. 32 χρόα φαιδρύνασα, et λιπαρὰ χρὼς ex lotione; vnde phantaſma illud de Vlyſſe Od. Ζ, 227 ſqq. Analogiam habeo, non vſum vocis. Daceria κήδαινον emendarat, *curarunt*, ſed formam vocis Homero eſſe ignotam recte monet Clarke, qui reddit: *honorifice excipiebant* et Damm *honore afficiebant*, quandoquidem deae mortalem curabant. Sane pro *colere*, θεραπεύειν, *demereri*, dictum reperi aliquoties ap. Lycophron. 1213 κλέος δὲ σὸν — Λοιβαῖσι κυδανοῦσιν, ἀφθίτοις ἴσον, vt lego, *ſacris venerabuntur vt deum*, et 720 Λοιβαῖσι καὶ θύσθλοισι Παρθενόπην βοῶν ἔτεια κυδανοῦσιν, *libaminibus et ſacris victimarum quotannis venerabuntur Parthenopen*: add. 928. 929. et 132. 133. vbi eſt τάφους κυδαίνειν de *inferiis*. Apparet ergo de *honoris cultu et obſequio* aliquando dictum eſſe κυδαίνειν.

449. εἴδωλον eſt quod φάσμα in Euripide et aliis, bene monente Iacobs Animaduerſſ. p. 110. Super εἴδωλον longa eſt diſputatio adſcripta Sch. B. quae eadem habetur in Suida; eiusque pars in Schol. Fuit autem αὐτὰρ ὁ ξειδωλον, adeoque mox 451 legi debuit, quod et Bentl. monuit: αμφι δε ξειδωλῳ. et ἄρ' eſt ab interpolatore Alexandrino.

450. τεύχεσι τοῖον. Mori mſ. cum Vindob. Alteri τεύχεσί τοῖο, pro αὐτοῦ.

451. Mouet quaeſtionem Sch. B. ſatis iniquus in poetam, cur Diomedes non agnouerit ſpectrum et Achiuis id declarauerit, quippe cui tam acutus viſus eſſet datus, ὄφρ' εὖ γιγνώσκοι θεὸν ἠδὲ καὶ ἄνδρα. Callide re-

ſpondet: atqui ſpectrum neutrum erat, nec deus nec homo.

452. 3. repetuntur inf. M, 425. 426. *στήθεσφι* Vrat. b. *δήουν*, nunc *διέποπτον*. Sch. br.

453. *λαισήϊα*. Super hac voce plura ariolantur grammatici, ex etymo pleraque, vnde apparet vſum vocis iam olim exoleuiſſe. Primo loco Apollon. Lex. h. v. *δυρεοῦ γένος*. (male intruſum, *ἢ βέλη*) addit ille, *πτερόεντα* dici, quod *alis* ſimilia ſint; et *κοῦφα*, qua voce alii illud interpretantur: v. Schol. B. h. l. (quod Scholion Porphyrii eſſe, adſcriptum eſt in Schol. Leid.) Sch. br. Euſt. Schol. A. B. ad M, 426. Etym. Heſych. etiam Thom. Mag. in cuius Attica vox haec irrepſit. Sed praeſtat laudare Herodot. VII, 91 *λαισήϊα εἶχον ἀντὶ ἀσπίδων ὠμοβοείης πεποιημένα*.

455. *Ἄρες*, *Ἄρες*. vidimus iam verſum ſup. vſ. 31. vbi vide.

457. *ὃς νῦν γε καὶ ἂν Διὶ πατρὶ μάχοιτο* non eſt, quod Euſtathius volebat, *κἂν*, ſed *μάχοιτο ἄν, καὶ Διί*, vel ipſi Ioui. *μάχηται* Vrat. b.

458. *Κύπριδα μὲν πρῶτον σχεδὸν οὔτασε*. Barocc. *πρῶτα*. facile praeferam, ſi codd. conſentiant.

Ad *Κύπριδα* Schol. B. fragmentum ſatis longum inſeruit grammatici, haud dubie Porphyrii, de cognominibus deorum, quae a locis petita ſunt, refertum argutiis; ducto exordio ex eo, quod Cypris h. l. non ducta eſſe poſſit a Cypro, quia ſunt verba Apollinis, ſed *Κύπριδα* eſſe *τὴν τὸ κύειν παροῦσαν*. lepide!

460. Bonum inuentum, Apollinem, deum Ilii tutelarem, proſpicere pugnae fortunam ex arce Pergamo: in qua eius etiam templum fuiſſe vidimus vſ. 446. cf. Φ, 515.

461. *Τρωὰς δὲ στίχας*. Sic legerat Ven. B. pro *Τρωϊκὰς*; addit tamen, ſi *Τρῶας* ſcripſeris, expediendum eſſe hoc modo: *Τρῶας δὲ μετελθών, ὤτρυνε στίχας*, vel *Τρῶας δὲ ὤτρυνε, μετελθὼν τὰς στίχας*. quo nil durius. Verum *Τρωὰς* exhibent Mori, Harl. L. ap. Bentl. (puto

Lipſ.) cum Scholio: „ἄλλοι μὲν Τρῶας, ἄλλοι δὲ Τρωάς. Τρωΐας δὲ ἐν τῇ Σινωπικῇ καὶ Κυπρίᾳ καὶ Ἀντιμάχου σὺν τῷ ἰ. ἡ κοινὴ, ᾗ συντίθεται καὶ ὁ Ἀσκαλωνίτης, Τρῶας ὡς Κᾶρας. Forte hic vnus ex iis fuit qui Τρῶας στίχας dictum putarent pro Τρωϊκὰς, vt Ἕλληνα στρατὸν, pro Ἑλληνικὸν, ap. Lesbonact. p. 183. qui Τρωὰς memorat et damnat, quia Τρωϊὰς eſſe deberet. Quidni igitur Τρῳὰς ſcripſit? Etiam Euſtath. duplicem lectionem codicum memorat, Τρῳὰς et Τρῶας (etſi Τρῷας editur). Taedet pigetque talium minutiarum. Apparet tamen, Τρώων eſſe ab interpolatione profectum; obtinet tamen edd. etiam Rom. Et Sch. br. Τρώων δὲ στίχας. τοὺς δὲ Τρῶας εἰς τάξεις appoſuere ſeqq. editores καταστάντας.

οὖλος Ἄρης. Apollon. Lex. οὖλος, ἐπὶ τοῦ ὀλεθρίου· οὖλος Ἄρης. et Etymol. ἀντὶ τοῦ ὀλετὴρ, δεινὸς, Heſych.

463. κέλευεν recte poſt ὦτρυνε. Codd. tamen Cant. Lipſ. Ven. ſuppletus, Sch. B. Townl. Vrat. a. b. c. Moſc. 1. κέλευσεν. Sic quoque ed. Flor. quam ſtatim deſeruit Ald. 1.

465. ἐς τί ἔτι. In hiatu haeret critica. Bentl. conii ἔς τ' ἂν ἔτι, quia in Heſych. eſt: ἔς τ' ἄν, ἕως ἄν. Vix puto τι elidi, et illud eſt ἔς τε. Barnes comminiſcitur var. lect. ἔς τι, pro ἕως τι ex Euſtath. p. 161, 46. Idem male ἐάσσετε. Barocc. ἐάσατε.

466. ᾗ εἰςόκεν — μάχωνται; ᾗ ει vel, vt alii ſcribunt, ᾗ εἰ in vnam ſyllabam cogi, obuium eſt. εἰς ὅ κεν melius diſtincte ſcribendum eſſet; vt ſit εἰς ὃ μάχωνταί κεν, quod poſt Homerum ſollenne μάχοιντο ἄν. Vſus tamen obtinuit, vt vna voce ſcribatur εἰςόκεν, idque cum ſubiunctiuo iungit plerumque Homerus; vt ſtatim B, 332 εἰςόκεν ἄστυ μέγα Πριάμοιο ἕλωμεν. etſi et ipſe optatiuo aliquoties vtitur, vt O, 70. 71. εἰςόκ' Ἀχαιοὶ Ἴλιον αἰπὺ ἕλοιεν. et, quandoquidem locus ſuſpectus eſt, Od. E, 378 εἰςόκεν — μιγείης. O, 51. X, 444. Scilicet eſt in his aoriſtus ſubiunctiui pari loco cum futuro; nam hoc fere cum εἰςόκε iungitur, vt Γ, 409 εἰςόκε σ' ᾗ ἄλοχον ποιήσεται. et Φ, 133. Od. Θ, 318 et al.

πύλῃσ' εὖ ποιητῇσι. Mori πύλῃς, et Harl. Townl. εὖ ποιητοῖσι. Vrat. b. εὐποιήτοισι.

467. ὅν τ' ἶσον. a ſerioribus effictum, antiquitus fuit ὃν ἶσον. ὀν ϝισον.

468. Poſt hunc verſum Vrat. b. vn. Vindob. et margo ed. Libert. inſerunt verſum εὔχεται ἐκγεγάμεν μήτηρ δ' (δέ οἱ) ἔστ' Ἀφροδίτη repetitus ex vſ. 248.

470. ὤτρυνε μένος καὶ θυμὸν ἑκάστου. Cum fuerit ϝεκαστου, neceſſe eſt antiquius fuiſſe θυμον τε ἑκαστου. Sic et Bentl. emendat. ὄτρυνε Vrat. b.

472. πῇ δή τοι μένος οἴχεται. Vrat. b. Moſc. 1. ποῖ.

473. Φῆς που. Sch. B. pro ὑπέλαβες eſſe, nam vix probabile eſt, Hectorem eſſe auſum dicere hoc coram ſociis.

474. σὺν γαμβροῖσι καϲιγνήτοισί τε σοῖσι· „γρ. καϲιγνήτοις τε σοῖσι" Barnes. Sunt autem γαμβροὶ h. l. ſororum mariti, vt inf. N, 464. Vocem latius de omni affinitatis genere adhiberi, paſſim notatum eſt a viris doctis; v. c. a Brunck. ad Sophocl. Oed. R. 70.

475. ἐγὼν ἰδέειν· intulit ἐγὼν Barnes ex Euſtath. exemplo tot aliorum locorum et vſus perpetui, quem, vt equidem cenſeo, a grammaticis profectum eſſe et hic locus teſtatur.

476. καταπτώσσειν. vocabulum ἐναργὲς, quod h. l. per ipſa adiuncta declaratur: κύνες ὡς, ἀμφὶ λέοντα petitum, vt iam in lexicis obſeruatum, ab animantibus meticuloſis quae caput demittunt, contrahunt artus et ſubſidunt hoſte ingruente. Pro eo apud alios eſt alia forma, πτήσσειν, quod vel ex Sophocl. Ai. 171. notum eſſe poteſt; vtrumque a πτέω, πτῆμι, πτήσσω. πτόω, πτώσσω. πέτω, πίπτω.

477. ἡμεῖς δ' αὖ μαχόμεσθ'. Lipſ. Harl. Moſc. ἡμεῖς δὲ μ.

οἵπερ τ' ἐπίκουροι ἔνειμεν. Schol. ap. Bentl. ἔνειμεν. οὕτως ἡ Ἀριστάρχου. Adſcribit Sch. B. ὅτι ἁπλοῦν ἐστιν εἰ μέν et Sch. br. εἶμεν. ἐσμέν. ὑπάρχομεν.

478. *μάλα τηλόθεν ἥκω.* Sch. br. *παραγέγονα.* Scilicet vulgari vſu, quem noſter quoque patrius ſermo admittit, *ἥκω* eſt pro praeterito, *veni.* Solent hoc inter Atticiſmos referre, paſſim ad Tragicos, vt Eurip. Hec. pr.

479. *Ξάνθῳ ἐπὶ δινήεντι.* *ἔπι* et *ἐπὶ* ſcribitur pro diverſo modo iungendi *Ξάνθῳ ἔπι.* et *Ξ. ἐπὶ δινήεντι.*

481. *τά τ' ἔλδεται ὅς κ' ἐπιδευής·* Harlei. Vrat. b. *ὅς τ'.* cum vno Vindob. alter *ὃς* ſine *κ'* et *τ'.* in vulgari ſuppl. *ὅς εἴη κεν.* Vertunt: *quas cupit quicunque pauper:* quod parum placet; nam pauper etiam exiguas opes appetit; hic autem notio magnarum opum requiri videtur. Euſtath. *ὧν πολλὴν ἂν ὁ ἐπιδευὴς ἔχοι ἔφεσιν. quas indigens quisque ſibi optaret:* ſic tamen eſſe deberet *τά τ' ἔλδοιτο ἄν.* Clarke: *quae ſatis ſint ad cuiusuis animum explendum* — at ſic *ἐπιδευὴς* otioſum eſt. Videtur *ὅς κ' ἐπιδευὴς, omnes pauperes,* adiectum eſſe merae amplificationis cauſſa, *opes, ſatis magnas, quas omnes alii habere vellent.* Koeppen accipiebat: quibus pauperes imminent potiundis, vt adeo ad eas tuendas debuiſſem domi manere.

482. 483. *καὶ μέμον' αὐτὸς ἀνδρὶ μαχήσασθαι.* Primo nunc loco *μέμονα* occurrit, de qua forma multa argutantur grammatici, vt Etymol. p. 578. Perſuadeo mihi, *μένω* primo loco fuiſſe *volo, ſtatuo, cupio,* quod et *τὸ μένος* declarat, vnde *μέμονα, perſiſto in voluntate, προθυμοῦμαι.* Recte ſic Heſych. *μέμονε* (ex Il. M, 304) *θέλει. ὁρμᾷ. καρτερεῖ. προθυμεῖται. ἢ προεθυμήθη.* Accedit notio animoſe audendi, vt Φ, 315 *μέμονεν δ' ὅγε ἶσα θεοῖσι.* Inde demum ducta eſt notio *manendi, μένειν,* et *ſuſtinendi.*

ἀνδρὶ faceſſit negotium: expectabas *ἀνδράσι·* Barnes: cum viro *quouis.* Clarke cum viro *iſto:* Diomede. Sollenne erat *δουρὶ μαχήσασθαι.*

μαχέσσασθαι et *μαχήσασθαι* hic quoque ſcribitur; adſciui hoc, vt ſibi conſtaret lectio. v. ſup. ad A, 298.

484. *οἷον κ' ἠὲ φέροιεν, ἢ κεν ἄγοιεν.* Natum forte ex h. l. ſollenne illud *φέρειν καὶ ἄγειν.* v. Euſtath. Prae-

clare verſu de animi bonis vtitur Plutarch. de tranquill. p. 475 D. vbi legitur *οὔτ' ἂν ἄγοιεν.*

485. *τύνη δ' ἔστηκας.* Bentl. hinc reſtituit gloſſam Heſychianam: *τύνη δ' ἐποίησας. σὺ δέ.*

486. *ἀμυνέμεναι ἄρεσσι.* Apollon. Lex. *ἄρεσσι. γυναιξί. παρὰ τὸ συνεζεύχθαι τοῖς ἀνδράσιν.* (ſcil. *παρὰ τὸ εἴρειν, ἀείρειν, ἥρα. ἄορες*, vt *σηνήορος*) Similiter reddunt Heſych. Sch. br. Etymol. adde Euſtath. nam connubium per iugum declaratur.

487. 8. 9. *μήπως ὡς ἄψῖσι λίνου ἁλόντε πανάγρου, ἀνδράσι δυσμενέεσσιν ἔλωρ καὶ κύρμα γένησθε. οἱ δὲ τάχ' ἐκπέρσουσ' εὖ ναιομένην πόλιν ὑμήν.* Primo monendum, nexum et iuncturam videri eſſe leniorem, ſi continuetur oratio cum antecedentibus, *ἀτὰρ οὐ κελεύεις — ἀμυνέμεναι ἄρεσσι, μήπως — γένησθε, οἱ δὲ τάχ' ἐκπέρσωσι* — Potest tamen Homerum decere ſolutior et horridior oratio. Ita ad *μήπως* ſupplendum quod plerumque omittitur, *δέδοικα, μή.*

ὡς ἄψῖσι λίνου ἁλόντε πανάγρου. Sic vbique legitur in codd. et edd. vitio manifeſto, niſi quod Ven. ſuppletus vitioſius *ἄψῖσιν* exhibet, quaſi *λίνου ἁ* — pedem conſtituere poſſet; at prior in *λίνον* eſt breuis, cf. Jl. I, 657. Σ, 570 et Euſtath. h. l. In *ἁλόντε* prior eſt breuis. quae cur produci poſſit, ſubtiliorem rationem excogitauit Hermann. de Metris p. 66.

Clarke interpoſuit *που*. facilior erat *λίνοιο ἁλόντε*, nam fuit ϝαλοντε ſcriptum. At quorſum dualis pro plurali? Noui et hoc exemplis defendi; at rationes non adſunt. Clarke ſic expediri poſſe putabat: *tu et populus*: vt paullo ante *τύνη* et *ἄλλοι λαοί*.

Vidit verum Bentleius: fuiſſe *λίνου πανάγροιο ἁλόντες*. Lapſus erat librarius ſcribendo *πανάγρου ἁλόντες*, aut alio caſu aberratum eſt in vulgatum. *ἄγρα* primam habet brevem vt Od. M, 330. et breuis prior in *πάναγρος*, vt in *πανάποτμος* et aliis; et in ipſo *πάναγρος* apud Paullum Silent. 78. Brunck. To. III. p. 101. Euſtathius aliquoties *ἁλόντες* recitat, ac ſi ita legiſſet. Scli. br. *ἁλόντε, ληφθέν-*

τες. Tryphiod. 672. 673. locum vna cum altero Od. X, 384—387 expreſſit: ἀλλ' οἱ μὲν δέδμηντο λίνῳ θανάτοιο πανάγρῳ, ἰχθύες ὡς ἁλίῃσιν ἐνὶ ψαμάθοισι χυθέντες. Cum πάναγρος breui prima adhibeat, videri poteſt ille veriorem lectionem nouiſſe. Plutarch. de ſollert. animal. p. 977 F. notat Homerum πανάγραν δικτύων τὸ γένος dixiſſe, quia eo omnia piſcium genera capiuntur; probabile ſit, πάναγρον (ſc. γένος) eum ſcripſiſſe. Athen. I, p. 25 B. ὅτι δὲ καὶ ἰχθῦς ἤσθιον, Σαρπηδὼν δῆλον ποιεῖ, ὁμοιῶν τὴν ἅλωσιν πανάγρου δικτύου θήρᾳ. Ceterum tropo vſi ſunt quoque alii, quos Doruill. ad Charit. p. 77 appoſuit.

ἀψῖσι λίνου. ἄμμασιν. ἀπὸ τῆς συναφῆς. Apollon. Lex. h. v. vnde eadem Heſych. habet. Sch. br. τοῖς ἄμμασι καὶ ταῖς συναφαῖς τοῦ λίνου. Euſtath. ἀψῖδες (nam etiam non adſpirate ſcribitur, vt in ed. Rom. Euſtath. Etymol. Sch. B.) δὲ δικτύου, αἱ κάμπαι καὶ ἀγκάλαι. Idem addit, vetera ſcholia ſcribere iubere βαρυτόνως, ἄψις. ἄψισι.

488. ἕλωρ καὶ κύρμα γένησθε. Alterum, τὸ ἕλωρ, iam vidimus A, 4. vbi τὸ ἑλώριον.

κύρμα. Apollon. Lex. h. v. ἔντευγμα, συγκύρημα laudato hoc hemiſtichio. Sicque Sch. br. Etym. Heſych. Scilicet eſt id, cui quis ἐγκύρει, in quod quis incidit, praeda. Apollon. Arg. I, 1011 ἅμ' οἰωνοῖσι καὶ ἰχθύσι. κύρμα γενέσθαι. γένοισθε aberrat vn. Vindob.

489. οἱ δὲ τάχ' ἐκπέρσουσ' — ita nouа procedit ſententia. „ἐκπέρσως'" Barnes. Sicque Harlei. Moſc. 2. vn. Vindob. quod orationem cum antec. ligaret.

491. τηλεκλητῶν ἐπικούρων. recte; ſunt *e longinquo arceſſiti.* At Lipſ. a m. pr. Cant. Vrat. b. c. Townl. cum edd. Flor. Ald. 1. τηλεκλειτῶν. qui eſſent *valde celebres* vt Il. Ξ, 321. Od. Λ, 307. T, 546. ita idem quod τηλεκλύτος Il. T, 400. Od. A, 30. Eadem varietas in aliis locis occurrit: vt Z, 111. I, 233. Λ, 563. M, 108. Per Ald. 2. τηλεκλητῶν γ' illatum erat, quo libri carent.

492. *κρατερὴν δ' ἀπροθέσθαι ἐνιπήν.* Cant. Vrat. a. b. Ven. vn. Vindob. *χαλεπὴν*, vtrumque Harlei. Gravior quaeſtio eſt de ſententia. Obſcurum enim eſt, ſitne de Hectore hoc accipiendum an de ſociis; neutro tamen modo idoneus ineſt ſenſus. *Si Hector* iubetur minas vel increpationem omittere, h. e. ea haud vti: nihil de ea praeceſſiſſe dices; tum ea potius vtendum fuiſſe Hectori, (*κρατερὴν δ' ἐπιθέσθαι ἐνιπὴν*) vt ſocii fortiter res gererent. Attamen Euſtathius quoque: *τραχύνεσθαι οὐ δεῖ κατὰ τῶν ἐπικούρων· ἀλλὰ τοῦτο μὲν χρὴ κατὰ τῶν οἰκείων ποιεῖν, τοὺς δὲ ἐπικούρους λίσσεσθαι.* Saltem dicendum eſſet, nil eſſe niſi variationem prioris ſententiae, ſupplicare te par eſt, nec niſi ſubmiſſis verbis vti. Sch. B. addit verbis carminis: *τοιοῦτος γὰρ ἦν Ἕκτωρ*, pronus ad increpationes, et comparat vſſ. P, 220 ſqq. Dubitari quoque poteſt, an etiam *νωλεμέως ἐχέμεν* ad ipſum Hectorem ſpectet, vt ille perſiſtat in pugnando, non remiſſe agat, vt vſ. 472 dixerat Sarpedon eum facere. *Sin de ſociis* accipitur, ſenſus eſt: *ὥςτε αὐτοὺς νωλεμέως ἐχέμεν κρατερὴν δ' ἀποθέσθαι ἐνιπὴν*, iterum quaeritur, quae illa eorum *ἐνιπὴ* ſit; an, cum minantur, ſe longo bello attritos discedere velle? atqui et hoc longe petitum eſt. Omnino de auctoritate duorum verſuum non minus dubito quam de ſenſu.

493. *δάκε δὲ φρένας.* illuſtrat haec Ariſtoph. Acharn. pr. cum Schol. ad e. l. quem exſcripſit Suidas in *δέδηγμαι.*

496. *μαχέσασθαι.* vn. Vindob. *μαχέεσθαι.*

497. *οἱ δ' ἐλελίχθησαν.* E Daweſii doctrina *οἱ δ' ἐξελιχθησαν.* Vid. ad A, 530.

498. *ὑπέμειναν ἀολλέες. ὁμοῦ ἀθροισμένοι, καὶ πεπυκνωμένοι·* primo nunc occurrit.

οὐδ' ἐφόβηθεν. Ionicum *οὐδὲ φόβηθεν*, recepi ex Vrat. c. Moſc. 1.

499. *ὡς δ' ἄνεμος ἄχνας φορέει ἱερὰς κατ' ἀλωάς.* Barnes temere mutauit: *ὡς δ' ἄχνας ἄνεμος.* quaſi novum ſit, vltimam tono produci. Vulgata lectio eſt ap.

Apollon. et Schol. Ariſtoph. Veſp. 92. ἄχνας iam Apollon. Lex. h. v. interpretatione indigere exiſtimauit ἄχυρα. Plura collegit Euſtath. adde Sch. br. Etymol. Heſych. laudato hoc loco. Scilicet ἄχνη proprie eſt quod in ſuperficie ſupernatat, τὸ ἐπιπολάζον.

Φορέῃ Heſych. l. l.

ἀλῳὰς alii ſcribunt, cum Iota ſubſcripto, etiam Townl. ſane eſt quoque ἀλοιᾷν de terendis frugibus: ſicque Sch. B. Leid. et Euſtath. h. l. et ad Υ, 496. ex Apionis et Herodori auctoritate. Dicitur autem h. l. ἀλωὴ proprie de agri parte editiore in quo et tritura ſit et purgatio frumenti: cf. ad Tibull. I, 5, 22. alias agrum omnino deſignat, etiam arboretum, quod et h. l. Sch. br. monent, vna cum vitibus. Praeiuit Apollon. h. v. ἀλωὴ, ἐπὶ μὲν τῆς ἀμπελοφύτου, vt Od. Λ, 192 ἐπὶ δὲ τῆς ἄλω, vt hoc verſu.

500. ἀνδρῶν λικμώντων ὅτε τε ξανθὴ Δημήτηρ. Bentl. adſcripſerat, e Schol. Lipſ. ſuſpicor: Πτολεμαῖος τοὺς δωδεκασυλλάβους στίχους ἐκτιθεὶς φησὶ καὶ, τοῦτον οὕτως γράφεσθαι· „εὖτ' ἂν ξανθὴ Δημήτηρ.

501. κρίνῃ, ἐπειγομένων ἀνέμων, καρπόν τε καὶ ἄχνας. κρίνῃ pendet ab ὅτε. Ita editum erat in Flor. Ald. 1. Subſtituit κρίνε Ald. 2. cum Rom. Emendauit Turneb. κρίνει. Barnes reduxit κρίνῃ, iterum elecit Clarke, minus bene. Eſt enim is vſus in comparatione τοῦ ὡς δ' ὅτε. ὡς ὅτε. v. Excurſ. ad H, 353. Et eſt κρίνῃ firmatum auctoritate codd. etiam Sch. br. Sch. B. nec habet κρίνει auctoritatem praeterquam Euſtathii et Vrat. a., nec non Schol. Heſiodi Theog. 535 ὡς Ὅμηρος· κρίνει, ἐπειγομένων ἀνέμων γῇ καρπούς τε καὶ ἄχνας. codd. Vindob. errant inter has lectiones.

ἐπειγομένων volunt eſſe pro ἐπειγόντων dictum. At eſt, *irruentibus ventis*. ἐπείγεσθαι eſt accelerare ſe, adeoque inſtare.

503. κονισσάλῳ vulgo ſcribitur. ſed vno ſibilo vocem eſſe ſignandam vidimus iam Γ, 13. Et erat κονιστάλῳ iam in Flor. Ald. 1. Rom. ſic e codd. Lipſ. Vrat.

„ὕπερθ' ἐγένοντο" ſcribi monet Barnes. ſic quoque Vrat. c. Moſc. 1.

507. Τρώεσσιν ἀρήγων. Bentl. adſcripſerat Scholion: Ἀρίσταρχος ὀξυτόνως· ἀρηγών. δῆλον ἐκ τῆς πλαγίου, ἀρηγόνες (Δ, 7.). Atqui ita debuit eſſe quoque ὁ ἀρηγών. De dea mox occurrit vſ. 511.

509. Φοίβου Ἀπόλλωνος χρυσαόρου. χρυσάορος, qui χρυσάωρ Heſiodo et aliis eſt. Ignorarunt iam viri docti Alexandrini, quae vocis vis eſſet. Neque ita nunc aliquid inter nos ad liquidum perduci potuit: v. inprimis Muſcherl. ad Hymn. in Cer. 4. vbi pugnat contra eos, qui Δήμητρος χρυσαόρου mutare volunt in χρυσοθρόνου. Ex Apollonio excidit voc. p. 714. etiam ex Etymologo, at ſeruata interpretatio in Heſychio: χρυσοῦν ἄορ ἔχοντος, ὅ ἐστι Φάσγανον, μάχαιραν, σπάθην. Suidas: χρυσοφάσγανον ἢ χρυσοκίθαρον. alterum hoc de cithara commentum eſt recentiorum, quod diſcas ex Schol. br. In Sch. B. nihil eſt annotatum praeter allegoriam a radiis ſolis petitam, qui ſane ſunt βέλη. Excerptum hoc eſt ex Heraclide p. 25 ed. Schow. at in alio Scholio B. et Sch. br. ad O, 256 eſt ἤτοι χρυσοφάσγανον, ἢ χρυσοῦν τὸν ἀορτῆρα ἔχοντα τῆς φαρέτρας, ἢ τῆς κιθάρας. οὐκέτι δὲ ξίφους· ἁγνὸς γὰρ θεός. Vltima haud curo: ſed laudatur ibid. e Pindaro: καὶ Πίνδαρος χρυσάορα Ὀρφέα φησί. hoc eſſet ſane pro antiquiſſima interpretatione, vt *ad cingillum aureum* referendum eſſe conſtaret epitheton. Apollinem cum *enſe* exhibitum ſane aliunde non nouimus; haſta inſtructum erat antiquiſſimum eius ſignum Amyclis idem galeatum et arcu inſtructum: ap. Pauſan. III, 19 pr. Antiquiſſima aetate omnino dii deaeque armari animo et manu Graecorum ſolebant: ſeruauit quoque religio et ars Venerem armatam, et Iunonem armatam: potuit igitur Apollo, non modo haſta, et arcu, verum et enſe inſtructus eſſe. Opportune vir doctus ſupra laudatus (ad Hymn. in Cer. p. 106) Dianam χρυσάορον ex priſco oraculo ap. Herodot. VIII, 77 excitauit; et ex Lycophr. 153 Cererem ξιφηφόρον eruit. Adeo nihil hic eſt, quod

praeciſe neges. Altera tamen ex parte vox ἄορ antiquiſſima non habuiſſe videtur notionem tam definitam, vt vbique *enſem* declaratum eſſe pronunties. Ita Etymol. ἄορ. ξίφος, ὅπλον, δόρυ. Potuit itaque poetico loquendi vſu Ceres ξιφηφόρος dici, quae falcem teneret; et ſimili modo Diana χρυσάορος, quae ſagittam et arcum tenebat, vti eadem χρυσηλακάτη dicta eſt. Poſſis adeo dicere ἄορ fuiſſe antiquitus nomen generale, vti ὅπλον, *telum*. Ita Neptunus ἄορ τριχλώχιν habet: Callim. in Del. 31. At Hercules ξίφος manu tenens, exhibitus erat in arca Cypſeli: Pauſan. V, 18. p. 423. vbi ad Atlantem accedebat. nec Δίκη ξιφηφόρος in Tragicis mirationem facit. Apud Cares fuit Iupiter χρυσαορεύς, vt Strabo tradit XIV, p. 975. B.

510. Τρωσὶν θυμὸν ἐγεῖραι. Ita legebatur iam in Flor. et Ald. 1. Subſtituit ἀγείρειν Ald. 2. et Rom. emendauit hoc ἀγεῖραι Turnebus, inde Stephanus. Recte ἐγεῖραι reſtituit Barnes, et hoc firmant Sch. B. cum codd. Mori, Barocc. Cant. Lipſ. omnes noſtri, et Vindobonenſes. Et Euſtath. qui ſcripſit ἀγεῖραι, ait πλείω τῶν ἀντιγράφων habere ἐγεῖραι. Scilicet ἀγείρεται θυμὸς iis, qui animi deliquium paſſi ſunt. v. ad O, 240. ἐγείρεται θυμὸς pugnantibus, excitatur, incenditur. Pro ἀρηγὼν 511 vn. Vindob. ἀρηγός.

515. ἀρτεμέα. Apollon. Lex. ὑγιῆ ex h. v. reddit, ſcilicet ἀπὸ τοῦ ἄρω, ἄρτιον. σῶον. cf. Etymol. qui verſum recitat, et Heſych.

516. μετάλλησάν γε μὲν οὔ τι. Corruperat lectionem Ald. 2. adſcito οὔ τοι. quod tamen etiam Sch. Ven. B. exhibet. Erat οὔ τι iam in Flor. Ald. 1. et placebat Erneſtio ex mſ. Lipſ. Subnixum eſt auctoritate codd. L. C. Harl. ap. Bentl. Townl. Vrat. a. b. c. et A. Moſc. 1. Schol. br. μὲν, non μὶν, conſtanter omnes.

517. οὐ γὰρ ἔα πόνος ἄλλος. Languere videtur ἄλλος, et epitheton requiri grauius, v. c. πόνος αἰπύς. Saltem πόνος ἄλλος eſt pugna, in qua iam ſic ſatis erant

occupati, vt nos dicimus, per caeteras occupationes impeditus, haud quaerebat.

520. ὄτρυνον Δαναοὺς — ὤτρυναν Mosc. 2. vn. Vindob. sicque aberrauerat Ald. 1. sequuta est Ald. 2. et Rom. tum ceterae. Emendauit e Flor. Turnebus ὄτρυνον.

οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ — Harl. Townl. Mosc. 1. ἠδὲ καὶ αὐτοί.

521. οὔτε ἰωκάς. Apollonii Lex. glossa est: „ἰωκή, ἡ δίωξις. ἀπὸ τῆς εὐθείας, τῆς ἰώξ." Ita vero aut ἴωκα praefixum esse debuit, aut ἰῶκα excidit. ἰωκή, ἡ δίωξις, ἰῶκα ἀπὸ τῆς εὐθείας τῆς ἰώξ. Ita vero suspicari licet, fuisse et h. l. ἰῶκας aut alii ita legere maluere; saltem Eustath. sic quoque legi posse ait. cf. ad Λ, 600. et sup. ad 299. vbi ἄλξ.

523. νηνεμίης. absolute, pro οὔσης v. ἐπὶ v. Eust. qui Atticum esse vult. — ἀκροπόλοισιν ὄρεσσιν. quod iterum Od. T, 205 legitur. Apollon. Lex. h. v. ἐρήμοις. ὧν περὶ τὰ ἄκρα πολεῖ τὰ ζῶα. vbi cf. Villois. et Toll. Sub. stituunt alii pro animantibus nubes. v. Hesych. Etym. Sch. br. Saltem haec meliora iis sunt quae Eust. habet, cum a polis coeli ducunt. Si tamen οἰοπόλον ὄρος est, in quo quis solus incedit, quid ni ἀκροπόλον ὄρος est, in quo qui incedit, in alto incedit; adeoque ornatius quam simpl. ὄρος ἄκρον. Bene ergo Suidas: ἀκροπόλοισιν. ἀκρωρείαις. De accentu vocis idem Eustath. agit, et saepe alibi: cum Etymol. in ὀνειροπόλος. αἰπόλος, ἀμφίπολος et al.

525. ζαχρειῶν ἀνέμων. Relinquenda fuit omnium edd. et codd. quantum quidem constat, scriptura in ζαχρειῶν, etsi non dubito veriorem esse ζαχρηῶν. Nam ζαχρηής, a χράω, *impetum facio, irruo.* Scribitur quoque ζαχρηείς inf. M, 347. et N, 684. Grammatici male intulere etymon χρείας, *vtilitatis.* Nisi dixeris ex antiquo χρηής, ζαχρηὴς et hinc ζαχρεὴς, ζαχρειὴς, ductum, vt fuit ἀκλὴς, ἀκλεὴς, et ἀκλειής. Attamen iam Apollon. Lex. ζαχρειῶν, τῶν μεγάλως ἐπιβαρούντων, (vt recte pro ἐπιζαρούντων Toll.) οἷον ἐμπνεόντων ἀθρόως. Miscent di-

verſa Sch. br. Etymol. vbi Orus recte. Heſych. et ipſe Euſtath. pronior tamen hic in meliora. Apud Apollon. Argon. editur ζαχρηὴς, vt lib. I, 1159 ζαχρηέσιν αὔραις, vbi Schol. μεγάλως ἐπιβαρούσαις καὶ πνεούσαις. deuergit tamen idem, aut eius interpolator, mox ad χρείαν.

526. οἵτε — διασκιδνᾶσιν ἀέντες. Ald. 2. cum ſeqq. διασκεδνᾶσιν, emendatum a Stephano. Apollon. Lex. ἄειν — ἀέντες, πνέοντες, ἢ πνεύσαντες. οἷον· διασκιδνᾶσιν ἀέντες.

527. οὐδὲ φέβοντο. Sic Ionice Vrat. a. b. vulg. οὐδ' ἐφέβοντο.

528. πολλὰ κελεύων. Euſtath. „γρ. μακρά."

529. ὦ φίλοι, ἀνέρες ἐστέ. Repetit verſus 529—532 Aiax inf. O, 561 ſq. vbi pro καὶ ἄλκιμον ἦτορ ἔλεσθε eſt καὶ αἰδῶ θέσθ' ἐνὶ θυμῷ.

530. ἀλλήλους δ' αἰδεῖσθε. Sch. B. εἰκότως. κατὰ φῦλα γάρ εἰσι. Hoc per ſe quidem verum. v. B, 362 ſq. Praeceptum tamen non ad hoc ſolum ſpectabat. Ita quoque ſaepe hoc in acie inſtruenda iteratur. Thucyd. II, 43 hinc dixit: ἐν τοῖς ἔργοις αἰσχυνόμενοι ἄνδρες.

κατὰ κρατερὰς ὑσμίνας. in ed. Ern. Clarkiana eſt μετὰ, ſphalma, non lectio.

531. αἰδομένων δ' ἀνδρῶν. Interpoſui δ' quod res poſtulat pro τ' ex altero loco O, 563. Et erat illud in Flor. et Ald. 1. Male τ' intulit Ald. 2. cum ed. Rom. At firmatur δ' etiam per Euſtath. Ven. B. Cant. Harl. duo Vindob. Schol. Thucyd. II, 43. Schol. Pind. N, IX, 85. Schol. Sophocl. Antig. 672. qui locum recitant, et Apollon. Lex. in αἰδεῖσθαι. etſi particulam omnino abeſſe malim.

ἠὲ πέφανται. Lipſ. πέφνανται. a m. ſec. male; nam eſt a φάω, pro φονεύω, πέφαμαι.

533. ἦ καὶ ἀκόντισε. Sch. B. et Leid. interponunt doctum Scholion ſuper ἦ pro ἔφη, et φῶ, diuerſum in multis ab Etymol. in ἦ.

534. Αἰνείεω. vitium ed. Erneſt. Αἰνείω, non lectio. Δημοκόωντα, Vrat. b. et duo Vindob. aberrant.

535. *ὁμοῦ Πριάμοιο τέκεσσι.* „γρ. *Πριάμου τεκέεσσι*“ Barnes.

538. *ἡ δ' οὐκ ἔγχος ἔρυτο.* Occurrebat verſus iam Δ, 138. vbi monui quoque legendum eſſe *διὰ πρὸ δ' ἐλάσατο καὶ τῆς.* Pro vltimis vocibus in Sch. br. in edd. ſerioribus: *ἔνιοι καὶ, χαλκός.* Sane hoc legitur in Ven. B. Barocc. Vrat. b. in marg. et binis Vindob. petitum forte ex locis ſimilibus, vt P, 518.

539. *νειαίρῃ δ' ἐν γαστρὶ* — Apollon. Lex. notat Apionem reddentem vocabulum per *κατωτάτῃ.* melius reddi *ἐσχάτῃ, κατὰ τὸ ἔσχατον μέρος.* ſic et inf. 857 eſſe *νείατον ἐς κενεῶνα.* Sic quoque Heſych. Etymol. Infra P, 310 eſt *παρὰ νείατον ὦμον.* Ipſum autem *νειαίρας κατὰ γαστέρα* iterum memoratur inf. Π, 465. quod vulneris letalis genus aliquoties occurrit; et hoc libro vſ. 616 cum ipſo hoc verſu. Nec diſſimile ſupra vulnus Menelao Pandari ſagitta illatum Δ, 132 ſq. et inf. 857 Marti. Videtur adeo pars ea ferientium ſuidiis expoſita fuiſſe. Omnino pleraque vulnera iſtorum hominum, ſi attenderis, circa ile, aluum, femur, inferuntur. Interdum collum ſuper thorace patens et caput petitum eſſe videas; qui tamen ictus maiore robore et arte indigebat; erat enim haſta manu libranda per curuam lineam, vt iacta deſuper deſcenderet in caput hoſtis, v. c. Ζ, 9. 10. 11. Pollux II, 209 *κοιλία, ἣν νειαίρην Ὅμηρος καλεῖ.*

540. *δούπησεν δὲ πεσών* Harlei. et Moſc. 1. cum Schol. Leid. *ἤριπε δὲ πρηνής, ἀ.*

542. *Κρήθωνά τε Ὀρσίλοχόν τε.* hiatus forte ferri poteſt, quia eſt in *θέσει,* voce ſubſidente. At Bentl. cum explere ſtudebat: *Κρήθωνά τ' ἄρ' Ὀ.* vel *Κρηθέονα τ' Ὀρσίλοχόν τε.* Probabile ſit, totum verſum deberi rhapſodis conflatum ex 549.

543. *ἐϋκτιμένῃ ἐνὶ Φηρῇ.* Obſeruat Euſtath. cum Etymol. *παραλόγως* vocem Φηρὴ acui; cum eſſe deberet Φήρη, vt Ἥρη. Grauius erat monere, Φηρὴν h. l. eſſe, quae inf. I, 151. et 293 et in Odyſſea vbique ſunt Φη-

ραι; licetne ſuſpicari fuiſſe et h. l. ἐϋκτιμένης ἐνὶ Φήρῃς. Ap. Suid. Φηρὴ καὶ Φηρὰ, πόλις, em. καὶ Φεραί.

545. Ἀλφειῷ, ὅς τ' εὐρὺ ῥέει Πυλίων διὰ γαίης. Legitur verſus ap. Strabon. VIII p. 518. Plutarch. de Nobilit. p. 176. et Pauſan. VI, 22. p. 510. vbi Pylum Neſtoris ad Elidem referendum eſſe docet; etiam propter Alpheum. Eſt verſus et ap. Suidam, qui memorat reliqua de Alphei curſu. Videntur pugnare cum h. l. verſus Λ, 710. 711. vbi Thryoeſſa ad Alpheum ſita, et tamen in finibus regionis Pyli, νεάτη Πύλου, eſſe dicitur. Obſeruauit difficultatem Schoeneman. de geograph. Hom. p. 38. 39. potuit tamen idem fluuius alio loco extremas, alio interiores Pyliae regionis partes attingere. In Moſc. 1. erat gl. Ἀλφειοῦ, τοῦ νῦν ῥομφαίου καλουμένου.

εὐρὺ ῥέει. fluit late, per magnam Pyliae partem, non ipſe magnus. ῥέοι ed. Rom. male.

546. ὃς τέκετ' Ὀρσίλοχον. Moſc. 2. ὃς τέκεν Ὀ. Porro Ὀρσίλοχον, vno Townl. excepto, conſtanter vbique legitur, ſicque 542. 549. At Od. Φ, 16 vbique Ὀρτιλόχοιο, vti nomen laudatur in Strab. VIII, p. 565. et Pauſan. IV, 30. p. 353. vbi tamen locum noſtrum ante oculos habuit, item IV, 1. p. 280. 1. Bentl. adſcripſerat Schol. e cod. Lipſ. vt ſuſpicor: ὁ πρόγονος διὰ τοῦ τ, ὁ πατὴρ δὲ διὰ τοῦ σ. καὶ ἐν Ὀδυσσείᾳ οὖν διὰ τοῦ τ. acumen grammaticum. Apparet exemplaria Odyſſeae non ab eadem manu conſtituta eſſe, quae Iliadem edidit.

548. διδυμάονε παῖδε. gemellos denotari vix ambigas, ſi inſpexeris alios locos Z, 26. Π, 67. 682. Nec dubito, διδυμάων et δίδυμος nihil inter ſe differre. Grammatici tamen argutantur praeeunte Ariſtarcho, διδύμους cenſente, eſſe Aloidas corporibus concretos, συμφυεῖς: qua de re v. Apollon. Lex. h. v. et ibi notam Tollii. Heſych. Etymol. et inf. ad Ψ, 641.

551. ἔϋπωλον. alii ἐΰπωλον. in hoc ac ſimilibus codicum auctoritas non eſt expectanda. Ita in eo quod ſequitur, Ἀτρείδῃσ' et Ἀτρείδης.

552. 3. τίμην Ἀτρείδης — ἀρνυμένω. Sch. B. οἱ καὶ ὑπὸ Μενελάῳ δῶρα ἐτέλουν. et Apollon. Lex. (etsi is forte alium locum respicit) cum Sch. br. ἀντικαταλλασσομένω. *vicissim persoluentes.* Sic Ald. pr. Addunt seriores edd. παριάπτοντες *parantes.* Venit adeo in mentem grammaticis, τιμὴν esse dictam pro munere praestando, vt esset militia quasi λειτουργία, quam rex exigere posset. Fuere quidem Pherae in ditione Agamemnonis, refertur enim I, 151 inter septem vrbes Achilli oblatas. At debebant viri docti meminisse versus A, 159. 160. 1. vbi manifestum sit, esse sensum: vt Atridis iniuriae acceptae poenas a Troianis exigerent. v. ad e. l. Dictum quoque est ibid. de voc. ἄρνυμαι. de cuius diuersis sensibus cum alii egere, tum Ruhnk. ad Timaei Lex. p. 49.

554. οἵω τώ γε λέοντε δύω. Non mihi liquet, quam vim τώ γε h. l. habeat. Non ignoro, quam parum subtilis sit Homerus in vsu particularum; idem tamen probe etiam teneo, quantum sibi grammatici et librarii permiserint in particulis; vnde orta illa iurgia criticorum. Suspicor fraudem latere in τώ γε et fuisse οἵω τ' αὖτε λέοντε δύω. quae est formula sollennis.

555. λέοντε δύω — ἐτραφέτην ὑπὸ μητρί. Ad vocem ἐτραφέτην neminem veterum grammaticorum haesisse mireris: cum sensu passiuo positum esse videatur, *nutriti sunt.* Nam ab ἐτράφην ἐτραφήτην scriptum esse deberet. Aut igitur hoc inter exempla grammaticae nondum satis accurate constitutae est referendum; v. Exc. ad A, 66. quod idem statuendum erit in formula γενέσθαί τε τραφέμεν τε Il. H, 199. Σ, 436. pro τραφῆμεν, ex τράφημενκι, nunc τραφῆγκι. Et est sane sollenne τραφῆναι hac in re; vt Il. Ψ, 84 ὁμοῦ ὡς ἐτράφημεν. Il. A, 251 οἵ οἱ πρόσθεν ἅμα τράφεν ἠδ' ἐγένοντο. et 266 κάρτιστοι δὴ κεῖνοι ἐπιχθονίων τράφεν ἀνδρῶν. Aut concedendum est, fuisse quoque τρέφω vel τράφω, *adolesco*, crescо; quam notionem tuitus est Ernesti non ad h. l. vbi nihil monuit, sed ad Callim. in Iou. 55. καλὰ μὲν ἤεξεν, καλὰ δ' ἔτραφες, quem tamen versum non iniuria in inter-

polatis habuerunt viri docti; sunt alia, quae dubiae fidei sunt, et facile emendanda: vt sup. B, 661 vidimus: τράφ' ἐνὶ μεγάρῳ. quod est τράφη ἐν μ. Neque quicquam est ea in re insoliti, fuisse vocem τράφω vel, quod praestat, τράφημι, *crescо*, *adolesco*. Il. Φ, 279 Hector ὃς ἐνθάδε τέτραφ' ἄριστος. Emendat Dawes ὃς ἐτράφη ἐνθάδ' ἄριστος parum probabiliter; quid ni feramus ὃς ἐνθάδε γ' ἔτραφ' ἄριστος. et forte ne hoc quidem necesse est; quid enim vetat, quo minus ex τράφω, adolesco, esset noua forma: τετράφω? vnde ἐτέτραφον, et hinc ἐτέτραφε et augmento omisso τέτραφε. Iustam etiam mouet suspicionem Il. Ψ, 348. equi οἳ ἐνθάδε τέτραφεν ἐσθλοί. potuit esse ἐνθάδε γ' ἔτραφεν, aut ἐνθάδε γε τράφεν, pro ἐτράφησαν. Apertior res est Od. K, 417 ἵνα τέτραφεν ἠδ' ἐγένοντο. cum sit ἵνα τ' ἔτραφεν (vel ἵνα τε τράφεν) ἠδὲ γένοντο. In Orphicis Argon. 378 οἱ τράφον ἐν Φολόῃ legendum haud dubie οἱ τράφεν.

556. τὼ μὲν ἄρ' ἁρπάζοντε βόας — Flor. Ald. 1. ἁρπάζοντο. at — τε etiam Eustath. cum ceteris codd. et edd. ἤρια μῆλα ipse Apollon. Lex. interpretatione egere censuit: μεγάλα καὶ εὔτονα transcripsit ea Hesych. Alia v. in Sch. br. et Etymol. Eustath. hic et alibi, inprimis ad Θ, 545. malim εὐτραφῆ reddere. Suidas ἰσχυρῶς βαδίζοντα· ἄριον γὰρ τὸ λιπαρόν. duo diuersa miscens.

557. ὄφρα καὶ αὐτὼ Eustath. αὐτοί. De κεραΐζετον cf. ad B, 861.

559. τοιὼ τὼ — δαμέντε. Mori. Barocc. δαμέντες. vt contra vs. 560 Mosc. 1. et vn. Vindob. ἐοικότε.

561. ἐλέησε βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος. Mori. Cant. Barocc. Vrat. a. b. Mosc. 1. Ven. Leid. ἐλέησεν ἀρηΐφιλος M.

563. τοῦ δ' ὦτρυνε μένος. Mosc. 1. τῷ δ' —

566. περί, aut vt alii scribunt, πέρι γὰρ δίεν. repetiit hinc Apollon. IV, 181. Bentl. ex h. v. emendat glossam Hesych. διεφόβειτο· δίεν. ἐφοβεῖτο. ἐδεδοίκει. quod alii quoque fecerunt. Etiam Etymol. in δίς, adscripto hoc versu.

567. *μή τι πάθῃς.* (in hoc familiari Graecis loquendi more, hoc iam loco praeiuit Homerus, male vn. Vindob. *πάθοι.*) *μέγα δέ σφας ἀποσφήλειε* — *σφὰς* reſtituit Barnes e mſ. Mori et Euſtath. adde Vrat. a. Vulgo vbique *σφέας*, quod perimit metrum, etſi in Sch. br. adſcriptum ſit: *συστελτέον διὰ τὸ μέτρον.* At legitur *σφὰς* in Etymol. voc. *ἀποσφήλειε*, et in Heſych. *σφάς· αὐτούς, αὐτὰς, αὐτά*, quod non eſt ſollicitandum. Contra *σφᾶς* Atticorum eſſe concedendum eſt Thomae Magiſtro et ceteris grammaticis. Non occurrit praeterea *σφὰς* praeterquam Od. Θ, 315. vbi tamen *σφέας, σφᾶς*, aeque locum habet. Diuerſum eſt Od. B, 237 *σφὰς κεφαλὰς* a *σφός.*

ἀποσφήλειε πόνοιο. Sch. br. et Sch. B. *ἀποτυχεῖν ποιήσειε.* add. Etymol. et Heſych. h. v. inde emendandos. Porro Euſtath. *ἀντὶ τοῦ, ἐμποδίσει, κωλύσει, τοῦ ἐνεργεῖν.* Immo vero *πόνος* h. l. pugna, cum fructu pugnae. vt ſit: ne ſic ille nos deilciat de ſpe victoriae et ſucceſſu totius belli. Quod ipſe Agamemnon dixerat Δ, 172 *αὐτίκα γὰρ μνήσονται Ἀχαιοὶ πατρίδος αἴης.* Nam *ἀποσφάλλω* eſt facio aberrare, vt Od. Γ, 320 nauem de curſu; adeoque facio, vt alter ſpe excidat et voto, cf. Il. Θ, 311.

568. *ἔγχεα ὀξυόεντα.* ne hiatus inferatur, pronuntiandum eſſe *ἔγχη* monet Bentl. De epitheto v. ſup. ad vſ. 50.

571. *θοὸς περ ἐὼν πολεμιστὴς*, hemiſtichium iterum occurrit O, 585. ſpectat proprie ad vſum celeritatis in procurrendo ante aciem: v. ſup. ad 536.

576. *ἔνθα Πυλαιμένεα ἐλέτην.* grammatici obſeruant acui Πυλαιμένης non Πυλαιμενὴς, vt *εὐμενὴς* et ſimilia. Scilicet in nominibus propriis accentus ſolet immutari. Notant porro, alterum Pylaemenem occurrere N, 643 vbi is filii in pugna caeſi, Harpalionis, corpus abductum comitari narratur. Quod ſi ille idem eſt, qui h. l. occubuiſſe dicitur, poetam memoria lapſum eſſe neceſſe eſt. Euit itaque agitata res inter *ζητήσεις*. v. Sch. B. et Leid. Alii diuerſos eſſe ſtatuerunt, alii, vnum fuiſſe Pylaeme-

nem, locum autem alterum N, 648 esse male interpolatum. Agitata est quaestio magnis cum animis. Barnes et Clarke rem ita componunt: Pylaemenem, Paphlagonum regem, Troiam venisse duobus cum filiis, altero, Pylaemene, nunc caeso, altero Harpalione, N, 643 sq. cuius funus pater sequitur ibid. 648. Respicit Homerum Nepos in Datame c. 2. Vltimam in Πυλαιμένεα tono et caesura producti post alias breues manifestum fit.

ἐλέτην. Apollon. Lex. ἐλέτην. εἷλον. ἔλαβον δυϊκῶς. Accepit adeo vocem vt sit: in eum inciderunt: vix melius quam, vt vulgo, iugularunt.

ἀτάλαντος Ἄρηϊ ἰσόζυγος. v. ad B, 169.

578. δουρικλειτὸς. vitiose ante Barnesium δουρικλυτός. v. ad vs. 55.

579. κατὰ κληῖδα. Harlei. Townl. παρά.

580. Ἀντίλοχος δὲ Μύδωνα βαλ' ἡνίοχον; θεράποντα ἐσθλὸν; Ἀτυμνιάδην. Ita interpunxi pro eo quod erat: βάλ' ἡνίοχον θεράποντα, ἐσθλὸν Ἀτυμνιάδην. Inf. Z, 18 est θεράποντα, ὅς ῥα τόθ' ἵππων ἔσκεν ὑφηνίοχος. In sq. iung. Μύδωνα βάλε, τυχὼν (αὐτοῦ) (κατ') ἀγκῶνα μέσον, χερμαδίῳ.

582. ἐκ δ' ἄρα χειρῶν — est χειρὸς in Vrat. A.

583. ἡνία λευκὰ ἐλέφαντι. Mirum in Sch. br. et Sch. B. reddi λευκὰ ὡς ἐλέφαντος. *habenae candidae ac si essent ex ebore.* Prouocat quoque ad h. l. Schol. B. et comparat illud Il. Σ, 596 χιτῶνας — ἧπα στίλβοντας ἐλαίῳ. pro ὡς ἐλαίῳ. At Schol. Leid. διότι κατὰ συνήθειαν ἀστραγάλους ἐλεφαντίνους ἑκατέρωθεν εἶχον. saltem laminas eburneas. χαμαὶ πέσον. vn. Vindob. πέσεν.

586. ἔκπεσε δίφρου κύμβαχος. Diserti sunt in hac voce grammatici. v. Eustath. Etymol. in κύμβαχος et κύβος. cf. Apollod. fragm. 1159. 1145. Sch. B. inf. ad O, 536. Facile assequaris, κύβον, κύβην, κύμβην, esse communis originis cum κύπτειν, κυφὸς, et similibus. κύμβη pro conuexa capitis parte, adeoque et pro concaua, et pro galea, et pro poculi genere, quod et κυμβίον, et pro nauigio. Inde κύμβαχος, quod redditur: *praeceps*

in caput; ἐπὶ κεφαλὴν, v. Euſt. (in Sch. br. interpunge: *ἐπὶ κεφαλήν. κυβιστῶν.*) vt poeta ipſe in ſqq. interpretatur: (notante id Sch. Aeſchyli ad Eumen. 45. cf. quoque Porphyr. Qu. Hom. 11 extr.) Conuenit cum re id quod alibi dixit *ἐξεκυλίσθη πρηνὴς ἐπὶ στόμα* Z, 42. et *ὁ δ' ἄρ ἀρνευτῆρι ἐοικὼς Κάππεσ' ἀπ' εὐεργέος δίφρου* Π, 742 et M, 385. vnde Tragici quoque in ſuum vſum *τὸ κυβιστᾶν* de vulneratis vel caeſis, qui praecipites ruunt, duxere: quod Valken. illuſtrauit ad Eurip. Phoen. p. 399. vt *κυβιστᾶν*, a *κύβη*, pro *κεφαλή*, videturque adeo habere *adiectiuam* formam. Apollon. Lex. h. v. — *ἐπὶ δὲ τοῦ ἐπὶ κεφαλὴν πτώματος* laudato hoc verſu. Et diſerte Lycophr. 66 *ῥοιζηδὸν ἐκβράσασα κύμβαχον δέμας.* Pro *ſubſtantiuo* occurrit in altero loco, Il. O, 536 *κόρυθος κύμβαχον ἀκρότατον νύξε percuſſit galeae verticem*, vt fuerit vel *τὸ κύμβαχον* vel *ὁ κύμβαχος, τὸ διὰ κενὸν τὸ ὑπὲρ τῆς κορυφῆς* vt ibi Sch. A. h. e. conuexa ſumma galeae pars. Niſi etiam *τὸ κύμβαχος* fuit, vt ſit h. l. ſupplendum *κατὰ τὸ κύμβαχος.* Poteſt videri ſic accepiſſe Etymologus: *κύμβαχος οὖν τὸ σκεπάζον τὴν κεφαλὴν βρέγμα. τὸ σκαμβόν. τὸ δέρμα. παρὰ τὸ κύφος, τουτέστι τὸ περιφερὲς καὶ περιαγές. κύμβη γὰρ ἡ κεφαλή.* (Ex his emend. Sch. B.) cf. inf. ad Π, 379 vbi *κυμβαχιάζειν.*

Porro interpunctio in his verſſ. variat. Antea erat: *ἔκπεσε δίφρου, κύμβαχος ἐν κονίῃσιν ἐπὶ βρεχμόν τε καὶ ὤμους. Δηθὰ μάλ' εἰστήκει* — ita moleſtiam facit defectus copulae. Praeſtat altera, quam adoptaui: *ἔκπεσε δίφρου κύμβαχος ἐν κονίῃσιν. ἐπὶ βρεχμόν τε καὶ ὤμους δηθὰ μάλ' εἰστήκει.* vt video quoque Euſtathium diſtinxiſſe. etſi vel ſic deſidero vel *ἑστηκώς*, vel *κύμβαχος ἐν κονίῃς, ἐπὶ δὲ βρεχμόν τε κ.* Et eſt ſollenne *πέσεν ἐν κονίῃσιν*· Sic Δ, 482. 522. et ſaepe, et paullo ante 583. Hermogenes *περὶ ἰδεῶν* p. 485 laudat *κύμβαχος ἐν κονίῃ πέσεν*, memoriter.

βρεχμόν. *βρεγμὸν* ſcribit Cant. et alii ap. Bentl. In Heſychio vtrumque eſt *βρεγμὸς* et *βρεχμός.* Copioſus quoque eſt Etymol. in h. v. *τὸ τῆς κεφαλῆς ἄκρον κρα-*

νίον cum Euſtathio et Schol. In Apollon. Lex. eſt: βρεχμὸν; τὸ βρέχμα, adſcripto hoc hemiſtichio. At Sch. Leid. βρεχμὸς λέγεται ἡ τοῦ αὐχένος σπονδυλώδης ἀρχή. καὶ βρέχμα τὸ τοῦ θώρακος ἀπόπτυγμα emenda βρῆγμα, ſeu potius βῆγμα, τὸ τοῦ θώρακος ἀπόπτυσμα quod tuſſiendo eiicitur. Lex. Hippocrat. et Heſych.

587. δηθὰ μάλ' ἔστησει. praetuli cum Vrat. et al. Ionicum: v. ſup. ad Δ, 329, vulgari εἱστήκει.

τύχε γάρ ῥ' ἀμάθοιο βαθείης. Eſt haec conſtans meliorum librorum lectio, reuocata iam a Wolfio ex iudicio Clarkii et Erneſtii: add. Valkenar. ad Ammon. p. 237. Corruperat eam Ald. 2. γὰρ ψαμάθοιο, quod et in nonnullis codd. eſt: non quaſi multum interſit, ἄμαθος legas an ψάμαθος; argutias eſſe grammaticorum arbitror, ap. Euſtath. Schol. br. Etymol. Heſych. Schol. Lycophr. 79. 247. Ammon. in ψάμαθος, p. 150. quod ἄμαθον de puluere, ψάμμον de arena accipiunt, aut quod ἄμαθον in inferiore terra, ψάμαθον in littore quaerunt. Legitur quoque in ceteris locis Homericis ψάμαθος, hoc ſolo loco excepto: in quo codicum auctoritas aliam legem conſtituit. Neque tamen vel ſic antiquior lectio eſt exhibita, quam nullus dubito fuiſſe τύχε γὰρ ἀμάθοιο, ſine ῥ' ſerius interpoſito: nam in caeſura ipſa pronuntiatio τὸ ρ geminabat. Et firmat iudicium Apollon. Lex. ἄμαθος, ἡ σποδιὰ, ἄμμος. τύχε γὰρ ἀμάθοιο βαθείης. Abeſt quoque ῥ' Vrat. a. Moſc. 1. 3. a pr. m. adde Ammonium l. l. in quo non erat mutandum: etſi librariis parum in talibus eſt tribuendum.

589. τοὺς δ' ἴμασ' Ἀντίλοχος. Abeſt δ' ab Harlei. et a Veneto ſuppleto, quod Bentleius arripiebat, qui putabat ἱμάσσειν fuiſſe cum digammo. ϝιμασσω. ϝιμας. Verum loca e quibus id ſuſpicabatur, ſunt emendanda. v. de Digammo.

594. Ἄρης — τελώριον ἔγχος ἐνώμα. Etymol. ἐκίνει, ἐκούφιζεν. Sch. br. διέφερεν. ἐκίνει. μετέφερεν. Non apparet, vnde vocem tam varie interpretentur. cf. ad Γ, 218. et H. 238. Eſt haſtam monere, verſare, vibrare.

595. ἄλλοτ' ὄπισθεν. cum ſequatur τὸν δὲ, ſi accuratiores eſſe volumus, ſcribendum eſt ὄπισθε. Sicque Vrat. b. ſicque correxerunt viri docti aliis in locis, vt Ξ, 14. Poſt hunc verſum in Fragmentis Homericis video verſum memorari interſertum: ἄλλοτε δ' αὐτὸν ἔσω δῦνεν θεὸς ἄνδρα κορύσσων.

596. τὸν δὲ ἰδών. Harlei. τοὺς δὲ, Hectorem cum Marte quod Bentl. probabat; (potius Martem cum Enyo. nam Diomedes numina viſu percipere poterat.)

597. ὡς δ' ὅτ' ἀνὴρ ἀπάλαμνος, ἰὼν πολέος πεδίοιο, στῆῃ ἐπ' — ἀνὴρ ἀπάλαμνος. Apollon. Lex. ἀμήχανος. — παλάμαι γὰρ αἱ μηχαναί. — σημαίνει δὲ καὶ τὸν ἄπειρον· „ὡς δ' ὅτ' ἀνὴρ ἀ.“ Sic quoque Sch. B. Euſtath. Eſt ergo parendum auctoritati, vt ſit inexpertus, ignarus; etſi non video, cur non et h. l. ſit conſilii inops, qui repente amni rapido adſiterit. In Sch. br. redditur ἀαθενὴς, ἄπειρος. μηδὲν μηχανᾶσθαι δυνάμενος. Similia Etymol. Heſych. et Suidas To. III, p. 5. καὶ ἀπάλαμος (ἀπάλαμνος) παρ' Ὁμήρῳ ὁ ἄτεχνος.

ἰὼν (διὰ) πολέος πεδίοιο. Euſtath. γῆν πολλὴν περιεληλυθὼς, ὡς ἐξ ἀλλοτριας ἥκων, ſicque alii. quid tamen hoc ad rem, quod e longinquis terris redux ſit? In graecis tantum eſt hoc, iter faciens, itinere facto per multum terrarum: ſcilicet vt ſe iam conſtitutum eſſe videat in locis ignotis, ita vt amnis ſibi obiecti decurſum ignoret.

598. στῆῃ. Variat ſcriptura στήῃ et στῇῃ et στῆῃ. Similiter in aliis Φθήῃ. Φήῃ. στῆῃ. Vidimus iam B, 34 ἀνήῃ. Ex codd. nihil proficias: Venetus, ſed ſuppletus, στήῃ. Ambignitas orta ex antiqua ſcriptura τῶν ε et η et αι et ηι. Sic et in marmoribus maiuſculo charactere exaratis. In inſcriptione Herodis ad vetuſtatem attemperata, eſt vſ. 19 αναθηη. Putes verius eſſe στήῃ pro στῇ. eſt enim στέω. στέῃ. στῇ. στήῃ. Fuit tamen quoque στειῃ, στηίῃ, et hinc στήῃ. At grammatici conſtanter docent penultimam per η eſſe efferendam: v. Etymol. in ἀλφήη, ex Choeroboſco: eſſe enim ἐὰν στῇ et ἐὰν στήῃ hoc ipſo

loco noſtro laudato. φήῃ Od. Λ, 127. Ψ, 275. (Ergo et φθήῃ Π, 861. ἐμβήῃ Π, 94. θήῃς Π, 96.) Alio modo vidi Euſtathium tradere ad Π, 861. φθαίη ἤγουν φθήῃ. ὁμοίως τῷ σταίη, στήῃ. βαίη, βήῃ. Putauit adeo ille αι optatiui mutari in η. Praeſtare videtur altera opinio, vt ſit ſubiunctiuus; atque ita quoque Apollonium ſtatuiſſe, diſcas ex Lex. ἐμβήιη. ἐμβῇ. tum vero quodcunque eligas, defendi poteſt, στήῃ, στηῇ et στήῃ. Sic quoque in ceteris. Eſt tamen omnino certa aliqua amplectenda ratio, quam ſequaris vbique; et hactenus mihi praeferendum videtur eſſe στήῃ, quod et grammatici et codicum pars vſusque commendant. Cum tamen ſemel in edd. vulgg. et aliis in locis receptum ſit στήῃ, rurſus aliquid in tot locis ſimilibus nouare ſine cauſſa idonea nolui, nullo cum fructu. Maneat ergo φήῃ. φθήῃ. ἀνήῃ. ἐμβήῃ. ὑπερβήῃ et ſimilia.

601. οἷον δὴ θαυμάζομεν Ἕκτορα. Poteſt iungi οἷον θαυμάζομεν *quantopere* vel οἷον αἰχμητὴν τὸν Ἕκτορα ἔμεναι, pro ὅτα. Laudat Koeppen Od. Λ, 518 ἀλλ' οἷον τὸν Τηλεφίδην κατενήρατο χαλκῷ. Eadem putatur eſſe forma mox vſ. 638. In Moſc. 1. adſcriptum: ἀλόγως δηλονότι. Putauit ergo ſenſum eſſe: quam ſtulte idonea ſine cauſſa, mirati ſumus! vix bene.

602. Verſus aliquoties frequentatur: Π, 493. X, 269. At h. l. melius abeſſet; ita enim antecedens verſus nihil haberet impediti.

603. τῷ δ' αἰεὶ πάρα εἷς γε θεῶν. εἷς pro τις valde inſolens. facit porro εἷς hiatum; adſtipulor itaque Bentleio emendanti πάρα τίς γε. Et ſic ſup. 185 ἀλλά τις ἄγχι ἕστηκε ἀθανάτων. N, 55 σφῶϊν δ' ὧδε θεῶν τις ἑνὶ φρεσὶ ποιήσειεν. Repetitur quidem verſus Υ, 98. et ibi εἷς γε, ſed totus verſus eo male videtur eſſe illatus.

604. καὶ γάρ οἱ πάρα κεῖνος Ἄρης. δεικτικῶς dictum, vt Ξ, 250 de Hercule: ὅτ' ἐκεῖνος ὑπέρθυμος Διὸς υἱός. perperam coniiceres δεινὸς Ἄρης, terribilis.

606. *μηδὲ θεοῖς μενεαινέμεν ἶφι μάχεσθαι.* Fuit *ϝιφὶ* ſcriptum cum digammo; apparet adeo fuiſſe primitus *μενεαίνετε ἶφι. προθυμεῖσθε.*

608. *κατέκταν' ευ εἰδότε χάρμης* verſu corrupto, etſi commendato ab Erneſtio, cui obtemperandum non erat, ſcriptum erat in omnibus edd. ante H. Stephan. qui correxit, ſine libro puto, *κατέκτανεν εἰδότα* quod etiam legitur in Vrat. a. b. Townl. Moſc. 1. 2. et ex emend. in Moſc. 3. etiam Ven. ſuppletus. Adde Mori e Bentl. qui idem dudum vidit antiquitus ſcriptum fuiſſe *κατεκτανε ϝειδοτε μαχης.* Non enim vbique *εὖ* additur. Sic Ψ 665 *ἀνὴρ ἠΰς μέγας τε, εἰδὼς πυγμαχίης.*

609. *Μενέσθην Ἀγχιάλόν τε.* videtur excidiſſe *τε Μενέσθην τ' Ἀ.* Bentl. e Schol. Lipſ. *Ἀρίσταρχος Μενεσθῆν, ὡς Ἀπελλῆν.* habet hoc etiam Euſtath. loco tamen alieno p. 596.

612. *ὅς ῥ' ἐνὶ Παισῷ ναῖε.* Poterat et hic legi *ὅς ῥ' ἐν Ἀπαισῷ*, vt B, 828. vbi v. At Strabo et Steph. Byz. docent diuerſam lectionem fuiſſe h. l. Memorant vtrumque nomen Heſych. et Etymol. Etiam Schol. ap. Bentl. *Ἄπαισός ἐστι διὰ τὸ μέτρον Παισός* (cur tamen non *ἐν Ἀπαισῷ* ſcribi potuiſſet?) *ὡς Σπληδόνα.* (v. B, 512.) Lectum quoque in libro ap. Bentl. *ἐνὶ Παισσῷ*, quod et ex aliis notatur.

613. *πολυλήϊος.* Cum *τὸ λῆϊον* ſit ſeges, ager; et cum ſit *βαθυλήϊος:* vix dubites *πολυλήϊον* eſſe diuitem agris. Attamen Sch. br. *πολλὰ λήϊα ἔχων, ἢ πολλὰ θρέμματα. πολυθρέμμων* ſcil. *ἀπὸ τῆς λείας*, quae et praedam et pecudes deſignat. Vtrumque apponunt Heſych. et Etymol. Etiam apud Apollonium, in Argonauticis quoties occurrit, Scholia vtrumque afferunt; at lib. IV, 267 diſerte ad agros refertur, cum ibi Aegyptus *πολυλήϊος* memoretur.

615. *Τόν ῥα κατὰ ζωστῆρα* — idem vulnus, quod ſup. 539. 540 memoratum erat; vbi v. Obſſ. repetiti quoque verſus 540. 1.

620. λᾶξ προσβὰς — De λᾶξ agunt grammatici ad K, 158.

621. οὐδ' ἄρ' ἔτ' ἄλλα δυνήσατο τεύχεα ἀφελέσθαι, non ſatis accurate poſitum ἄλλα, quod bene monuit Koeppen. Nam *ſuam* tantum haſtam recuperauerat, ex ſpoliis caeſi omnino nihil. Igitur dictum pro, non potuit, praeter haſtam receptam, aliquid ex Amphii armis auferre.

623. δείσε δ' ὅγ ἀμφίβασιν. ὑπερμάχησιν. Sch. br. ἐπὶ βοηθείας καὶ σκέπης — ἀπὸ τῶν τετραπόδων ζώων, ἅπερ ἀμφιβαίνουσιν, ἀμφὶ τὰ σκυμνία βαίνουσιν, ὑπερμαχοῦντα ἐκείνων. Euſt. Et iam Apollon. Lex. h. v. ἡ περὶ τοῦ νεκροῦ μάχη vbi hic verſus laudatur; ſed κρατερῶν vitioſe. cf. ſup. ad vſ. 21. Mox ſtudio neglecta oratio copulae omiſſione. Poterat enim dicere καί ἑ μέγαν περ' ἐόντα —

626. ὁ δὲ χασσάμενος πελεμίχθη· de hac formula v. ad Δ, 535.

630. ἰόντες. Bentleius: „Schol. ἐν τῇ ἑτέρᾳ ἰόντε κεῖται. quia duo.“

632. Τὸν καὶ Τλ. Dura oratio, quam Bentl. quoque ſenſit; refingens τοῖσι Τληπόλεμος. Ammon. de diff. voc. p. 121. verſum recitat τοῦ δὲ, et vett. edd. τοῦ καὶ, poſſis coniicere fuiſſe τῶν καί. πρῶτος Moſc. 1. c. gl. πρότερος.

633. Σαρπῆδον. Sic *veteres* maluiſſe quam Σαρπηδών, (Σαρπηδόν) notat Euſt. eſſe enim duas formas ὁ Σαρπηδών, Σαρπηδόνος, et ὁ Σαρπήδων, Σαρπήδοντος. Σαρπῆδον. vide diſputata in Nota ad Apollon. h. v. p. 597. 8. βουληφόρε autem ſimpl. princeps ἄναξ.

634. Melius puto interpungitur: πτώσσειν ἐνθάδ', ἐόντι, μάχης ἀδαήμονι φωτί. quam vulgo πτώσσειν ἐνθάδ' ἐόντι. Conſentit quoque Euſtath.

635. Cod. Ven. A. iterum in aciem procedit; mutilatus inde a v. 336. Mox ἐπιδεύεαι *inferior es illis.* v. ad N, 310.

637. ἐξεγένοντο ἐπὶ. Vidit hiatum Bentl. et emendat παρὰ, etsi vim vocis sic non satis assequor. Si μετὰ praeferas, erit *inter*: vt N, 700 μετὰ Βοιωτῶν ἐμάχοντο. Occurrit similis versus Il. Ψ, 332 ἦ τόγε νύσσα πέτυκτο ἐπὶ προτέρων ἀνθρώπων. sed is versus aliter ab aliis constitutus est. Defendi tamen possunt haec ea, quam saepe memoranimus, de caussa, quod hiatus est in caesura medii versus.

638. ξ— ἀλλ' οἷόν τινα Φασὶ βίην Ἡρακληείην εἶναι — ὅτι τὸ οἷον ἐπὶ θαυμασμοῦ. τινὲς δὲ, ἀλλοῖον, παρὰ τοὺς νῦν. Sic Sch. A. Aliud appositum est scholion, quo appareret, magnum fuisse grammaticorum dissensum super hoc hemistichio. Ἀλλ' οἷον, aspirate, scripserant Aristophanes et Aristarchus. Laudauerat commode Heracleon ex Od. Λ, 518 Ἀλλ' οἷόν τινα Τηλεφίδην κατενίπατο. — Huic accedit postea grammaticus, et laudat Od. Δ, 242 Ἀλλ' οἷον τόδ' ἔρεξε. Tum et Philoxenum pro se laudat. Saltem ita admirationis sensum expressum vides. Accedit quoque his grammaticus. Alii: ἀλλ' οἷον pro μόνον· (satis ieiune) sic Parmenisc us et Nicias. At Tyrannio in eam sententiam descendit, in qua et ipse dudum eram, vt legeret: Ἀλλοίου τινα, vt ἑτεροῖον. *Longe alium narrant fuisse Herculem.* Laudat Od. Π, 181 Ἀλλοῖός μοι, ξεῖνε, Φάνης νέον, ἠὲ πάροιθεν. Video quoque Bentleium hoc malle, qui adscripsit: Schol. οἱ δὲ, ὑφ' ἓν, ἀλλοῖον. — Trinas has rationes etiam Schol. B. annumerat; et addit: ὁ δὲ Πῖος ἀντὶ τοῦ ὁποῖος, οὐχ ὡς εἷ σύ, φησιν, ἀλλ' οἷος Ἡρακλῆς· οὕτω γάρ, φησι, βούλεται τὸ ἀλλά. Non satis assequor. An voluit: ἀλλ' ἐκεῖνοι ἐγένοντο τοῖοι, οἷόν τινα Φασὶ β.

Apud Diodor. IV, 32 recitantur versus quinque 638 —642 et iterum c. 49. vbi vulgatum erat ἀλλ' οἷόν ποτε.

Est quoque aliud Scholion ex Ven. B. de Hercule interpretatione allegorica in philosophum mutato; ludicrum illud, inprimis in hoc, quod ille exuuiis leonis se tutatur, h. e. prudentia, et clava vtitur, h. e. philoso-

phia. — praeclare! ad nonnullorum philoſophorum morem!

639. Θρασυμέμνονα. Explicant grammatici ex etymo: Apollon. Lex. h. v. Θρασὺν κατὰ τὸ μένος laudato hoc verſu; at Sch. A. τολμηρὸν, Θρασὺν ἐν τῷ μένειν. nec abludit Ven. B. At vtrinque fieret Θρασυμενής. In Apollonio adiectum: ἢ τὸν περὶ τῶν θείων (bene Toll. em. Θρασέων) ἔργων μεμνημένος. Et hoc analogiae conuenit. Si tamen Ἀγαμέμνων eſt *valde fortis*, erit hoc alterum exemplum etymi a μένος ducti. Significatus vocis plures propinat Heſychius.

640. 1. 2. ſunt ap. Dion. Or. XI p. 329 R. 640 ap. Sch. Pind. I. V, 44. et ap. Diodor. l. l. Narrationem v. ap. Apollod. II, 64. et Not. Sturz. ad fragm. Hellanici p. 146. cf. Il. Υ, 145 ſq.

641. 2. laudat Strabo XIII, p. 891 C. obſeruatque videri ſic Troiam valde exiguam vrbem eo tempore fuiſſe, nec niſi ſub Priamo tantas opes cepiſſe. Quod per ſe verum eſſe non dubito. Sed in poeta ad Herculis laudem tractum hoc vides, ἓξ οἵης, quod *ſolis* ſex nauibus et paucis cum copiis aggreſſus vrbem cepit. cf. Lycophr. 1346. et Schol. — ἓξ οἵῃσι νηυσὶ Moſc. 1. Aliae aberrationes, ἐξοίης, ἓξ οἵαις, ἓξ οἵαις, ſunt ap. Diodor. l. l.

642. Strabo ibid. B. laudat verſum, et addit, non adeo euerſam tum fuiſſe Troiam, ſed tantum captam et afflictam; ἡ γὰρ χηρεία λειπανδρία τις ἐστίν. (Scilicet χηροῦν eſt ἐρημοῦν. vt χηρεύειν, ἔρημον εἶναι de inſula Od. I, 124.) miraturque adeo Strabo, Jlienſes inferias Achilli, Patroclo, Antilocho et Aiaci, non Herculi facere, qui tamen minori Jlium clade affecit. ἀγυιὰς proprie de viis vrbis dictum; ſi tamen Pindarum recordor, toties ἀγυιὰς pro domibus et pro ipſa vrbe dicentem, quod ille ex Homero duxiſſe videtur, etiam h. l. pro ipſa vrbe dictum accipio, per domos declarata.

644. οὐδέ τί σε Barocc. Et ap. Bentl. H. L. M. C. Adde Vrat. a. b. Mosc. 1. 2. et nunc quoque Ven. Recte recepit Wolf. pro vulgato οὐδέ τέ σε.

646. ἀλλ' ὑπ' ἐμοῦ δμηθέντα erat in vulgg. ὑπ' ἐμοὶ quod Homero sollenne, Aristarch. ap. Eust. Item Barocc. et H. L. ap. Bentl. Vrat. a. duo Vindob. cum Veneto dederunt; notandus autem mos veterum loquendi hoc primum loco obuius πύλας Ἄϊδαο περήσειν. πύλαι pro domo. Domum Orci intrant defuncti. Sic Ψ, 71 θάπτε με ὅττι τάχιστα, πύλας Ἄϊδαο περήσω.

647. τὸν δ' ἄρ Mosc. 1. pro αὖ.

648. ξ— quod ἡ Ἴλιος iterum occurrit.

650. εὖ ἔρξαντα. Vrat. a. ῥέξαντα.

651. τῶν εἵνεκα Ven. cum vno Vind. pro ὧν. Non bene putant veteres, dicta haec esse a Sarpedone ad elevandam virtutem Herculis.

654. κλυτοπώλῳ. Iterum Λ, 445. Π, 625 occurrit. Sch. A. B. Sch. br. ἐνδόξους πώλους ἔχοντι. (hoc solum Hesych. amplexus est) ἢ οὗ κλυτή ἐστιν ἡ ἐπιπώλησις — In alterum hoc quomodo incidere grammaticus potuerit, mireris. Fuit tamen is Aristarchus, teste Apollonio in Lex. h. v. κλυτόπωλος. ὁ μὲν Ἀπίων, ἵππους ἀγαθοὺς (ἔχων.) ὁ δὲ Ἀρίσταρχος ἐπὶ τοῦ· — ψυχὴν δ' Ἄϊδι κλυτοπώλῳ, ἀκούει κλυτὴν ἐπιπώλησιν, διὰ τὸ τοὺς τελευτῶντας ἐξακούεσθαι διά τε τοὺς θρήνους καὶ τὰς οἰμωγὰς τὰς ἐπ' αὐτούς. (leg. ἐπ' αὐτοῖς *inter eos* vt est quoque in Etymol.) Voluit ergo Plutonem κλυτόπωλον esse, quod auditur eius aduentus, innotescit per auditos adstantium morienti ciulatus. Quid dici potuit contortius? Sic tamen et Sch. Ven. οὗ κλυτὴ ἡ ἐπιπώλησις, οἷον ἀκουστὴ διὰ τὰς ἐπὶ τοῖς ἀποθνήσκουσιν οἰμωγάς (lamenta propter morientes). Reliqua ibi e Sch. br. emendabis: ἢ ἔοικε etc. Add. Etymol. Eustath. h. l. et inf. ad Λ, 445. Alii recte ad equos Plutonis epitheton referunt; verum argutantur alio modo: vel esse eum ab equorum laude notatum, ὅτι οὐδεὶς τὸν θάνατον διαφυγεῖν δύναται propter equorum velocitatem, vel, vt in Etymol. διὰ τὴν ἁρπαγὴν τῆς Περσεφό-

νης. Adeo homines non vident quod ante pedes eſt; Orcus bigis vel quadrigis inuehitur more reliquorum, vt heroum, ſic deorum; eſt adeo ille χλυτόπωλος, egregiis equis inuectus: quos vel ex Proſerpinae raptu meminiſſe licet, quem etiam Schol. et Etymol. ad h. l. memorant inter alia. Tribuuntur autem Plutoni equi modo candidi, vt aliis diis, modo nigri, tanquam regi inferorum: hoc eſt, quod Koeppen illuſtrat nota ſua.

656. ἁμαρτῇ. Occupauerat hoc et altero loco Φ, 162 omnes edd. ὁμαρτῇ, etiam Σ, 571. Mutatum quoque in Lipſ. ἁμαρτῇ ab alia manu in ὁμαρτῇ. at eſt ἁμαρτῇ vel ἁμαρτῇ in codd. Harl. Ven. Moſc. 1. et quidem e doctrina Ariſtarchea. Habemus in hac voce iterum admodum diſertos grammaticos, primum de aſpiratione ἁμαρτῇ, ab ἅμα, et ἀρτῶ, vel ab ἄρω, ἦρται. Alterum eſt, quod (Ptolemaeus) Aſcalonita et plerique ἁμαρτῇ ſcribebant, alii ἁμαρτῇ, Ariſtarchus ἁμαρτή. Habebat forte vnusquisque quod ſequeretur: ἁμαρτῇ ductum a nomine ἡ ἁμαρτή, tenor, iunctura, ἐν, σὺν, ἁμαρτῇ. At ἁμαρτῇ, quia illi datiui ſolent aduerbiorum locum obtinere, vt εἰκῇ. Ariſtarchus tandem ἁμαρτὴ dictum eſſe putauit per apocopen pro ἁμαρτήδην (v. ad N, 584) minus felici coniectura. Obtinuit vſu, et recte, prius ἁμαρτῇ, accedente Herodiani auctoritate ap. Sch. B. ſimilia habet Sch. Lipſ. et Sch. Voſſ. (hic ap. Valk. ad Ammon. p. 241) et repetuntur paria inf. ad Φ, 162 et ab Euſtath. qui ad Apionis et Herodori libros prouocat, add. Etymol. in ἁμαρτῇ et ὁμαρτῇ. et Apollon. Lex. cum Excurſu IV. Tollii.

Iam ὁμαρτῇ per ſe vnum idemque eſt vocabulum; nam ἅμα et ὁμοῦ conueniunt; ductum inde ὁμαρτεῖν, vna incedere, ſaepius occurrit, non ἁμαρτεῖν. Attamen Ariſtarchei habuere ἁμαρτεῖν etiam his in locis vt Ψ, 414. Od. Φ, 818. Retinuit tamen apud ſequiores auctoritatem ὁμαρτῇ et ὁμαρτεῖν; ſic apud Apollonium Arg. I, 305. 538. III, 375. ſine vlla varietate. Callim. in Dian. 243. Contra ἁμαρτεῖν abiit in alteram notionem, vt ſit

aberrare et priuari, *στέρεσθαι*. miro fato, nisi fuit hoc ab alia origine ductum: quod et doctiss. Knight suspicatur p. 93. cum aliis, fuisse hoc *ἁμαρτέω*, ab *α* priuativo et *μάρπτω*, non assequor, aberro.

659. *τὸν δὲ κατ' ὀφθαλμῶν ἐρεβεννὴ νὺξ ἐκάλυψεν.* Iungunt *τὸν δὲ νὺξ ὀφθαλμῶν κατεκάλυψε*. At *νὺξ ὀφθαλμῶν* insolenter dictum videtur. Sollennis forma est *νὺξ κατεκάλυψεν αὐτοὺ τοὺς ὀφθαλμούς*. vt Ξ, 439 *καδδέ οἱ ὄσσε νὺξ ἐκάλυψε μέλαινα*. Π, 502. Σ *ὣς ἄρα μιν εἰπόντα τέλος θανάτοιο κάλυψεν ὀφθαλμοὺς ῥινάς τε*. et centies *νὺξ, σπότος, μιν ὄσσε κάλυψε*. Omissum erat *μιν* supra 310 *ἀμφὶ δ' ὄσσε κελαινὴ νὺξ ἐκάλυψε*, pro *μιν ἀμφιεκάλυψε*. Est etiam tertia forma cum casu tertio N, 425 *ἠέ τινα Τρώων' ἐρεβεννῇ νυκτὶ καλύψαι*· Redit tamen hic versus eodem modo iteratus N, 580. X, 466. Sermoni consentaneum est iungere *κατ' ὀφθαλμῶν*, vt *κατ' ὀφθαλμῶν νὺξ χύθη* occurrit. Ceterum vide hominum subtilitatem. Schol. Leid. obseruat. *ὑπὸ συγγενοῦς δὲ ἀναιρεῖται* Tlepolemus, *ὅτι καὶ συγγενῆ ἀνεῖλε τὸν Λικύμνιον*. sup. B, 662. 3. Pind. Ol. VII, 51.

657—660. *ὁ μὲν βάλεν — Τληπόλεμος δὲ βεβλήκει*. expectabam hic Clarkii sollennem cantilenam, hoc saltem loco non alienam de plusquamperfecto: non nunc verti debebat, *percussit*, sed, *percusserat*. Etsi res eodem redit.

661. *αἰχμὴ δὲ διέσσυτο μαιμώωσα*. Ξ „quod dictum pro, *μαιμώωσα ὀστέῳ ἐγχριμφθῆναι*“ Sch. A. Nil necesse hoc; *διέσσυτο μαιμώωσα, ὁρμῶσα*, quod solet de telis dici in corpus penetrantibus; tum hasta ossi illisa subsilit. Absurde Sch. br. *μαιμώωσα* ex *αἱμώωσα*. Vox toties occurrit de hastis ac telis emissis, vt et de flamma; ad vim et impetum a viuida vi animantium adumbratum declarandum.

βεβλήκει. Aristarchus ediderat *βεβλήκειν*. v. ad Δ, 492.

662. ὀστέῳ ἐγχριμφθεῖσα. ἐγχριφθεῖσα Vrat. b. c. Mosc. 3. perpetua varietate: vt H, 472 et al. Sic quoque in Herodoto: vbi v. p. 132. Not. 5.

ἦ πατὴρ δ' ἔτι λυγρὸν ἄμυνε. Pro vulgari δέ τι probaverat δ' ἔτι Ernesti, recepitque Wolf. Habent hoc praeterea Eustath. et ed. Flor. Mosc. 1. 2. Ven. Idem notaverat Bentl. ex H. L. cum Scholio: προαναφωνεῖ τὸν θάνατον τοῦ Σαρπηδόνος διὰ τοῦ ἔτι. recte, respectu eorum, quae Π, 431 sq. narrabuntur. δέ τε Vrat. a. quod ex Harl. adscriptum habebat.

664. βάρυνε δέ μιν δόρυ μακρὸν ἑλκόμενον. Harlei. μακρῷ.

665. 6. τὸ μὲν οὔτις ἐπεφράσατ' οὐδ' ἐνόησε μηρῷ ἐξερύσαι δόρυ μείλινον, ὄφρ' ἐπιβαίη σπευδόντων. Discrimen inter φράζεσθαι et νοεῖν ita constituit Schol. Leid. Φράζεσθαι esse τὸ νοοῦντα μετὰ σκέψεως ποιεῖν. νοῆσαι δὲ τὸ ἁπλαῖς ἐπιβολαῖς ποιῆσαί τι. Saltem h. l. At v. c. Ω, 560 νοέω δὲ καὶ αὐτὸς Ἕκτορά τοι λῦσαι, vbi est mente constitutum, deliberatum, habeo. Ceterum interpunctio fieri potest haud vno modo. Simplicissimum est, τὸ μὲν οὔτις ἐπεφράσατο, accipere: nemo eorum, qui eum subiectis manibus ducebant, animaduertit hastam in corpore haerentem, neque adeo venit iis in animum, eam euellere; quippe cum illi id operam darent, vt eum quantocyus currui imponerent; tantum aerumnae illi, qui in eo absportando occupati erant, sustinebant: scilicet, vt alia de re cogitare non possent. Quaeuis alia ratio esset magis molesta: etsi potest parum probabile videri, a nemine animaduersum esse hastam, eamque longam, vulneri inhaerentem trahi.

Pro τὸ μὲν οὔτις fuit in nonnullis τό οἱ οὔτις teste Sch. A. At Bentl. excerptum e Scholio laudat: ἔν τισι, τό τοι οὔτις.

ἀπεφράσσατ' Flor. Ald. 1. Rom.

666. ἐξερύσαι. potuit esse ἐκ ἔρυσαι. vide tamen Exc. de Digamma. ὄφρ' ἐπιβαίη. vt ille imponeretur currui.

667. σπευδόντων· τοῖον γὰρ ἔχον πόνον ἀμφιέποντες. ξ— πάλιν πρὸς τὸν πόνον ἡ διπλῆ. Sch. A. ſcilicet, eſſe pro μάχη dictum. At quomodo hoc locum habet? ii qui in Sarpedone absportando occupati erant, non pugnabant.

Obſeruat quoque Schol. A. σπευδόντων eſſe iungendum, ἐπειγομένων αὐτὸν (non αὐτῷ) ἐπιβῆναι.

670. τλήμονα θυμὸν ἔχων. ξ— quod recentiores (h. e. Tragici) τλήμονα τὸν ἀτυχῆ dixerunt, Homerus τὸν ὑπομενητικόν. Sch. A. etiam alibi, vt K, 231. add. Euſtath. quis non meminit: πολύτλας θεῖος Ὀδυσσεύς? Eſt tamen vel ſic h. l. nec hoc, nec illud, ſed εὔτολμος.

μαίμησε δέ οἱ Φίλον ἦτορ. μαιμάω, μαιμῶ, μαιμώω, de impetu, cupiditate et impatientia pugnandi, vt ἐνθουσιῶ. μαίνομαι. Il. N, 75 καὶ δ' ἐμοὶ αὐτῷ μᾶλλον ἐφορμᾶται πολεμίζειν ἠὲ μάχεσθαι. μαιμώωσι δ' ἔνερθε πόδες καὶ χεῖρες ὕπερθε. adde ibid. ſqq. Eſt adeo Virgilianum: *haurit corda pauor.* In Sch. B. eſt μαίμησε, συνεπάθησε καὶ συνήλγησε. at haec fuit cauſſa τοῦ μαιμᾶν. melius Sch. br. ἐταράχθη, ἤ, ἐνεθουσίασε.

671. μερμήριξε. Vrat. b. et vn. Vindob. μερμήριζε.

673. ἦ ὅγε τῶν πλεόνων Λυκίων ἀπὸ θυμὸν ἔλοιτο. Si τῶν articulus eſt, diſceſſum hic eſt a ſermone Homerico. Puto τῶν eſſe pro ἐκ τούτων· vt ſit: ἦ ὅγε ἀφέλοιτο θυμὸν πλεόνων ἐκ τῶν. ἐκ τούτων. Idem verſus inf. K, 506 ἦ ἔτι τῶν πλεόνων Θρηκῶν ἀπὸ θυμὸν ἔλοιτο. Minor moleſtia eſſet vtroque loco, ſi ſcriptum eſſet καὶ, et noſtro quidem loco, ἦ ὅγε καὶ πλεόνων.

676. τράπε θυμὸν Moſc. 2. τρέπε.

677. Χρόμιόν τε. Iubent grammatici ſcribere Χρομίον, non Χρόμιον. ad Δ, 295 nil monuerant. Iidem tamen mox Ἄλιον non animaduertunt ſcribi, quod et ipſum Ἁλίον eſſe deberet: v. Sch. A. B. Euſtath. videntur adeo a ſuo quisque codice, quem in manu habebat, plerumque pependiſſe; tum magiſtrum ſequuta eſt turba.

678. Verſum reddidit Virgil. Aen. IX, 767 *Alcandrumque Haliumque Noemonaque Prytanimque.*

679. *καί νύ κ' ἔτι.* Vindob. — *κε δὴ.*

683. *Σαρπηδὼν Διὸς υἱὸς ἔπος.* Peccant *υἱος ϝεπος* in metrum. Vidit iam Bentl. a librariis confusa esse verba, cum fuisset: *χάρη δ' ἄρα οἱ Διὸς υἱὸς Σαρπηδὼν προσιόντι, ἔπος δ' ἐλοφυδνὸν ἔειπε.*

ὀλοφυδνὸν iam Apollonii aetate vox fuit antiquata. Apollonius Lex. reddit *ὀλοφυρτικόν.* v. Eustath. In Etymologo est *γοερὸν, θρηνητικόν.* Sch. br. *οἰκτρόν.* Bentl. corrigit ex h. v. Hesychianum *ὀζοφύδνου, ὀλοφυδνόν.* Fuit scilicet *ὀλοφύζω* et *ὀλοφύρομαι.*

684. *μὴ δή με ἕλωρ Δαναοῖσιν ἐάσῃς κεῖσθαι· ξ— οὕτως. οὐ πάντως βρῶμα. πρὸς τὸ, ἑλώρια τεῦχε κύνεσσιν* A, 4. vbi Schol. A. interierat: debuit ibi *ἕλωρ* per *βρῶμα* expositum esse. *με ϝελωρ.* v. ad e. l. *ἐάσσῃς* Barnes male: vt saepe iam vidimus.

Habere *δὴ*, in *μὴ δή με*, vim in supplicando, observat Clarke, ex monito Demetrii de Elocut. f. 35. 37. de quo monitum sup. B, 158.

686. *οὐκ ἄρα* Cant. *οὐδ' ἄρα.*

690. *ἀλλὰ παρήϊξε, λελιημένος, ὄφρα τάχιστα ὤσαιτ' Ἀργείους.* Non iungenda sunt, *λελιημένος ὄφρα*, quod parum recte fieret, sed *παρήϊξεν, ὄφρα* — et absolute, *λελιημένος*, concitatus, ardens, *προθυμούμενος.* vt Δ, 464 *ἕλκε δ' ὑπ' ἐκ Δαναῶν, λελιημένος, ὄφρα τάχιστα τεύχεα συλήσειε.* adde M, 106. Π, 552. De etymo quoque vocis *λελιημένος* multa argutantur grammatici, v. Etymol. et ad Hesych. h. v. Sch. A. ad M, 106. qui ex Herodiano in *ἐπιμερισμοῖς* parum docta apponit. Videtur praestare scitum Apollonii Lex. *λελιημένοι* (ex M, 106.) *παρωρμημένοι. ἔνθερμοι. ὅθεν καὶ αἷμα λιαρὸν, τὸ θερμόν.* Scilicet, quod nouimus, *χλιαρὸς* fuit et *λιαρὸς*, *χλιάω* (vti *χλιαίνω* tepefacio) et *λιάω, λιήσω, λελίημαι*, incalui. Bene ergo Sch. B. *λελιημένος, τῷ θυμῷ θερμαινόμενος καὶ ὑποκαιόμενος. λιαρὸν γὰρ τὸ θερμόν.*

695. *Ἰφθιμος Πελάγων.* Πτολεμαῖος ὁ Ὀροάνδου διὰ τοῦ σ, Σελαγών. Sch. A.

ὅς οἱ Φίλος. Barnes em. ὃς ἑοῖ. male. Nam ſcriptum fuit ὅς ϝοι. In Sch. B. vetus Scholion inſertum de ἑταῖρος et Φίλος. quod ſuſpicabar e Porphyrio ſeruatum eſſe. Et recte me ſenſiſſe, video in Excerptis cod. Leid.

696. τὸν δὲ λίπε. Vrat. b. vulgo: τὸν δ' ἔλιπε.

697. αὖθις δ' ἀμπνύνθη. Sch. A. „ἔν τισι διὰ τοῦ ε̄, ἐμπνύνθη." At Bentl. „Schol. ἔν τισι διὰ τοῦ ε̄ ἐμέπνύσθη, ἀμπινύσθη." Apud Heſych. eſt ἐμπνύθη, ἐν ἑαυτῷ ἐγίνετο, καὶ ἐφρόνησεν. ap. eundem: ἐνεπνύνθη, ἐπνύνθη, ἔμπνυτο. et ſuo loco ἀνεπνύνθη, ἀνεπινύθη, (ſic legendum) ἀνεσωφρονίσθη. et ἀμπνύσθη, ἀνέπνευσεν. Habemus ita varias vocum formas ex πνέω, πνῦμι. debuit quoque eſſe πνύνω, ſi inde duci potuit ἐπνύνθην. etſi Etymol. ν interpoſitum ſtatuat in ἀμπνύθη. Alias debebat eſſe ἐπνύσθη vel ἐπνύθη. Et in Townl. eſt ἀμπνύσθη. Eſt tamen lectio vulgaris ἀμπνύνθη, ἀνέπνευσεν, iterum Ξ, 436. Etymol. ἀμπνύνθη, ἀνέπνευσεν — ἀνεζωπυρήθη, ἠγέρθη. Alibi ἄμπνυτο dictum eodem ſenſu Λ, 359. X, 475. quae loca compara.

698. περὶ δὲ πνοιὴ Βορέαο ζώγρει ἐπιπνείουσα κακῶς κεκαφηότα θυμόν. Apud Apollon. Lex. eſt ζώγρει, nulla tamen cum interpretatione; nec Heſych. et Etymol. quicquam docent: nam vulgaris ſignificatio, ζῶντα λαμβάνω, vel ἀγρεύω, aliena ab h. l. eſt, et ſpectat ad Z, 46. Succurrunt Sch. br. cum Euſtath. ζώγρει· ἀνεζωπύρει. εἰς τὸ ζῆν ἤγειρε. Eſt ζωγρεῖν, ἀγείρειν τὴν ζωήν.

κακῶς κεκαφηότα θυμόν. ἐκπεπνευκότα. κάφος γὰρ τὸ πνεῦμα. Sch. A. Leid. Sch. br. Euſtath. Suid. Etymol. h. v. Fuit igitur καφέω ἀπὸ τοῦ κάπτω, pro κάπω, ſpiro, adde Heſych. niſi contendas eſſe ex κάπτω, κέκαφα. κεκαφὼς, — ῶτα — εῶτα — ηότα. Attamen h. l. non eſt, *efflantem animam*, ſed, *aegre ſpirantem*. Sic Od. E, 468 μή μ' — ἐξ ὀλιγηπελίης ἀκμάσῃ κεκαφηότα θυμόν. Miro errore inf. H, 312 vox ſubſtituta κεχαρηότα. Et iungendum θυμὸν cum κεκαφηότα, nam eſt κάπτειν θυμόν. Minus bene Euſtath. ἐζώγρει θυμόν.

περὶ autem iungemus cum ἐπιπνείουσα. mſ. Mori περὶ δ' ἕ. male tamen.

699. Ἕκτορι χαλκοκορυστῇ. Χαλκῷ καθωπλισμένῳ. Sch. br. Suid. Heſych.

700. οὔτε ποτὲ προτρέποντο μελαινάων ἐπὶ νηῶν ξ- quod Attice extulit: οὐκ ἔφευγον προτροπάδην ἐπὶ τὰς νῆας· nimirum quod ἐπὶ νηῶν more Atticorum pro ἐπὶ νῆας dictum volunt. Male nonnulli, etiam Ammon. diff. voc. p. 20. ἀπὸ νηῶν ſcribebant; etiam προτράποντο. At „Ἀρίσταρχος ἀμφότερα διὰ τοῦ ε." Ven. A. Aliter res ſe habet Π, 304 οὐ γάρ πω Τρῶες ἀρηϊφίλων ὑπ' Ἀχαιῶν προτροπάδην φοβέοντο μελαινάων ἀπὸ νηῶν.

703. ἐξεναρίξαν recipere non dubitaui, cum procliue ſit vitium in ἐξεναρίξεν quod vulgg. habent; cum tamen *Hector et Mars* ſubiiciantur; et ſequatur v. 711 τοὺς δ'. Cedendum quoque erat auctoritati Lipſ. Ven. A. B. et Schol. in quibus diſerte Ariſtarchea haec lectio aſſeritur. Eſt ea quoque in codd. Mori. Barocc. Harlei. Vindob. et firmatur Bentleii aſſenſu. — Formulam, ἔνθα τίνα videbimus aliquoties Λ, 299. Π, 692. Praeiuit in ea Homerus poetis; h. l. de multitudine magna non enumeranda.

705. ἀντίθεον Τεύθραντ', ἐπὶ δὲ πλήξιππον Ὀρέστην. ξ- πρὸς τὴν ὁμωνυμίαν. ὅτι ὁμώνυμος οὗτος τῷ Ἀγαμέμνονος υἱῷ Τεύθραντι. Ita Ven. A. Teuthrantem Agamemnonis filium prorſus ignorat antiquitas. Notus eſt Teuthras Myſiae rex: a quo regio Teuthrania; eius filia Auge, quae ex Hercule genuit Telephum: (de his v. Apollod.) verum luxatum eſt Scholion: ſpectauit grammaticus *Oreſten* in fine verſus.

706. Puto melius diſtingui, ne alterum nomen ſine epitheto ſit: Τρῆχόν τ' αἰχμητὴν, Αἰτώλιον, Οἰνόμαόν τε. At hic Bentl. vitium metri acute perſpexit: debuit enim olim eſſe ϝοινομαον. Itaque emendat Αἰτωλὸν ϝοινομαον τε, vt mox, ϝοινοπιδην.

707. Ὀρέσβιον αἰολομίτρην. Sch. br. αἰόλον μίτρην ἔχοντα, fere vt Heſychius et Suidas vocem αἰολοθώρηξ in-

terpretatur ποικίλον θώρηκα ἔχων; ex qua interpretatione parum proficias. v. ad Δ, 489. Exponi poteſt et exponitur modis variis, modo de colore vario, modo de ornamentis variis, de flexu corporis vario, aut de faſciae flexu circa corpus vario. Certi in his habemus nihil. Melius Etymol. adiicit: ἐξ οὗ καὶ, εὐκίνητον πολεμιστὴν, recte; nam motu corporis ceteri mouetur etiam thorax cum ſubtexta lamina. Alio ſenſu Theocr. XVII, 19 Perſas appellat αἰολομίτρας, cidari inſtructos, adeoque moventes caput cum cidari. Quae in Homero ſit μίτρη, vidimus ſup. p. 579. ad Δ, 132. Eſt autem epitheton ad ſenſum feriendum idoneum, potentiusque et efficacius, ſi celerem motum thoracis et ei attextae laminae aereae ante oculos poſitum habeas, quam ſi pugnatorem agilem et alacrem dictum audiueris. Simili modo dictus κορυθαίολος. cf. ad B, 816.

708. ὅς ῥ' ἐν Ὕλῃ ναίεσκε. Ἐν quod Zenodotus ſcripſerat ἐν Ὑδῇ. atqui ea eſt Lydiae, Ὕλη autem Boeotiae. v. ſup. B, 500. Notatur porro in Sch. A. quod prior in Ὕλῃ h. l. corripitur, producta ſup. B, 500 ἠδ' Ὕλην. ſed v. ibi Obſſ. Verſum recitat Strabo IX, p. 625 A. vbi et alteram ſcripturam ἐν Ὑδῇ damnat diuerſumque ſyllabae modum, ibid. C. Erneſti in nonnullis edd. rec. abeſſe ἐν obſeruat, neſcio caſu an conſilio.

μέγα πλούτοιο μεμηλώς. Iterum μέγα πτολέμοιο μεμηλὼς Il. N, 297. ἀντὶ τοῦ πάνυ πεφροντικὼς, καὶ, ἐπιμέλειαν αὐτοῦ ἔχων Etymol. At diuerſo modo Δ, 353 καὶ αἶνεν τοι τὰ μεμήλῃ. Sic ὦ τόσσα μέμηλε et ſimilia plura. Eſt ergo duplex vſus, vt τοῦ μέλειν. μέλει μοι τοῦτο et μέλομαί τινος (vt ap. Aeſchyl. VII. ad Th. 179: nam in Homero non occurrit). At quaeritur de forma grammatica. Volunt ductum eſſe modo a μελέω, μεμέλῃκα et μέμηλα, modo a μέλω, μέμελα et κατ' ἐπίτασιν (producendo h. e. ratione et cauſſa nulla) μέμηλα: ſic Euſtath. Sch. br. Etymol. Quid? ſi fuit verbum μεμήλω, Φροντίζω, vnde μέμηλα.

709. λίμνῃ κεκλιμένος Κηφισίδι. Scripſi Κηφισίδι vno ſibilo, vt ſup. B, 523. vbi v. Obſſ. antiqua ſcriptura, quam Harl. Townl. Moſc. 2. cum Ven. ſeruarunt. Eſt quoque Κηφισὶς λίμνη ap. Heſych.

κεκλιμένος. ἀπὸ τοῦ κλίνεσθαι. vt ſup. ad 356. Mirum tamen Euſtathium, vt et Heſychium, Suidam, reddere περιεχόμενον, ac ſi eſſet κεκλεισμένον. Etiam Schbr. poſt παρακείμενος, γειτνιῶν, addit περιεχόμενος. et vere ita ſtatuiſſe veteres, apparet ex Etymol. in κεκλίαται, hoc ipſo verſu laudato. cf. ſup. ad 356. Adde Schol. ad Il. O, 740 πόντῳ κεκλιμένοι et Π, 68 οἱ δὲ ῥηγμῖνι θαλάσσης κεκλίαται.

Enimuero κέκλιμαι et κεκλιμένος dicitur primo de terra vergente, inclinante ſe, ſpectante v. c. verſus mare, adeoque ad ſitum locorum refertur; ſic Od. Δ, 608. N, 235. Aliorum ſcriptorum loca congeſſit Doruill. ad Charit. p. 123. Proprie itaque Oreſtis domus erat ſita, κεκλιμένη ἐπὶ, πρὸς, τῇ λίμνῃ. Sic quoque aliquoties ap. Apollon. Rh. I, 938 et al. Tum vero etiam is, qui in loco ita ſito habitat, vt h. l. Oreſtes, et O, 740. Callim. in Dian. 253 Cimmerii οἵ ῥα παρ' αὐτὸν κεκλιμένοι ναίουσι βοὸς πόρον Ἰναχιώνης.

Verſus eſt quoque ap. Pauſan. IX, 38. p. 788. qui inde docet, paludem Copaidem Homero fuiſſe notam, at ignoraſſe eum fabulam de Hercule, oſtio obſtructo, amnem Cephiſſum in paludem vertente. Strabo tamen lib. IX, p. 625 B. diſerte docet, non Copaidem hic locum habere; non enim eam, ſed alteram in vicinia paludem Hylicen dictam eſſe ab vrbe adiacente Hyla. Ita vero neceſſe eſt, Cephiſſum per Copaidem in Hylicen exiiſſe; cum tamen Pauſan. IX, 24 pr. Cephiſſum narret Copaide palude exceptum exitu intercluſo; niſi, cum ille Hylicen omnino non memoret, eam ille pro parte Copaidis habuit, adeoque Cephiſſidem paludem in Homero etiam ad iſtam referre potuit.

714. Idem verſus iam ſup. B, 157 lectus.

715. ἦ ῥ' ἄλιον τὸν μῦθον ὑπέστημεν Μενελάῳ. vbi et quando hoc factum ſit, memoratum haud memini. Potuit hoc ad ſpretae iniuriam formae ſpectare, vt deae incenderent Menelaum ira ad bellum Troianis inferendum et promitterent ei certam victoriam. Suſpicio igitur et hic ſuboriri poteſt, aut ſublecta haec eſſe ex alio carmine, aut fuiſſe aliud carmen in quo hoc eſſet expoſitum. Videtur ſaltem et hoc inter Antehomerica, ſeu Ante-Iliadem geſta, eſſe referendum: cf. inf. ad 832. Niſi malis ſimpliciter hoc inter τὰ σιωπώμενα referre, quae in quouis poeta admittenda ſunt.

716. Ἴλιον ἐκπέρσαντ'. Interpoſitum in Ald. 2. τ', quod ſphalma tamen retinent edd. ſequaces; habet quoque Rom. et Moſc. 3.

719. Locus qui ſequitur, ſimilis eſt alteri, qui legitur ἐν τῇ κόλῳ μάχῃ (h. e. Il. Θ, 381.) vbi Iuno et Minerua prodituraе iterum in pugnam reuocantur a Ioue. Occurrunt quoque ibi verſus plures ex h. l. Ita 719. 720. 721. ſunt ibi vſl. 381. 2. 3. Suſpicionem hinc ſuboriri aliquam in promtu eſt; at ſuſpicari quidem licet, quae ſuſpicaris pro certis venditare non licet.

720. Quae in nobili hoc loco de curru a Iunone inſtruendo obſeruatu digna ſint, haec habe: Narratio inſtituitur ſic, vt tanquam in conſpectu noſtro ipſa res tractetur, et currus non deſcribatur qualis fuerit poſtquam conſtitutus erat, ſed conſtituitur et adornatur nobis praeſentibus et videntibus: nec tam arte aliqua exquiſita hoc factum eſſe dicat, ſed veterem poetam ipſe ſuus ſenſus docere debuit, placere haec hoc modo expoſita. Copioſius autem poeta rem enarrat, quia nunc primum et in magna rerum expectatione, dum Mars coercendus ſit, res interponitur noua, ornatu digna, et quae ornari poſſit, et quae ad variandum carmen poſt tot pugnas narratas ſit exoptata. Numinibus in pugnam inductis inflammata tantae rei cogitatione poetae mens facile procliuis reddi potuit ad noua ornamenta circumſpicienda. Omnino quoties noua rerum ſpecies in narratione ſuccedit,

poetae animum erigi et nouis phantaſmatibus animari neceſſe eſt.

In vſſ. ſeqq. Hebes miniſterium in iungendis equis et inſtruendo curru memorabile eſt, cum illud alias ſit virile. Equorum tamen curam etiam ab Andromache haberi, videbimus Θ, 187. 8. Iungit et ipſa Iuno equos 731. 2. pariter ac Neptunus N, 34 ſq.

720. ἔντυεν. Sic codd. ap. Bentl. et Harl. Cant. Suſpicatur Clarke fuiſſe ἔντυνεν, mutatum ab iis, qui non videbant aoriſtum ſecundum corripi ab ἐντύνω, etſi hoc mediam productam habet. Vel ſic tamen nulla eſt mutationis cauſſa, etſi et in cod. Ven. vno ἔντυνεν occurrit. Veteres nil monent; in Heſychio vtrumque obuenit; nec videas, cur non vtraque forma locum habere potuerit. Sic ὄρω. ὀρύω. ὀρύνω. ὀτρύνω. Occurrit quoque ἐντύω ap. Pindar. et al.

χρυσάμπυκας ἵππους vidimus iam ſup. vſ. 357.

721. Verſus aliquoties repetitur Θ, 383. Ξ, 194. 243. Ad eum ſpectat Etymol. πρέσβα θεὰ, πρεσβυτάτη, ἐντιμοτάτη. Sic et Heſych. et Sch. br. h. l. altera ſignificatio vnice locum habet, etſi Iuno vere erat πρεσβυτάτη Κρόνου ſup. Δ, 59. cf. inf. T, 91 de Ate. Addit Etymologus: ἀπὸ τοῦ πρέσβεια κατὰ συγκοπήν — Eadem in Sch. br. Ξ, 194. Quidnì tamen antiquior forma fuit πρέσβα? Sic τὸ πρέσβος eſt apud Aeſchyl. Perſ. 625.

722. Ἥβη δ' ἀμφ' ὀχέεσσι θοῶς βάλε καμπύλα κύκλα. de Hebes miniſterio vide modo ad 720. ὀχέεσφι Ven. c. Sch. Lipſ. Moſc. 1. 2. Vrat. A. b. et Townl. ὄχεσφι corrupte Vrat. a. Apud Bentl. H. L. C. Et Schol. „ἤτοι ἀμφὶς ὄχεσφι.“ Ceterum Schol. B. cum Leid. laudat locum ex *Demo* aliqua, quae allegoriam currus Iunonis ediderat ſatis putidam: τὸν δὲ τῆς Ἥρας δίφρον οὕτως ἡ Δημὼ φυσιολογεῖ. Habet ea quoque Euſtath. dubito tamen nomen ſine vitio eſſe. — κύκλα, τροχοί, notante Apollon. Lex. H. v. Sch. et al. Iam partes currus, quae ſequuntur, diligenter a priſcis grammaticis illuſtra-

tae ſunt, vt potiora inde repetere conſentaneum ſit conſilio.

723. χάλκεα ὀκτάκνημα debuit eſſe χαλκᾶ ὀ. aut χάλκει᾽ vt inf. 731 χρύσει᾽. hocque Bentl. maluit. Laudatur verſus in Apollon. Lex. in κνῆμαι — ἐπὶ δὲ τῶν διερειδόντων τὴν χοινικίδα τοῦ τροχοῦ ξύλων. vbi v. Toll. Similia Schol. Etymol. Heſych. Euſt. Quod ὀκτάκνημοι rotae ſunt, ad deorum dignitatem refert Sch. Pindari P. II, 73. cum ſollennis vſus ſit ſex radiorum, quatuor autem in Ixionis rota, vt pedibus manibusque ille illigari poſſet: vt ſane eſt ille exhibitus in anaglyphis) — Iterum offendimus ad hiatum in ἄξονι ἀμφίς. Bentl. facile remedium inuenit: σιδηρέου ἄξονος ἀμφίς.

724. τῶν ἦτοι χρυσέη ἴτυς ἄφθιτος. ἴτυς, curuatura rotae ſup. Δ, 486. ἡ ἀψὶς, εἰς ἣν αἱ κνῆμαι αἱ ἀπὸ τῆς χοινικίδος ἐμπήγνυνται. Schol. A. B. Leid. Scriptum erat per digamma: Grammatici tamen ἀπὸ τοῦ ἰέναι ducunt. Apollon. h. v. ἡ τοῦ τροχοῦ ἀψίς. vbi v. plura, et Sch. Etym. Heſych.

ἄφθιτος de rebus ſolidis omnino dici, notum nunc eſt vel ex Pindaro, qui ἄντρον ἄφθιτον dixit Iſthm. VIII, 89. De auro dixere alii ap. Toup. ad Suid. To. I, p. 421. et ipſe Pindarus de aureo vellere P. IV, 410. Aegidem ἀγήραον ἀθανάτην dixerat Homerus ſup. B, 447.

725. ἐπίσσωτρα. Sch. A. ἔν τισι γρ. ὀπίσσωτρα. At ſunt, pergit, οἱ σιδηροῖ κύκλοι, οἱ ἄνωθεν περιβαλλόμενοι τοῖς τροχοῖς, καὶ ἐφαπτόμενοι τῆς γῆς, οἱ καλούμενοι καθοί. Similia Ven. B. Sch. br. Leid. Etymol. Heſych. Et primo loco Apollon. Lex. h. v. qui et etymon docet: ἐπισσώτρων (Λ, 537) τῶν τοῦ ἅρματος τροχῶν κύκλων σιδηρῶν, οἷον τῶν ἐπὶ τὴν γῆν σουμένων. (παρὰ τὸ σόω, et σοόω, σοῶ, ὁρμῶ.) Eſt autem σῶτρον, quae ἴτυς dicta. vnde ἐΰσσωτρος ἀπήνη in nonnullis lecta inf. Ω, 578. adeoque ἐπίσωτρον, quod ſuper ea eſt. (Nec tamen h. l. cum vno σ niſi cod. Lipſ.) v. Pollux I, 144. vbi de currus partibus.

726. πλῆμναι — quae vulgo αἱ χοινικίδες ἤτοι σύριγγες. vide modo laudatos in locis ad h. voc. inprimis Euſtath. Sch. B. et Leid. add. Sch. Apollon. I, 757. Sunt χνόαι apud Aeſchyl. et Sophoclem, quod iam viris doctis notatum eſt.

728. ἄντυγες videntur a grammaticis, etiam ab Apollon. Lex. h. v. accipi tanquam duo orbiculi ſummis lateribus caueae rotis appoſitae: at hi non περίδρομοι ſunt; nec alia loca conueniunt. Verum ſunt ipſa latera, quibus teguntur et includuntur ſtantes in curru. cf. ſup. ad 262. Ex pluribus in Sch. br. verum hoc eſſe puto: αἱ ἐπιφέρειαι τοῦ ἁρματίου δίφρου.

729. τοῦ δ' ἐξ ἀργύρεος ῥυμὸς πέλεν Sch. A. notat lectum quoque eſſe πέλει. quod videtur eſſe verum; ſaltem requiritur; emendat quoque ſic Bentl.

αὐτὰρ ἐπ' ἄκρῳ δῆσε — ζυγόν. — quod ἐπ' ἄκρῳ eſt ἐν πρώτῳ. Sch. A.

730. ἐν δὲ λέπαδνα καλ' ἔβαλε. nusquam Ionicum notatur καλὰ βάλε. Debuere λέπαδνα vox eſſe inſolentior; agunt enim de ea grammatici, primo loco Apollon. Lex. diſerte: ἱμάντες στηθιαῖοι, πλατεῖς, οἱ περὶ τοὺς τραχήλους (ſc. τῶν ἵππων) ἐπιτιθέμενοι, καὶ πρὸς τὸν ζυγὸν ἀναδεσμούμενοι. ἃ νῦν λέγεται λέπαινα διὰ τοῦ ι. καὶ παρ' ἄλλοις τῶν ποιητῶν (ſc. λέγεται vt pr. Aeſchylum.)

731. ὑπὸ δὲ ζυγὸν ἤγαγεν Ἥρη ἵππους. Vrat. b. in marg. „γρ. ἤρᾱεν" proprium tamen hac in re ὑπάγειν.

733—737. iterum leguntur Θ, 384—388.

734. 5. 6. ※ quod h. l. recte ſe habent verſus; minus bene ἐν τῇ κόλῳ μάχῃ h. e. Θ, 385. 6. 7. Obſervat quoque hoc σημεῖον χιαστὸν Euſtath. Contra Zenodotus tollebat verſus h. l. et eos relinquebat altero in Il. Θ.

734. πέπλον μὲν κατέχευεν ἑανὸν πατρὸς ἐπ' οὔδει. Vocem κατέχευεν paſſim illuſtrant grammatici. Apud Heſychium huc ſpectat gloſſa, κατέβαλε.

ἑανὸν duabus obſeruationibus locum facit, de quibus iam monitum eſt ſup. ad Γ, 385. primo, quod media

producitur, quae alibi est breuis; hactenus tamen posset occurri geminata littera, ἐαννόν. secundo, quod duo diuersa sunt vocabula, τὸ ἐανὸν, et ὁ καὶ ἡ ἑανὸς, tenuis, subtilis: illud ductum ab ἔω, ἔννυμι, quod fuit ϝεω, adeoque scribi debuit ϝεανον, vt Ξ, 178 ἀμφὶ δ' ἄρ' ἀμβρόσιον ϝεανον ϝεσαθ'. et Φ, 507 ἀμφὶ δ' ἄρ ἀμβρόσιος ϝεανος τρέμε. idque iam vidimus Γ, 385. et 419. Contra ὁ καὶ ἡ ἑανὸς ab alia origine ductum esse debuit, forte ab ἕω, duco, diduco, attenuo, et hoc media longa: sic Σ, 352 ἐν λεχέεσσι δὲ θέντες, ἑανῷ λιτὶ κάλυψαν. Idem versus Ψ, 254. At Σ, 612 τεῦξε δέ οἱ κνημῖδας ἑανοῦ κασσιτέροιο *ductili* stanno. Veteres tamen confuderunt vtramque vocem. Apollon. Lex. ἑανὸς, ἔνδυμα γυναικεῖον — παρὰ τὸ ἔννυσθαι. σημαίνει δὲ ποτὲ καὶ τὸ εὐδιάχυτον, ὅταν λέγῃ· ἑανοῦ κασσιτεροῖο, ἀπὸ τοῦ κατὰ τὴν χωνείαν ἀνίεσθαι. Ὅταν δὲ λέγῃ· ἑανῷ λιτὶ κάλυψεν, ἐπιβολαίῳ λιτῷ σημαίνει· (hoc male.) ποτὲ τῷ λεπτῷ ὑφάσματι. hoc melius, vt et Thrax ap. Etymol. per λεπτὸν interpretatur. In Sch. ad h. l. ἰσχυρὸν καὶ τρυφερόν. leg. ἰσχνόν. Laudat versum Pollux VII, s. 52. ὁ δὲ ἑανὸς ἄντικρύς ἐστι (manifeste) περίβλημα. δοκεῖ δ' ὁ αὐτὸς εἶναι τῷ πέπλῳ. πέπλου μὲν κατέχευεν. ἔνιοι δέ φασι, τὰ μὲν ἄνευ ποικιλμάτων ἐσθήματα ἑανοὺς καλεῖσθαι, τὰ δὲ σὺν ποικίλμασι πέπλους. Vnde est ap. Hesych. ἑανός. πᾶν λαμπρὸν ἱμάτιον.

736. 7. ἡ δὲ χιτῶν' ἐνδῦσα Διὸς νεφεληγερέταο τεύχεσιν ἐς πόλεμον θωρήσσετο δακρυόεντος. ξ. quia ἡ δὲ divisim scribitur, non ἠδέ, cf. ad O, 127. Potest autem duplici modo interpungi, vel vt χιτῶνα Διὸς, vel vt Διὸς τεύχεσιν iungas; alterum hoc amplexus est Aristarchus. Scilicet quaeri potest, voluerintne poeta χιτῶνα Mineruae esse an Iouis. Prius vix locum habet; nam χιτῶνα iam erat induta, peplum tantum deposuit, vnde ergo esset χιτῶν' ἐνδῦσα! Si tamen Διὸς χιτῶνα est, primo quaeras, cur hunc induerit Minerua, deposita sua tunica. Scilicet dicendum, χιτῶνα muliebrem non fuisse idoneum superiniiciendo thoraci, adeoque cum Iouis thorace sua

mendum quoque fuisse χιτῶνα. Interpungere tamen vel sic praestat, χιτῶν' ἐνδῦσα, Διὸς ν. τεύχεσιν, vt primo sigillatim tunicam, tum τεύχεα seu generatim, τὰ ὅπλα, seu thoracem proprie, memoret, vt mox subiicit sigillatim αἰγίδα et κυνῆν. Si enim contrario modo χιτῶν' ἐνδῦσα Διὸς νεφεληγερέταο, interpunxeris, nude versu sequenti τεύχεσιν positum est. Amplexus itaque sum alteram distinctionem, quae est Aristarchi. Vt χιτὼν sit thorax, in hoc contexto fieri vix potest.

737. πόλεμον δακρυόεντα primo nunc loco memorat *lacrimabile bellum*. saepe deinceps, et δακρυόεσσα μάχη. πολλῶν δακρύων αἰτία. λυπηρά. vt Sch. br. ad Λ, 600 et Hesych.

738. ἀμφὶ δ' ἄρ' ὤμοισι βάλετ' αἰγίδα θυσσανόεσσαν. Mori et Barocc. in marg. βάλετ' ἀσπίδα. De *Aegide* dictum ad B, 448. de etymo cf. ad B, 148. Est hic locus de ea vnus e praecipuis; plura teneremus, si supereſſet libellus de ea Aristophanis, quem Eustath. memorat. Esse proprie aegidem αἰγείαν δορὰν, nam αἰγὶς est pro αἰγεία, vulgaris est fabula, qua Iupiter clipei loco vsus esse fertur. Quippe anteceſſerant clipeorum ex aere et corio vsum vellera brachiis circumiecta ac praetenta corpori, quod etiam in antiquioribus nonnullis Iouis, Herculis et Minervae signis visitur. Inuenti clipei et scuta translata postea ad deos, manente antiquo nomine. Eodem prisco more pro thorace erat pellis pectori iniecta, cui succeſſit thorax ex aere; itaque aegis alio quoque modo memorata legitur pro thorace. Ceterum elaborasse videntur in aegide Iouis effingenda poetae maxime in Titanomachia et Gigantomachia; nam in hac narrata erat Amalthea monstrum terribile caprina specie, cuius etiam pelle Iupiter manum inuoluit; repetita fabula in Perseide et in Heracleis. cf. Schol. A. ad O, 187, et Sch. br. ad O, 318. Contineo enim me in his antiquis mythis infra Homerica et grammaticos Homericos.

βάλετ' αἰγίδα. Lips: βάλλ. „f. βάλλ'" ait Ernesti. Verum media vis requiritur.

ϑυσσανόεσσαν per σσ. docet id B, 448 τῆς ἑκατὸν ϑύσανοι, et al.

739. ἣν περὶ μὲν πάντῃ Φόβος ἐστεφάνωται. Sch. A. ſcribere iubet πέρι (vt περὶ ἣν ſit). Praefixum Scholio νέφος pro Φόβος, merum ſphalma; niſi memoriae lapſum argueris ex O, 153.

ἐστεφάνωται. retraxi hoc ex Flor. Ald. 1. Euſtath. et codd. Harl. probante Bentleio, Ven. Vrat. c. A. Moſc. 2. 3. vno Vindob. et Clement. Alex. Strom. II. p. 493. vbi vſſ. 739—742 excitantur. Induxerat Ald. 2. cum ſeqq. etiam ed. Rom. Eſt tamen hoc deae perpetuum, vt ea aegide vti putetur; ſic quoque ſup. 726 εἶσί. et 728 ἐντέταται de curru. Aliter res ſe habet inf. Λ, 36. de Agamemnonis clipeo, τῇ δ' ἔπι μὲν Γοργὼ βλοσυρῶπις ἐστεφάνωτο, δεινὸν δερκομένη, περὶ δὲ Δεῖμός τε Φόβος τε, vbi praeteritum tempus locum habebat. Haeneas forte cum Koeppenio in conſtituendo, quaenam rei ſpecies in animo ſit effingenda. *Terraris orae clipei praetexti*, eam circumdantis; ne igitur eo delabaris, vt ſingulas has formas, tanquam perſonas, Terrorem, Robur, Stragem, clipeo inſculptas mente circumferas, monendum eſt, poetam hoc ipſum agere, vt ad feriendum audientis animum obſcuris et nouis et mentem percellentibus ſpeciebus vtatur, vt obuerſentur phantaſmata, in quibus ad verum reuocandis non iudicium animi laboret, ſed in iis effingendis et repraeſentandis mens omnis occupata ſit. Ineſſe dicuntur clipeo ea, quae aut eius adſpectu efficiuntur aut in eo ſunt, qui eo vtitur, vt terreat, pugnando ardeat, robur exerat, fuget, fugienti inſtet; mutantur haec in rerum ſpecies, in phantaſmata ad feriendum ſenſum idonea.

740. ἐν δὲ κρυόεσσα Ἰωκή. De ἰωκή omnes monent, etiam Apollon. Lex. h. v. ἰωκή, ἡ δίωξις. Dictum de voce iam ſup. ad vſ. 521.

κρυόεσσα, ἡ Φρικτὴ καὶ Φοβερὰ βοή ap. Heſych. et ap. Apollon. κρυόεσσα, Φρικτή. κρύος γὰρ τὰ ῥίγος. ἐν δὲ ἐκρυέσσα ſollenni errore in Sch. br. adiicitur tamen in-

terpretatio *Φρικτή*. Apud Clem. Alex. l. c. *κρυόεσσα* legitur.

ἐν δ' — ἐν δ'. laudat Erneſti Callim. in Cer. 28. cf. Euſtath.

741. *ἐν δέ τε Γοργείη κεφαλὴ δεινοῖο πελώρου* pro *κεφαλὴ Γοργόνος* eſt *Γοργείη*, et haec pro *Γοργὼ* ſimpliciter, de ſchemate monitum ad B, 54. cf. Euſtath.

Eſt in Sch. B. *ζήτησις* ſuper *Gorgonis capite* transſcripta e Porphyrio, vt diſco ex Excerptis Leid. vere ne illud Mineruae clipeo inſertum fuerit; multo magis, cum Od. Λ, 633 illud in locis inferis ſeruari memoretur; pergit: *ἄδηλον δὲ, εἰ εἴδωλα ταῦτά ἐστιν ἢ διαθέσεις* (animi affectiones) *ὡς τὸ· ἔνθ' ἔνι μὲν Φιλότης*. (Il. Ξ, 216.) Repetit eadem Euſtath. Occurrerat huic dubitationi iam Ariſtoteles: *ὅτι μήποτε ἐν τῇ ἀσπίδι οὐκ αὐτὴν εἶχε τὴν κεφαλὴν τῆς Γοργόνος, ὥσπερ οὐδὲ τὴν Ἔριν, οὐδὲ τὴν κρυόεσσαν Ἰωκήν. ἀλλὰ τὸ ἐκ τῆς Γοργόνος γιγνόμενον τοῖς ἐνορῶσι πάθος καταπληκτικόν*. Recte quidem; ex parte tamen. Antiquiſſimum fuit ſignum ſeu ſymbolum terroris caput horrificum, ſpecie, ore, capillis, horrendum; fere qualis Pallor et Pauor in gentis Hoſtiliae denario: Mythum affinxerant poetae, qui Perſeidem condiderant; repetitus ille in Heracleis, in loco de deſcenſu Herculis ad inferos: (v. Apollod. II, 5, 12. et Not. p. 433. Od. Λ, 633.) porro in Gigantomachiis, vt apparet ex Eurip. Ione 987 ſq. vbi Gorgonem Minerua ea in pugna occidiſſe narratur. Eam inde alii poetae pro ſuo quisque ingenio ornarunt; inde etiam ſculptores, modo ad terrorem, vt etiam in numis Siciliae, Italiae et al. lingua exſerta; modo ad inſignem pulcritudinem.

743. *κρατὶ δ' ἐπ' ἀμφίφαλον κυνέην θέτο τετραφάληρον*. Attigi haec, quantum neceſſe erat, Obſſ. ad Γ, 371. p. 528. Nunc audiendi ſunt grammatici veteres ad h. l.

Sch. A. *φάλον* et *φάληρον* ita declarat, vt *φάλοι* ipſi ſint *οἱ κατὰ τὸ μέτωπον τῆς περικεφαλαίας ἀσπιδίσκοι*; quali forma hos clipeolos eſſe putarit, non addit; co-

gnoscere tamen licet ex altero eius Scholio ad K, 258 creditum esse, φάλον esse prominentem galeae oram seu marginem: κεῖται κατὰ τὸ μέτωπον ὑπερέχων τῶν ὀφθαλμῶν, ἀποσκιάζων τὴν αὐγὴν τοῦ ἡλίου, et fuisse tales galeas Corybantum et Palladiorum. Eadem ex Apione et Herodoro adscripsit Eustathius p. 803 extr. Auctorem rei fuisse Apionem, intelligas etiam ex Apollon. in Φάλος, eumque sequuntur Hesych. in ἀμφίφαλος, Etymologus tribus locis, in ἀμφίφαλος, ἄφαλος et φάλος, etiam Eustathius. Fatendum tamen, rei declarandae parum idoneam vocem esse ἀστιδίσκου aut ὁμφαλοῦ. Alii memorant προμετωπίδιον. Alii scutella, ἀστραγαλίσκους, in ipsa galeae fronte posita intellexisse videntur; h. e. clauos scutellis in vertice instructos, galeae extremae orae in fronte infixos. Videtur scilicet galeam in ima ora ambiisse lamina clauis affixa, quos et umbilicos vocant, quadrata tamen forma, vt scutella galeae infixa viderentur; quam quidem ornatus speciem in monimentis antiquis occurrere memini; λευκοὶ ἧλοι sunt apud Hesych. in φάλος.

Iam φάλαρα Sch. A. ita exponit, vt sint οἱ ἐν ταῖς παραγναθίσι κρίκοι, annuli seu hamuli, in bucculis, h. e. in partibus galeae maxillas ambientibus, per quos hae bucculae iunctae firmantur, vt galea capiti se applicet. Vereor tamen vt haec sint Homerico saeculo seriora. In Homero est ὀχεύς, quo galea sub mento alligatur, vt sup. Γ, 371. 2.

φάλον et φάληρον pro eodem habent Apollon. et Etymol. cum Hesych. in τετραφάληρον. Sch. br. Eustath. Suidas et Lexica. Ita saltem dicendum esset, φάλον totam anteriorem galeae super fronte partem notasse, in fronte autem ornari solitam clauis seu scutulis, quae et φάλοι et φάλαρα seu φάληρα fuere dicta.

Manifestum fit ex his, grammaticos nec ipso rerum adspectu cognita nec ab antiquioribus tradita memorasse, verum ea quae ipsi erant hariolati, maleque eos confudisse φάλους et φάλαρα. Locis, in quibus φάλος memoratur, comparatis, aliter statuere non possum, quam quod

iam ſup. ad Γ, 371. p. 528. appoſui, *φάλον* fuiſſe canalem coni, cui infixa erat criſta, *λόφος*. Eo ducunt loca, N, 614. 5. vbi haſta deſuper iniecta *κόρυθός φάλον ἦλασεν ἄκρον ὑπὸ λόφον αὐτόν*. Et de conſertis ordinibus pugnantium attingunt ſe galeae criſtatae nutantium per *φάλους* h. *λόφους*. N, 132. 3. Π, 216. 7. anteceſſerat iam *κόρυς κόρυν*. et K, 257 Diomedi datur *κυνέη ἄφαλος καὶ ἄλοφος*. Et *τετράφαλος*, *quatuor criſtas habens*. Nam quomodo in galea quatuor prominentiae eſſe poſſent? Itaque galea *τετράφαλος* eſt, quae quaternos habet conos, adeoque et criſtas Il. X, 315, vnde *καλαὶ περισσείοντο ἔθειραι* Apollon. II, 921 *ἀμφὶ δὲ καλὴ τετράφαλος φοίνικι λόφῳ ἐπελάμπετο πήληξ*. Ita et *ἀμφίφαλος* galea, criſta quaquauerſus prominente. Eſſe porro *φάλον* et *φάληρα* diuerſa, patet ex noſtro loco, *ἀμφίφαλον κυνέην τετραφάληρον*. Scilicet *φάληρα* ſunt ornamenta galeae ſupra oris frontem, adeoque galea *τετραφάληρος* eſt quae quatuor clauos habet eam ornantes. Iterum occurrit Λ, 41 et ap. Apollon. III, 1227. Galea ictus excipit *καπφάλαρ' εὐποίητα* Il. Π, 106. Ne me temere ita ſtatuere putes, poſſum quoque grammaticos laudare; ſic ad N, 132 inſertum eſt Scholion in Scholiis A. *φάλοι, συρίγγια ἐπὶ τῶν μετώπων, ἐς ἃ καθίενται οἱ λόφοι* — Explicatur quoque inter alia *φάλος* per *λόφον* in Lexico Sangermanenſi apud Villoiſ. ad Apollon. p. 183. quod idem eſſe videtur cum Lexico Rhetorico apud Euſtath. et Etymologum, quem vide in *φάλος*.

Duplici quoque accentu ſcribitur *φάλος* et *φαλός*. Si tamen *φαλὸς* eſt *λαμπρὸς*, debet conus criſtae ſcribi *φάλος*, ex canone grammatico in ſimilibus.

Iterum vſ. Λ, 41. repetitur vſ. 743.

744. *κυνέην — ἑκατὸν πόλεων πρυλέεσσ' ἀραρυῖαν*. *ξ— ὅτι οἱ πρυλέες, ὅπλα ἔχοντες*. Sch. A. et iterantur ea inf. ad Λ, 49. M, 77. ſic quoque ceteri grammatici Euſtath. Etymol. Heſych. et prior illis Apollon. Lex. *πρυλέες. πεζοί, οἷον πεπρυλέες, οἱ πορείᾳ χρώμενοι*. mira etymo-

logia. At de ſententia verſus tacent, niſi quod Sch. B. galeam centum vrbium incolas inſculptos habuiſſe comminiſcitur. Diſertior eſt Euſtath. qui duplicem ſenſum verborum agnoſcit, alium proprium, alium allegoricum. Idem quoque nonnullos memorat ἑκατὸν πόλεις ad Cretam reuocaſſe, vt eſſet galea ornata ſignis bellatorum Cretenſium, et quidem Corybantum: τὰ τῶν Κορυβάντων ἔργα ἔχουσαν ἐντετυπωμένα. Id vero acumen grammaticum! Erneſti: „quid ſi putemus, inquit, Homerum non tam magnitudinem, quam firmitatem laudare voluiſſe, et verba ſic eſſe intelligenda: *aduerſus centum vrbium exercitus ſuffecturam*, nedum aduerſus Troianos, nulla vi humana laedendam aut comminuendam.“ Etſi nec ſic ſublatum eſt et τὸ ἐμβρόντητον, etſi τὸ μειρακιῶδες forte eſt imminutum: vix tamen ἀραρυῖαν hoc ſenſu accipi poſſe arbitror. Senſus grammaticus vix alius eſſe poteſt, quam, *galeam tantae eſſe magnitudinis, vt pugnatorum ex C. vrbibus capita tegere poſſit*. Ita alibi dicit, κόρυθα κροτάφοις ἀραρυῖαν, quod ſane, primo adſpectu, omni monſtro monſtroſius videri poteſt.

Enimuero non ex vno hoc loco, verum *ex toto phantaſmatum* Homericorum *genere et ordine* hoc eſt diiudicandum. Sunt vt heroum, ita deorum ſpecies ingentes, vaſtae, ſupra omnem humanum morem modumque, quemadmodum robore omne mortale et heroum genus ſuperant. Porro poeta haec *non oculorum ſenſui* delineat, ſed animi ſenſui ſolam magnitudinis et vaſtitatis ſpeciem cogitantis. Auocandus itaque eſt animus ab oculorum ſenſu, in galea vna tot capita tegente, ad ſolum ſenſum magnitudinis deae, ad augendam terroris notionem quem eius adſpectus inferre debuit, cum galeata eſſet. Conuenit autem hoc cum aliis, quae non minus iudicio *noſtro* parum probanda erunt; vt ſi inf. 785. 6. Iuno vociferatur voce Stentorea, vt quinquaginta viros clamare putares, et 860 Mars vociferatur vocibus decies mille hominum; ſi ille proſtratus per nouem plethra extenditur Φ, 407. quanta corporis ſpecies? ſi Neptunus

trinis greſſibus a Samothrace Aegas peruenit N, 20. ſi inſ. E, 770 de Iunonis equis ſimilia narrantur! ſi Ioue caput mouente totus Olympus contremiſcit! Vides haec omnia non niſi vnam notionem habere magnitudinis, in qua mens eſt continenda. Credere licet, homines priſcos hac rerum ſpecie multo minus eſſe offenſos, quoniam deorum ſpeciem omnino magnam et vaſtam animo fingebant, vnde et ipſa ars rudior deos *coloſſorum*, quos appellamus, magnitudine expreſſit. Multo autem magis ea ſpecies animo inſedit, quando ad terrorem id vim habere voluerunt. Itaque et hoc phantaſmate vſi ſunt poetae, vt deorum ſpecies maiores maioresque fieri et ita creſcere fingerent, vt caelum capite attingerent, quoties irati terrere mortales vellent, vt Eridis exemplum docet; quo Maro in Fama ad ſimile figmentum vſus eſt. Amplectamur itaque quod ſimpliciſſimum erat, *galeam eſſe tantam, vt vel centum vrbium turmas capere illa poſſit;* ita cogitationi cuiusque et phantaſiae permiſit poeta fingere, quantam vellet aut poſſet. Verum ſenſum habuit ſubtilis iudex Leſſing. in Laocoonte p. 135 c).

Ceterum in hoc verſu mirum, πόλεων repente nunc prodire, cum poeta vbique frequentet πολίων. Cum tamen etiam πόλεως et cognatum ei πέλης occurrat: nil mutare auſim. Etiam B, 131 πόλεων erat in cod. Lipſ. Gregor. Corinth. p. 186 hanc formam inter Ionica refert; recte forte; verum, ſi hoc eſt, cur poeta Ionicus dictus hac forma vno tantum loco vſus eſt? Haud dubie haec in iis ſunt, quae librariis debentur aut grammaticis nimis ſapientibus.

745. ὡς ὃ ὄχεα Φλόγεα ποσὶ βήσετο. Edebatur βήσετο. Barnes: „γρ. βήσετο.“ Addit Clarko: „vide ad vſ. 109. B, 35.“ Atqui βήσετο eſt lectio omnium editionum, quam Barnes temere mutauit; eſt ea quoque lectio codd. Lipſ. Ven. Vrat. trinorum, Moſc. 1. 3. trinorum Vindob. nec in aliis variari vidi; et ſequitur h. l. λάζετο. ἐπεμαίετο. De vocis forma v. Obſſ. ad B, 35.

Γ, 262. Ceterum versus 745—752 repetuntur inf. Θ, 389—396.

746. ※ 747. ※ quia vss. hi translati sunt in Od. A, 100. 101.

746. ἔγχος, τῷ δάμνησι στίχας ἀνδρῶν. „Sic Sidonius (Dionysius). At Aristarchus δάμνῃσι" Sch. A. Scilicet illud est a δάμνημι, hoc a δάμνω, subiunct. δάμνῃ. et Etymol. h. v. et habent hoc Ven. Sch. A. B. Praestat tamen δάμνησιν, tanquam forma antiqua, et agnoscunt id Sch. Ebr.

747. ὀβριμοπάτρη. „γρ. ὀμβριμοπάτρη" Barnes. Scilicet quia ὄμβριμος pro ὄβριμος occurrit, v. ad Γ, 357. Apollon. Lex. ὀβριμοπάτρη. ἡ ἰσχυρὸν πατέρα ἔχουσα. Sicque emendat Bentl. Hesych. in ὀβριμοπατήρ.

748. Ἥρη δὲ μάστιγι θοῶς ἐπεμαίετ' ἄρ' ἵππους. Apollon. Lex. h. v. reddit ἐφήπτετο. addit Hesych. ἔψαυσεν, recte haec; vt et μάσασθαι est ἅψασθαι. Eustath. Alia apud eos spectant ad alia loca. Scilicet μαίεσθαι dicitur de motu et impetu seu corporis seu animi, qui fertur ad aliquid, ἐπί τι, incumbere, imminere, appetere, adeoque (σὺν) μάστιγι, flagris equos, ἐπιμαίεσθαι ἵππους; P, 430 πολλὰ μὲν ἄρ μάστιγι θοῇ ἐπεμαίετο δεινῶν. Bene comparabat Koeppen pedestre, καθιμᾶσθαι τινὰς ῥάβδῳ. Apud Eurip. Hippol. 1194 ἐπῆγε κέντρον ἵπποις. In Eustathio ἄρ' non legi obseruat Clarke et non peiorem hanc esse, lectionem pronuntiat. Sic tamen inferret hiatum ἐπεμαίετο ἵππους. θοὰς ἵππους coni. Bentl. sane et hoc eleganter; coniiciat alius θοῇ μάστιγι. sed quorsum? nam et θοῶς bene se habet; sic sup. 722. et iterum Θ, 392.

749. αὐτόμαται δὲ πύλαι μύκον Οὐρανοῦ. ξ— quod πύλαι οὐρανοῦ τὰ νέφη" scilicet ex vs. 751 translatum in glossaria; vt ap. Suidam. — δὲ omittit male Ald. x. et grex sequax edd. — αὐτόματος laudat Barnes ex ed. Herv. 3. (est ea edit. 1551.) At est ibi praefixum Scholiis, nec vero in hac primum, sed iam in Ald. et seqq. etiam in Eustath. Vrat. a. b. ignoratione prosodiae. μύκον priore breui: cum μυκᾶσθαι primam habeat productam,

vt Od. K, 413. Scilicet duplex fuit forma vocis *μύκω*, altera breui, altera longa priore; vt in ceteris, quae vulgo, Clarkio quoque auctore, ad fut. ſec. et aoriſt. ſec. referuntur, ſi corripiuntur, cogitandum eſt, fuiſſe verbum duplex. A *μύκω* priore producta eſt *μυκάω*. *μυκάομαι* Ap. Suidam *μυκήσαντος, ἠχήσαντος*. adſcripto hoc verſu, vna cum vſſ. 11. 12. ex Epigr. Dioſcoridis in Analect. T. I. p. 495. XI.

ἃς ἔχον Ὧραι, ſuaui mytho, quatenus per eas anni tempeſtates declarantur; tum etiam diei, et ipſius aetatis partes, inprimis iuuentus declarantur. Disputantem de iis vide Koeppen et auctorem libelli de Horis et Gratiis (1787).

750. *μέγας Οὐρανὸς Οὔλυμπός τε*. De discrimine duarum vocum cf. Excurſ. VIII, ad Il. A. Apparet ex toto loco, phantaſma poetae animo inſidere hoc: Olympo montis vertici incumbere nubes, *οὐρανόν*, ex his, adeoque ex caelo, deſcendi in montem Olympum; nam vbi deae fores caeli egreſſae ſunt, nubibus clauſas, vident Iouem ſedentem in montis vertice. Ergo h. l. deorum ſedes, *συνοικία*, cum Iouis aula et aedibus in nubibus, *ἐν τῷ Οὐρανῷ*, eſt conſtituenda.

761. *ἠμὲν ἀνακλῖναι πυκινὸν νέφος ἠδ' ἐπιθεῖναι* pro *ἐπικλῖναι*. Sunt haec vocabula propria de foribus; ex forma eorum propria, vt Lat. obdere fores. *ἀνακλῖναι ἀνοῖξαι* Suidas et in *παρακλίνασαι* ex Ariſtophane idem. Duxit hinc Callimach. in Apoll. 6 *αὐταὶ νῦν κατοχῆες ἀνακλίνεσθε πυλάων, αὐταὶ δὲ κληῖδες*, peſſuli, notante Schol. ad e. l. cf. ibi Notam Erneſti de *αὐταί*, quod hic vſ. 749 eſt *αὐτόμαται*.

752. *τῇ ῥα δι' αὐτάων κεντρηνεκέας ἔχον ἵππους*. vox *κεντρηνεκής* iam Alexandrinis grammaticis erat ignota: quam ex etymo *ἐνέγκω, ἠνεκής*, interpretantur modo non vno. Apollon. Lex. *τοὺς διηνεκῶς κεντριζομένους*. non apparet, qua analogia. Plura ſunt ap. Heſych. Etymol. Quemadmodum *ποδηνεκὴς* palla, *δηνεκὴς ῥίζα*, hoc eſt *ἐκτεταμένη*, in longum protecta, et *τὸ δουρηνεκὲς* ſpa-

tum est, quo hasta pertingit: sic κεντρηνεκὴς debet esse equus, qui flagro pertingi potest, et pertingitur; adeoque simpliciter μάστιγι πληττόμενος. At volunt illi esse τοῖς κέντροις εἴκοντας καὶ πειθομένους, sane ad sensum etiam bene; sed analogia renuente.

754. ἀκροτάτῃ κορυφῇ — ξ — „quod Olympus nunc mons est, et quod ἀκροτάτη pro ἄκρα." Sch. A. Quam ieiuna nota! quam multa tamen audire volebamus! Versus iam lectus erat A, 499.

756. Ζῆν' ὕπατον Κρονίδην ἐξείρετο. Edd. ἐξήρετο. revocaui et h. l. vt iam factum A, 513. vbi v. Obss. ἐξείρετο ex vsu perpetuo in locis ceteris, et ex consensu codd. Cant. Barocc. Harlei. Adde Eustath. Vrat. A. Mosc. 1. Vindob. et Ven. Debuit quoque sic lectum esse a grammatico in glossa Hesych. maluèratque id reponere Ernesti in Addendis. cf. Υ, 15.

καὶ προσέειπε. Mosc. 2. et Vindob. μετέειπε. quod alienum in alloquendo vno.

757. Ζεῦ πάτερ, οὐ νεμεσίζῃ Ἄρεϊ τάδε καρτερὰ ἔργα. Pro Ἄρεϊ Ven. A. Ἄρῃ. Sch. A. Ἄρης. Harlei. Ἄρει et Ἄρῃ. alterum hoc Ἄρῃ est quoque in Vrat. 1. Mosc. 1. 2. Cum tamen Homerus frequentet Ἄρεος, non est quod hic sit monendum.

Ἄρεϊ τάδε καρτερὰ ἔργα est Aristarchea lectio. Alii τάδε ἔργ' ἀΐδηλα legerunt, quod est quoque in Cant. et Harlei. agnoscitur quoque ab Apollon. Lex. in ἀΐδηλον, vbi laudat: ὦ πάτερ, οὐ νεμεσίζει ὁρῶν τάδε ἔργ' ἀΐδηλα cum vs. sequ. nec diffiteor, mallem me hoc amplecti, et videri vulgatum petitum inf. ex vs. 872 et est ipse Mars ἀΐδηλος paullo post vs. 880. Verum alienus sum ab his mutationibus, de quibus in vtramque partem potest disputari. Nam etiam καρτερὰ ἔργα bene sunt dicta pro audacibus, temerariis, factis. Eustathius p. 616. reddit τὰ βίαια, βιαστικά. Sic λόγος κρατερὸς est ἀπειλητικὸς καὶ βίαν δηλῶν. Et eodem modo Mars est ὀβριμόεργος, ergo et καρτερὰ ἔργα ei recte tribuuntur.

759. *οἱ δὲ ἕκηλοι τέρπονται.* Notant grammatici adſpirandam eſſe vocem *ἕκηλος*. Scilicet quia etiam eſt *εὔκηλος*, ſup. A, 554. Diſſident tamen in etymologia: Sch. A. B. Euſtath. ad A, 554. Verum vox ducta eſſe debuit ab *ἑκάς*. nam fuit *ϝεκας*, vnde *ϝεκηλοι. οἱ δὲ ϝεκηλοι.* cf. ad Θ, 512. *μὰψ, ἀτὰρ οὐ κατὰ κόσμον.* vt B, 214 *ἀκόσμως*, non, indecore, ſed, *indignis modis.*

761. *ἄφρονα τοῦτον ἀνέντες. ἀναπείσαντες.* Sch. br. *ἐρεθίσαντες, παροξύναντες* addit Euſtath. Inf. 880 eſt *ἀλλ' ἀνίεις.* Sumtum eſt a canibus, quos *ἀνιέναι* dicuntur paſtores vel venatores. Recte inter plura aliena Apollon. Lex. p. 125. *τῆς μεταφορᾶς οὔσης ἀπὸ τῆς ἀνιεμένης τῶν κυνῶν κατὰ τὰς θήρας (τοὺς θῆρας) ἀφέσεως.*

762. *αἴ κεν Ἄρηα λυγρῶς πεπληγυῖα μάχης ἐξ ἀποδίωμαι. ξ— ὅτι ἀντὶ τοῦ, πλήσσουσα, τῷ παθητικῷ.* Sch. A. Melius Sch. br. *πλήξασα.*

μάχης ἐξ ἀποδίωμαι ex ed. Baſil. Euſtathii laudat Barnes. ſic etiam ed. Rom. Et grauior auctoritas Apollonii cum Heſych. habent enim *ἀποδίωμαι. ἀποδιώξω.* Adde Ven. Saepe iam vidimus grammaticorum *κακοζηλίαν* in coagmentandis vocibus.

764. *τὴν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη νεφεληγερέτα. ξ—* quod nonnulli ſcribunt: *τὴν δ' εὖτε προσέειπε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.* emend. *αὖτε.* In Cant. Vrat. b. Moſc. 1. et vno Vindob. eſt *τὴν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.*

765. *ἄγρει μάν οἱ ἔπορσον Ἀθηναίην ἀγελείην.* Heſychium in *ἄγρει μάν* ex h. l. emendat Bentl. emendo quoque Apollonium Lex. *ἄγρει. τοῦτο παρακελευστικῶς λέγει, ἄγε. ἄγρει νῦν μοι Ἀ. ἀ.*

Ἀθηναίην ἀγελείην. „γρ. *ἀγελαίην*" Barnes. vide ad Δ, 128.

768. 9. repetuntur aliquoties hi duo verſus, vt Θ, 45. 46. pro *μάστιξεν* Lipſ. *μάστιζεν.*

768. *τὼ δ' οὐκ ἀέκοντε πετέσθην.* reſcripti *ἀέκοντε.* Vulgo *ἄκοντε*, quod Homerus ignorat: v. ad Δ, 43. E, 164. Ven. *ἄκοντ' ἐπετέσθην.* Vrat. a. *ἀέκοντε* quod verum

est. πετέσθην τῶ ἵππω VI 366. nec poeta addit, quale hoc πέτεσθαι sit, nam de omni motu celeri dicitur; nec addit, qua ope, quo auxilio; relictum hoc audientium phantasiae: adiecta sunt duo, τὸ πέτοντο, et ἐπιθρώσκουσιν ἵπποι. Sunt enim duo haec genera motus, quibus per aerem ferri posse aliquem mens humana suspicatur; nam de soleis seu hominum seu equorum nemo mortalium cogitat, quoties de incessu per aerem agitur, adeoque nec Homerus.

770. ὅσσον δ' ἠεροειδὲς ἀνὴρ ἴδεν — Sch. A. τὸ ἠεροειδὲς, τὸ τοῦ ἀέρος εἶδος, saltem melius quam Sch. B. ac potius Porphyrius, cuius nomine hoc Scholion profert Sch. Leid. Is vsum τοῦ ἀὴρ pro caligine huc vocat: ἀέρα λέγει τὸ ὁμιχλῶδες καὶ ἀόρατον. Plura sunt in Etymol. et Hesych. h. v. Ernesti comparare iubet Cleomedis Theor. Cycl. lib. II. p. 171. Simpliciter h. l. est aeris prospectus, aer. Versus 770. 1. 2. recitat Longinus s. 9, 5. pro exemplo, quomodo Homerus μεγεθύνει τὰ δαιμόνια.

771. λεύσσων. de voce et scriptura v. ad A, 120.

772. θεῶν ὑψηχέες ἵπποι. Fuit olim quoque lectum ὑψαύχενες; nam sic codd. nonnulli Longini recitant l. c. Suidas ὑψηχὴς, ὁ ὑψαύχην· καὶ ὑψηχέες ἵπποι. meminere quoque lectionis Sch. B. et Sch. br. ὑψαυχέες Mosc. 1. At ὑψηχὴς exquisitius ab ἠχὴ, hinnitu alte in aerem sublato, seu capite ad caelum elato, seu pulsato vngulis solo. Memorant modo hoc, modo illud, Etymol. et Hesych. Occurrit iterum Ψ, 27. vbi Sch. B. ὑψοῦ ἠχοῦντας reddit.

774. ἦχι ῥοὰς Σιμόεις συμβάλλετον ἠδὲ Σκάμανδρος. ℰc propter τὸ σχῆμα Ἀλκμανικόν. ab Alcmane, qui eius vsum frequentauit; quod passim notatur grammaticis: hoc versu fere pro exemplo laudato: v. Lesbonact. de figuris p. 179. et ibi Valk. Schol. Pindari P. IV, 318. cum dualis locum non haberet nisi post bina memorata Σιμόεις ἠδὲ Σκάμανδρος συμβάλλετον. Laudantur alia exempla Od. K, 513. Il. T, 138. 9. adde Eustath.

Pro Σκάμανδρος, vt vbique, variat Κάμανδρος Mori, Barocc. Harl. Vrat. A. Sic ſup. 43. 77.

776. περὶ δ' ἠέρα πουλὺν ἔχευε. Obſeruat Sch. B. πολὺν ἀέρα nunc pro vſitatiore πολλὴν ἀέρα dictum eſſe, (etiam ipſum ἀέρα πολλὴν χεῦε P, 269. etſi ibi variat) et notione τοῦ σκότους pro aere dictum occurrere vocem ἀὴρ tantum ſemel δι' ἠέρος αἰθέρ' ἵκανε Il. Ξ, 288.

Verſus hi lecti ſunt iam ſupra vſ. 368. 9.

777. τοῖσιν δ' ἀμβροσίην Σιμόεις ἀνέτειλε νέμεσθαι: Simoentem, non Scamandrum (in procreando pabulo equis dearum Troianis infeſtatum) recte memorari ait Sch. Ven. B. nam hunc Troianis ſtudere; quaſi non et alter eſſet deus indigena. Non [illegible] reſpexit poeta; ſed omnino officium ſuum deabus praeſtat amnis, et propius ad huius amnis ripam ſtabant equi.

τοῖσι δ' Lipſ. edd. vett. vnde Ern. iterum hiatum inferre tentat τοῖσι δὲ ἄμβρ.

778. αἱ δὲ βάτην τρήρωσι πελειάτιν ἴθμαθ' ὁμοῖαι. Neque hic poeta inceſſum dearum declarat per ſoleas, ſed comparat cum inceſſu columbarum. quae nec ipſae ſoleatae incedere ſolent; ſed greſſu ſuſpenſo, leui, radente ſoli ſuperficiem, nec veſtigia alte imprimente. Plura argutari velle meum non eſt. Discrepant grammatici in cauſſa comparationis. v. Sch. B. ἄτοπον τὸ τρυφερῶς βαδίζειν τὰς εἰς πόλεμον κατεσκευασμένας. — ἄλλως· καλῶς τῶν βουλομένων λαθεῖν τὰ ἴχνη περιστεραῖς ἐπάσθη· ἀφανῆ γὰρ αὐτῶν τὰ ἴχνη, ὡς Ἀριστοτέλης. — ἢ καὶ τὸ καθαρόν. (non capio) ἢ διὰ τὸ ταχύ. Conſentiunt plerique in τὴν ὁρμὴν καὶ τὴν πτῆσιν· itaque et ἴθμασιν, ὁρμῇμασιν interpretantur. Etiam Apollon. Lex. ἴθματα, βήματα: add. Etymol. Heſych. Euſtath.

τὼ δὲ βάτην — ὁμοῖαι. maſculinum τὼ pro feminino laudat Schol. Sophocl. ad Electr. 980. ad Oedip. Col. 1670. et Schol. Eurip. Alceſt. 902. (923) Sunt tamen permixta in his diuerſa ſchemata: aliud eſt, quod ad τὼ tantum ſpectat: aliud, quo omnino genus maſculinum iungitur cum feminino. In duali τὼ etiam de feminino

genere dici, nemo dubitat. Docet quoque Clarke, ſed alienis admiſtis; propter id admodum ſeuere reprehenſus a Brunckio ad Sophocl. l. c. Conf. ad Θ, 376. 455. In Homero *αἱ δὲ βάτην* conſtans eſt Codd. lectio.

τρήρωσι πελειάσι. quae de etymo disputant grammatici ad poetam parum faciunt; vtrum epitheton an genus certum columbarum ſit, non liquet. Mirum videbitur, quod ad Iridem haec transfert Ariſtoph. Au. 576. vbi deos enumerat alis inſtructos: *Ἶριν δέ χ' Ὅμηρος ἔφασκ' ἰκέλην εἶναι τρήρωνι πελείῃ.* Schol. addit: *ὅτι ψεύδεται, παίζων* etc. Alii volunt Ariſtophani verſus Hymni in Apoll. 114 ante oculos fuiſſe, vbi Iris cum Ilithyia incedit: ſed verſus ille vix eſt genuinus; et ſequitur poſt *βὰν, ἔβαινε.*

782. *εἱλόμενοι.* nunc ſunt, conglobati. *κατὰ τὴν μάχην συνειλιγμένοι* Sch. br. Aliter ſup. vſ. 203.

783. *ἦ συσὶ κάπροισι, τῶν τε σθένος οὐκ ἀλαπαδνόν.* Idem verſus H, 227. Eſt autem ſermo antiquus pro *κάπροις σθεναροῖς.*

785. ξ— quod Stentor hoc vno loco memoratur. Ven. A. Repetunt haec ceteri. Alia de eo commenti ſunt ſeriores ap. Ven. A. et Euſt. eum, vociferatione cum Mercurio certare auſum, eſſe caeſum; fuiſſe Thracem, ſecundum alios Arcadem. addunt Ven. A. eum inueniſſe etiam *τὴν διὰ κόχλου γραφήν.* Mirum hoc! in Euſtathio eſt *βαφὴν, ἢ μᾶλλον τὴν διὰ κόχλων βοὴν ἐν ταῖς μάχαις.* At Schol. B. legerat *τὴν διὰ κόχλου μηχανὴν*, de cochlea, quae eſt in poliorceticis. Notatum praeterea a Sch. Ven. A. verſum de Stentore in Catalogo nauium inſertum fuiſſe; nec tamen additur quo loco. In Cant. Vrat. b. erat *εἰδομένη.*

Στέντορι μεγαλήτορι χαλκεοφώνῳ. Fruſtra ſumitur Stentorem fuiſſe praeconem; et argutius, quam neceſſe erat, Barneſio praeeunte, *μεγαλήτορα* ad robuſtum pectus referunt. Atqui eſt magnanimus, fortis, et viri fortes, principesque, hortantur ad pugnam voce magna. Barnes ex Euſtathio laudat *μεγαλήτορι χαλκεντέρῳ.* *κατ'*

ἐκεῖνο· χάλκεον δέ μοι ἦτορ ἐνείη B, 490 quod vnde acceperit non reperio.

Χαλκεόφωνος est voce valida adeoque magna instructus. Argutatur Eustath. dum ad aeris tinnientis sonitum refert.

786. Ὅς τόσον αὐδήσασχ', ὅσον ἄλλοι πεντήκοντα. Sch. B. cum eoque Eustath. (et Schol. ap. Bentl.) monent, in nonnullis hunc versum non extitisse διὰ τὴν ὑπερβολὴν ταύτην τὴν ψυχράν. Mirum vero iudicium, si deleuerunt grammatici, non codicum auctoritate, sed, quod ipsi non probarent. Iidem tamen mox similem probarunt Martis vociferationem 860.

787. Ἀιδὼς supplet γινέσθω Sch. B. ad O, 502. Aristarchus καὶ' ἐλεγχέες legebat Sch. A. recte fane hoc Δ, 242 Ἀργεῖοι ἴομοροι, ἐλεγχέες. at ab h. l. alienum. Sic B, 235 ὦ πέπονες, κάκ' ἐλέγχε', Ἀχαιΐδες οὐκέτ' Ἀχαιοί ἄριστοι in aliis, teste Ven. A. Sicque Lipsi.

788. 9. Laudat versus et illustrat Vita Homeri Plutarcho tributa sub f.

789. πρὸ πυλάων Δαρδανιάων. τῶν Σκαιῶν. φησὶ γάρ· ἀλλ' ὅσον ἐς Σκαιάς τε πύλας καὶ Φηγὸν ἵκοντο. Il. I, 354. Sch. B. De ceteris v. Exc. ad Z. pr. cf. *Ebne von Troja* p. 247. 248.

790. ὀχνέσιμον. ὀχνέσκον Cant. porro ὄμβριμον Barocc. varietate sollenni.

791. Νῦν δὲ ἑκὰς repossui primo auctoribus libris Cant. Harl. Townl. Mosc. 1. 2. 3. Ven. Eustath. Vrat. b. tres Vindob. alludunt δ' ἑκὰς al. c. νῦν ἑκὰς Flor. Ald. 1. et Lipsi. tum multo magis vi τοῦ Digamma; nam, emendante quoque Bentl. debuit esse νυν δε ϝεκας. cf. ad A, 14. et inf. ad N, 107. Bentl. commode meminit Hesychii: ἑκὰς πόλεως. πόρρω, μακρὰν, τῆς πόλεως. Ad rem ipsam v. Excurs. ad Z. pr. et *Ebne von Troja* p. 256. 260.

792. ὥτρυνε μένος καὶ θυμὸν ἑκάστου. Obuium est, laborare alterum θυμον ϝεκαστου. Emendat Bentl. θυμῷ τε ϝεκάστου, vt iam supra vs. 470. — Ad θυμὸν longum est Schol. Ven. B. excerptum, iam nullo consilio eius flo-

lide, ex Philopono ad Aristot. de Anima lib. I. repetitum quoque a Suida in *θυμός*.

793. *Τυδείδη τ' ἐπόρουσε θεὰ* — adscriptum a Bentl. *Τυδείδην δ' ἐπόρουσε*, nescio an ex libro. Vulgatum recte se habet. Sic sup. Δ, 472 *ἀλλήλοις ἐπόρουσαν*.

795. *ἕλκος ἀναψύχοντα τό μιν βάλε Πάνδαρος ἰῷ.* ξ — quod proprio aliquo modo dixit *βάλεν ἕλκος* pro *βαλὼν ἐποίησε*. Paria Sch. B. vt Ω, 151 *νεκρὸν, τὸν ἔκτανε δῖος Ἀχιλλεύς*. hoc est *κτανὼν ἐποίησε νεκρόν*. — *ἕλκος ἀναψύχοντα*. Fuere viri docti, quibus in animum veniret *ἀναψήχοντα detergentem*, *ἀναψῶντα*; vt est paullo post *αἷμ' ἀπομόργνυ*. et *αἷμα ἀπομάσσειν*. quod et intrusum inf. Ξ, 437. Quod per se non habet quod recuses; nisi quod vox in Homero non occurrit; etsi bona est. Nec tamen apparet, quid in altero, quod auctoritatem antiquae et iustae sedis habet, improbes: *refrigerare vulnus* sublato balteo sudor facile suadet; tum *ἀποψύχεσθαι* eadem in re videbimus Λ, 620 *οἱ δ' ἱδρῷ ἀπεψύχοντο χιτώνων, στάντε ποτὶ πνοιὴν παρὰ θῖν' ἁλός*. et X, 2 Troiani e fuga *ἱδρῷ ἀπεψύχοντο*.

796. *ἱδρὼς γάρ μιν ἔτειρεν ὑπὸ πλατέος τελαμῶνος.* ξ — *ὅτι τελαμῶσιν ἐπὶ τῶν ἀσπίδων ἐχρῶντο*. Ven. A. docta vero obseruatio! quasi alio modo clipeum gestare potuerint. Nisi ad antiquiorem vsum, ante Carum inuentum, Herodot. I, 171. respexit, quo clipei nondum per *ὄχανα*, et *πόρπακας*, regebantur, sed tantum balteis suspensi gestabantur.

797. *ἀσπίδος εὐκύκλου.* Eustathius: *εὐκύκλου· ἢ ἀμφιβρότης*. varianit adeo lectio.

τῷ τείρετο. „Aristarchea est lectio. vulgares editiones, *αἱ κοιναὶ, τῷ τρίβετο*.“ Sch. A. et Schol. ap. Bentl. cum Eustathio. Est quoque *τρίβετο* in Barocc. binis Harlei. Vrat. b. in margine Mosc. 2. in hoc cum glossa: *ὁ Ἀρίσταρχος, ἐτείρετο*, et binis Vindob.

798. *ἀλλ' ὅ γ' ἴσχων τελαμῶνα, πελαιινέος αἷμ' ἀπομόργνυ*. Sch. A. narrat quaesitum esse, sine *ἰσχῶν* scribendum, quia *ἴσχηκα* occurrit: hoc tamen nihil ad Home-

rum ſpectare, qui tantum frequentat ἴσχω, ἴσχομαι, adeoque ἴσχων. Eſt tamen in Moſc. 1. ἰσχὼν, in Moſc. 3. et Vrat. c. ἀσχὼν, et Vrat. a. ἄν τ' ἴσχων.

ἀπομάργνυ reſcriptum ex ratione grammatica: vt iam factum ſup. B, 269. Erat ὀμόργνυ E, 416. et firmat Vrat. a. b. A. Moſc. 2. Lipſ. et Ven. Vulgo ἀπεμόργνυ. Eadem corruptela aliis in locis occurrit. Apollon. II, 86 στάντε δὲ βαιὸν ἄπωθεν ἀπωμόρξαντο μετώπῳ Ἰδρῶ ἄλιῳ. Euſtath. ἀξιῶ ἀπομόργνυ. ἀπέμασσον, ἀπεπίεζε.

799. Ἱππείου δὲ θεὰ ζυγοῦ ἧψατο. Non ζυγοῦ θεὰ ἧψατο cum hiatu. Legitur quoque verſus in Schol. Pind. Pyth. II, 20.

800. ἦ ὀλίγον οἱ παῖδα ἐοικότα γείνατο Τυδεύς. ξ quod ὀλίγον ἐοικότα dictum pro οὐδὲ ὅλως ὅμοιον. Sch. A. Sic quoque Schol. br. Suidas. Schol. Thucyd. III, 40. Euſtathius, qui laudat tanquam Pindaricum μείων λόγος, pro οὐδείς. (In Pindaro eſt Pyth. IX, 46 ἴσχει τε γὰρ ὄλβος οὐ μείονα φθόνον, et alibi eſt οὐ μείων αἰτία Ol. I, 57 vbi Schol. verſum Homericum adſcripſit.) et in Sophocle Ai. 90 βαιὸν ἐντρέπεσθαι, pro οὐδ' ὅλως ἐπιστρέφεσθαι. Laudat quoque verſum pro exemplo modi loquendi Schol. Pindari Nem. X, 147. vbi παῦροι δ' ἐν πόνῳ πιστοὶ βροτῶν ſimili modo interpretatur οὐδείς. et Schol. Euripidis Or. 393 vbi ὀλιγάκις etiam ita accipitur. Excerpta ex Herodiani Philetaero ad calc. Moeridis p. 450 ὀλίγον μοι μέλει αὐτοῦ, ἀντὶ τοῦ οὐδ' ὅλως, adſcripto verſu Homerico. cf. ibi Pierſon.

Spectat quoque ad h. l. gloſſa Heſych. οἵ· παῖδα ἐοικότα, ἑαυτῷ παῖδα ὅμοιον. vt etiam redditur apud Apollon. de Syntaxi p. 147, 11. ipſe tamen negat pro ἑαυτῷ dictum eſſe. Voluit ergo οἵ pro αὐτῷ dictum eſſe, et ſic erat in eo excudendum. Nouauerat Barnes tacite in ſua editione ſcripturam οἷ, pro οἵ.

ἦ dictum eſſe pro δὴ Sch. A. monet.

Laudat locum inter reprehenſionum genera in praecept. reip. ger. p. 810 B. et de Adulat. p. 72 D. E. vbi memoriae vitio Agamemnoni verba tribuit Plutarchus.

Ceterum in alio poeta in reprehenſionem veniret, quod in binis libris ſe excipientibus bis eodem inuento reprehenſionis vtitur; Δ, 370 et h. l.

802. ἀλλ' ὅτε πέρ μιν ἐγὼ πολεμίζειν οὐκ εἴασκον. Forte numeroſior verſus eſſet πολεμιζέμεν, et eſt hoc in vno Vindob.

803. οὐδ' ἐκπαιφάσσειν. Sch. br. ἐνθουσιᾷν, eſt σὺν ὁρμῇ φέρεσθαι v. ſup. ad B, 450.

ὅτε τ' ἤλυθε Bentl. tentabat τότε τ'—vt ſit apodoſis. Minime; ſequitur illa vſ. 806, αὐτὰρ ὁ θυμὸν ἔχων.

805. δαίνυσθαί μιν ἄγωγον ἐνὶ μεγάροισιν ἑκηλον. Si quis alius, verſus hic debebat ſuſpectus haberi; intercipit enim narrationem; eſt otioſus, et a rhapſodo huc retractus ex altero loco de Tydeo: Δ, 386 vbi ille πολέας τε μιχήσατο Καδμείωνας δαινυμένους κατὰ δῶμα βίης Ἐτεοκληείης. In codd. non deſideratur; agnoſcunt quoque eum Sch. br. at ea ex antiquis et recentioribus confuſa ſunt.

807. κούρους Καδμείων — &c. quod Zenodotus h u iteriſui alium ſubiunxerat: ῥηϊδίως· τοίη οἱ ἐγὼν ἐπιτάρροθος ἦα. atqui, pergit Sch. A. hoc repugnat ceteris; nam Athene eum pugnare vetuerat; nec ſibi ſic conſtat oppoſitum vſ. 809 σοὶ δ' ἤτοι μὲν ἐγὼ παρίσταμαι. In his tandem criticum acumen agnoſcas, ſiue librorum auctoritate, ſiue iudicio verſum ſuſtulit Ariſtarchus; manifeſtam enim interpolationem tenemus ex altero loco Δ, 390 ῥηϊδίως· τοίη οἱ ἐπίρροθος ἦεν Ἀθήνη. Repetunt Sch. B, hanc cenſuram, et ad vſ. 808. Sch. A. B. et Schol. ap. Bentl. οὐ καθόλου εὕρηται ἐν τοῖς Ἀριστάρχου τὸ ῥηϊδίως — ἐναντίον γάρ ἐστι τοῖς προκειμένοις. Sic et Sch. Leid. ap. Valken. Diſſ. p. 128.

πάντα δ' ἐνίκα ſc. ἆθλα iam vidimus Δ, 389. Sch. B. male πάντα dictum eſſe vult pro πάντας; melius ἀγωνίσματα. dictum vt νικᾶν τὰ Ὀλύμπια. Etiam Euſtath. vtrumque apponit.

808. ῥηϊδίως· τοίη οἱ ἐγὼν ἐπιτάρροθος ἦα. Verſum eſſe inſititicium, dictum modo eſt ad v. 807. τοίη τοι erat

in edd. ante Barnes, qui repoſuit *οἵ*, laudatque Cant. Forte tamen in hoc quoque fuit *οἱ*, quod in codd. eſt Lipſ. Harl. Vrat. A. ſicque Δ, 390 vnde verſus huc eſt translatus. Habet quoque Sch. A. *οἱ*, quo loco memorat, lectum verſum hunc in Zenodotea editione. Nec minus tamen *τοι* probari poteſt, *vtique*, leguntque ſic Townl. Vrat. c. Moſc. 3. duo Vindob. Euſtath. Ven. et Sch. B.

ἐπιτάῤῥοθος ex *ἐπίῤῥοθος*, quod Δ, 390 legebatur, factum eſſe, omnes grammatici tradunt; nemo docet qua analogia interponi poſſit *ταρ*. Apud Heſych. eſt *ἄῤῥοθος*, quod Bentl. ex *τάῤῥοθος* corruptum cenſebat. Comparat Euſtath. ad Υ, 453. p. 1217 pr. *ἀτηρὸς*, *ἀταρτηρός*.

809. *σοὶ δ' ἤτοι μὲν ἐγὼ* — Barnes: „*γρ. σοὶ δή τοι*.“ Sic edd. Ald. 2. et hinc profectae, cum Rom. et Turneb. Rediit Stephanus ad ed. Flor. et Ald. 1. in quibus *σοὶ δ' ἤτοι*. quod et exhibent Euſtath. Ven. Vrat. A. At Lipſ. *σοὶ δή τοι*. vtrumque recte.

810. *καί σε προφρονέως κέλομαι* Barnes: „*γρ. κελόμην*“ an ex ingenio?

811. *κάματος πολυάϊξ*. v. de voce ad A, 165. accipio, qui Diomedis *πολυάϊκος* eſt. Koeppen putabat eſſe poſſe laſſitudinem in membra irruentem. pro *δέδυκεν* eſt *λέλυκεν* in vno Vindob. ſed hoc tempus alibi in Homero non frequentatur; et eſt merus luſus.

812. *ἦ νύ σέ που δέος ἴσχει ἀκήριον*. ξ quod *ἦ* ſcribitur, non *ἤ*, et quod *ἦ νύ σε* ſcribitur. Sch. A.

δέος ἀκήριον. τὸ εἰς ἀψυχίαν σε ἄγαν idem Sch. A. add. Sch. br. At alii grammatici de voce agunt ad Il. H, 100 *ἤμενοι αὖθι ἕκαστοι ἀκήριοι ἀκλεὲς αὔτως*. Apollon. Lex. *οἱονεὶ ἄψυχοι*· add. Heſych. Etymol. Duplex eſt vocis etymon, adeoque duplex vocis ſignificatus: a *κέαρ*, *κῆρ*, *ἀκήριον* eſt, quod ſeu vita ſeu vi et virtute privat; adeoque ſunt *ἀκήριοι* imbelles. cf. Φ, 466 *ἄλλοτε δ' αὖ φθινύθουσιν ἀκήριοι*. At a *κήρ*, fatum, eſt *ἀκήριος* immunis a morte et noxa, vt Od. M, 98. et Ψ, 328. ad quae loca v. Euſtath. et, ex eo, Dammius.

813. Τυδέος ἔκγονός ἐσσι, δαΐφρονος Οἰνείδαο. Euſt. Τυδέως. Sch. A. adnotat „ἔκγονος ὁ υἱὸς, ἔγγονος ὁ υἱωνός.“ Ex etymo firmari haec non poſſunt. Aiunt tamen grammatici, vſu ea probari; ſcilicet vſu ſcriptorum ſeriorum; nam ἔγγονος ne quidem Homericum eſt: ἔγγονος οὐδὲ Ὁμηρικός ἐστι, καὶ δηλοῖ υἱωνὸν παρὰ τοῖς μετ' Ὅμηρον. Sic Euſtath. ad h. l. et ad Od. Λ. p. 1682. cf. ad Od. Γ, 123. Eſt tamen in Vrat. b. ἔγγονος, in margine γρ. καὶ ἔκγονος, et in vno Vindob.

δαΐφρονος ϝοινειδαο peccat in metrum. Haud dubie alterum olim lectum eſt ſollenne epitheton, quod iam Δ, 370 legebatur, δαΐφρονος ἱπποδάμοιο. monuit iam Bentlei.

Mox verſui 814 appoſita eſt ſigma ⊆ cui nil in Scholiis reſpondet; ſuſpicor eam ad vſ. 813 ſpectaſſe, in qua vox ἔκγονος erat.

815. γιγνώσκω σε, θεά. Similia ſunt illa Vlyſſis Sophocl. Ai. 14 ſqq. γινώσκω et h. l. alii v. ad B, 468.

818. ἀλλ' ἔτι σῶν μέμνημαι ἐφετμέων Bentlei. adſcripſit Scholion (e Lipſ.) Ἀρίσταρχος σόον γράφει. non aſſequor. ſorte fuit σέο.

821. ἔλθῃσ' ἐς πόλεμον. Vrat. b. ἔλθῃ. τήν γ' οὐ τάμεν. Omitt. γ' alii, vt Vindob. vn.

823. Ἀργείους ἐκέλευσα ἀλήμεναι ἐνθάδε πάντας. ἀλήμεναι Sch. br. ἀθροισθῆναι, συστραφῆναι. Sic et Etymol. Heſych. Euſtath. et Apollon. Lex. ἀλέντες, συστραφέντες, συγκλεισθέντες, καὶ ἀλεὶς, ἀντὶ τοῦ συστραφείς. Cum ſpiritu leni ſcribunt vetuſtiores vt Ven. Euſtath. pluribus locis, Apollon. l. c. Heſych. Etymol. Aſpirate ſcriptum in edd. vsque ad Turnebum, qui intulit, aut ex ed. Rom. repetiit, lenem ſpiritum. Praefert Ernelii aſpiratam, ne confundatur cum ἄλημι. At enim discreta erat ſatis antiqua ſcriptura: habuit enim digamma ϝαλημι, ϝαλεὶς etc. Stirps enim vocis eſt eadem quae τοῦ εἰλέω, quod fuit ϝειλεω. v. Excurſ. de Digamm. Ab alia origine profectum eſt ἀλέω. ἄλημι, vagor. Noſtrum ϝαλεω, ϝαλημι, eſt propriе connoluo, cogo, cumulo,

adeoque etiam ad turbam et coetum transfertur, in ϝαλης, ϝαλη, ϝαλια. Apud grammaticos, priſci moris ignaros in his omnibus adſpiratio variat modo lenis modo aſpera; at in Herodoto, Hippocrate, Aretaeo, conſtantius eſt ἅλη, ἁλὴς, ἁλίζω.

824. Ἄρηα μάχην ἀνὰ κοιρανέοντα. Sch. A. monet ἀνὰ eſſe pro κατὰ, alios porro ſcribere μάχην ἄνα, vt ſcribere ſolent praepoſitione nomini poſtpoſita; ita ap. Apollon. Lex. in ἀνὰ p. 117. Ariſtarchus tamen vetuit hoc facere ne confundatur ἄνα cum ἄνα pro ἀνάστηθι et cum ἄνα ex ἄναξ. vt in Ζεῦ ἄνα Δωδωναῖε. Contra Sch. br. defendunt ἀναποιρανέοντα. διατάσσοντα. διέποντα; ſicque codd. Mori, Cant. edd. Flor. Ald. 1, ἀνὰ intulit Ald. 2. cum Rom. quod defertum in Erneſt. retiocauit Wolf. et ipſe retineo. Res tanti non eſt, vt iterum nouetur ἄνα.

827. μηδὲ σύ γ' Ἄρηα τὸν δειδιθι. Vitioſe ſcriptum μήτε σύγ' ἄρηα τόνδε δειδιθι inde a Flor. omnes edd. exhibent; niſi quod Steph. ed. margo τόγε, et ed. Cant. tabr. τὸν δέ τε habet adhuc corruptius: niſi Ἄρεα ſcribere oblita eſt. Tam parum de metro cogitarunt editores. Primus Barneſ. correxit: Μήτε σύ γ' Ἄρηα τόν δε τι δειδιθι, nec tamen monuit, qua auctoritate; adiecit tantum: „γρ. τόν δ' ἔτι." Atqui omnes codd. habent ἄρηα, et aberrant tantum in eo quod ſequitur: τόν δε addunt Cant. Lipſ. Moſc. 3. τόν γε Euſtath. Vrat. a. a pr. m. Townl. τόγε Ven. vterque mſ. Mori. Barocc. Vrat. b. et A. (in quo Schol. τό γε. τό γε νῦν ἔχον.) Moſc. 1. 2. Sic et codd. Vindob. Tandem Harlei. optimus ap. Bentl. Μήτι σύγ' Ἄρηα τὸν δειδιθι. Huic adſtipulatur Bentl. et cum Barneſiana emendatio ſine libro facta ſit, hanc puto iure ſubſtitui. In fine ἄλλων Cant. Vrat. a.

828. τοίη τοι. v. ad 808. Nec mitius de hoc verſu ſentio, quam de iſto, ab interpolatore profecto.

830. σχεδίην. ἐκ τοῦ σύνεγγυς reddunt Schol. br. Etymol. Heſych. ἐγγύθεν αὐτοῦ, πλησίον. Ven. A. Melius, inter alia minus bona, Euſtath. τύψον σχεδίην τυπὴν ἣ

πλησήν. Similis vſus eſt in αὐτοσχεδίην. αὐτοσταδίην. cf. ad M, 192. O, 521.

μήδ' ἄζεο. Ad h. v. ſpectat Heſych. μήδ' ἄζεο ϑ. Α. μηδὲ ἐντρέπου τὸν πηδητικὸν Ἄρη. item Schol. Eurip. Alc. 333. vbi is legebat ϑάρσει· πρὸ τούτου γὰρ λέγειν οὐχ ἄζομαι, pro quo receptum οὐ χάζομαι non refugio.

831. τυκτὸν κακόν. Apollon. Lex. h. v. κατεσκευασμένον laudato hoc hemilichio, οἷον μέγα κακόν. quod exſcripſit Heſych. In Etymol. μεταποιούμενον (leg. μέγα ποιούμενον) κακόν. Sch. B. οὐ μόνον Φυσικὸν, ἀλλὰ καὶ ἐπιτήδευκτον κακόν. Similia Euſtath. Volunt illi hoc: Martem eſſe natum in aliorum malum ac perniciem.

ἀλλοπρόσαλλος per ſe non vno ſenſu dici potuit: vel, qui temerario furore fertur, nec conſilio regitur; vel quod varia fortuna pugnatur, et quod inconſtans ille et leuis eſt in pugnantium partibus tuendis; item quatenus modo Troianis modo Achiuis ſiuduit; vel qui modo hunc modo illum adoritur ſeu pugna ſeu vulnere et clade inferenda. Grammatici reddunt ἄλλοτε ἄλλῳ φίλον. Sic iam Apollon. Lex. h. v. Heſych. Sch. br. Etymol. Euſtath. Definitur tamen, puto, vox per id quod ſequitur ὃς πρώην μὲν ἐμοί τε ſqq. adeoque varium ac leuem, modo has modo illas partes amplectentem. Tryphiodor. vſ. 563 auſus eſt dicere τὴν ἀλλοπρόσαλλον ἀρωγήν. In Vrat. A. erat gloſſa: διπρόσωπον.

832. ὃς πρώην μὲν ἐμοί τε καὶ Ἥρῃ στεῦτ' ἀγορεύων. quod στεῦτο, κατὰ διάνοιαν ὡρίζετο. v. ad B, 597.

ὃς πρῶτον μὲν laudatur in Sch. A. ad B, 14.

833. Τρωσὶ μαχήσεσθαι. Induxerat Ald. 2. μαχήσασθαι, quod et ed. Rom. habet, vsque ad Turnebum, qui ex Flor. et Ald. 1. μαχήσεσθαι, quod Lipſ. et alii agnoſcunt. Bentlei. et hic adſcripſerat μαχέσσεσθαι; et erat μαχέσασθαι in Vrat. a. Tuentur μαχήσασθαι Vrat. A. Moſc. 3. cum al. recent. Vide ad A, 298.

834. νῦν δὲ μετὰ Τρώεσσιν ὁμιλεῖ, τῶν δὲ λέλκσται. quod μετὰ Τρώεσσιν eſt pro μετὰ Τρώων. (ex vulgari vſu) ἐν Τρωσίν.

ἐμιλεῖ autem et h. l. μάχεται vt v. 86.

λέλασται. Aiunt esse doricum pro λέλησται, quod et Vindob. habet. Atqui dorica Homerus non habet; dices saltem antiquiorem fuisse formam. Alia tradunt ad Π, 776. Vera tamen nec haec sunt. Sed fuit forma duplex λήθω et λάθω priore breui, vnde etiam λανθάνω ductum: hinc λέλαθα, λέλασμαι. Occurrit hoc aliquoties: Λ, 313. N, 269. Hesych. λελάσθαι, λαθέσθαι, λαβέσθαι. alterum hoc ad aliam originem spectat, λάζομαι, capio, λέλασμαι.

836. χειρὶ παλίν ἐρύσασα. ξ — quod πάλιν est εἰς τοὐπίσω. Sch. A. eadem Sch. br. Eustath.

ὁ δ' ἄρ' ἐμμαπέως ἀπόρουσεν. Sch. B. αὐτίκα, εὐθύς, ἅμα τῷ λόγῳ· ἅμα τῷ ἔπει. Apollon. Lex. ἐσπουδακότως. Alia cumulant Sch. br. Eustath. Hesych. Etymol. occurrit quoque vox in Scut. Herc. 442. In Vrat. b. erat glossa in marg. „γρ. ἐμμεμαὼς, scilicet ex locis aliis, vt vs. 330.

837. παραὶ Διομήδεα. equidem prorsus damno παραί, ex ignoratione syllabae tono productae ortum, legitur tamen vbique; etiam in ed. Heruag. ex qua Barnes laudat παραί.

838. 839. ἐμμεμαυῖα θεὰ, μέγα δ' ἔβραχε Φήγινος ἄξων βριθοσύνῃ, δεινὴν γὰρ ἄγε θεὸν ἄνδρα τ' ἄριστον, versus — obelo notati. ἀθετοῦνται στίχοι δύο, ὅτι οὐκ ἀναγκαῖοι, καὶ γελοῖοι καὶ οὐδὲ ἐναντίον ἔχοντες. Videntur in versibus his damnandis, hoc est improbandis, (nam essentne ab Homero an a rhapsodis, nihil inde colligas) nimis seueri fuisse grammatici. Nam inter phantasmata poetae, in formis deorum quidni locum habeat et hoc, quod currus pondus sentit? Imitatus est Maro in Aenea: *gemuit sub pondere cymba* Aen. VI, 413. quem hos versus legisse ex hoc ipso arguas. Mireris autem e nullo codice laudari πήδινος ἄξων. ita tamen veteres legerunt, teste Eustathio p. 613 οἱ παλαιοὶ πήδινος. Et Etymol. in πηδάλιον. πῆδος ἔστιν εἶδος δένδρου. οἷον. μέγα δ' ἔβραχε πήδινος ἄξων. Laudat eandem lectionem Hesych. in πῆ-

δος. Proclus tamen in Polit. Plat. p. 380. citat Φήγινος. etiam Apollon. Lex. in voc. Θηγὸς, ἡ ὁρῦς. In 839 ἄνδρα δ' ἄ. Ariſtarchea lectio fuit, et eſt praeferenda. Ven. A. At τ' retinetur etiam ap. Aelian. V. H. IV, 19. vbi de Platone Syracuſas inuecto vſſ. 838. 9. vſurpata narrantur.

841. αὐτίκ' ἐπ' Ἄρηϊ πρώτῳ ἔχε μώνυχας ἵππους. Deſideratur copula. f. ἔπ' Ἄρει τε πρώτῳ —

842. ἤτοι ὁ μὲν Περίφαντα πελώριον ἐξενάριξεν. ξ quod ſpolia legentem Martem inducit; et quod nonnulli ſcribunt ἐξενάριξεν; deſiderari tamen imperfectum, nam ſequi etiam ἐνάριζεν 844. „Sch. A. — Eſt ſcilicet lectio Veneti codicis ἐξενάριζε. Ita conuenit cum altero ἐνάριξε, quod et Clarke maluit. Et erat forte hoc relinquendum. At Wolfius intulit vtroque loco aoriſtum, qui et ipſe locum habet et qui iam erat in Flor. et Ald. 1. Item in Lipſ. Mutauit, et priore ἐνάριξε reliquit, altero loco ἐνάριζε intulit Ald. 2. neſcio caſu an conſilio: hoc ſequuti ſunt ſequentes editores; atque hoc eſt in codd. parte, vt Vrat. b. A. Townl.

Porro obſeruat Ven. A. fuiſſe codices, in quibus verſus hic ſubiiceretur quarto abhinc verſui; (haud dubie errore librarii, quod vterque verſus 842. et 846. ab ἤτοι initium habet.)

Quod tandem ad ipſam rem ſpectat, ἐξεναρίζειν acceperunt veteres, ſpoliare, nec ſimpliciter interficere, vt ἐναρίζειν dicitur, vt modo vſ. 703 et ſaepe. Per ſe ſane non inſolens eſt, tribui Marti hoc quoque, vt in ſpoliando hoſte ſit occupatus. Eſt quoque ille ἐναροφόρος, vti eſt τροπαιοῦχος.

843. Αἰτωλῶν ὄχ' ἄριστον, Ὀχησίου ἀγλαὸν υἱόν. Secundum Nicandrum ἐν Αἰτωλικοῖς Ochefius fuit Oenei filius (alibi non memoratus, nec in Apollodoro, qui inter Agrei liberos habet Ὄγχηστον; poſſis Ὀγχήσιον ſuſpicari vel Ὀχήσιον, I, 8, 6.) In Diomedem Aetolum igitur et hoc machinatum eſſe Martem ſuſpicabatur Ven. B.

844. ἐνάριξε Cant. Harl. Vrat. a. c. Vindob. ἐνάριζε alii et edd. vide ad 842.

845. Ἄϊδος κυνέην. νέφος, δι' οὗ οἱ θεοὶ ἀλλήλοις ἀφανεῖς γίγονται. Ven. A. inepte, cum Sch. B. (qui tamen meliora subiicit;) et c. Eust. qui vbique misere argutantur in extundendis allegoriis. Add. Hesych. p. 143. vbi ἄϊδος κυνέη. ἀθάνατόν τι νέφος. Bentl. emendat ἄφαντον. v. Not. ὄβριμος et ὄμβριμος variant et hic. cf. ad Γ, 357.

846. ὡς δὲ ἴδε. ex ϝιδε. Vitiose ὡς δ' εἶδε Vrat. b. et alii, multo magis ὡς δ' οἶδε Vrat. A.

848. κεῖσθαι ὅθι πρῶτον. Vindob. πρῶτα bene. κεῖσθ' ὅθι μιν πρῶτον Cant. Bentl. meminit Il. B, 727 κεῖτο — ὅθι μιν λίπον.

851. πρόσθεν Ἄρης ὠρέξαθ' ὑπὲρ ζυγὸν, Ven. B. notat esse, qui ὑπὲρ accipiant pro ὑπὸ dictum: τινὲς ἀντὶ τῆς ὑπὸ, ἵνα τρώσῃ αὐτὴν λαθών· inepte.

852. μεμαὼς ἀπὸ θυμὸν ὀλέσθαι. Bentl. ἀπὸ θυμὸν ἑλέσθαι ex Harl. et Cant. memorat et praefert. Scilicet ἀπὸ θυμὸν ὀλέσσαι, quod vulgo legitur, est *vitam amittere*, non, *eripere*. Il. K, 452 et al. Et sane sic vbique, etiam simplex θυμὸν ὀλέσσαι, tantum de eo, qui *ipse vitam suam perdit*, h. e. *amittit*, vt A, 205. ἧτορ ὀλέσσῃς E, 250. Cum his accedat Venetus, mutaui id, quod ab vsu aberrabat.

853. καὶ τό γε χειρὶ λαβοῦσα. Obseruat Ven. B. Mineruam ipsam cum Marte nunc non pugnare, et seruare hoc sibi poetam in aliud tempus: (scil. in θεῶν μάχην Φ, 391.)

καὶ τότε Harl. Townl. vnus Vindob.

854. ὦσεν ὑπ' ἐκ δίφροιο. Erat ωσεν ἀπ' Vrat. A. ὑπὲρ δ' Ven.

855. δεύτερος αὖθ' ὥρμᾶτο. δεύτερον αὖ Cant. praefert Bentl. vt respondeat τῷ 851 πρόσθεν. — Variis modis locus, qui sequitur, interpungi potest; retinui simplicissimum.

856. ἐπέρεισε δὲ Παλλὰς Ἀθήνη. ἐπέρεισεν, ἐπεβάρησε. videtur quoque fuisse ap. Hesych. cf. Il. H, 299 ἐπέρεισε δὲ ἶν' ἀπέλεθρον. Vrat. a. ἐπέρεξε indocte.

857. νείατον ἐς κενεῶνα, ὅθι ζωννύσκετο μίτρην. ξ Aristarchus legebat μίτρῃ, testantibus grammaticis Sch. A. B. Leid. ap. Valken. diss. p. 128. Addit Sch. B. μίτρην scribi ab Herodiano, et praestare. "recte, quia doctius est; et sic Il. Ψ, 130 χαλκὸν ζώννυσθαι· etsi et alterum occurrit K, 78 ᾧ ῥ' ὁ γεραιὸς ζώννυτο. Habet quoque μίτρην ipse Ven. etsi Schol. A. recitat ὅθι ζωννυέσκετο μίτρῃ, et Eustath.

Addit Sch. A. ἐν δέ τισι τῶν ὑπομνημάτων· ὅθι στελέσκετο μίτρῃ. Et Scholion ap. Bentl. τελέσκετο. quod Bentl. emendabat τελεέσκετο. minus feliciter. Debuit id esse στελλέσκετο, noua forma, pro ἐστέλλετο, ornatus, indutus, erat. Dicitur tamen ζώννυσθαι proprie et ex more; sectatur autem Homerus propria. ζωνύσκετο vna littera ν Flor. Ald. 1. Rom. Eustath. Vrat. c. Mosc. 2. Sicque haud dubie scripsere antiquiores, et recte, vt ζώνη, non ζώννη, ex ζώω. Adoptauit tamen vsus ζώννυμι, vti et editur inde ab Ald. 2. in qua etiam corrupte ζωννείσκετο.

κενεῶνα ὅθι facit hiatum, qui forte ferri potest in caesura versus medii. Bentl. emendat κενεῶν' ὁπόθι, vt est I, 573 ὁππόθι πίστατον πεδίον. Lenius esset, κενεῶνα, τόθι.

Porro iungi possunt verba, vt editum est. Possunt quoque sic interpungi, vt ἐπέρεισε δὲ Παλλὰς Ἀθήνη sint in medio, in parenthesi inclusa, iunganturque ὥρμᾶτο σὺν ἔγχει ἐς κενεῶνα, quod tamen insolens esset pro κατὰ κενεῶνα.

νείατον ἐς κενεῶνα Sch. B. dubitat, sitne κατὰ τὸ ἔσχατον τῆς λαγόνος, an κατὰ τὸ ἐνδότατον, in intimum ventrem. haud dubie prius verum; vt aliquoties alibi occurrit. Supra erat νειαίρῃ ἐν γαστρὶ, vs. 559. vbi, relecta Apionis interpretatione, reddebat κατὰ τὸ ἔσχατον.

Tandem de ipsa re monendum est: esse inferiorem corporis partem eam, qua vulnus et facillime poterat inferri, et illud quidem maxime mortale. v. sup. ad 615, 6. add. ad Δ, 132 vbi de hoc ζώματος genere dictum est. ὅτι κατὰ τὰ κοῖλα μέρη ἐζώννυντο τὴν μίτρην, ait Sch. A. et addit: καὶ, ἐστὶ διδασκαλικὸς ὁ τόπος. h. e. locus Homericus docet, qualis illa cinctura fuerit. Schol. Leid. alieno loco immiscet Martis corpus septem plethra occupans ex Φ, 407. At ibi vt deus, cum diis, diuina corporis specie, hic pugnat Mars assumta facie humana Acamantis.

858. τῇ ῥά μιν οὕτα τυχών. reddere iubet Ernesti: ea, inquam, igitur, parte. διὰ δὲ χρόα καλὸν ἔδαπτε. hemistichium est ap. Athenag. deprecat. pro Christ. 17.

859. ὁ δ' ἔβραχε χάλκεος Ἄρης. Vi vocis βράχειν accipiendum est de strepitu a Marte indignante et dolente armis allisis facto; vt toties ἀμφὶ δέ οἱ βράχε τεύχεα. Accipitur tamen: Mars vociferatus est; et sequitur sane 860 ἐπίαχον, et Ξ, 148. vbi iidem versus subiiciuntur, est, Neptunus ὣς εἰπὼν, μέγ' ἄϋσεν, substituitur. Accepere quoque sic poetae Alexandrini: Apollon. II, 575 ἐρέται δὲ μέγ' ἴαχον ἔβραχε δ' αὐτὸς Τῖφυς ἐρεσσέμεναι κρατερῶς.

860. ὅσσον τ' ἐννεάχιλοι ἐπίαχον Bentl. suspicatur ὅσσον κ'. argute.

Cum ϝιαχον olim scriptum fuisse constet: v. ad A, 482. Bentl. haerebat in ἐπίαχον, reducebat itaque verbum simplex ϝιαχον, et Dawes p. 177. 180 ϝιϝαχον. Inhibet tamen omnem conatum obseruatio iam ad B, 316 facta in compositis digamma locum modo retinuisse modo deseruisse. cf. Exc. de digammo.

δεκάχιλοι· sunt μύριοι. At hoc vocabulum hoc significatu ignorauit Homerus. Hoc est, quod alii aiunt: veteres per χιλιάδας numerasse; volunt dicere, eos μυριάδας ignorasse. cf. Io. Lydus p. 97. ed. Schow. qui et versum excitat.

ἐννεάχειλοι et δεκάχειλοι ſcribebat Ariſtarchus; docente Euſtathio, vt ſit a χεῖλος, pro στόμα, merito ab aliis explosus. Ceterum apparet, fuiſſe olim et χίλοι et χίλιοι.

861. ἔριδα ξυνάγοντες Ἄρηος. primum occurrit haec antiqui ſermonis formula; proprie dicitur συνάγειν χεῖρας, conferre, conſerere manus; tum μάχην. Et ἔρις Ἄρηος, vt ἔρις πολέμου. μάχη.

862. τοὺς δ' ἄρ' ὑπὸ τρόμος εἷλε. Sch. A. Scribere iubet ὕπο. παρέλκεται γάρ. Immo vero ὑπὸ τρόμος εἷλε eſt pro ὑφεῖλε. ſubiit eos terror.

863. ἄτος πολέμοιο, pertinaciter pugnans, vidimus ſup. 388. Pro τόσον legi τόσσον in Steph. et al. et in codd. Mori et al. vix credas: tanta eſt metri incuria.

864. 5. ⸗ πρὸς τὴν πλοκὴν τοῦ ἑξῆς λόγου. οἷα φαίνεται ἀὴρ ἐκ νεφέων, δυσαέος ἀνέμου ὀρνυμένου ἐκ καύματος; Sch. A. paria Sch. B. Euſtath. Sch. br. Iunctura ſane fieri poteſt non vno modo, vt tamen res maneat eadem; vel vt ventus oriatur ex aeſtu, quomodo grammatici laudati faciunt, vel vt caligo obducatur ex aeſtu; iunganturque adeo: οἵη — ἀὴρ καύματος ἐξ, atqui hoc durius fieret. Eſſet tertium, vt ſit καύματος abſolute, διὰ, κατὰ κ. *caligo oriatur ex vento; Φαίνεται ἀὴρ ἐξ ἀνέμου ὀρνυμένου.* Vrat. b. in marg. γρ. καὶ οὕτως· οἷος δ' ἐκ νεφέων ἐρεβεννῶν Φ. ἀήρ. ex interpolatione. Apud Homer. eſt ἠ ἀήρ. Sic et ap. Pindar. et al. ἐκ καύματος poſitum eſſe pro μετὰ, aiunt Sch. br. et Euſtath. δυσαὴς pro σφοδρός.

Ceterum nolim Clarkium hic et 615. 616. ineptas Heraclidis allegorias ap. Euſtath. amplecti. Aliud eſt, ſi omnino quaeritur, quam, et qua de cauſſa, Marti et Veneri indolem veteres tribuerint, quodque interſit diſcrimen; at in poeta, conſtituta iam ſemel perſona, non amplius quaerere licet de ſymbolica origine ſeu notatione. Ira et Furor dei vulnerati et victi caliginem et noctem poſtulant, quandoquidem cum ea cognationem habet quicquid ad ſenſum atrox ac triſte eſt.

866. Talis Mars Φαίνεθ' ὁμοῦ νεφέεσσιν ἰὼν εἰς οὐρανὸν εὐρύν. Laborant in verbis ὁμοῦ νεφέεσσιν. Primo poſſunt ea iungi cum antecedentibus et cum ſequentibus; tum non ſatis liquet, quo ſenſu ὁμοῦ νεφέεσσι dictum ſit. Sch. Ven. A. cum Sch. br. diſtinguunt poſt ὁμοῦ νεφέεσσι. „non enim *cum nubibus* in caelum abiit, ſed abiens *in nubibus* conſpectus eſt: κατ' αὐτὰ γενόμενος ἐωρᾶτο, quo ipſo celeritas motus, inquit, et dei vis intelligitur.“ Bene; modo ὁμοῦ νεφέεσσιν eſſet idem ac κατὰ τὰ νέφη. Mox tamen addit, poſſe totum verſum iunctim acceptum innuere, ὅτι νέφεσσι κεκαλυμμένος ἀπὸ γῆς ἀνήρχετο. Schol. B. hoc quoque memorat, verum primo ὁμοῦ pro ὁμοίως dictum vult; ſine auctoritate; ferrem ſi ὁμῶς eſſet; mox Φ. ὁμοῦ νεφέεσσι iungit, vt ſit ἐγγὺς τῶν νεφῶν. vt ſit ſimile Demoſthenico: Ἀθηναῖοι δέ εἰσιν ὁμοῦ δεκμύριοι. Parum placent; etſi in Sch. br. etiam occurrunt. Peius Euſtath. εἰς νέφος ἔδοξεν ἐσχηματίσθαι ὁ μυθικὸς Ἄρης φεύγων ἐκ τοῦ πολέμου. Iungo et interpungo ἰὼν εἰς οὐρανὸν, ἐφαίνετο ὁμοῦ σὺν νεφέεσσιν, vna cum nubibus viſus eſt et ipſe. Nam ὁμοῦ eſt *ſimul, permixtim, inter.* Reſpondet τῷ ἐκ νεφέων 864: eſique adeo quod *in nubibus, inter nubes*, vidit Martem ſublatum. Compares forte ἅμα πνοιῇς ἀνέμοιο. Verum hoc ſimile an diſſimile ſit: quaeremus ad M, 207. Si eſſet ὁμοῦ νέφει, aut pluralis ita accipi poteſt, ſublatum eum ducere vna cum nube qua circumdatus erat. Ceterum nec hic aliquid de ſoleis memoratur, quarum ope euolet Mars, ἰὼν εἰς οὐρανὸν εὐρύν. de Marte autem ſoleato nihil omnino eſt acceptum; nec facile ei ſoleas induet quisquam, ſi de eo in caelum aſcendente audinerit.

868. abeſt δ' a Lipſ.

870. δείξεν δ' ἄμβροτον αἷμα. non ἰχώρ. cf. ſup. ad 340. δείξε Flor. Ald. 1. quod mutatum in Ald. 2. δείξαι. Apparet, editorem metro metuiſſe. Sic edd. ſequaces, etiam Rom. et Turn. Tum Steph. δείξεν δ'. De

hoc ν̄ extra caeſuram v. Excurſ. II. ad Jl. B, p. 446. Habet illud Ed. Ven. at Sch. B. δεῖξε δ'.

872. Repetitus verſus 757. vbi vide. Legitur et nunc τάδε ἔργ' ἀΐδηλα in Cant. et in Sch. Lipſ. memoratur lectio.

873. τὰ ῥίγιστα. τὰ Φρικτὰ καὶ χαλεπὰ grammatici vbique; et ipſe Apollon. Lex. h. v. vbi vitium ῥιγέστατα editores notarunt — τετληότες εἰμὲν pro exemplo ſchematis Chalcidenſis laudat Lesbonax p. 179. dum partic. c. verbo ſum pro ipſo verbo ponitur. — in fine ημεν Vrat. b. ex auditus ambiguitate.

874. χάριν δ' ἄνδρετσι Φέροντες. Eſt Ariſtarchea lectio δ', ait Ven. A. cum Schol. ap. Bentl. qua ſane particula bene carere poſſumus. Etiam ap. Euſtath. occurrit χάριν ἄνδρ. Φ. ſine δ', et in Cant. Harlei. Townl. Moſc. 2. a m. pr.

θεῶν ἰότητι. Vox Ionica poſtea antiquata, a poetis tamen ſeruata, inprimis ab epicis. βουλήσει Apollon. Lex. h. v. et diſertius Heſych. βουλήσει. θελήσει. αἰτίᾳ. ὀργῇ. (f. ὁρμῇ. vt Sch. B. ad T, 9.) χάριτι. interdum ἰότης eſt ſimpl. animus. mens. conſilium.

875. σοὶ πάντες μαχόμεσθα. ξ— quia σοὶ eſt pro διὰ σέ. Sic et Euſt. et Sch. br. in quibus additum σοῦ χάριν, φησὶν, εἰς μάχην καθιστάμεθα, et Heſych. σοὶ π. μ. διά σε. Etiam Lesbonax p. 186. qui Doricum ſchema facit. Ven. B. addit: ἢ, σὺ πᾶσι πολέμιος εἶ, ταύτην ἐπιτρέπων καθ' ἡμῶν ἐνδεῶς (an ἐνθουσιᾷν?) Et ſane hoc multo ſimplicius, *nos omnes tibi iraſcimur*, vel *a te diſſidemus*, vt in illo Δ, 29 ἔρδ'; ἀτὰρ οὔ τοι πάντες ἐπαινέομεν θεοὶ ἄλλοι. μάχεσθαι ſic ſaepe; v. c. N, 118. 119. vbi μάχεσθαι et νεμεσσᾶσθαι eadem vi iuncta. Adiicitur quoque μάχεσθαι ἐπέεσσι vt A, 304. Duxit hinc ſua Euripides in Oreſte 585 Σύ τοι Φυτεύσας θυγατέρ', ὦ γέρον, κακὴν ἀπώλεσάς με.

876. οὐλομένην, ἣ τ' αἰὲν ἀήσυλα ἔργα μέμηλεν. Vidimus iam A, 2 οὐλομένην μῆνιν, τὴν ὀλεθρίαν. De etymo ſunt plura ap. Etymol. h. v. Debuit eſſe ὄλω et

ὄλομαι perdo, et οὐλόμενος perniciem afferens, perniciosus.

ἀήσυλα ἔργα. Vox hoc vno loco occurrit; esse ἄδικα, ἁμαρτωλὰ, vt Sch. br. Etym. et alii exponunt, nemo dubitet; sed de etymologia varie statuunt Sch. Ven. B. Sch. br. Etymol. Eustath. Esse vnam eandemque vocem cum αἴσυλος quod supra vidimus 403 αἴσυλα ῥέζων, non improbabile est. Vtrum vero ex altero formatum sit, haud facile dicas. Si ἀήσυλος prius est, probabile sit, vt ab ἤδω, ἤδυλος, ita ab aliis temporibus, ἦσα, ἦσχι, ductum esse ἤσυλος, τερπνὸς, et inde ἀήσυλος. Ab ἄτω, ἄσω, longius repetitur; a συλᾶν male ducitur, nam συλᾶν spoliare, productam habet priorem.

878. σοί τ' ἐπιπείθονται καὶ δεδμήμεσθα ἕκαστος. ξ πρὸς τὸ σχῆμα. quod tertia et prima persona iunguntur; repetiit eadem Eustathius; debebat esse, ex recta scribendi ratione, ἐπιπειθόμεθα καὶ δεδμήμεσθα. Et poterat quoque sic scribi; verum nec negligentia grata alterius formae inusitata est. cf. ad Z, 71. Refert tamen inter soloeca grammaticus ad calcem Ammonii p. 199. Bentl. nescio vnde notauit σοί τε πειθ. fuit forte σοί τοι πείθοντκι. quod et ex Vindob. notatum. Habet vss. 877. 878. Apollon. de Synt. p. 45. sed nil variat.

879. οὔτ' ἔπειτ προτιβάλλεαι οὔτε τι ἔργῳ. Verbum προσβάλλεσθαι, etsi hoc vno loco obuium, vim tamen habet, ipso loco et etymo satis definitam: esse proprie offerre, obiicere se alteri, *occurrere, aggredi, adoriri*, quod sit pugna vel lucta, vnde vulgari vsu προσβαλεῖν et προσβολὴ frequentari coepit de *congressu*. cf. Eustath. Adeoque h. l. est dicto vel facto incessere, *reprimere, coercere*. et opp. ἀνιέναι. Male Sch. B. ὑπερβάλλεις, νικᾷς, ὅπως ὑπακούοι σοι. Melius Sch. br. ἐπιστρέφεις. σωφρονίζεις. ἐπιπλήττεις. In Scholio ap. Hesych. προτιβάλλεαι idonea et aliena mixta sunt, versu hoc laudato. Confundit ille προβολὴν et προσβολὴν, προβάλλειν et προσβάλλειν. altero loco posita de aggressu dicuntur, προβάλλω et προβολὴ (hanc vocem illustrauit Ruhnk.

Ep. crit. p. 70) de proiectu telorum: adde notam Villoisoni ad Apollon. p. 574 ed. Toll.

880. ἀλλ' ἀνιεῖς, ἐπεὶ αὐτὸς ἐγείναο παῖδ' ἀίδηλον. Vulgatum erat ἀνίεις. Hoc tamen esset imperfectum, ab h. l. alienum; est enim ἴεσαν, ἴεις. Requiritur praesens ἵης ab ἵημι, vel ab ἴέω, ἰεῖς. ἀνίης legitur in Cant. Lips. a m. sec. In Sch. br. est ἀνίης. ἀφίης, in ed. pr. Apollon. Lex. in ἀνέσαιμι p. 125. etiam versu laudato ἀλλ' ἀνίης exhibet. Hactenus adeo nemini repugnabo, qui ἀνίης reposuerit. Conuenit μεθίης in codd. Z, 523. et Od. Δ, 372. At in aliis huius verbi compositis videmus poetam praeferre formam ἴέω, vt in imperfecto ἴεσαν, ἴει, fere vbique. Seruari itaque potest et ista forma h. l. mutato accentu ἀνιεῖς. et forte hoc in multis codd. ita se habet, e quibus nihil est enotatum. Vt hoc praeferrem, adduxit me versus K, 121 πολλάκι γὰρ μεθίει τε καὶ οὐκ ἐθέλει πονέεσθαι. a μεθίημι esset μεθίησι. amplexus igitur est μεθιέω, vnde μεθιεῖ scribendum est illo loco. Sic ξυνιεῖς, restituit Brunk. in Sophocl. Oed. R. 628. vbi nunc video eum hunc quoque locum attigisse. Vocem ἀνιέναι proprie de canibus venaticis incitandis in vsu fuisse etiam ab Apollonio est obseruatum. cf. sup. ad 422. et A, 273. Videbimus paullo post 882 ἀνέηκεν.

αὐτὸς ἐγείναο Sch. br. σὺ αὐτός. μόνος ἄνευ μητρός. De Minerua e capite Iouis nata nihil in Homero occurrit, nisi forte in epitheto τριτογένεια obscuriore. Schol. B. dedisse τὸ αὐτὸς, acceptum pro μόνος, ait, opportunitatem Hesiodo vt fingeret fabulam de natalibus Mineruae e Iouis capite: Theog. 924. 925. Quod si haec recte dicta sunt, etiam hoc argumento hymnus in Apollinem arguitur auctorem Homerum non habere; nam in eo vs. 314. 324 Hesiodea reddunt. Verum vel sic Hesiodo antiquior esse potuit fabula, et Homerus eam ignorare, saltem ea non vti; nam verba hoc vnum produnt, Mineruam a Ioue natam esse.

881. ὑπερφίαλον Διομήδεα. In edd. est ὑπέρθυμον. At Sch. A. et glossa Lipsi aiunt vulgares edd. hoc habere; Aristarcheam autem ὑπερφίαλον· probabilius est, alterum quod et Δ, 325 legebatur, simili in versu huc illatum esse, et pro veriore habendum quod reposui.

882. μαργαίνειν ἀνέηκεν ἐπ' ἀθανάτοισι θεοῖσι. De ἀνίημι modo vidimus ad 880. μαργαίνειν ex h. l. interpretantur veteres grammatici, Schol. Eustath. et alii, primoque loco Apollon. Lex. ἐνθουσιᾷν καὶ μαίνεσθαι, sicque Sch. br. Quorsum autem referemus ἐπὶ? μαργαίνειν ἐπὶ θεοῖς, pro εἰς θεοὺς vix recte dicitur. Ergo iungenda sunt ἐπανῆκε θεοῖς· vt sup. 405 σοὶ δ' ἐπὶ τοῦτον ἀνῆκε θεά. Poterat adeo scribi retracto accentu ἔπ'.

883. Κύπριδα μὲν πρῶτον σχεδὸν οὔτασε. Vrat. b. et vn. Vindob. πρῶτα σχεδὸν haud dubie suauius ad aurem, et probabilius.

885. 6. 7. ἦ τέ κε δηρὸν αὐτοῦ πήματ' ἔπασχον ἐν αἰνῇσι νεκάδεσσιν, ἢ κεν ζὼς ἀμενηνὸς ἔα χαλκοῖο τυπῆσιν. Primo dubitatur, ad 885 et 7. sitne ἦ 'an ἢ scribendum. Schol. Ven. ait esse disiunctiua ἦ — ἦ, vt sit ἦ τε κεν et ἢ κεν, nisi tamen, inquit, altero loco est διαβεβαιωτικὸς ἦ, quod sententiam putat magis postulare: Schol. B. contra altero accipit pro εἰ positum, vt Π, 243 ὄφρα καὶ Ἕκτωρ οἴσεται, ἦ ῥα καὶ οἷος ἐπίστηται πολεμίζειν. esse enim ibi pro εἴ ῥα — Vt sensus sit: δεινὰ ἂν ἔπασχον ἐν τοῖς νεκροῖς κείμενος, εἰ ζῶν ἀσθενὴς διὰ τὸ τρῶμα ἦν. Similia etiam apud Eustathium leguntur. Scilicet haesere veteres in eo, quid Homerus de diis statuat vulnere percussis? qua de re iam vidimus sup. ad 387. Est itaque ζήτησις et λύσις in Sch. B. Verum Mars diserte memorat duo diuersa euenire potuisse, vt iaceret in strage caesorum, aut ex vulnere grauiter dolens, πήματ' ἔπασχον, aut sine sensu, ex animi deliquio ἀμενηνὸς ἔην· Quod ap. Hesiod. Theog. 795 supra ad 388 laudatum est: κεῖται νήϋτμος τετελεσμένον εἰς ἐνιαυτόν. Reliqua tantum amplificant. ζὼς, viuus quidem. De morte deorum non est

cogitandum cum Ernéſtio. Ex his igitur apparet, recte in edd. vbique inde a Flor. legi ἤ τέ κε — ἤ κεν.

886. ἐν αἰνῇσι νεκάδεσσι. Sch. br. τοῖς τῶν νεκρῶν τάξεσι cumulatis in ſtruem cadaueribus. ἡ νεκὰς aceruus caeſorum. Similiter Euſtath. Etymol. et Heſych. h. v. cf. inf. ad Σ, 540. Pro eo inf. Π, 661 eſt ἐν νεκύων ἀγύρει· τὸ αἰνὸν eſt δεινὸν, στυγερόν.

887. ἤ κε ζὼς ἀμενηνὸς ἔα. De ἤ dictum ad 885. ζὼς ſcribere iubent grammatici (Ptolemaeus) Aſcalonita ζῶς, improbante grammatico Ven. A. aliter rem ſe habere in σῶς ex σόος, vt Philoxenus cenſet, vel, quod melius, ex σάος. Translatum Scholion in Etymologum. Affert eadem Euſtathius ex Apione et Herodoro. Idem porro cum Sch. br. ait ζὼς eſſe ex ζωὸς, διὸ ὀξύνεται, parum docte; niſi ζοὸς ſcripſerant. Eſt quoque ζὼς in mſſ. Herodoti I, 194. at inſcite ζωὸς in mſ. Mori, Barocc. Vrat. b. et al. Tandem ἤ κε ζὼς eſt ſcribendum, non κεν ante litteram geminatam ζ.

Notat porro Sch. A. ἔα eſſe pro ἦν, breui ſyllaba priore vt Od. Ξ, 222 τοῖος ἔα ἐν πολέμῳ (ἔ' ἐν π.) cum alias ſit ἦα cf. Sch. B. ad E, 533. Lectum eſt ἔα iam Δ, 321 εἰ τότε κοῦρος ἔα. vbi v. Obſſ. Apud Barnes eſt: „γρ. ἔην" Schol. Ariſtoph. ad Plut. 77 laudat οὐ γὰρ ἀμενηνὸς ἔα, corrupte; illuſtrat ibi Atticum ἦ pro ἦν, et comparat ἔα.

ἀμενηνὸς, ἀσθενὴς, verſu adſcripto, Apollon. Lex. Addunt praeterea οὐκ ἔχων μένος, Sch. br. Etymol.

889. μήτι μοι — μινύριζε, dignantur vocem interpretatione grammatici, et ipſe Apollon. Lex. θρήνει, ὀλίγῃ φωνῇ καὶ οἰκτρᾷ χρώμενος. v. inprimis Euſtath.

890. 891. Verſus adſcripti a Polybio, vbi docet, quam deteſtandum ſit bellum.

891. αἰεὶ γάρ τοι ἔρις τε Φίλη πόλεμοί τε, μάχαι τε. ※ quia verſus hinc male translatus eſt in verba Agamemnonis ad Achillem A, 177. vbi vide. Norat quoque Euſtath. aſteriſcum veterum. Etiam Diomedes in Diony-

ſii Artem apud Villoiſ. in Diatribe p. 173 extr. cenſuram iterat in verſum rhapſodiae A.

892. *μητρός τοι μένος ἐστὶν ἀάσχετον, οὐκ ἐπιεικτόν.* ζ— quod manifeſte nunc Iunonis filius Mars editur; non Enyus: vt nonnulli ferunt." Schol. A. — *ἀάσχετον·* Apollon. Lex. *ἀκατάσχετον, ἀνυποιόνητον* — laudato hoc hemiſtichio. Similiter Sch. br. Heſych. Etymol. ſubiecto hoc verſu, in quo recitat *αἰὲν ἀάσχετον·* quod ſane non indignum poeta. Idem addit *ἀκατακράτητον. ἄσχετον.* quod occurrit Π, 549. — *ἀνάσχετον* vitium eſt operarum ed. Lipſ. — *οὐκ ἐπιεικτόν.* Videri poteſt cognatum eſſe cum *ἐπιεικὲς, conſentaneum, modicum, tolerabile,* vt *ἐοικέναι, ἐοικὸς,* dicitur. Si eſt ab *εἴκω, cedo, εἰκτὸν,* debebat eſſe *cui ceditur:* tanquam victori a victo. Eſt tamen ſenſu actiuo (forte ex *εἰκετὸς*) *εἰκτὸς, qui cedit* aut *cedere poteſt;* adeoque *τὸ οὐκ ἐπιεικτὸν, quod non cedit, peruicax.* Euſtath. p. 696, 18. ad Θ, 32 vbi Iouvi tribuitur *σθένος οὐκ ἐπιεικτὸν,* notat: *σθένος οὐκ ἐπιεικτὸν, κατὰ τοὺς παλαιοὺς, δύναμις οὐκ εὐσυγχώρητος, ἤγουν οὐ ῥᾳδίως εἴκουσά τινι.* actiue ergo accepere. In quem ſenſum interpretantur vocem Schol. br. In Etymol. p. 638, 39. eſt *οὐχ ὑποχωροῦν τινι. οὐ μέτριον.* In eundem ſenſum accipio illud Od. Θ, 307 *ἔργα γελαστὰ καὶ οὐκ ἐπιεικτὰ, immodica, morem et modum excedentia.* vt *πένθος ἄσχετον οὐκ ἐπιεικτὸν* Π, 549. vbi Sch. br. *οὐ μέτριον. οὐ Φορητόν.* bene ad ſenſum. Bene meminit Koeppen *Pelidae ſtomachum cedere neſcii* ex Horatio; *τοῦ οὐκ ἐπιεικτὸν μένος ἔχοντος.*

Bentl. laudat *μητρός τε* neſcio vnde. Idem ſcribebat *επιϝεικτον*; non bene: v. de Digammo.

893. *Ἥρης τὴν μὲν ἐγὼ σπουδῇ δάμνημ' ἐπέεσσι.* Verſus habet ſtigmen ζ— at Scholion excidit. — In fine *δάμνημ' ἐπέεσσι* manifeſte interpolatum eſt ab Alexandrinis. Fuit haud dubie *δάμνημι ϝεπεσσι.*

894. *κείνης τάδε πάσχειν ἐννεσίῃσι.* Vox vno hoc loco obuia; at Apollonio Rhodio frequentata, vt ſtatim lib. I, 7. et Callimacho in Dian. 108. vbi v. Ern. No-

tant eam et interpretantur Sch. br. Euſt. Heſych. Etymol. et primo loco Apollon. Lex. ἐννοήσεσι. βουλήσεσι. Male porro de etymo certatur; cum manifeſtum ſit, ductam eſſe vocem ab ἐνίημι, *concito*, *moueo*, *hortor*, ἔνεσις. Bentleius, recordatus in Heſychio occurrere quoque ὑπ' ἐννεσίῃσι, ſuſpicabatur h. l. lectum fuiſſe πάσχειν τάδ' ὑπ' ἐννεσίῃσι. Verum potuit illa gloſſa ad Apollon. Rh. pertinere, in quo aliquoties illud ὑπ' ἐννεσίῃσι occurrit.

895. ἀλλ' οὐ μάν σ' ἔτι δηρὸν ἀνέξομαι ἄλγε' ἔχοντα — Obelo transfixus verſus in Veneto; deficit tamen Scholion; adeoque iudicii cauſſa latet. Niſi forte ſignum ad verſum 896 ſpectauit, qui ingenii rhapſodorum ſuſpicionem facit iuſtiſſimam; dilatat enim otioſe quae dicta erant ſatis diſerte; porro ineſt verſui hiatus: ἐσσί ἐμοί. Bentl. coni. ἦες ἐμοί. — οὐ μὲν Vrat. b. Ab edd. Flor. Ald. r. aberat δηρὸν, haud dubie operarum vitio.

898. καί νεν δὴ πάλαι ἦσθα ἐνέρτερος Οὐρανιώνων. Ex quod Zenodotea lectio fuit ἐνέρτατος: minus bona ea, fit enim comparatio reſpectu ad Titanes habito. " Haec Schol. A. nimis argute. In Townl. Scholion eſt: νέρτερος. οὕτως Ἀρίσταρχος. ὁ δὲ Ζηνόδοτος ἐνέρτατος. Idem Scholion eſt in mſ. Lipſ. ſed pro vltima voce ἐνέρτερος legitur. Quicquid eſt, deprauatum habemus verſum: Verba ἦσθα ἐνέρτερος faciunt hiatum. In Townl. καί νεν πάλαι ἦσθα νέρτερος, Οὐρανιώνων, quae non minus laborant. In ed. Ven. expreſſum eſt ἦσθας ἐνέρτερος. Si ex ipſo cod. ſic editum eſt: ſuſpicari poſſis pro praeterito habitum eſſe ἦσθα, ἦσθας, ἦσθε· vt οἶδα, οἶδας, οἶδε. Bentleius coniiciebat: ἦσθ' ὑπενέρτερος. aut ἦσθα γ' ἐνέρτερος. Ita Ariſtarchus videri debet legiſſe ἦσθα γε νέρτερος, aut οἶσθ' ἄρα νέρτερος. Certe νέρτερος, non ἐνέρτερος; verior eſt lectio; nam ſollenne eſt οἱ νέρτεροι, de inferis, vt aliquoties apud Lycophr. nusquam ἐνέρτεροι. Et de Titanibus ipſis inf. O, 225 οἵπερ νέρτεροί εἰσι, θεοὶ Κρόνον ἀμφὶς ἑόντες. etſi et ibi libri variant. Ad illum locum ſpectat gloſſa Heſychii in νέρτεροι. Ex eo-

dem, cum ἐνέρτερος et νέρτερος in ſuam penum intulerit, colligere licet, duplicem huius loci lectionem etiam per hoc argui. Solum ἐνέρτερος agnoſcunt Sch. br. Euſt. Schol. B. Etymol.

Tandem Οὐρανίωνες ſunt Titanes; vt recte Schol. A. Sch. br. Euſt. Proprie eſt Vrani progenies, inprimisque οἱ περὶ τὸν Κρόνον. Apollon. Lex. Οὐρανιώνων, τῶν ὑπὸ τὴν Οὐρανοῦ ἀρχὴν τεταγμένων. (vt ex Heſychio, qui iſta exſcripſit, recte emendauit Villoiſ.) quod et ipſum verum eſt. Praeceſſerat enim Vrani imperium; quod excepit principatus Croni; eſt tamen id alienum ab h. l. nam de Titanibus in Tartarum coniectis agitur; qui fuere οἱ περὶ τὸν Κρόνον.

Poſt haec omnia ſuſpicio animo inſidet, praeter vſ. 896. etiam vſſ. 897. 898. rhapſodorum ſedulitati deberi; nec plura a primo auctore eſſe profecta, quam vſ. 895 ἀλλ' οὐ μάν σ' ἔτι δηρὸν ἀνέξομαι ἄλγε' ἔχοντα.

899. Παιήον' ἀνώγει ἰήσασθαι. — quod Homerus diverſum ab Apolline deum medicum, Paeonem vel Paeconem, memorat. v. ſup. 401.

ἄνωγέ μιν et ἄνωγεν ἔ ex Euſtathio laudat Barnes. Verum in Euſtathio tantum hoc occurrit, quod ἄνωγεν ille legerat in ſuo; alios ἀνώγει ait legere. In Townl. eſt ἀνώγειν. in quo poteſt ἄνωγέ μεν latere: quod ab ἄνωγον ducendum erit, non ab ἄνωγα.

900. τῷ δ' ἐπὶ Παιήων ὀδυνήφατα φάρμακα πάσσων. alii πάσσεν vel ἔπασσεν. v. ad verſ. ſeq.

901. ἠκέσατ'· οὐ μὲν γάρ τι καταθνητός γε τέτυκτο. Ἐν ἄλλῳ ὁ στίχος οὗτος οὐχ εὑρέθη. Sic Schol. A. Ita in fine antec. verſus ſcriptum eſſe debuit πάσσε. Quo facto, recte caremus altero verſu, huc retracto ex ſup. loco 402. et tenemus iterum manibus malam rhapſodorum ſedulitatem. Etiam in Lipſ. et Moſc. 1. vn. Vindob. abeſt verſus, et legitur πάσσεν. Abeſt etiam a Vrat. A. ſed relictum eſt πάσσων· etſi gloſſa in marg. ἐνέπασσεν. Putes, Euſtathium quoque ſic legiſſe: τὸ δὲ πάσσεν, ait, ἐμφαίνει ῥιζικὸν ἰατρὸν εἶναι καὶ τὸν Παιήονα· ſed legen-

dum ibi πάσσειν. recitat quoque ille paullo poſt vulgatam. In marg. Stephani eſt Φάρμακ' ἔπασσεν, nec conſtat vnde. Scriptum tamen ſic eſt in optimo Harlei. et in Townl. appoſito altero verſu in margine.

κατὰ ϑνητοὺς Vrat. a. κατὰ ϑνητὸν. Vrat. b. vt ſolent interdum compoſita dirimi; ſic et in Townl.

γε τέτυκτο Cant. quod et ſuauius, et Ἰωνικώτερον eſt quam vulgare γ' ἐτέτυκτο.

902. ὡς δ' ὅτ' ὀπὸς γάλα λευκὸν ἐπειγόμενος συνέπηξεν. ὀπὸς omnino ſuccus arboris aut herbae, v. Apollon. Lex. in ὀπὸς, et Etymol. eundem locum ex Apione laudans, cum Schol. Nicandri Ther. 907. nunc ſuccus ad coagulum adhibitus v. c. ficulneus, vt h. l. nonnulli memorant in Sch. B. et Sch. br. Sane *ficulneum lac* imprimis in vſu fuiſſe teſtantur non modo Columellae locus de R. R. VII, 8, 1. a Koeppenio laudatus, ſed Varro II, 11. 4. vbi v. Not. Plinius XVI, 38. et Geopon. XVIII, 12, 2. 19, 1. vbi doct. Niclas et ὀπὸν et πιτύαν illuſtrat. Sunt haec locupletiora quam quae Conr. Geſner. dedit libello de Lacte p. 29. dicta enim vulgo πιτύα, vt eſt in Sch. B. vel τιτύνη apud Heſych. in ὀπὸς, vbi cf. Not. πυετία et πυτία ſcriptum eſt ap. Euſtath. v. notam doctam Bernardi ad Nonni Epit. Curat. Morbor. To. II, p. 76.

Iam ille ὀπὸς ἐπειγόμενος quo ſenſu dictus ſit quaeritur. Cum ἐπείγειν de quocunque motu accelerante aliquid frequentetur, coagulum debet accelerare lac, ἐπείγειν, vt coaguletur, γάλα autem eſt τὸ ἐπειγόμενον, quod acceleratur, cogitur; vt concreſcat. Et lectum quoque h. l. eſſe γάλα λευκὸν ἐπειγόμενον teſtatur Euſtath. eſtque idem in Mori, Townl. a m. ſec. vno Vindob. Moſc. 1. et ὀπὸς γάλα λευκὸς ἐπειγόμενον in Moſc. 2. Attamen antiqua et communior lectio fuit ἐπειγόμενος vt cum ὀπὸς conueniat; quod praeeunte Euſtathio vertunt; accelerans ſe, quaſi eſſet vi media poſitum ſeu reciproca, ἐπείγων ἑαυτὸν, etſi non video quam commode. ita deberet coagulum accelerare ſe, vt efficeret id, ad quod adhibetur.

Koeppen ἐπειγόμενος accipiebat pro ἐπείγων, vereor vt recte. Reſtat, vt accipiatur paſſiue, ὑπὸς ἐπειγόμενος, ſcilicet coagulum verſatur, circumagitur, cum lacte, vt cum eo miſceatur, miſtumque lac concreſcat: hoc eſt κυκᾶσθαι, verſu ſequ. et ὑπὸς eſt κυκώμενος vna cum lacte. In Schol. br. ἐπειγόμενος redditur ταραττόμενος, σπευδόμενος, coagulum concitatum verſando, vt coagulet lac.

συνέπηξε. Verſus Empedoclis ſeruatus eſt ap. Plutarch. de Amicor. mutat. p. 95 A. ex Homero expreſſus: ὡς δ' ὅτ' ὀπὸς γάλα λευκὸν ἐγόμφωσεν καὶ ἔδησε. — τοιαύτην γὰρ ἡ Φιλία βούλεται ποιεῖν ἑνότητα καὶ σύμπηξιν.

903. ὑγρὸν ἐὸν, μάλα δ' ὦκα περιτρέΦεται κυκόωντι. Vulgo lectum ἐπιστρέΦεται in edd. et codd. Mirari licet Barnes, Clarke, Erneſti, lectionem veram memorare ex Euſtathio, qui eam ex Herodiano profert, nec adſciuiſſe; quod recte fecit Wolfius. Repoſuerat eam Bentl. in ſuo exemplari. Correxit quoque ſic Toup. ad Heſych. in Opp. To. III, p. 355. Eſt τρέΦεσθαι voc. proprium de humore concreſcente. Sic Od. I, 246, αὐτίκα δ' ἥμισυ μὲν θρέψας λευκοῖο γάλακτος in caſeos vertit; eſt ergo θρέψας πήξας. et de aqua marina in ſal durata πολλὴ δὲ περὶ χρόα τέτροΦεν ἅλμη. Od. Ξ, 477 de glacie καὶ σακέεσσι περιτρέΦετο κρύσταλλος, ad quem locum Heſychii gloſſa ſpectat; περιτρέΦετο, περιεπήσσετο. Quod lectio illa nullis in codd. reperitur, ne in Venetis quidem, Townl. Mori; enimuero Scholia br. non aliter legerunt, nam in iis eſt περιπήγνυται, ὅθεν ἡ τροΦαλὶς de caſeo, et Apollon. Lex. τρέΦεται, πήγνυται, p. 654. et diſertius p. 545 περιτρέΦεται, περιπήσσεται. ὅθεν καὶ τροΦαλὶς, τὸ πεπηγμένον γάλα.

κυκόωντι, pro ὑπὸ τοῦ κυκῶντος, vt recte Sch. B. notat. At a Sch. A. nil notatum ad h. l. κινοῦντι, ταράσσοντι reddunt Sch. br. Omnia eo ducunt, vt conſtet veteres coagulum iniectum, vt tanto citius lac concreſceret, verſaſſe et circumagitaſſe.

905. τὸν δ' Ἥβη λοῦσε, χαρίεντα δὲ εἵματα ἔσσε, — quod puellarum hoc munus eſt lauare, ac veſtes prae-

bere. Itaque in heroum vita hoc nihil habuit quod offenderet. Seruarum ministerium hoc plerumque esse videmus in Odyssea, vt Δ, 49. P, 88. T, 356. Ω, 364. 5. vetularum praecipue. cf. et inf. Ξ, 6. At ipsa Nestoris filia Polycaste lauat Telemachum Od. Γ, 464. cf. Athen. I, 10. Addit Sch. A. „non ergo nouit Homerus Heben ab Hercule ductam, ὡς ἐν τοῖς ἡθετημένοις ἐν τῇ Ὀδυσσείᾳ." Scilicet respicit Od. Λ, 600. Apparet antiquitus in vita deorum ad vitam hominum adumbratam Heben inter Olympios ministerium praestitisse puellare, adeoque et aduenientes lauisse, ad mensam adstitisse, poculum propinasse: hoc deinde in Hercule in Olympum recepto tanquam singulare aliquid ac proprium haesisse.

χαρίεντά τε Vrat. a.

906. πὰρ δὲ Διὶ Κρονίωνι κάθητο κύδεϊ γαίων. ※ quod versus non bene huc translatus est ex Il. A, 405 vbi est de Briareo. Nihil enim exultatione dignum peregerat Mars, et, a mortali victus, potius dedecus acceperat. Sic Schol. A. praeclare. Addit B. Zenodotum versum damnasse. At Lips. ms. qui eadem verba, quae in Ven. B. sunt, habet, Aristarchum nominat; quod verisimilius. Videtur enim ex Didymo cum ceteris haec σημείωσις inserta esse. Possis forte defendere: si quidem ex vulnere sanatus nunc nouos spiritus sumit et solita vanitate ac leuitate efferens se et ferociens assidet. Verum iam antea assidebat Ioui 869. Putidum adeo hoc iterum repeti.

907. αἱ δ' αὖτις πρὸς δῶμα — αὖτις Harlei. Vrat. a. b. Ven. B. notat, bene deas nunc demum in Olympum redire; vix enim recte interesse potuissent sermonibus inter Martem et Iouem; aut enim otiose sedissent aut parum commode sermones miscuissent. A cod. Lips. hi vltimi tres versus aberant a pr. m, nec improbabile sit, a rhapsodis eos suppletos esse.

909. παύσασαι βροτολοιγὸν Ἄρην ἀνδροκτασιάων. παύσασθαι Mosc. 1. Ἄρῃ Cant.

EXCVRSVS AD LIBRVM V

EXCVRSVS I

ad E, 203.

ἄδην. ἄδδην. ἄδω. ἀδέω. ἀνδάνω.

203. *ἵπποι — εἰωθότες ἔδμεναι ἄδδην.* Haec Niciae ſcriptura eſt: ἄδδην pro ἄδην, metri cauſſa, vt ſyllaba per ſe breuis (N, 315 *οἵ μιν ἄδην ἐλόωσιν*) producatur; at Ariſtarchus ἄδην et ἄδην ſcribebat „ſic Sch. A. et B. et Sch. br. repetita ab Euſtathio ad h. l. et iterum p. 539 et 1394. Multa de hac voce eiusque etymo diſputata ſunt in Etymol. Heſych. et Notis ad eum; add. Pierſon ad Moerin p. 90. Scheid. in Lexic. Etymol. Spectant alia ad prosodiam, de qua inprimis egit Clarke, et Knight p. 82. partim, ſitne ἄδην priore longa, et an ϝάδην ſcriptum olim fuerit, quod quoque factum volunt in ἄδω; ϝαδω. Exponam; quae mihi probantur; licebit aliis vti inuentis ſuis. Scilicet ſtatuo, formas olim fuiſſe plures eiusdem verbi, cuius vis erat omnino *ſatisfacere, delectare, ſatiare; inde taedio afficere, moleſtiam afferre.*

Fuit ἄδω *a primitiua forma* ἄω, ἄμι vnde eſt ἄμεναι, Φ, 70 *λεμένη χροὸς ἄμεναι.* quomodo fuit ἴμι, eo, εἶμι. *ſatio.* Ex ἄω occurrunt ducta ab futuro ἄσω. ἄσαι. ἄσασθαι, vbique *priore longa*, et ſine digammo et adſpiratione: *αἵματος ἆσαι Ἄρηα. ὁρόμου ἄσῃ. χροὸς ἆσαι. γόου ἆσαι. κόνιας ἆσαι.* Ducta hinc ἄσῃ. et ab hoc ἀτέομαι. Nec nolui, quod digamma arguere videri poſſit, ni-

ſi quod legitur Λ, 88 τάμνων δένδρεα μακρὰ, ἄδος τέ μιν ἵκετο θυμόν. quod eſſe potuit μακρᾳ ϝαδος. Ita vero et correptâ ſyllaba et per digamma ſcripta, prorſus ab hoc verbo recedit. Praeſtat, puto, dicere fuiſſe μάκρ', ἄδος, quod conuenit cum ἦδος, ſimili modo formato. Debuit huius vocis ἄδω priore longa, exemplo aliarum vocum, eſſe alia forma priore breui, ἄδω, ſeu ἀδέω, ἀδῶ, ſatio: vnde venit ἄδη, ἄδδη, ἀδδέω, ἀδδηκότες. de quibus dicetur infra.

Alia forma quae nunc quidem ſcribitur ἥδω. ἥσω. ἥσατο. Ea olim fuit ϝηδω. ϝησω, ϝησατο. *delectio*. Ex ea ductum ἧδα, ϝηδα. ἔαδα *media longa*, ἐϝαδα. vnde ἐϝαδως. πᾶσιν ἐϝαδότα μῦθον I, 173. niſi malis πᾶσι ϝεϝαδοτα ſcriptum fuiſſe. Videri poteſt et ἥδω. ἥδομαι. fuiſſe: quandoquidem τὸ ἦδος inde ductum eſſe debuit: vt A, 576 ἐσθλῆς ἔσσεται ἦδος niſi et hoc fuit ϝηδος, et ſcribendum ſit ἐσθλῆς ἔσται ϝηδος, ſicque Il. Λ, 318.

Alia forma, ἄδω, *prima breui*, pro *delecto*, *placeo*. vnde ἀδέω, ἀνδάνω, et hinc ἄδον. ἀδεῖν. v. c. ὡς ἔφελε θάνατός μοι ἀδεῖν. Γ, 173. Vnde ductum ἔαδον. ἔαδα, *media breui* quod idem ἐϝαδα. εὔαδα ſcriptum. ἐπεί νύ σοι εὔαδεν οὕτως P, 647.

Cum duo fuerint verba, priore modo breui, modo longa, eodem ſenſu, a diuerſa tamen origine, ἥδω, ἧδα, ἔαδα, ϝαδα, media producta, et ab ἄδω ἔαδα, ἐϝαδα, εὔαδα media correpta; non miraberis etiam ἀνδάνω ab vtroque ductum verbum fuiſſe; certe fuit ϝανδανω ϝηνδανε, A, 24 οὐκ Ἀγαμέμνονι ϝηνδανε add. O, 674. Od. E, 153 ϝηνδανεν Ω, 25 ἔνθ' ἄλλοις μὲν πᾶσιν ἐϝήνδανεν. adde Od. Γ, 143. Sine digammo occurrit Od. K, 373 οὐχ ἥνδανέ θυμῷ; quod tamen ſcriptum eſſe potuit οὐ ϝηνδανε.

Redeundum eſt ad ἄδη *priore correpta* ſine digammate, *ſatietas*: et ἀδέω vel ἀδδέω, *ſatio*: cuius aliam formam priore producta ἄδω vidimus. Ex ἄδη ductum, quod pro aduerbio haberi ſolet, ἄδην. οἳ μιν ἄδην ἐλέωσι N, 315. Τρῶας ἄδην T, 423. et quoties ſyllaba erat producenda, ἄδδην, vt h. l. ἔδμεναι ἄδδην. Eſt enim, quod

nunc pro aduerbio habetur, ἄδην vel ἄδδην, proprie εἰς vel κατ' ἄδην. Diſcas hoc vel ex Apollon. Lex. h. v. ἄδδην, εἰς κόρον. ἐπὶ πλεῖον, laudato hoc verſu. In Od. E, 290 pro Φημὶ ἄδην erit vel Φήμ' ἄδδην, vel Φημί γ' ἄδην ἐλάαν ſcribendum. Grammatici certas rationes non habuerunt; errant inter ἄδην et ἆδην, ἄδδην et ἄδδην, v. Euſtath. Heſych. Seriores poetae ex grammaticorum commentis pependerunt, neque adeo ad Homericam rationem exquirendam adhiberi poſſunt; aliquoties tamen ἄδην in Apollonio et Callimacho occurrit, vbique priore correpta. ἀδδηΦάγος etiam Lyſiae et Philiſto dictum fuit: quod interpretatur Harpocration Lex. h. v. Apoſtol. Proverb. I, 1, 51. Super ἄδην ἐλάαν πολέμοιο v. ad N, 315. Ceterum vulgari quoque vſu habita eſt vox ἄδῃ, quod conſtat ex Herodoto IX, 39 vbi v. Valk. ἀδὲς vox Dorum, pro δαψιλὲς, memoratur a Gregorio de Dial. p. 149. Dictum quoque hinc eſt ἀδινὸς, denſus ſeu numero ſeu ordine, h. e. continuus, priore breui: de quo v. ad B, 87.

Tandem ἀδηκότες ſupereſt, *ſatiati*, quod ad exemplum τοῦ ἄδδην etiam ἀδδηκότες ſcribitur, vt K, 98 καμάτῳ ἀδδηκότες ἠδὲ καὶ ὕπνῳ. ad quem locum vide Obſſ.

EXCVRSVS II.

de εἴ κεν cum coniunctiuo, optatiuo et futuro indicatiui.

E, 212. εἰ δέ κε νοστήσω καὶ ἐσόψομαι. Schol. A. ad e. l. notauit, dictum eſſe pro νοστήσαιμί κεν. vt illud: πλῆθὺν δ' οὐκ ἂν ἐγὼ ὀνομήνω B, 488. Patet, exemplo allato, ὀνομήνω, grammaticum ſtatuiſſe, νοστήσω eſſe *aoriſtum ſubiunctiui ſequente futuro indicatiui*: quod per ſe recte fieret; nam *aoriſtum ſubiunctiui et futurum indicatiui cum* ἄν vel κεν *iungi et eodem loco haberi*, ſaepe (v. c. K, 449. 452 et alibi) videbimus, et antea iam vidimus Exc. III ad A, 66. videtur tamen ve-

στήσω non minus bene pro futuro haberi, vt κε ad vtrumque referatur, νοστήτω κεν et ἐςόψομαι κεν. Eo quoque ducit ſimilis locus B, 258 εἴ κ' ἔτι σ' ἀφραίνοντα κιχήσομαι, ὥς νύ περ ὧδε, ne viuam, εἰ μὴ ἐγώ σε λαβὼν ἀπὸ μὲν εἵλκε εἵματα δύσω — αὐτὸν δὲ κλαίοντα θοὰς ἐπὶ νῆας ἀφήσω. — *Futura cum* κεν *iuncta* omnino ab Homero frequentari nunc nemo dubitet; (v. ad A, 175. 137. 139. Δ, 176. I, 155 et al.) Quid in Atticis ſcriptoribus de vſu futuri cum ἄν ſtatuendum ſit, ad nos non ſpectat.

Egeram ſupra de vſu τοῦ αἴ κεν vel εἴ κεν, in Exc. III. ad A, 66. et in Obſſ. ad A, 81. vbi expreſſis plagulis et inſpectis vidi obſeruationem de vſu τοῦ αἴ κεν cum ſubiunctiuo eſſe turbatam ſphalmate p. 40. l. extr. „ſoloecum eſſe εἰ cum ſubiunctiuo“ cum deberet excuſum eſſe εἴ κε. Ibidem paullo poſt l. 8. p. 41. vbi dixi: „Sic quoque εἴ κε. εἰ δέ κε. εἰ δέ κε μὴ.“ excidit, cum futuro indicatiui.

Monebo igitur, cum in h. l. deuenerim, omnino paucis de vſu τοῦ εἰ, εἴ κεν, εἴ περ, in Homericis. De *vulgari* quidem *vſu τοῦ εἰ cum indicatiuo* et *optatiuo* non quaeri, per ſe intelligitur.

Frequentiſſimum in Homero eſſe εἴ κεν, et αἴ κεν, quod idem eſt atque εἰ ἄν, ἐὰν, *cum ſubiunctiuo* iunctum, iam in notato Excurſu pronuntiatum eſt. Occurrunt exempla hoc ipſo libro E, 820 εἴ κε — ἔλθῃ. 351 ἤτε σ' οἷω ῥιγήσειν πόλεμόν γε καὶ εἴ χ' ἑτέρωθι πόθηαι. Si plura cupis, adi A, 324. Δ, 359. Λ, 315. X, 346 et al. etiam εἴ κεν πως, vt Π, 725.

Cum hoc vſu τοῦ εἴ κεν cum ſubiunctiuo non illa ratio confundenda, cum εἰ, etiam *ſine* ἄν, *cum ſubiunctiuo* iungi poſſe contenditur; id quod ἀκριβέστεροι omnino negant fieri poſſe, non magis, quam vt ἐὰν cum indicatiuo iungatur. Praeiuit recto huic iudicio Thomas Mag. in εἰ p. 267. etſi is obſcurauit doctrinam hanc per alia adiecta: quod acute nuper obſeruauit doctiſſ. L. B. de Locella ad Xenoph. Epheſ. p. 185. Itaque potuit

quidem dici εἴ κεν ἱκώμεθα, non autem εἰ ἱκώμεθα, quod ſoloecum eſſet. Quoties igitur talia leguntur, eluitur vitium, modo interponendo κεν, εἴ κεν ἱκώμεθα, modo mutando ſubiunctiuum in optatiuum εἰ ἱκοίμεθα. Interdum καὶ male occupauerat locum τοῦ κεν, vt apud Apollon. IV, 1418 εἰ δὲ καὶ αὖθις ἱκώμεθα in codd. damnat Brunck. et tuetur εἰ δέ κεν. Erit ergo etiam E, 258 εἰ γοῦν ἕτερός γε Φύγῃσι mutandum non in ἕτερός κε Φύγῃσι, ſed εἴ κ' οὖν ἕτερός γε Φύγῃσι. O, 571 εἴ τινα που Τρώων — βάλῃσθα in βάλοις θα. Et in Heſiod. Ἔργ. 321 εἰ γάρ τις καὶ χερσὶ βίῃ μέγαν ὄλβον ἕληται erit emendandum εἰ γάρ τίς κεν, vt idem vir doctus vſ. 344. (317) εἰ γάρ τοι καὶ χρῆμ' ἀλλότριον ἄλλο γένηται mutauit in γένοιτο (poterat quoque ſcribere εἰ γάρ τοί κεν — γένηται) et in Apollon. III, 61 εἴ κεν περ ἐς Ἄϊδα ναυτίλληται pro εἰ καί.

εἴ κεν *cum optatiuo* iungi vulgo obuium eſt. εἰ τούτω κε λάβοιμεν, ἀροίμεθα κε πλέος ἐσθλὸν E, 273. et πειρήσομαι εἴ κε τύχοιμι 279. I, 397 τάων ἥν κ' ἐθέλοιμι; et ſine κε paullo ante οὐδ' εἴ μοι τόσα δοίη — eod. lib. 455. v. Exc. III. ad A. et in ea quidem iunctura maxime ſibi placent Attici, vt omnino in optatiui vſu, quem tamen epicis poëtis obtrudere nolim, niſi codicum auctoritas vel ſententiae indoles facere inſſerit; nam hi ſubiunctiuos plerumque praeferunt, praeeunte Homero: v. c. Γ, 71 ὁπότερος δέ κε νικήσῃ κρείσσων τε γένηται, ſcriptor Atticus praeferret γένοιτο ἄν. Δ, 191 Φάρμακ' ἅ κεν παύσῃσι μελεδωνάων ὀδυνάων, παύσειεν ἄν. A, 137 ἐγὼ δέ κεν αὐτὸς ἕλωμαι, ἕλοίμην ἄν. 205 τάχ' ἄν ποτε θυμὸν ὀλέσσῃ, ὀλέσειεν ἄν. et ſic ſexcentis in locis. Neque itaque, cum toties in libris variet et ernet optatiuus cum coniunctiuo, hunc vbique tollere et illum ſubſtituere auſim, niſi conditio incerta aut dubitatio vim inde mutuetur. Il. I, 414 εἰ δέ κεν οἴκαδ' ἵκωμι muthui in ἵκωμαι alia de cauſſa. Obſeruantur etiam loca, in quibus promiſcue εἴ κεν cum ſubiunctiuo et optatiuo aut alternis iunguntur; v. c. Il.

I, 278 *εἰ δέ κεν αὖθις ἅστυ μέγα Πριάμοιο θεοὶ δώωσ' ἀλαπάξαι* — et ſtatim *εἰ δέ κεν Ἄργος ἱκοίμεθ'*. —

Tandem *εἴ κε* vt quoque *αἴ κεν, cum futuro indicatiui* iunctum ab Homero frequentari, iam initio huius Excurſus et Exc. III. ad A. declaratum eſt.

Cum *εἴκεν* conuenit fere vſus *τοῦ εἴπερ ἄν, εἴπερ κεν*, quod vt plurimum cum ſubiunctiuo, rarius cum optatiuo iungitur; cum optatiuo quoque *εἴπερ* ſine *κε*, cf. ad A, 81. at cum indicatiuo iungitur quidem *εἴπερ*, (v. c. Π, 848 *εἴπερ μοι ἐείκοσιν ἀντεβόλησαν*. Τ, 364 *εἴπερ γὰρ θυμῷ γε μενοινάα πολεμίζειν*) non vero *εἴπερ ἄν, εἴπερ κε*. hoc quidem non magis ac *εἴ κεν* vel *αἴ κεν*, praeterquam ſolo futuro indicatiui, vt in illo *αἴ κεν πως θωρήξομεν*.

EXCVRSVS III

ad E, 656. *ἁμαρτῇ*.

de *προσῳδίᾳ* ſeu accentu in Homero et interpunctione.

Vidimus in Obſſ. ad e. v. acriter et diuerſimode diſputatum eſſe de pronuntiatione voc. *ἁμαρτῇ*. nec mirum, cum tanta pronuntiationis vis ſit non modo ad aurium iudicium, verum etiam ad ſenſum verborum.

Cum in lingua, cuius vſus eſt vulgaris, de pronuntiationis ratione inter populares ſatis conſtet, ad eam declarandam ſignis et notis opus non eſt; nec neceſſitas exiſtit, niſi aut in exquiſitiore ſermonis cultura, aut, ſi ab aduenis et extoris illa eſt addiſcenda.

Quod ſi prius illud euenit, diſputationes exoriuntur primo tantum de ſingulis vocibus, aut dialecto molliore, duriore, variatis, aut vulgo male pronuntiatis aut dubitationem qualemcunque habentibus: idque in Graecis, quamdiu Athenis omnes fere litterae continebantur, rarius, mox multo magis locum habere debuit, ex quo

litteratura Alexandriae florere coeperat, maxime in Homericis carminibus.

Obseruatum erat mature, differre nonnullorum verborum sensum pro pronuntiandi modo; obseruatum quoque illud, ad orationis perspicuitatem et suauitatem ingentem vim inesse in vocis modulatione, *acui* syllabae *tonum*, (ὀξύνεσθαι) aliarum syllabarum sonos *demitti*, βαρύνεσθαι. Ille tonus ὀξὺς, *accentus*, προσῳδία, dictus (quia ad litterarum sonos voce προσαείδεταί τι) doceri poterat facile si quis pronuntiatione ipsa haec doceret. Recte autem pronuntiare ad grammatices rudimenta et puerilem institutionem referebatur. Atque hoc sensu προσῳδίαι sunt accipiendae, quando in Platone, Aristotele, Aristoxeno ad eas prouocatur; sunt accentus, quibus vox modo acuitur, modo grauatur, sola pronuntiatione, praeeuntis alicuius exemplo ac monitu, addiscendi.

Tandem signa inuenta sunt, quae et ipsa appellata sunt προσῳδίαι et accentus. Proprie non nisi vnus, ὀξὺς, *acutus*, est, quo acuitur et eleuatur syllaba, ceteris syllabis remissiore sono pronuntiandis, isque est virgula ´ et in fine ', haec et ipsa vulgo *grauis* dicta, proprie tamen grauis nullum habet signum; omnis enim syllaba grauatur, grauem tonum habet, in qua tonus non eleuatur adeoque non acuitur. Variatus vocabuli, *grauis*, vsus plus obscuritatis intulit in hanc doctrinam per se satis luculentam. Qui acutus est in prioribus syllabis, idem est quoque acutus in vltima, siue ´ siue ' pingatur. Acutus abit in *circumflexum*, hoc est, duae syllabae, quarum altera acuebatur, altera grauabatur, contractae sunt in vnum tonum, v. c. βοάουσι, (in quo α acuitur, ου grauatur) in βοῶσι· hoc ex vsu, quo ῾ grauem tonum declarat, a grammaticis declaratum est per ἀού et hinc ᾽ω, vnde factum ῶ, lineis binis in vnam circumductis.

Haec, superioribus aetatibus plerumque perperam tradita, nunc sunt inter nota ac vulgata; vti et illud, *accentus* prorsus diuersos esse a *quantitate* syllabarum, in qua χρόνος spectatur, cum syllaba breuis vnam moram

ſeu tempus, χρόνον, habet, longa duo χρόνους. Horum temporum ratio non habetur in accentu; eſt itaque pronuntiandum ἄειδε, ἔθηκε, etſi haec pronuntiatio ita facta eſſe debet, et adhuc fieri poteſt, vt etiam χρόνου ratio habeatur. Praeſtat inter ceteros, qui de his tradiderunt, libellus Foſteri. Ex antiquioribus praeiuerat Dionyſius Thrax Ariſtarchi diſcipulus, e cuius τέχνῃ ſeu ex iis, quae alius ei praefixerat, meliora excerpſit Porphyrius περὶ προσῳδίας ap. Villoiſ. Anecd. Diatr. p. 103 ſqq. v. Reiz. Prosod. gr. p. 63.

Iam cum puerilis doctina recte legendi ac pronuntiandi maxime Homeri lectione contineretur, facile intelligitur, dubitationes huius generis et difficultates primo ſubortas eſſe in Homero; in eoque traditas praeceptione. Cum de iisdem προσῳδίαις etiam ſcriptis ageretur: facile ſeu ſcriptio ſeu praeceptio adducere viros doctos potuit, vt ſignum quoque, quod τὴν προσῳδίαν declararet, inuenirent; idque cum primo in ſingulis forte locis ambiguis et controuerſis adhibitum, tum et appictum eſſet, eo tandem inualuit, vt codices ſignis iis tantum in locis controuerſis, mox, ſeu puerilis inſtitutionis ſeu minus graece doctorum cauſſa, per totum carmen προσῳδίαις eſſent inſtructi: quod an Alexandrinorum grammaticorum aetate factum ſit, dubito; verum probabile ſit, eos ipſos codices, qui προσῳδίας haberent, non niſi locis, de quibus controuerſia agitata erat, ſigna appicta habuiſſe; forte ne hos quidem niſi eos codices, qui grammaticorum manibus verſabantur; adeoque paucos; nec ſi v. c. Ariſtophanes dicitur inſtruxiſſe Ariſtophanem Comicum aut Pindarum ſignis, hoc de totis codd. accipiendum eſſe cenſeo, verum de ſingulis tantum locis ac vocibus ambiguis; ſerius demum, Graecis litteris iam ruentibus, et pronuntiatione foede corrupta, mos inualuiſſe videtur, vt totos libros ſignis his pronuntiationis antiquae inſtruerent: quo ipſo nobis antiqua et vera legendi graeca ratio eſt ſeruata, ſaltem quod ad tonum verborum attinet, quem alioqui multo minus in Graecis, non dicam aſſe-

qui, quod nullo modo nos posse censeo, verum ne quidem exputare possemus. Itaque Romani sermonis tonum multo minus tenemus quam Graeci; vnde enim v. c. nisi Diomedes memorasset, sciremus, *post*, si aduerbium esset, acuto, si praepositio, graui esse pronuntiatum.

Simili modo statuendum esse videtur *de spiritu*; proprie vnus tantum habetur spiritus asper; isque erat signandus in vocibus nonnullis, quarum significatus per eum constituebatur; otiose postea etiam *lenem* intulere, qui per se nullus est, et perperam appingitur, multo magis quoties accentus non appinxeris. Ab aspero diuersus erat spiritus *digamma*, de quo disputatum est Excursu singulari.

Neque alio modo subnatam esse putabimus *interpunctionem*, quam, a simplicissimis signis *τῆς τελείας, μέσης στιγμῆς* et *ὑποστιγμῆς* ductam, et in singulis locis, dubiis et obscuris sententiis, primo allitam, serior vsus ad eam, quam nunc habemus, omnis orationis constituendae rationem adduxit; ita vt ex interpunctione plerumque iudicare possis, an logica subtilitate vsus sit scriptor in cogitandis iis quae scripsit. In Scholiis Marciani codicis Nicanor *περὶ στιγμῆς* laudatur tanquam is scriptor, ad cuius praecepta potissimum interpunctio Homerici carminis constituta sit.

Praeclara haec lectionis et interpretationis subsidia et adiumenta grammaticis Alexandrinis deberi, (circa annum CC. ante C. N.) in confesso est; eaque primus, non tam reperisse, quam scite constituisse et in vsum vulgarem adduxisse videtur Aristophanes Byzantinus; qui etiam metrica primus curauerat, vt ex Grammatico de metris Pindari discimus. Locus in eam rem praeclarus ex Arcadio Mſ. appositus est a Villoisono ad calcem Epp. Vinar. e cod. Paris. Neque tamen seu Aristophanis, seu Aristarchi, discipuli, auctoritate omnes huius doctrinae controuersiae fuere aut compositae aut sublatae. Memorantur enim diuersae clarissimorum grammaticorum sententiae et censurae multis in locis; tum vero etiam scri-

ſeu tempus, χρόνον, habet, longa duo χρόνους. Horum temporum ratio non habetur in accentu; eſt itaque pronuntiandum ἄειδε, ἔθηκε, etſi haec pronuntiatio ita facta eſſe debet, et adhuc fieri poteſt, vt etiam χρόνου ratio habeatur. Praeſtat inter ceteros, qui de his tradiderunt, libellus Foſteri. Ex antiquioribus praeiuerat Dionyſius Thrax Ariſtarchi diſcipulus, e cuius τέχνῃ ſeu ex iis, quae alius ei praefixerat, meliora excerpſit Porphyrius περὶ προσῳδίας ap. Villoiſ. Anecd. Diatr. p. 103 ſqq. v. Reiz. Prosod. gr. p. 63.

Iam cum puerilis doctina recte legendi ac pronuntiandi maxime Homeri lectione contineretur, facile intelligitur, dubitationes huius generis et difficultates primo ſubortas eſſe in Homero; in eoque traditas praeceptione. Cum de iisdem προσῳδίαις etiam ſcriptis ageretur: facile ſeu ſcriptio ſeu praeceptio adducere viros doctos potuit, vt ſignum quoque, quod τὴν προσῳδίαν declararet, inuenirent; idque cum primo in ſingulis forte locis ambiguis et controuerſis adhibitum, tum et appictum eſſet, eo tandem inualuit, vt codices ſignis iis tantum in locis controuerſis, mox, ſeu puerilis inſtitutionis ſeu minus graece doctorum cauſſa, per totum carmen προσῳδίαις eſſent inſtructi: quod an Alexandrinorum grammaticorum aetate factum ſit, dubito; verum probabile ſit, eos ipſos codices, qui προσῳδίας haberent, non niſi locis, de quibus controuerſia agitata erat, ſigna appicta habuiſſe; forte ne hos quidem niſi eos codices, qui grammaticorum manibus verſabantur; adeoque paucos; nec ſi v. c. Ariſtophanes dicitur inſtruxiſſe Ariſtophanem Comicum aut Pindarum ſignis, hoc de totis codd. accipiendum eſſe cenſeo, verum de ſingulis tantum locis ac vocibus ambiguis; ſerius demum, Graecis litteris iam ruentibus, et pronuntiatione foede corrupta, mos inualuiſſe videtur, vt totos libros ſignis his pronuntiationis antiquae inſtruerent: quo ipſo nobis antiqua et vera legendi graeca ratio eſt ſeruata, ſaltem quod ad tonum verborum attinet, quem alioqui multo minus in Graecis, non dicam aſſe-

qui, quod nullo modo nos posse censeo, verum ne quidem exputare possemus. Itaque Romani sermonis tonum multo minus tenemus quam Graeci; vnde enim v. c. nisi Diomedes memorasset, sciremus, *post*, si aduerbium esset, acuto, si praepositio, graui esse pronuntiatum.

Simili modo statuendum esse videtur *de spiritu;* proprie vnus tantum habetur spiritus asper; isque erat signandus in vocibus nonnullis, quarum significatus per eum constituebatur; otiose postea etiam *lenem* intulere, qui per se nullus est, et perperam appingitur, multo magis quoties accentus non appinxeris. Ab aspero diversus erat spiritus *digamma*, de quo disputatum est Excursu singulari.

Neque alio modo subnatam esse putabimus *interpunctionem*, quam, a simplicissimis signis *τῆς τελείας, μέσης στιγμῆς* et *ὑποστιγμῆς* ductam, et in singulis locis, dubiis et obscuris sententiis, primo allitam, serior vsus ad eam, quam nunc habemus, omnis orationis constituendae rationem adduxit; ita vt ex interpunctione plerumque iudicare possis, an logica subtilitate vsus sit scriptor in cogitandis iis quae scripsit. In Scholiis Marciani codicis Nicanor *περὶ στιγμῆς* laudatur tanquam is scriptor, ad cuius praecepta potissimum interpunctio Homerici carminis constituta sit.

Praeclara haec lectionis et interpretationis subsidia et adiumenta grammaticis Alexandrinis deberi, (circa annum CC. ante C. N.) in confesso est; eaque primus, non tam reperisse, quam scite constituisse et in vsum vulgarem adduxisse videtur Aristophanes Byzantinus; qui etiam metrica primus curauerat, vt ex Grammatico de metris Pindari discimus. Locus in eam rem praeclarus ex Arcadio Mſ. appositus est a Villoisono ad calcem Epp. Vinar. e cod. Paris. Neque tamen seu Aristophanis, seu Aristarchi, discipuli, auctoritate omnes huius doctrinae controuersiae fuere aut compositae aut sublatae. Memorantur enim diuersae clarissimorum grammaticorum sententiae et censurae multis in locis; tum vero etiam scri-

pta integra περὶ προσῳδίας, seu vniuerse seu de Homerica sigillatim; quarum recensum vide ap. Fosterum p. 166 sqq. et de iis, qui in Scholiis Codicis Marciani memorantur, Prolegomena Villoisoni, vniuerse autem memoratos in Biblioth. Gr. Fabricio Harlesianae Vol. VI. Sunt in his Tyrannio iunior, περὶ Ὁμηρικῆς προσῳδίας, et clarissimi grammatici Ptolemaeus Ascalonita, Apollonius Dyscolus, et Herodianus ἐν τῇ καθόλου, f. καθολικῇ προσῳδίᾳ, et in altero libro τῇ Ἰλιακῇ προσῳδίᾳ saepe laudata, et, quod ex subscriptione singularum rhapsodiarum codicis Marciani apparet, in Scholiis vbique in consilium adhibita. Horum aliorumque virorum doctorum subtilitate, quae nunc quidem, postquam res semel constituta est, nullis in rebus nobis videri potest nimis morosa et odiosa, effectum tamen est, vt certas, quas sequamur, teneamus rationes.

Summa haec rerum capita apponere licuit lectorum caussa, qui in his minutiis otium consumere nec volunt nec debent; ita quoque assequetur quisque pro se, cur in commentandi genere hoc, quo exponere volui inprimis, quid veteres de Homericis locis senserint ac tradiderint, appositа sint a me multa huius generis, etsi in nostra Homeri lectione raro forte de his argutiis aut quaeretur aut quaerendi necessitas incidet. Attigi tamen consilio et ratione inprimis loca praecipua, in quibus controuersiae huius generis, de accentu inprimis, fuere subnatae et magnis interdum animis agitatae. Ex iis locus est de ἀμαρτῇ, in Obseruationibus ad h. v. cum alii ἀμάρτῃ, Aristarchus ἄμαρτῃ scriberent; simjlis controuersia de ὁμαρτῇ, quam v. ad Φ, 188. Alias v. ad B, 15. 765. vbi nolui differtior esse, et passim se offerent aliae, v. c. Ψ, 328 τὸ μὲν οὐ κατατύθεται ὄμβρῳ.

IN LIBRVM VI. ILIADIS VARIAE LECTIONES ET OBSERVATIONES

1. Τρώων δ' οἰώθη καὶ Ἀχαιῶν Φύλοπις αἰνή. οἰώθη. ἐμονώθη. Sic iam Apollon. Lex. h. v. et inde ceteri. Addunt Sch. br. ἐμονώθη τῆς τῶν θεῶν συμμαχίας. Ven. B. autem: τινὲς τὸ οἰώθη, ἀντὶ τοῦ ἰσώθη, ὡμοιώθη. indocte. Memoratur versus ab Hesych. in αἰνόν, vt probet esse idem quod δεινόν.

2. πολλὰ γὰρ ἔνθα καὶ ἔνθ' ἴθυσε μάχη πεδίοιο. ξ propter omissum διὰ ante πεδίοιο. Addita: ἐπ' εὐθείας ἐφέρετο ἡ μάχη, modo his modo illis prosternentibus et prostratis. Ven. A. Sch. br. Ἰθύειν, ὁρμᾷν. ἔθυσε vitium est ed. Lips.

3. ἀλλήλων ἰθυνομένων χαλκήρεα δοῦρα. ξ quia ἰθυνομένων pro ἐπ' ἀλλήλους ἰθυνόντων. Ven. A. Sch. br. Occurrit quoque in Hesiodo. Apollon. Lex. p. 361 ἐπ' εὐθὺ προϊεμένων τὰ βάρατα. Est quoque ἰθυνάντων in Cant. ex gl. puto. χαλκήρεα v. ad N, 714.

4. μεσσηγὺς Σιμόεντος ἰδὲ Ξάνθοιο ῥοάων. ξ quod in antiquis reperitur μεσσηγὺς ποταμοῖο Σκαμάνδρου καὶ στόμα λίμνης. Addit Ven. A. etsi corrupte, διὸ καὶ ἐν τοῖς ὑμομνήμασι Φέρεται (sc. Aristarchi, cuius isto nomine fuit liber) sed ille mox, cum in alios libros incidisset, reposuit: μεσσηγὺς Σιμόεντος ἰδὲ Ξάνθοιο ῥοάων. quod convenit locis ad nauium stationem, in quibus pugnatur. Ven. B. et similia repetit, et addit, fuisse quoque lectum: μεσσηγὺς ποταμοῖο Σκαμάνδρου καὶ Σιμόεντος. Charetis hanc esse lectionem, disco e Scholio notato a Bent-

leio, (e Lipſ. cum quo conuenit Leid. vt intelligo e Voſſ. ad Catull. p. 247.) Putarunt nuper viri docti, Woodii erroribus obtemperando, ſe neſcio quid in reiecta illa ab Ariſtarcho lectione reperiſſe; atqui meram eſſe interpolationem manifeſtum faciunt haec: quod nomen eſt ſerioris vſus, quod eſt geographicum, (nam fuere στομαλίμναι plures, vt ad Rhodanum ap. Strabon. IV, p. 280. ad Crotonem ap. Theocr. IV, 22. vbi eſt τὸ στομάλιμνον.) quod ne grammatice quidem dici poteſt μεσσηγὺ στόμα ſed στόματος, eratque adeo ſaltem vna voce efferendum καὶ Στομαλίμνης; tandem ne quidem ſatis idonea vox eſt ad declarandum campum, in quo pugnatum eſt; erat ille *inter Scamandrum et Simoentem* ſitus, non apud extrema oſtia, quae Stomalimne dicta, in quae Scamander et Simois eodem alueo iuncti deferuntur: v. Strabo XIII p. 890. cf. Lenz. p. 290. videtur Stomalimne eſſe idem, quod Scylax per πρατῆρας Ἀχαιῶν declarat p. 86. ed. Iac. Gron. cf. ad Lecheual. p. 153. et 249.

5. 6. Αἴας δὲ — ἔρκος Ἀχαιῶν — ῥῆξε — Φόωσ δ' ἑτάροισιν ἔθηκε. Obſeruant grammatici Ven. A. B. Sch. br. quod tres metaphoras cumulauit poeta. Φόωσ δ' ἑτάροισιν ἔθηκε. Fuit ζήτησις, quatenus caeſo Acamante Aiax hoc effeciſſe videri poſſit? Reſpondent in Ven. B. quod Acamantis formam induerat Mars: E, 462. Simplicius, puto, reſpondeas: quia, homine fortiſſimo, Acamante occiſo, ſocios a magno diſcrimine liberauerat. Φῶς de *ſalute* et *liberatione a periculo*, vſu obuio, in Homero inde in Pindaro, Tragicis et al. Per νίκην Euſtath. reddit. Sch br. χαρὰν, σωτηρίαν. quod et Heſych. habet, et Φῶς — τὴν χαρὰν σημαίνει. Φάος δ' ἐ. ἐ. Apollon. h. v. Plenius Scholion eſt in Suida h. v. vbi et ſollenni vitio ἄνδρα λαβὼν legitur. Φόως de laetitia accipiendum O, 741. de ſalute Π, 95. Φ, 538. Scilicet omnino Φῶς et *lux* ex iis verbis eſt, quae non ſubtiliter vbique enucleanda ſunt, verum ad mentem magno phantaſmate

percellendam ponuntur. *O lux Dardaniae. Lumina ciuitatis. Lux gentium Messias.*

7. ἐνὶ Θρήκεσσι τέτυκτο. „γρ. Θρήκεσσιν ἐτύχθη" *Barnes.*

8. Versum laudat Sch. Apoll. I, 949 ad verba: ὃν κούρη δίου τέκεν Εὐσώροιο Αἰνήτη. Cyzicus heros erat natus ex Aeneo Thessalo et Aenete Eusori, regis Thracum, filia, adeoque Acamantis sorore. cf. sup. ad B, 844. ἐϋσώροὺ ed. Turn.

9. τόν ῥ ἔβαλε πρῶτος κόρυθος Φάλου ἱπποδασείης. ξ quod ἔβαλε est pro ἔπαισε. Ven. B. κατὰ τὸ τῆς περικεφαλαίας λαμπρὸν τὸ προμετωπίδων. ex falsa acceptione, et confusione τοῦ Φάλου et τοῦ Φαλάρου. v. sup. ad Γ, 371. — τόν ῥα βάλε. Vindob. κόρυθος ἱπποδασείης. Sch. br. ἱππολόφου. Apollon. Lex. ἱπποδάσεια, (P, 295) ἵππιον λόφον ἔχουσα. Scilicet ἵππος pro seta equina, vt βοῦς pro corio.

10. ἐν δὲ μετώπῳ πῆξε. Ven. B. ait nonnullos μετώπω duali accepisse, laudato versu (Π, 70) de Achille ἐμῆς κόρυθος λεύσουσι μέτωπον. — (Necesse est eos legisse λεύσουσι μετώπω. In Sch. br. idem Scholion editur: τινὲς δυϊκῶς, μετώποιν — hoc recentiores edd. inseruere. Nam antiquae edd. inde ab ed. pr. tantum illa habent: τινὲς δὲ δυϊκῶς· οὐ γὰρ ἐμῆς κ. λ. μέτωπα. Acumen grammaticum, mihi non satis perspectum! Infixa cono galeae hasta et fronti infigi debuit, quatenus occiput illa complectitur — ὀστέων Cant.

11. ὅσσε κάλυψεν margo Steph. Mori ms. Ven. Ionicum praetuli vulgari ὄσσε᾽ ἐκάλυψε.

12. Ἄζυλον Vrat. 1. et mox Θευθρανίδην.

13. Τευθρανίδην. Ex Τεύθρας, Τεύθραντος, quod et Τεύθρανος esse debuit. Sic quoque Teuthrania, Mysiae regio, cui Teuthras praefuit: de qua v. Strabo. XII, p. 867. XIII, p. 915. — De *Arisbe* v. ad B, 836. sita ea fuit circa Abydum et Lampsacum, facta posthaec colonia Mitylenaeorum. cf. ad Virgil. Aen. IX, 264.

15. *πάντας γὰρ Φιλέεσκεν, ὁδῷ ἔπι οἰνία νικῶν*, ξ-, quod *Φιλέεσκε* pro *ἐξένιζεν*. — *ἐπὶ ὁδῷ* pro *παρὰ*. *ὡς νὺ ἐπὶ λιμένι οἰκῶν*" obſeruatio e trinio repetita in Sch. br. cui tamen locum fecit aliud alicuius grammatici acumen in Ven. A. et Leid. e quo diſco, Porphyrianum hoc eſſe: *τὸ ὁδῷ ἔπι οἰνία καίῳ· οὐκ ἐστι τὸ παρὰ τὴν ὁδόν — ἀλλ' ἡ ἐπὶ δηλοῖ ἐν τούτοις τὸ ὑψηλὸν ἀπὸ* (leg. *ἐπὶ*) *τῆς γῆς* ſqq. — *ὁδῷ ἔνι* vnus Vindoſ.

16. *ἀλλά οἱ οὔτις τῶν γε τότ' ἤρκεσε λυγρὸν ὄλεθρον*. Laborant grammatici in Sch. B. Euſtath. in hoc, quod iis viſa ſunt haec ad improbandam vel eleuandam benevolentiam facere. — Nec vident, ad miſerationem mouendam haec eſſe adiecta. v. ad E, 53. Valer. Fl. III, 173 *Nec tibi Theſſalicos tunc proſuit, Ornyte, reges Hoſpitiis, aut mente moras fouiſſe benigna.* putes ex Homericis conuerſa haec eſſe. Adde ſimilia de Ripheo Aen. II, 426—8. *οὔτις τῶν γε* Ven. *τόν γε*.

17. *ἀλλ' ἄμφω θυμὸν ἀπηύρα* ξ- propter figuram; dictum enim pro *ἀμφοτέρους τὴν ψυχὴν ἀφείλετο, ἀντὶ τοῦ ἀμφοτέρων*. — Obſeruant porro A. et B. diſtinguendum poſt *ὑπαντιάσας* eſſe. Nam fuere qui ad Diomedem referrent, vt eſſet iunctura: *ὄλεθρον. πρόσθεν ὑπαντιάσας ἀλλ' ἀ. θ. ἀπηύρα*. Gl. Moſc. 1. *ἔμπροσθεν αὐτοῦ προκατάλαβών*.

18. ξ- quod nomina poeta indidit a re: *Καλήσιος ἀπὸ τοῦ καλεῖν τοὺς ξένους*.

θεράποντα, ὅς ῥα τόθ' ἵππων ἔσκεν ὑφηνιόχοιο. Ex more vitae heroicae, vt ſemel de eo moneam, ſunt *θεράποντες* amici heroum et familiares, qui ipſis adſunt ad opem ferendam in pugna, ad miniſterium, nec tamen ſeruile, praeſtandum (Apollon. Lex. h. v. monet; non eſſe *δούλους*) inprimis ad currus inſtruendos, iungendos, regendos; adſtant quoque in eodem curru et ſunt *ἡνίοχοι*, pugnant vna cum iis quorum ſunt *θεράποντες*; itaque ſunt iidem *ἑταῖροι*, vt Patroclus Achillis Π, 240. 244. educati ambo vna ſunt, vt iidem et alii, ſic Aiacis *θεράπων* Lycophron in eius domo viuebat O, 450 ſq. Me-

morantur tamen, inprimis in Odyſſea, θεράποντες diuerſi ordinis: ſunt qui etiam ſunt κήρυκες Od. Σ, 423. et 290 ſq. ſic et Il. A, 321. alii qui miniſterium praeſtant in epulis parandis, equis iungendis vel iugo ſoluendis. Memorantur quoque plures θεράποντες in vna domo v. c. Menelai Δ, 23. 38. Dicti quoque ὀπάονες, vt Merionis Diomedis θεράπων Θ, 263.

19. ξ— quod praepoſitio vacat in ὑφηνίοχος vt in ὑποδμώς Od. Δ, 386. Schol. A. B. Attamen editum ex Veneto, et Sch. B. praefixum ἔσχεν ὑφ' ἡνίοχος, quod Vrat. b. quoque exhibet; accipiendum, ὑπέσχεν, ὑπῆν, ſub eo erat. Pro τὼ δ' ἄμφω eſt in Barocc. et Vindob. τά γ' ἄμφω. in aliis particula excidit.

21. Pro Πήδασον Ariſtarchum legiſſe Πήρεχον notat Ven. B.

22. Fuere argutiae veterum grammaticorum in hoc verſu, quod diſcas, ſi Apollon. in Ἀβαρβαρέη et Etymol. in Νηΐς inſpexeris; Sed res parum digna, cui immoreris. 23. ἀγανοῦ Λαομέδοντος. De ſenſu epitheti ambigitur τῷ γένει ἢ τῷ κάλλει; non moribus, quos poeta in Laomedonte improbat, vbi de eo agit. Apollonius in Lex. h. v. ἀγανόν, καλόν, ἐπιφανές, θαυμάσιον. ὁ δὲ Ἀττικὸς, καλὸς, σεμνός. Ita et reliqui miſcent plura, vt ignores, quomodo ipſi in locis ſingulis acceperint. Scilicet ἀγανὸς eſt proprie admirabilis, tum ad omnia transfertur, quibus quis admirationem facere poteſt, pulchritudine aut dignitate corporis, factis, gloria. Inde fit ſynonymon τοῦ σεμνός. tandem in vitium, eſt ſuperbus, arrogans. Sunt autem multa loca; in quibus plura ex his locum habent, nec definiri poteſt, quid poeta praetulerit: vt h. l. generalis aliqua eſt commendatio Laomedontis *clari, eximii*.

24. σκότιον δέ ἑ γείνατο μήτηρ ξ— quod e clandeſtino congreſſu ſuſceptos appellat σκοτίους, qui et παρθένιοι ipſi ſunt (Π, 180) cf. Suidas in σκότιος. — Notatur quoque quod σκότιος ſcribitur: cum Σκοτίος ſit nomen proprium, ap. Pindar. (in deperditis) Schol. A. B. Addunt

Sch. br. cum Schol. Leid. *τὸν ἐξ ἀδαδουχήτων γάμων.* Hoc idem Schol. Eurip. ad *σκότιοι παῖδες θεῶν* Alc. 1010 habet, pulcre! Debetur hoc Apioni, Euſtathio teſte; et reſpexit ille Eurip. Phoen. 346 *ἐγὼ δ' οὔτε σοι πυρὸς ἀνῆψα Φῶς, νόμιμον ἐν γάμοις.* Diſtinguit *νόθον* Euſtath. ad Δ, 499. add. Heſych. *σκότιος.* c. Intpp. Comparat locum Homericum cum Virgiliano Aen. IX, 545 ſq. Macrobius Sat. V, 12.

25. ξ— quod *ἐπ' ὄεσσαι* pro *παρ' ὀ.* et quod *οἷες* pro loco quibus ſeruandis. Sch. A. Sch. br. Addit Schol. B. eſſe hoc Atticum, et laudat: *ὀΐεις τόνγε σύεσσι παρήμενον* (Od. N, 407) cf. eund. ad 92 et 273.

26. *ἠδ' ὑποκυσσαμένη.* Apollon. Lex. h. v. *ἔγκυος γινομένη.* addit Heſych. *ἐγκύμων.* Suidas *ἐγκυμονήσασα.* Vim praepoſitae particulae melius reddunt Schol. br. *ὑπ' αὐτοῦ κυήσασα, γεννήσασα.*

κυσσαμένη duplici *σ* ſcriptum, quia *κύω*, oſculor, pro eodem verbo habitum breuem primam habet: *καὶ κύσε χεῖρας.* Etſi de hoc dubito; fuiſſe videntur voces duae diuerſae; *κύω* quidem, praegnans ſum, priore longa, vnde *ἐγκύμων* media producta; ductum ab eo *κυέω* priore breui, vnde eſſe puto T, 117. *ἣ δ' ἐκύει Φίλον υἱόν.* At *κυσάμενος* et *ὑποκυσάμενος* productum *υ* habuere; prior ap. Heſiod. Theog. 125. 405.

διδυμάονε γείνατο παῖδε. De *διδυμάονε* dictum ad E, 548. *διδυμάον' ἐγείνατο* Moſc. 1.

Geterum primo nunc loco occurrit phantaſma hoc ſuauiſſimum, quo priſca aetas omnem rerum naturam ſenſu carentem ſenſu et actu impertiit, primo ſingulis fontibus, antris, arboribus, ſiluis, tum omnibus terrarum locis, mari, Oceano, numina immittendo; felix et ſenſibus humanis accommodatum inuentum, in poetarum et artificum vſum. Sunt in his Nymphae Naides. Nomen vulgare, quo quaeuis primum puella aut noua nupta *νύμφη* dicta erat, eminentiore ſenſu ad has puellas eſt traductum; habitae illae deae, ex inferiore tamen ordine; quoties itaque heroum origo a praeclara ſtirpe erat

repetenda, facile occurrebat Nympha in aliqua ſoli patrii parte; h. l. fontis, ad quem Bucolion armentis patriis praeerat. Haec ſemel dicta ſunto ad regenda iudicia de toto hoc genere. Alio τοῦ μυθεύεσθαι modo Od. K, 350 ſq. illae naſcuntur.

27. καὶ μὲν τῶν ὑπέλυσε μένος. Moſc. 1. καὶ μὴν et ἐπέλυσε. καὶ τῶν μὲν vn. Vindob. non male; correctum tamen.

28. Μηκιστηϊάδης emendate edidit Turneb. Antea erat in Flor. Ald. 1. Rom. Μηκιστιάδης. et Ald. 2. cum ſeqq. Μηκιστηάδης. B, 565. 6 Εὐρύαλος Μηκιστέως υἱὸς —

29. Ἀστύαλον Moſc. 3. Ἄστυλλον.

30. Πιδύτην Barocc. Πηδύτην, et Vrat. a. in marg. in contexto Τηδύτην.

31. Τεῦκρος δ' Ἀρετάονα δ' ἄρ' Ἐτάονα pro var. lect. Euſtath. mſ. Lipſ. Schol. ap. Bentl. Vrat. b. a m. pr.

32. ἐνήρατο. Cant. ἐνείρατο.

33. Ἔλατον δὲ ἄναξ. Nonnulli cum Vrat. a. vitioſe δ' ἄναξ.

34. ναῖε δὲ Σατνιόεντος ἐϋῤῥείταο παρ' ὄχθας. ξ. quod Zenodotus ſcribit: ὃς ναῖε Σατνιόεντος. Addit Sch. A. „καποφώνως" debebat addere quoque, eſſe contra metrum. Ap. Strabon. eſt παρ' ὄχθαις lib. XIII, p. 903 A. Barnes „γρ. Σαφνιόεντος" male variantem lectionem effinxit ipſe; eſt enim hoc nomen ſeriorum temporum, notante Strabone XIII, p. 903 A. add. Euſtath. et al. Sic et mox vſ. 35. Πήδασον. Barnes „γρ. Πήγασον" iterum e Strab. et Steph. Byz.

35. Iterum memoratur *Pedaſus* Ξ, 445. et Φ, 87. Leleges eam tenebant, quibus imperabat Altes, cuius filiam Laothoen duxerat vxorem Priamus Φ, 85 ſq. filios Altis Polydorum et Lycaonem interfecit Achilles. Ab Achille enim Pedaſus erat vaſtata cum aliis eius tractus vrbibus Il. Υ, 92. vnde nec eius mentio facta eſt in recenſu lib. II. vide Obſſ. ad B, fin. p. 438. Qui ſupererant, ſub Hectoris ductu pugnabant. (cf. Schoenemann. Geograph. Homer. p. 106.) Alii diceſſerant in Cariam

ibique aliam vrbem Pedaſum (τὰ Πήδασα) condiderant. Strabo l. c. p. 909. Add. Euſtath. qui vrbem Cariae Pegaſum dictam tradit, Steph. Byz. h. v. et Holſten. Haec altera, Cariae, eſt ea, cuius meminit auctor de mirab. audit. 149. Alia Pedaſus eſt inter vrbes in Agamemnonis ditione, inf. I, 152.

Πήδασον. Schol. A. B. br. Euſtath. exponunt ad h. v. fabulam ferіorum de vrbe *Pedaſo* olim *Moneia* dicta, et Achilli a puella Pedaſa prodita, pomo trans muros iacto, binis ſenariis inſcripto. Laudantur auctores Demetrius (Scepſius) et Heſiodus, hic vix cum fide. Habet fabula aliquam ſimilitudinem cum pomo Acontii. v. Ouid. Heroid. XX. et de Cteſylla Antonin. cap. I.

38. ἵππω γάρ οἱ ἀτυζομένω πεδίοιο — ἐβήτην. ξ quod διὰ πεδίοιο eſt, et quod τῷ ἵππῳ de bigis. Sch. A. Apollon. Lex. „ἀτυζόμενοι. ταραττόμενοι. καὶ ἐπικῶς· ἵππω γάρ οἱ ἀτυζομένω.“ Si iungis ἀτυζομένω (διὰ) πεδίοιο, dicendum, ἀτύζεσθαι eſſe dictum cum vi, pro ἀτυζομένω. Φεύγοντε. τρέχοντε. Poteſt etiam iungi (διὰ, κατὰ) πεδίοιο βλαφθέντε et ἐβήτην.

39. ὄζῳ ἐνὶ βλαφθέντε μυρικίνῳ. Sch. br. ὑπὸ τοῦ ὄζου ἐπισχεθέντες. ὑπὸ τοῦ κλάδου ἐμποδισθέντες. Sed βλάπτεσθαι omnino de curſu intercepto vel impedito dicitur, vt Il. Ψ, 571. 774. 782 θεά μ' ἔβλαψε πόδας. Euſtathius: βλάπτεσθαι καὶ βλαφθῆναι κυρίως ἐπὶ τοῦ προσκόπτειν καὶ ἐμποδίζεσθαι. Π, 331 βλαφθέντα κατὰ κλόνον. cf. ad Ψ, 387.

ἐνιβλαφθέντε iunctim marg. Steph. Rom. Euſtath. Vrat. b. μυρίκινος, vt μυρῖναι Φ, 350.

40. ἀγκύλον ἅρμα ἄξαντ' ἐν πρώτῳ ῥυμῷ. ἀγκύλον haud dubie περιφερές. vt καμπύλον alibi, quod et h. l. legitur in Vrat. b. e gloſſa. Fuere tamen qui interpretarentur ἰσχυρόν. vt Schol. ad Il. B, 205. et Etymol. cf. Toll. ad Apollon. p. 16.

ἐν πρώτῳ ῥυμῷ. dubitat Schol. B. ſitne in extrema parte, qua iugum alligatum eſt temoni, an verſus axem et currum altera parte; et praefertur alterum hoc: quod

Digitized by Google

mihi quidem durius factum videtur. ἐν πρώτῳ, ἐν ἄπρῳ. melius Sch. br. Succuſſo curru excidit Adraſtus etiam hoc altero modo. Idem grammaticus Ven. B. cum Sch. br. valde γραφικῶς narrata haec eſſe docet. Iterum II, 371 πολλοὶ ἵπποι — ἄξαντ' ἐν πρώτῳ ῥυμῷ λίπον ἅρματ' ἀνάκτων. In principio verſus Vrat. b. ἄξαν δ'.

41. ἧπερ οἱ ἄλλοι ἀτυζόμενοι Φοβέοντο. ξ— quod Φοβέοντο pro ἔφυγον e perpetuo poetae vſu. „Attamen hoc ſexcenties inculcatur. οἵπερ οἱ Vrat. a. ἧπερ b.

43. πρηνὴς ἐν κονίῃσιν ἐπὶ στόμα. ξ— quod poeta ipſe declarauit, quid ſit πρηνὴς, addendo ἐπὶ στόμα. Ven. A. Sch. br. Euſt. Supra E, 586 erat κύμβαχος ἐπὶ βρέχμόν τε καὶ ὦμα.

44. ἔχων δολιχόσκιον ἔγχος. Ineptiunt in etymo τοῦ δολιχόσκιον Schol. br. Etymol. Euſtath. Eſt epitheton compoſitum, adeoque ornatius, noua enim notio accedit, pro ſimplici δολιχός. Recte Apollon. Lex. μακρὰν σκιὰν ἔχον ἐξ οὗ τὸ μέγα δηλοῦται. Exſcripſit haec Heſychius aſſuto panno: ἢ μακρὰν ἰέναι (debebat κίειν apponere) δυνάμενον.

45. ἐλλίσσετο geminauit το λ Barnes. locorum aliorum exemplo vt E, 83. Π, 599. Edebatur ἐλίσσατο.

46. Ζώγρει, Ἀτρέος υἱέ. σὺ δ' ἄξια δέξαι ἄποινα. Huc ſpectat Apollonii Lex. h. v. ζώγρει. ζῶντα λάμβανε. cum Schol. et al. Supra E, 698 ζωγρεῖν erat in vitam reuocare. ἄξια, — ἄποινα, τίμια. Non, quo ſenſu Attici dixerunt, εὔωνα, vilia, de quo vſu toties monitum a viris doctis. v. c. ad Thom. Mag. h. v. Verſus 46—50 iterum leguntur inf. Λ, 131—5.

47. πολίμηλα κεῖται. κεῖνται. Barocc. et Vindob.

48. πολύκμητός τε σίδηρος. Plura miſcent Sch. B. at iam Apollon. Lex. τὸν μετὰ πολλοῦ καμάτου γεγεννημένον, ἢ τὸν πολὺν κάματον παρέχοντα. Eum exſcripſit Heſych. Sch. br. Haud dubie κάμνω fuit primitus κμάω. κμέω. κμῆμι. κμῆμαι, etſi inuito Etymologo. Themiſt. Or. XXI, p. 260 iungit cum altero verſu Odyſſ. I, 109 ἀλλὰ τά γ' ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα πάντα φύονται, χρυσός τε. —

49. τῶν κέν τοι χαρίσαιτο. τῶν, ἐξ ὧν. χαρίζεσθαι simpl. pro διδόναι. frustra argutantur.

50. εἴ κεν ἐμὲ ζωὸν πεπύθοιτ'. ξ — „quod πεπύθοιτο pro πύθοιτο. vt λελάχωσι." Sch. A. Quidni dixit esse aliam formam, πεπύθομαι.

αἴ κεν Turnebus e Romana induxit: in Flor. et Aldd. erat εἴ κεν. nil interest; tuentur tamen hoc Barocc. Cant. Harl. Vrat. omnes et Mosc. 1. 2. Vindob. cum Veneto.

Versus 49. 50. vna cum antec. repetiti leguntur K, 378—381. Λ, 131 — 135. et vbique optatiuus πεπύθοιτο, et εἴ τινα — πύθοιτο K, 206. 7. add. P, 102. cf. Exc. III. ad Il. A.

51. τῷ δ' ἄρα θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔπειθε. Ita vbique edebatur sicque in optimis codd. etiam Veneto. Barnesii iudicio visum erat viro docto ὄρινε praestare quod in Barocc. et Mori legitur; etiam in Leid. Mosc. 2. et vna cum altero in Harlei. Sane multis in locis ὄρινε in hac loquendi formula occurrit vt B, 142. Γ, 395. Δ, 208. est tamen et ἔπειθε, vt X, 78.

53. δώσειν ᾧ θεράποντι καταξέμεν. ᾧ, suo. Tacite Henr. Steph. interpolauit τῷ. restituit ᾧ. Barnes. καταξέμεν. κατάγειν, quia versus littus, respectu interioris terrae, quae pro altiore habetur; vnde unum est ἀνάγειν. cf. Eustath.

54. ἀντίος ἦλθε θεῶν. Est Aristarchi lectio. Alii ἀντίον. sic quoque Vrat. a. b. Ex Ven. B. discimus, Zenodotum sic legisse.

55. τίη δὲ σὺ κήδεαι αὔτως legebatur inde ab Ald. a. Erat οὕτως in Flor. Ald. 1. Vrat. a. b. c. A. Mosc. 1. 2. 3. Ven. Barocc. Mori. Cant. Townl. Perpetua varietas vt E, 255.

56. ἦ σοι ἄριστα πεποίηται. Schol. ap. Bentl. ἦ σοι. περισπαστέον τὸ η. διαπορητικὸν γάρ. Sic et Sch. B. videtur potius ironice dictum. ἦ ποι ed. Rom. et Eustath. ἦ τοι, ἦ γουν ὄντως σοι. πεποίηνται Townl.

57. τῶν μή τις ὑπεκφύγοι αἰπὺν ὄλεθρον. Vrat. a. ὑπ' ἔκφυγε. Bentl. φύγῃ nescio vnde; at Vrat. a. φύγῃ mox vs. 59 a pr. m. Et hoc praeferam, vt prohibitiue dictum non sit; non deprecantis et recusantis. Edebatur quoque sic in Dione Cassio, vbi atrociſſimis his vss. 57. 8. 9. vsus fertur Seuerus Imp. Caledoniis bellum inferens. Laborant grammatici in mitiganda inhumanitate Agamemnonis, ad h. v. et ad 62.

59. μήδ' ὅντινα γαστέρι μήτηρ κοῦρον ἐόντα φέροι. Sch. A. notat in nonnullis esse φέρει. Eustathio debetur inepta subtilitas, accipienti γαστέρι dictum pro ἐν κόλπῳ. vnde enim nosse liceat, infans in vtero sitne mas an femina. Enimuero licuit poetae, vt παῖδα, ita κοῦρον, pro infante dicere. Contra γαστὴρ non potest pro sinu dici. Bentleius tamen et ipse labefactus tentabat ὅντινα γούνασι, (quod de patre occurrit E, 408. Φ, 506. X, 500. an de matre non memini) vel ἔμβρυον ὄντα Φ. et ἄρσεν' ἐόντα.

Ceterum Eustath. coniectabat, ex h. l. ductam esse narrationem seriorum de Astyanacte puero necato.

60. ἀκήδεστοι καὶ ἄφαντοι. Apollon. Lex. ἀκήδευτοι καὶ ἀφανεῖς.

61. ὣς εἰπὼν παρέπεισε. Vulgata lectio erat ἔτρεψεν. Sch. br. ἔτρεψε, παρέτρεψε, παρέπεισε. Eadem glossa est in Hesych. Potest hactenus παρέπεισεν ex interpretatione venisse videri; etiam quia hoc sollennius, H, 120. N, 788. in eadem formula. Habet tamen παρέπεισε nescio quid quod magis conuenit, et legitur sic in Vrat. a. et in Veneto; etsi in Sch. A. adscriptum est: γρ. ἔτρεψεν.

62. αἴσιμα παρειπών. Apollon. Lex. αἴσιμα. τὰ προσηκόντως καὶ κατ' ἀξίαν λεγόμενα. adscripto hemistichio.

παρειπὼν priorem producit geminata inter pronuntiandum littera canina. Alioqui potest producta esse syllaba ex παρϝειπων. cf. Exc. de digammo.

ὁ δ' ἀπό ἕθεν. ἀπαὶ ἕθεν nonnulli apud Euſtath. ſicque Cant. Vrat. A. metu inani metri. Scriptum fuit απο ϝεθεν.

64. οὕτα κατὰ λαπάρην. ξ πρὸς τὴν ἐπανάληψιν, ait Sch. A. quam non video. γρ. „οὕτασε καλλαπάρην" ex H. Steph. Barnes. forte, ne vltima in οὕτα correpta adhibeatur. Atqui idem hoc et alibi occurrit; vt Ξ, 447. 517. Dictum de οὕτα ad Δ, 319. Recitat quoque hemiſtichion Galen. ad Hippocr. de fractur. p. 224. To. XII. Chart. et docet λαπάρην eſſe partem inter oſſa pectoris et oſſa ilium interiectam.

65. βὰς ἐξέσπασε. Vrat. b. male ἀπέσπασε.

68. μή τις νῦν ἐνάρων ἐπιβαλλόμενος. Nil monent Scholia Veneta; cum caſus alibi tertius adiungi amet. At Sch. br. ἐπιθυμῶν, ἀντιποιούμενος, ἐπιβολὴν ποιούμενος εἰς ἀναίρεσιν (νεκρῶν? an ὅπλων?) βέλτιον δὲ, ἐπιθυμῶν. et Euſtath. qui aliud vetus Scholion exſcripſit: ἐπιβάλλεσθαι ἀντὶ τοῦ ἐφίεσθαι καὶ ἐπιθυμεῖν, vnde et caſum ſecundum addi putabat ἐνάρων, vt et ἐπιτυγχάνειν τινός. Praeiuit Apollon. Lex. binis locis p. 281 et 294. ἐπιβολὴν κατὰ πρόθεσιν ἔχων. leg. καὶ πρ.

μετόπισθε μιμνέτω. male Ald. 2. intulerat μετόπισθεν. cf. ad E, 595.

69. ὥς κε πλεῖστα. repoſui κε pro κεν ante πλ. Et ſic Lipſ. cum Moſc. 1. ὡς ἂν ed. Rom.

71. νεκρούς ἀμπεδίον συλήσετε poſt κτείνωμεν. ξ (deb. ξ̇) Zenodotea lectio fuit: Τρώων ἀμπεδίον συλήσομεν ἔντεα νεκρῶν. Fuerítne haec eius emendatio, an lectio a rhapſodis accepta, non liquet. Habet tamen interpolationis notam, ſi alteram lectionem compares, quae Ariſtarchea eſt, eaque doctior inuerſione perſonae facta, συλήσετε. ſuper qua argutantur quidem, quod alterum τὸ κτείνωμεν, ſibi, alterum, συλήσετε aliis reliquerit; eſt tamen ea ratio non ſine exemplo. Ven. A. e Didymo narrat: iam Athenoclem (quem eo antiquiorem fuiſſe hinc patet) ἐν τῷ περὶ Ὁμήρου hoc obſeruaſſe; Chaerin autem affirmaſſe, Homericam figuram eam eſſe, laudatis

locis E, 878. vbi ἐπιπείθονται et δεδμήμεσθα iunguntur; et Σ, 297. 8. πειθώμεθα — ἑλέσθε. Similia sunt, minus tamen diserta in Ven. B. Eustath.

τεθνηῶτας Aristarchus scribit; perpetua varietate. sicque Ven. pro communi τεθνειῶτας. ex ambigua veterum scriptura. τεθνεῶτας vitiose Lips. forma pleonastica νεκροὺς τεθνειῶτας frequentata est cum similibus et Homero et aliis.

72. ὡς εἰπὼν, ὤτρυνε μένος καὶ θυμὸν ἑκάστου. ὄτρυνε Lips. a pr. m. Vrat. a. vt alibi variatur. Fuit in fine μένος θυμόν τε ϝεκαστου, vt Bentl. hic et alibi emendat: vt E, 475.

Ex Heleni consilio Troianorum turmae ante muros Troiae consistunt, Hector autem ad supplicationem Mineruae indicendam vrbem ingreditur. Mirum vtique videri debet, vnde poeta *repente* hoc consilium *deae placandae* interponere potuerit? Verum caussa subesse videtur haec: Troianos repressos Diomedis virtute videns Helenus, *vtpote vates*, fortunam inclinatam *ad deos* auctores refert; numen aliquod Achiuis propitium, Troianis infestum esse suspicatus, facile Mineruam illud numen esse suspicari potuit, cum ea Achiuis studere crederetur: siue quod nota res fuit Diomedi Mineruam adesse, vt ex v. 96 forte colligas, siue quod hoc tanquam vates norat; saltem Helenus credere potuit, vt Achiui cum Diomede reprimantur, deam exorandam esse. Insinuandus autem est animus opinionibus istorum hominum, qui, quoties res non ex voto succederet, extemplo de numine aliquo sibi infesto cogitabant, et ad illud placandum animos conuertebant; qua praua numinis irati opinione irretiti homines ad omne superstitionum genus prolapsi sunt. Simili de caussa paullo post Hecuba Hectorem in vrbem reducem videns statim suspicatur Iouis exorandi caussa eum venire: vs. 255. 6. 7. quae illa dicere non potuisset, nisi istorum temporum mores ita tulissent, vt dux exercitus, si fortunam pugnae inclinatam vidisset, ad aedem deorum profectus numen precibus exoratum pla-

caret ſibique propitium redderet; ita indici ſupplicationes ad puluinaria deorum in ſummo discrimine. Apud Romanos imperator in ipſo praelio vouet numini templum; alias in vrbem redit ad auſpicia repetenda. Quod autem ad Mineruae ſacrum indicendum non praeco mittitur, ſed ipſe exercitus dux eſt profectus, videtur eo ſpectare, quod ſacra populi nomine peragenda a viro principe erant curanda. Veterum hac ſuper re commenta v. ad vſ. 116. Quod poeta haec non vt ſcriptor pedeſter executus eſt, ordine narrationis quem hiſtorici ſequi ſolent, non reprehenſione ſed laude dignum eſt. Parum curae poeta ponit in initiis et in transitu ab vna re ad alteram; parum laborat in exponendis cauſſis et conſiliis; totus eſt in narrando. Atqui hoc ipſum vim habet ad excitandum audiendi ſtudium qui tantum ſcire auet quae geſta ſint. — Longius repetitum eſt, quod Schol. Leid. totum episodium eo refert, quod Hector voluerit Paridem iterum arceſſere, cuius diſceſſu refrixerat Troianorum ardor.

Antequam autem Hector diſcederet, contrahuntur Troianorum copiae et collocantur ſub vrbis moenia, vnde a tergo tutiores eſſe debebant: quo ipſo confirmatae illae conuertunt ſe verſus Achiuos, qui conſternati repentina acie recedunt.

Ceterum poeta magnum huius inuenti fructum tulit; nam pugnarum memorandarum tollit taedium et interponit episodia de pompa Troianarum feminarum, de Hectoris ſermonibus, cum Helena, Paride et Andromache, et Diomedis cum Glauco confabulatione; quod non tam arte factum, quam a diuite ingenii vena et phantaſiae vbertate profectum cenſeo.

76. Πριαμίδης Ἕλενος, *οἰωνοπόλων ὄχ' ἄριστος*. talis erat quoque Calchas A, 69. Fuit quoque lectum Πρ. Ἕλ. *μάντις τ' οἰωνοπόλος τε*. de discrimine vocum v. ad A, 62. Receptam lectionem eſſe Ariſtarcheam, diſcimus e Sch. A. Ἀμμώνιος, *ὡς* Ἀρίσταρχος, *προφέρεται καὶ ταύτην τὴν γραφήν* Πρ. Ἕ. Sane Ammonius e ſchola Ari-

ſtarchea fuit, ſequutusque ille eſt magiſtri doctrinam; v. Sch. Ven. ad K, 397. Villoiſ. praef. p. XXVII. non itaque neceſſe eſt, emendare ὡς Ἀριστάρχου, vel ὡς Ἀριστάρχειος. Ceterum στιγμὴ in Veneto appoſita v. 77. videtur ad hunc vſ. 76 ſpectaſſe.

78. Quatuor ſunt ſcholia ad h. v. in Ven. in quibus vna ζήτησις forte Porphyrii. Sed omnia ad hoc vnum redeunt, ſenſum eſſe: omnes ſpes et fortunas Troianorum et ſociorum pendere ex Aeneae et Hectoris virtute. ἐγκλίνεσθαι ductum eſſe aut ab aegris et inualidis, qui validioribus innituntur, aut ab libra in alteram partem inclinante ſe. ἐγκέκλιται. ἐπήρεισται vel ἐρήρεισται. ἔγκειται. ἐπίκειται. cf. Schol. br. ἀνάκειται Euſt. Et haec interpretatio iam in Apollon. Lex. habetur, etſi vitioſe ſcripta. πόνος eſt μάχη.

79. πᾶσαν ἐπ' ἰθὺν ἑστέ. ἰθὺς, ἡ ὁρμὴ, ἀπὸ τοῦ πρόσω Φέρεσθαι. Sch. B. et h. l. ὁρμὴ καὶ τοῦ Φρονεῖν καὶ τοῦ μάχεσθαι. Apollon. Lex. addit alteram ſignificationem, διάθεσιν, quae ad alium locum Od. Π, 304 ſpectat. Plura admiſcet Heſych.

80. στῆτ' αὐτοῦ, — πάντη ἐποιχόμενοι. In Schol. B. haerent in iunctis στῆτε et tamen ἐποιχόμενοι. Scilicet στῆτε, a ſuga conſiſtite, τῆς Φυγῆς παύεσθε.

81. πρὶν αὖτ' ἐν χερσὶ γυναικῶν Φεύγοντας πεσέειν. Pronuntiatum fuit πριννυτ' ἐμπεσεῖν χερσὶ γυναικῶν. dictum arbitror cum vi pro ἐμπεσεῖν γυναιξί, fugere in vrbem, obuiam factis vxoribus. Koeppen, qui de amplexibus mulierum cogitabat, nimis molle hoc iudicabat pro aeuo heroico. Nec tamen dictum eſſe puto alia ratione quam vt mox ſcriptores ἐμπεσεῖν τοῖς πολεμίοις, non expectato occurſu.

82. δηΐοισι δὲ χάρμα γενέσθαι. δῄοισι alii. Nil intereſt. v. ad B, 544.

83. ἐπεί τε ap. Bentl. neſcio vnde, pro ἐπεί κε. quod verum.

84. μαχεσσάμεθ' et hic nonnulli. v. ad A, 298. tuemur μαχησόμεθα, vt lectio ſibi conſtet.

86. *ἀτὰρ σὺ πόλινδε μετέρχεο.* *μετοίχεο* Vrat. a. Rom. et Euſt. qui tameu alterum norat, quod vulgatum eſt *μετέρχεο*. Sane *μετοίχεσθαι* occurrit K, 111. et al. et in Heſych.

87. *ἡ δὲ ξυνάγουσα γεραιὰς.* ξ quod praeſens pro praeterito. *ξυνάγουσα* pro *συναγαγοῦσα*. In *γεραιὰς* dubitatum ſintne ſimpliciter matronae annis prouectae, an honorem ac munus, *γέρας*, habentes, an ſacri alicuius curam habentes, *ἱέρειαι*. Eo ſpectant quae in Schol. Euſtath. Etymol. Heſych. Suid. occurrunt; ſunt *αἱ ἔντιμοι*; praeiuit et in hoc Apollon. Lex. p. 205. *γεραιάς. τὰς γέρας τι ἐχούσας γυναῖκας. οἱ μὲν, τὰς ἱερείας προπολούσας* vbi v. Villoiſ. Obſcura ſunt Schol. B. *τινὲς γεραιὰς ἀναγινώσκουσιν, ἵνα δηλοῖ τὰς ἱερείας, τὰς ἐκ τῶν ἱερῶν γέρας δεχομένας*. Non apparet, quid aliter legerit aut legere potuerit: *γερκίας* ne? an *γεραιράς*? neutrum ſatis idoneum. *ἡ δὴ συνάγουσα* Mori et Barocc.

88. *νηὸν Ἀθηναίης*. Monent Sch. A. et B. inngenda eſſe *ξυνάγουσα γεραιὰς (εἰς) νηὸν Ἀθηναίης*. Fuere itaque homines tam imperiti, qui inngerent *νηὸν Ἀθηναίης οἴξασα* — ita ſoloeca exiſtit oratio. Eo inde deuenerant, vt duo vſſ. 88. 89 vacare dicerent, *περισσοὺς εἶναι*.

89. *οἴξασα κληῖδι*. Alii *κληίδι* ſcribunt; ſolita varietate. De *κλεὶς, κληῖς* v. ad M, 456. Pro *ἱεροῖο δόμοιο*, Moſc. 2. *στερῥοῖα δ.* miro ſtupore.

90. *πέπλον ὅς οἱ δοκέει.* ξ quod *ὅς οἱ ὀξυτόνως* ſcribendum eſt, non *ὃς οἱ*. Peccatum in digamma. Debuit ſcriptum eſſe *ὅ οἱ* pro *ὃς*, vt inf. 153 *ὅ κέρδιστος γένετ' ἀνδρῶν*. Bentl. laudat Heſych. *ὅ* pro *ὅς*.

91. *εἶναι ἐνὶ μεγάρῳ*. recte et hic et 272 reuocatum a Wolfio monente Erneſtio, ex codd. auctoritate Cant. Lipſ. adde Vrat. omnes, Moſc. tres et Ven. tum edd. Flor. Aldd. Intulit *ἐνὶ μεγάροις* Turneb. ex Rom. *μεγάροισι* eſt in Euſtath. Mox *πολὺ Φίλτατος*. adſcripſit *Φίλτερος* Bentl. neſcio vnde.

92. *θεῖναι Ἀθηναίης ἐπὶ γούνασιν.* ξ disputationes grammaticorum ad h. v. et ad 273 non ſatis aſſequerer,

niſi Strabonis locus ſeruatus eſſet XIII, p. 897. Aiebant Jlienſes Jlium non prorſus fuiſſe deletum; reponebatur Homericum carmen: ἔσσεται ἦμαρ etc. et alii loci. pergit καὶ τὰ τοιαῦτα δὲ τοῦ αὐτοῦ τίθενται τεκμήρια, οἷον ὅτι τῆς Ἀθηνᾶς τὸ ξόανον νῦν μὲν ἑστηκὸς ὁρᾶται, Ὅμηρος δὲ καθήμενον ἐμφαίνει· πέπλον γὰρ κελεύει· Θεῖναι Ἀθηναίης ἐπὶ γούνασιν. (Quae ſequuntur ὡς καὶ· μήποτε γούνασιν etc. ſunt delenda, tanquam inſititia). Βέλτιον γὰρ οὕτως, ἢ, ὡς τινες δέχονται ἀντὶ τοῦ, παρὰ τοῖς γάνασι θεῖναι ſqq. Ex hoc Strabonis loco diſcimus: in controverſia de priſci Jlii ſitu, diuerſo a nouo Jlio, memoratum fuiſſe et hoc, quod Jlienſium Mineruae ſignum ſtabat, at Jlii Homerici Minerua ſedebat: eſſe enim mulieres tuſſas peplum Θεῖναι Ἀθηναίης ἐπὶ γούνασιν. Qui contrarium tuebantur, tolli putabant hoc argumentum, reſpondendo, ἐπὶ h. l. eſſe παρὰ, vt in vſ. Od. Z, 52. hoc abſurde: ſi enim ſtabat, non poterat dici peplum apponi ad genua, ſed, ad pedes. Tunc illi commenti erant aliud aeque abſurdum, non γούνασιν eſſe legendum, ſed γουνάσιν, (a γουνὰς, idem quod γουνασμὸς, vt ἐπὶ γουνάσιν eſſet, ἐπὶ ταῖς ἱκεσίαις (pluralis pro ſingulari) v. Strabon. Epitome p. 1288 A. add. Euſtath. h. e. ἐπὶ ἱκετείᾳ, dum ipſi ſupplices ſunt, ἐπὶ λιτανείᾳ καὶ δεήσει.) καὶ οἱ τὴν προσῳδίαν δὲ (hoc tollendum) διαστρέφοντες, ὡς φυάσιν, ὁποτέρως ἂν δέξωνται, ἀπεραντολογοῦσιν. In iis, quae ſequuntur, εἴτ' ἱκετεύοντες τε φρένας, lacuna quae iam Euſtathii codici inſidere debuit p. 627, 12. eſt; excidit εἴ' — εἴτε. videtur fuiſſe in vltimis τεφρείας vel τέφρας. Addit Strabo multa antiqua Minervae ſigna reperiri ſedentia, vt Phocaeae, Maſſiliae, Romae, in Chio et aliis in locis; non igitur improbabile videri debere, etiam Jlium vetus Mineruam ſedentem habuiſſe. Schol. Aeſchyli S. ad Th. 101 indutam peplo ſtatuam cogitare videtur.

Appicta verſui ἡ διπλῆ, quod ἐπὶ ἀντὶ τῆς παρὰ, vt ſit παρὰ γούνασιν. Sic et Sch. br. παρὰ τοῖς γόνασι, παρὰ τοὺς πόδας, adde Euſtath. Eadem repetuntur in Sch.

B. et in ζητήσει (Porphyrii) inſerta. Probatur vſus iſte τῆς ἐπὶ pro παρὰ laudato verſu Od. Z, 52 ἡ μὲν ἐπ' ἐσχάρῃ ἧστο, et 305 ἡ δ' ἧσται ἐπ' ἐσχάρῃ ἐν πυρὸς αὐγῇ. Item ſup. vſ. 25 ἐπ' ὄεσσι, nec dubitandum erat, ἐπὶ ita dici. Verum hoc ipſo res confecta non eſt, ſi Mineruam ſtantem eſſe ſtatueris. Iam autem homines illi non norant ſignum Mineruae Iliacae niſi ſtantis, quale Ilienſium nouae vrbis erat: quo ſtatu quoque apud Tragicos et alios occurrit; nec videbant ipſo Homero auctore conſtare, ſedentis Mineruae ſignum illud eſſe debuiſſe; idque dimerſum cum ab altero recentiore Ilienſium, tum ab antiquiore aliquo, quod διοπετὲς fuiſſe narratur, cum Ili tempore caelo delapſum eſſet: quod furto ablatum ex acropoli a Diomede, et ab Aenea in Italiam deductum eſſe narratur. De hoc eſt narratio aliunde inſerta Apollodoro III, 12, 3. vbi cf. Not, inde pars tranſcripta in Schol. B. et Euſtath. Egerat de antiquiore Pherecydes, vt ex Etymol. intelligas: v. Sturz. fragm. Pherecyd. p. 208. add. ad Virgil. Aen. II. Exc. IX. Nec inſolens hoc videri debet, plura Palladia in acropoli fuiſſe. Sic et Athenis plura erant ſigna Athenes; διοπετὲς in Mineruae Poliadis aede, Phidiae in Parthenone, aliud ex aere, aliud ex ebore, v. Pauſan. I, 26. et 24. cum Plinio. Haec ſunt, quae grammaticus reſpicit in Scholio MSto ad Ariſtidem ap. Valken. ad Hemſterhuſ. Orat. p. 366.

Minerua ἠΰκομος, *coma flaua Mineruae.* v. ad Tibull. I, 4, 26. vbi loci huius memor eſſe debebam.

94. ἤνις ἠκέστας ἱερευσέμεν — Barnes; „γρ. ἤνιας et ἤνεις." ἤνις eſt pro ἤνιας ex ἦνις, ἐνιαυσιαῖα, νέα, ἀπὸ τοῦ ἔνος, annus (a ſtirpe ἐνς, ex quo factum εἷς, ἓν, vnus). Diſerte de hoc egit Etymol. vbi et de ἠκέστας, ex ἄκεστος, ἀπὸ τοῦ κέντω, ſtimulo; (κένσμαι, κεναστὸς et κεστός) ἀκέντητος, ἀδάμαστος, ἀνόχευτος, nondum iugo ſubmiſſa. cf. Euſtath. In Heſychio eſt ἤνεις et ἤνις ἐνιαυσίας, ἀδαμάστους· quod alterum ad ἠκέστας ſpectat.

96. αἴ κεν Τυδέος υἱὸν ἀπόσχῃ Ἰλίου ἱρῆς. ξ— quod Ἰλίου ἱρῆς genere feminino.

Pro αἴ κεν, quod vbique legitur, etiam apud Euſtath. Ariſtarchea habuit ὥς κεν· quod et Barnes pro var. lect. appoſuit; eſt et in cod. Lipſ. et probari poteſt, ne bis αἴ κεν ſe excipiat 94 et 96. In Vrat. a. eſt αἴ κεν ἀπίσχοι. quod et ipſum ferri poſſit; magis tamen Homericum eſt alterum. Apud Suidam ἀπόσχῃ. ἀνυπότακτον. ἀντὶ τοῦ ἀποσχέσθαι ποιήσεις. Si ad h. l. ſpectat pro ſecunda perſona ab ἀπόσχωμαι accepit, vt ad Hectorem dictum ſit.

97. ἄγριον αἰχμητὴν, κρατερὸν μήστωρα Φόβοιο. ξ— Nonnulli ἄγριον ſeiunctim diſtinxerunt, et αἰχμητὴν κρατερὸν iunctim. Apollodorus autem, (puto Athenienſis ἐν γλώτταις) diſtinxerat, vt noſtri homines ediderunt. Sicque Sch. br. Euſt. Hinc eſt, quod Apollonius notatu dignum cenſuit Lex. ἄγριον αἰχμητὴν, ἄγριον ἐν τῷ αἰχμάζειν, ὅ ἐστι μάχεσθαι. repetiit Heſychius.

μήστωρα Φόβοιο, qui fugam infert v. ad Δ, 328.

99. ὧδέ γε δείδιμεν Vrat. a. et γε omittit b.

100. ὅν περ Φασὶ θεᾶς ἐξέμμεναι. γρ. „θεᾶς ἔξ ἔμμ.“ Barneſ. Nec dubito ſcribendum eſſe θεᾶς ἐξ ἔμμεναι.

101. μαίνεται, οὐδέ τίς οἱ δύναται μένος ἰσοΦαρίζειν. Non fugerat Bentleii acumen verſus ἄμετρος. ουδε τις ϝοι et μενος ϝισοΦ. Bene medetur vtrique: ου τις ϝοι et μένος ἀντιΦερίζειν, vt alibi Φ, 357.

105. ὀτρύνων μαχέσασθαι Flor. Ald. 1. Rom. cum Euſtath. μαχέεσθαι.

106. οἳ δ' ἐλελίχθησαν. Malim hic et ipſe ἑλίσσειν conuertere, adeoque putem fuiſſe οἱ δὲ ϝελιχθησαν, vel οἳ δ' εϝελιχθησαν et mox 109 εϝελιχθεὶ v. ad A, 530.

109. Τρωσὶν ἀλεξήσοντα κατελθέμεν, ὡς ἐλέλιχθεν. ἀλεξήσαντα Townl. ὡς ἐλέλιχθεν pro ὅτε. At Sch. B. praeferunt ὡς ἐ. hoc eſt οὕτως.

111. Τρῶες ὑπέρθυμοι. Heſych. πρόθυμοι, μεγαλόψυχοι. v. ad B, 746. τηλέκλητοι. quod Lipſ. offerebat, recte repoſuit Wolf. vide diſputata ad E, 491. cf. I, 233.

Etiam Apollon. ita legit Lex. p. 646. *τηλέκληтοι. τηλόθεν ἐπικεκλημένοι εἰς συμμαχίαν.* Aliud eſt quod vulgo lectum *τηλεκλειτοὶ longe clari.* vt v. c. ap. Apollon. III, 1096 Τηλεκλειτὴ Ἀριάδνη. Sic tamen etiam Ven. vterque Townl. At *τηλέκληтοι* Lipſ. Vrat. c. et ſuperſcripto *η* Vrat. A. cum vno Vindob. corr. et Moſc. 1. 3. In binis Vindob. legitur: Τρῶες καὶ Λύκιοι καὶ Δάρδανοι ἀγχιμαχηταί.

112. *ἀνέρες ἐστὲ, φίλοι, μνήσασθε δὲ θούριδος ἀλκῆς*, ſic quod Zenodotus ediderat: *ἀνέρες ἐστὲ θεοὶ* (non θεοὶ) *καὶ ἀμύνετον ἄστεϊ λώβην.* Si antiqua illa fuit ſcriptio, haud dubie fuit *ἀμύνετε ϝαστει λ.* Supra E, 529 erat: *ἀνέρες ἐστὲ, φίλοι, καὶ ἄλκιμον ἦτορ ἔλεσθε.* At quod hoc verſu 112 vulgo editur, occurrit et alibi Θ, 174. Λ, 287. O, 487. 734. Π, 270. P, 185. Et O, 561 *ὦ φίλοι, ἀνέρες ἐστὲ, καὶ αἰδῶ θέσθ' ἐνὶ θυμῷ*, item 661. Quis dicere auſit, ſitne verſus variatus an interpolatus ex altero loco. — *μνήσεσθε* Vrat. a. Suauiter Lucian. in Reuiuiſc. pr. ad philoſophos transfert: *ἐστὲ σοφοὶ, μνήσασθε δὲ θούριδος ὀργῆς.*

113. *ὄφρ' ἂν ἐγὼ βείω προτὶ Ἴλιον.* Duplex lectio ap. Ariſtarchum erat, *ὄφρα κ' ἐγὼ*, et *ὄφρ' ἂν ἐγώ.* Alterum hoc vterque Ven. habuit. male Vrat. a. *ὄφρα ἐγώ.*

De *βείω*, cuius notio h. l. expedita eſt, *πορευθῶ*, vt Heſych. Sch. br. reddunt, Schol. ad X, 431 agunt: cf. ad e. l. et ad O, 194. Scilicet antiquae formae fuere: *βῶ, βῆμι. βάω. βέω, βείω.* cf. Etymol. p. 198, 7. et p. 449. in *θείομεν.* Inf. K, 97 *Δεῦρ' ἐς τοὺς φύλακας κατα-βείομεν.* pro *ὦμεν*, add. Heſych. in quo *βείωμεν* fuiſſe videtur *βείομεν. πορευθῶμεν. ζήσωμεν.*

113. 114. *ἠδὲ γέρουσιν εἴπω βουλευτῆσιν·* hos nunc addit poeta, cum in ceteris tantum mulieres memorentur, quibus hoc iniunxerit Hector, vt pompam inſtituerent. Atqui hoc ſine Seniorum ac principum regisque auctoritate iubere nequiit. Scilicet, vt ſemel dicam, ad narrationis *poeticae* indolem hoc ſpectat, vt e pluribus adiunctis, incidentibus et circa poſitis, memorentur a poe-

ta tantum ea, quae poeticam vim habent, aut ornatum admittunt, aut poetae consilio conveniunt, aut nunc versu ac metro commode comprehendi possunt. Longe aliter narratio instituitur a *scriptore*, qui ad intelligendum et iudicandum, quid et quomodo gestum sit, ea cum delectu ponit, e quibus iudicium fieri ac res perspici possit. Is primo loco narraret, Hectorem regem et senes adiisse, et suasisse, vt pompa duceretur.

115. ὑποσχέσθαι δ' ἑκατόμβας. γρ. „ὑποσχέσθαι θ' ἑκατ." Barnes.

116. Ad hunc tandem versum e Scholiis discimus grammaticos veteres inter ἀπορίας constituisse hoc, quod Hector e pugna discedit, cauſſasque commenti attulisse varias, omnes ineptas et inanes. Adiicitur ad v. 113 in Sch. B. voluisse Hectorem reuocare Paridem in pugnam. Nolumus in his morari. v. Obss. ad v. 72.

117. ξ— quod ex h. v. apparet, clipeos totum corpus a cervice ad talos texisse. Scilicet fuere ἀνδρομήκεις, et hinc epitheton ἀμφιβρότη ἀσπίς. Mox 118 ἄντυξ h. l. ἡ περιφέρεια τῆς ἀσπίδος· vt iam in Apollonii Lex. habetur in ἄντυξ p. 119. Schol. Etymol.

119. Γλαῦκος δ' Ἱππολόχοιο πάϊς. ξ— Memorabile est, quod Ven. A. apponit: ἡ διπλῆ, ὅτι μετατιθέασί τινες ἀλλαχόσε ταύτην τὴν σύστασιν. Fuere adeo seu grammatici seu libri, qui in alium Iliadis locum hanc pugnam reiecerant. Si haec satis antiqua, aut accurate narrata essent, vt teneremus, quem in locum alium hoc episodium reiectum fuerit: haberemus firmum ac certum fundum nostrae suspicionis, quo vti liceret, ad simile iudicium in aliis locis firmandum, dum suspicamur, plures partes insitas esse carmini a serioribus Homeridis. Certe hic Glauci et Diomedis congressus, cum discessu Hectoris in vrbem episodia sunt, quae serius interponi potuere cum tot aliis. In ipsis episodiis sunt quae non bene cohaereant, vt omne illud de Lycurgo 130 sq. Glauci autem genus mox expositum videbimus 152 sqq. 206 sq.

Quod autem ad ipsum hunc congressum et confabulationem inter Glaucum et Diomedem attinet, vt res, ad sensum nostrum et morem parum probabilis, cum media in acie sermones serantur, aliquam fidem habeat, cogitandum est, primo, pugnatum esse illa aetate non vno omnium impetu et tota acie, sed per turmas et earum promachos procurrentes, sparsim et per interualla; ita ceteris otiose stantibus et se ex aduerso intuentibus, vno aliquo loco procurri vtrinque, pugnari a promachis, atque etiam confabulatio haberi potuit: cuius rei exempla in vita heroum occurrunt plura; occurrunt similia in rebus heroum recentiorum aetatum, etiam in bellis in Palaestina gestis. Est porro cogitandum, non in medio pugnae ardore haec fieri, verum Troianorum turmas constitisse, Achiuos autem recessisse, vs. 107. 8. itaque quiescente vtraque acie licebat in medium procedere vni et alteri promacho. Opportunus ergo erat locus poetae ad narrationem variandam, et vt inter discessum et reditum Hectoris aliquid esset interiectum; quod notarunt quoque Grammatici in Sch. B. Glauci mentio facta erat Il. B, 876. ducebat ille Lycios vna cum Sarpedone, cognationis iure iuncti; nam a Bellerophonte auo genus illi ducebant, e quo natus erat Hippolochus, Glauci pater, et Laodomia mater Sarpedonis e Ioue susceptus. Sarpedon autem nunc aberat pugna, vulnere accepto E, 663.

120. ἀμφοτέρω Ven. nec male.

121. ζ— Ζηνόδοτος καὶ Ἀριστοφάνης δυϊκῶς, ἰόντε. ἐν δὲ τοῖς ἔμπροσθεν εἰρήκαμεν Ἀριστάρχου εἶναι τὴν δυϊκὴν γραφήν. Ven. A. non bene haec cohaerent. Aristarchum duales inferre iam aliquoties vidimus. At in Zenodoto et Aristophane dissensus aliquis esse debuit; videntur illi ἰόντες legisse, et mansit ἰόντες in vulgari lectione, etiam in Veneto.

123. Τίς δέ σύ ἐσσι, emendat Bentl. et hic σύγ' ἐσσι.

κατὰ ϑνητῶν etiam h. l. Rom. et Eust. qui aut abundare ait κατά, aut esse pro ἀπό. vt sup. E, 402. Etiam Lipsi. κατὰ ϑν. apposita gl. ἀπό. Vrat. a. b. c. et A. Mosc.

1. cum ead. gl. et Mosc. 3. Eadem diuersitas occurrit quotiescunque vox legitur. Verum est καταθνήσκω X, 355 et κατατεθνειὼς aliquoties.

124. Obseruat Clarke οὔποτ' ὄπωπα esse *nunquam vidi*, οὔποτ' εἶδον, nunquam *videbam*; recte; nec tamen alterum aliter reddi latine nequit, quam, *nunquam vidi*.

125. ἀτὰρ μὲν νῦν γε πολὺ προβέβηκας ἁπάντων. Vrat. b. νῦν μέν γε. Ad h. v. refer glossam Hesych. προβέβηκας. ἀριστεύεις, προκόπτεις.

126. ὅτ' ἐμὸν δολιχόσκιον ἔγχος ἔμεινας. Vrat. a. ὅτε μὲν δ.

127. Δυστήνων δέ τε παῖδες — Iterum pronuntiatur versus ab Hectore ad Asteropaeum inf. Φ, 151. recte ad terrendum hostem; recitatur versus a Plutarcho de sui laude p. 545 A. et passim eo vtuntur sententiose Sophistae. Sic Philostratus II, Imagg. 21. et alter iunior Imagg. 10.

128. εἰ δέ τις ἀθανάτων γε κατ' οὐρανοῦ εἰλήλουθας. ξ Aristarchus scripserat κατ' οὐρανὸν, vt esset καταβέβηκας τὸν οὐρανόν. Sch. A. Addunt Sch. B. ὡς τὸ, βὰν δὲ κατ' Ἰδαίων ὀρέων (immo βῆ δὲ, vt Θ, 410 et alibi. Atqui hoc firmat alterum κατ' οὐρανοῦ pro κατῆλθες οὐρανοῦ.) καὶ· ὡς φαμένη κατέβαιν' ὑπερῴϊα σιγαλόεντα (Od. Σ, 205. atqui hoc est *ascendere*.) οἱ δὲ ἀντὶ τῆς ἀπό. Monet quoque Ven. A. sententiam versus non esse distrahendam; fuere adeo qui interpungerent εἰ δέ τις ἀθανάτων γε. sc. εἶς. Incredibile est quam indoctos lectores inter populares suos Homerus habuerit. κατὰ pro ἐξ in hoc versu accepit Apollon. Lex. p. 386. est tamen κατέρχεσθαι descendere.

129. οὐκ ἂν ἔγωγε θεοῖσιν ἐπουρανίοισι μαχοίμην. ξ quod non per omne tempus (καθόλου) ademta fuit caligo Diomedi (sc. cum deae discessu sublatum puta eius beneficium). Inserta porro h. l. in ipsa Sch. A. quod vix alias occurrit, ζήτησις et λύσις, quod nunc Diomedes se cauere ait, ne cum deo pugnet, qui antea iam aggressus

erat Venerem et Martem. Reſpondetur: quod iam antea idem facere decreuerat, verum exceperat Minerua Venerem et Martem E, 818. et 129. Quod autem Diomedi mox vſ. 130 in animum venit, caſum Lycurgi commemorare, illuſtrant iidem ſic, vt eum ex auo Oeneo narrata audire potuiſſe dicant, recordati ſcilicet fabulae, quod Oenei vxorem Dionyſus amauit ap. Apollod. I, 8, 1.

θεοῖσιν ἐπουρανίοισι μαχοίμην. Debuit olim vulgatum eſſe *ἐπ' οὐρανίοισι*, nam per *ἐν* interpretatur illud Apollon. Lex. p. 281. ſicque legitur in Vrat. a.

130. *οὐδὲ γὰρ οὐδὲ Δρίαντος υἱὸς κρατερὸς Λυκόοργος.* „ſignant nonnulli, ait Sch. A. hunc verſum, quod de Dionyſo loquitur poeta tanquam deo.“ Scilicet fuere, qui diuerſum hunc in fabula Lycurgi Dionyſum a Thebano ſtatuerent: vt colligo quoque e Schol. ad 132.

Δρύαντος παῖς legitur in Vita Homeri.

Λυκόοργος Bentl. ſcribit *Λυκοϝεργος*, vt mox vſ. 134 *ἀνδροφόνου Λυκοϝεργου*, et prouocat ad Philippi carmen in Anthol. I, 2. *Δίζημαι, Λυκόεργε.* Legitur quoque *Λυκόεργος* in Vrat. b. et binis Vindob. Eſſe tamen, dices, ab *ἔργον, ἔργω*, factum quoque *ἔοργα*, cur refugiamus *Λυκοϝοργος*? Scilicet occurrunt alia quoque in Homero ab *ἔργον* ducta per *ε* non per *ο* pronuntiata: *οβριμοϝέργος, κακοϝεργος, ταλαϝεργος.* Euſtathius parum docte nomen ducit ab *ὀργή*. Atqui Homeri aetas ignorauit hoc vocabulum. Negat idem *ἔργον* aliter quam de homine dici, ideoque *λύκου*, lupi, *ἔργα* non eſſe; atqui Od. E, 67 *θαλάσσια ἔργα* de auibus, et Od. P, 313 *ἔργα* cani tribuuntur.

131. *οὐδὲ — δὴν ἦν.* mox 139 *οὐδ' ἄρ' ἔτι δὴν ἦν.* pro *ἔζη*. vt ſup. A, 416 *ἐπεί νύ τοι αἶτα, μίνυνθά περ, οὔ τι μάλα δὴν* ſc. *εἶναι, ζῆν.* Inde E, 407 *ὅττι μάλ' οὐ δηναιός* etc. De Lycurgi exitio a ſacris arcanis violatis ducto fama antiqua eſſe debuit, propagata forte per eos, qui ſacra Bacchi colebant, vt iis, qui ea contemnerent, poenas ſacrilegii minarentur. Potuit factum aliquod eſſe pro

fundo. Res variis modis narrata et ornata ab aliis poetis: cf. Apollod. III, 5, 1. et Not. p. 576. add. ad Horat. II, 19, 12 *Thracis et exitium Lycurgi:* Inter ceteros praecipue Eumelus *ἐν Εὐρωπίᾳ* fabulam expoſuiſſe narratur ap. Schol. A. et Sch. br. Quomodo in Europae rebus Lycurgus locum habuerit, vix aſſequaris, niſi memineris duo Phineos confuſos et alterum Agenoris filium in Thraciam eſſe adductum: v. ad Apollod. I, 9, 21 Sch. Apollon. II, 178.

Cum ea, quae in ſacris Bacchicis fiebant, translata eſſent ad ipſum deum: etiam illum orgia agere, choreas celebrare, discurrere lymphatum inter bacchantes fabulati ſunt: quae opinio opportunitatem fecit innumeris cum poetarum luſibus, tum artis operibus, quae luſus Bacchi, Satyrorum et Baccharum exhibent, inprimis in antiquiore arte cum Graeciae tum Italiae et Siciliae, maxime in vaſis pictis. Hinc h. l. *μαινόμενος Διόνυσος*, quaſi *ἐνθουσιῶν* in orgiis; obſeruatum quoque in Sch. ad 129. Bacchae h. l. ſunt *τιθῆναι*, nutrices Bacchi, Nymphae, a quibus fuit educatus, eaedem aliquando Hyades factae. v. Apollod. III, 4, 3. Not. p. 564.

132. *Ὅς ποτε μαινομένοιο Διωνύσοιο τιθῆνας σεῦε* — quod *μαίνεσθαι* de furore Bacchico eſt accipiendum; non autem proprie de amentia inſanientis. quod Sch. Leid. pluribus perſequitur. Reſpicit h. v. Heſych. in *μαινομένοιο*. Eſſe tamen *μαινόμενον Διώνυσον* h. l. pro *μαινοποιὸν* dictum contendit Schol. Pindari Pyth. IV, 138. vt ibid. 144 *Φρίσσοντες ὄμβροι* dicti ſunt actiue, et Il. H, 479 *χλωρὸν δέος*.

Inſerta eſt Schol. B. inepta allegoria: locus deſcriptus eſt ex Heraclide c. 35. traditur in eo res ad vini ex vitibus conficiendi modum.

Διωνύσοιο reſtituit Barnes, vt et eſt in Ven. Lipſ. *Διωνύσσοιο* et mox *Διώνυσσος*, geminato ſibilo Roni. et omnes aliae, ſicque in Heraclide et aliis; *Διονύσοιο* Barocc. ignoratione rei metricae, cum non teneretur, *νῦ* natura produci. Omnino librariis parum tribuas in his. Po-

tuit et h. l. recte ſcribi Διονύσοιο, nam, vt in aliis pluribus, geminatum eſt νν in ον pronuntiatione. Hoc eſt, quod Euſtathius obſeruat, ſcribi a multis per ω, non tamen neceſſitate metri; δύναται γὰρ καὶ μικρὸν ὂν διὰ τῆς ὀξείας ἐκτείνεσθαι· perperam tamen addit, ἀλλὰ κατά τινα διάλεκτον. non enim haec dialecto fiebant, ſed vſu poetico. De etymo nominis incredibilis eſt numerus ſomniorum in Etymol. et aliis: fatendum erat ſimpliciter originem ignorari.

133. σεῦε κατ' ἠγάθεον Νυσήϊον· ὄρος. Sch. A. ait „non conſtare, quam Nyſam inter plures huius nominis montes poeta innuerit." Atqui manifeſtum fit, cum Lycurgus Thrax fuerit, Nyſam Thraciae h. l. deſignari. cf. Sch. B. tenuit autem loca circa Strymonem fl. (In Sch. A. de variis Nyſis pro καὶ Μάζῳ lege Νάξῳ.) quod ſequitur: ἔπου δὲ νῆσος ὡς aut ex margine eſt illatum aut in malum locum transpoſitum. Exſcripſit tamen vitioſa haec Euſtathius: ἡ δέ τις καὶ νῆσος τῷ Καυκασίῳ ὄρει. Debuit ſaltem ſcriptum eſſe ἦν δέ τις καὶ Νῦσα πόλις ἐν τῷ Καυκασίῳ ὄρει. cf. Sch. br.

Νυσήϊον. Male propagata erat lectio Νυσσήϊον, iudicio Erneſti et Wolfii ſublata. Satis vulgatum eſt nomen Nyſa, et penultima producta natura ſua; ſed et h. l. vnus ſibilus in bonis codd. Barocc. Vrat. b. Lipſ. Ven.

ἠγάθεος ex ἄγαν θεῖος ducitur a grammaticis, inprimis ap. Etymol. laudato hoc verſu, etiam ap. Apollon. Lex. h. v.

Ceterum acutum eſt, quod Schol. B. notat, Bacchum in mare proſilientem a *Thetide* eſſe exceptum vſ. 136. quia deae ſedes in his locis (ad oras Thraciae) a poeta collocatur inter Samothracen et Imbrum. Reſpicit ille locum Il. Ω, 78 ſqq. Aliter Nyſam Parnaſſi partem conſtituere videtur Sophocles Antig. 1140. eodemque poſſis trahere Eurip. Bacch. 549 ſq. Sunt autem Parnaſſus et Cithaeron loca maxime frequentata ſacris et fabulis Bacchicis, quae aliquando domeſticae fuere Thracibus, et ab iis in haec loca mature illata, cum antiquitus

Thraces in iis habuiſſent ſedes. Lycurgus tamen ad haec loca reuocari nequit, quia vitium cultura, quae in Parnaſſo et Helicone fuit nulla, narratur in eius fato et in mare proſilit Bacchus, quod a Parnaſſo remotius eſt.

134. *θύσθλα χαμαὶ κατέχευαν, ὑπ' ἀνδροφόνοιο Λυκούργου* — *θύσθλα* alii frondes, alii thyrſos, alii omnia ad ſacra pertinentia intellexerunt: hi haud dubie vere. Sch. A. B. br. et iam Apollon. Lex. h. v. repetunt omnes. Etymol. Heſych. Suid. Euſt. Occurrit quoque ſic vox in Orphicis.

κατέχευαν etiam ap. Clement. Cohort. p. 65. vbi vſſ. 132. 3. 4. adſcripti. *κατέχευσαν* eſt in *ζητήσει* Porphyrii ad v. 129. *κατέχευον* Barocc. Vindob. Heraclides p. 114.

135. *θεινόμεναι βουπλῆγι. Διώνυσος δὲ φοβηθεὶς* — ξ— (aut potius ξ·) quod Zenodotus ſcripſit *χολωθεὶς*; (legeratne ſic an emendauit?) et quod *δὲ* abundat."

βουπλῆγι. Apollon. Lex. h. v. *πελέκει. οἱ δὲ, τῇ μάστιγι.* Nec aliter Heſych. et Sch. br. Pro *ſecuri* etiam in Schol. ad 129 accipitur; vt *βουπλῆγι* Vulcanus Iouis caput findit in Etymol. Ἐρεχθεύς. In alio Scholio ad vſ. 130. per *μύωπι* redditur vocabulum. Accipio de ſtimulo ſeu baculo ruſtico. Occurrunt tales figurae hominum, furca ſeu haſta adunca inſtructorum, in vaſis pictis.

136. *δύσεθ' ἁλὸς κατὰ κῦμα. κατεδύσατο θάλασσαν.* Bacchum in mare ſe coniecisſe prae metu et a Thetide eſſe exceptum, ad allegorias trahunt: v. Euſtath. Verum in aliis quoque fabulis dii fugati vel metuentes in Oceani latebras ſe recipiunt, inuento pinguiorum ingeniorum antiquitatis. cf. de Vulcano Il. Σ, 395. Quint. II, 436 ſq. Pauor autem et fuga in Baccho, deo molli, offendere non poteſt. Satis erat antiquis poetis, ſummum pauorem declarare, decori parum erant memores. Fuere tamen, qui ita occurrerent, vt diuerſum hunc a Baccho Thebano dicerent: v. ad vſ. 130. Melius eſſet, cum Koeppen dicere, Bacchum iſto tempore, quo fugit, non-

dum inter deos fuiſſe receptum; etſi et hoc argutum magis quam verum eſt. — Ceterum Bacchum fugiſſe volunt, Ven. B. et Euſt. quia puer erat; eo enim ſpectare aiunt nutrices, *τιθήνας*, cum ipſo commemoratas, (at hae nymphae bacchantes ſunt, inter quas nutritus fuit) et quod ſinu excipitur a Thetide. (hoc nimis ſubtiliter!)

Pro beneficio hoc Dionyſi ſeruati acceperat Thetis nobile vaſculum, in quo condita aliquando videbimus oſſa Achillis et Patrocli: v. Il. Ψ, 91. 92. Od. Ω, 73 ſqq.

137. *κρ. δὲ ἔχε* Cant. male.

138. *θεοὶ ῥεῖα ζώοντες. ῥεῖα, ἀπόνως* Sch. br. Heſych. *καὶ ἀμόχθως.* Suidas. Athen. XII, p. 512 C. *ſine moleſtia et labore* viuere: deorum, tum et aureae aetatis et Elyſii habetur vita vbique. Od. Δ, 565 *Τῇπερ ῥηΐστη βιοτὴ πέλει ἀνθρώποισι*, quod Pindar. Ol. 2, 11 *ἀπονέστερον ἐσθλοὶ νέμονται βιοτὸν* etc. Heſiod. *Ἔργ.* 112 ſq.

139. *καί μιν τυφλὸν ἔθηκε Κρόνου παῖς.* Plura ſunt exempla in mythis caecitatis ad deorum iram relatae: vt Phinei, Tireſiae. Ad ſacra arcana inſpecta poenam referunt Schol. B.

142. *εἰ δέ τις ἐσσὶ βροτῶν, οἵ ἀρούρης καρπὸν ἔδουσιν.* Vides antiquioris ſermonis veſtigia. cf. ſup. ad E, 340. 1. Petitum hinc eſt, quod legitur ap. Plutarch. de tranquill. p. 470 D. et de frat. amore p. 485 C. *εὐρυόδου γ' ὅσοι καρπὸν αἰνύμεθα χθονός·* editur quoque ſic a Wyttenbachio. At idem dictum adu. Stoic. p. 1061 B. editur *εὐρυέδους ὅσοι καρπὸν ἐδόμεθα χθονὸς*, vbi cod. Turnebi habet *νεμόμεθα*, et Sympoſ. IX, 13. p. 743 F. *εὐρυεδοῦς ὅσοι καρπὸν αἰνύμεθα χθονός.* Vltimum hoc verum eſt; ex interpolatione fluxit *εὐρυόδου*, ab Homerico illo ducta: *ἀπὸ χθονὸς εὐρυοδείης* Il. Π, 635. *εὐρυεδὴς χθὼν* eſt, *late habitata*, habitabilis terra, *ἀπὸ τοῦ ἔδος.* Verſus eſt Simonidis, vt diſcas ex Platone Protag. p. 346 D. *πανάμωμον ἄνθρωπον εὐρυεδοῦς ὅσοι καρπὸν αἰνύμεθα χθονός.* Spectat verſus ad *ῥῆσιν* Simonideam, quam illuſtraui Opuſc. acad. Vol. I, p. 160 ſq.

143. ὥς κεν θᾶσσον ὀλέθρου πείραθ' ἵκηαι. ἱπέσθαι ἐπὶ τὰ πέρατα ὀλέθρου, antiqui ſermonis. pro ὀλέσθαι, et ὀλέθρου πείρατ' ἐφῆπται H, 402 et al. vt τέλος θανάτου, ſic πέρας ὀλέθρου, proprie ὄλεθρος τέλειος. Mox tamen vſus inualuit, vt τέλος pro ipſa re diceretur, quatenus res finitur iis quae ea complectitur; eodem forte modo et πέρας. Certe πέρας ὀϊζύος eſt ὀϊζὺς Od. E, 289. Sic δίκης πείρατα ap. Apollon. IV, 1201. pro δίκη.

144. Quod in ipſo congreſſu et media in pugna inter ſe confabulantur congreſſuri, e priſcorum hominum more et ſenſu eſt aeſtimandum, cum, ceteris ceſſantibus, promachi procurrerent ante aciem. Similis locus eſt inf. in congreſſu Aeneae cum Achille Υ, 200 ſq.

145. τίη γενεὴν ἐρεείνεις. οἵηπερ. Quod dictum h. l. de viciſſitudine fortunae familiarum eſt, vulgo latius accipitur de generis humani fragilitate, per comparationem cum foliis caducis declarata; habetque ea mirificam vim ad legentium animos, partim ipſa rerum humanarum cogitatione, partim comparationis ad ſenſum ἐναργείᾳ. Itaque ſententia a multis repetita eſt, etiam cum prouocatione ad Homerum. Inter plura, quae huc non ſpectant, Clarke laudat fragmentum Simonidis. (Analect. To. I, p. 145. CIV.) verſum Muſaei apud Clement. Alex. Strom. VI. et Ariſtoph. Au. 686 ſq. cuius verſus extant quoque apud Clementem Strom. IV, p. 584. Pott. Addi poſſunt loca alia, vt Nonni Dionyſ. III, 249. Colorem loci expreſſit Quintus VIII, 145 ſq. et ex parodia Strabo XIV, p. 963 C. Verſus Homericos adſcripſit Plutarch. de Conſolat. p. 104 E. et eos reſpicit de ſera num. vind. p. 560 B. Ipſe Homerus inuentum ſuum iterauit inf. Φ, 464 βροτῶν — δειλῶν, οἵ τ' φύλλοισιν ἐοικότες ἄλλοτε μέν τε ζαφλεγέες τελέθουσιν, ἀρούρης καρπὸν ἔδοντες, ἄλλοτε δ' αὖ φθινύθουσιν ἀκήριοι.

τίη. alii τιὴ, v. ad A, 565. vbi Euſtath. et ad h. l. Pro γενεὴν expreſſum eſt γενετὴν ap. Plutarch. de Conſolat. l. l. etiam in ed. Wyttenb. veram lectionem tamen ibi exhibent codd. Eſt γενεὴ h. l. τὸ γένος.

146. *οἵη περ Φύλλων γενεὴ, τοίηδε καὶ ἀνδρῶν.* ξ quod *τοίη δε* duae voces ſunt, non vna, *τοίηδε. διὸ οὐ περισπαστέον τὸ τοίηδε.*" Fuit ergo alibi ſcriptum *τοιῆδε.* Spectat eodem Etymol. in *ἥδε δέ οἱ.* p. 416. Ceterum verſus receptus et inſertus erat Elegis Simonidis: *ἓν δὲ τὸ κάλλιστον Χῖος ἔειπεν ἀνήρ· Οἵη περ Φύλλων — ἀνδρῶν*, ap. Stobaeum Serm. XCVI. p. 530. et inde in Analect. To. I. p. 145. CIV. Probatus quoque verſus Pyrrhoni ap. Laert. IX, 67.

οἵη γὰρ legitur ap. Schol. Apollonii, ſed *περ* quoque eſt ap. Clement. Strom. III, p. 518.

147. 8. *Φύλλα τὰ μέν τ' ἄνεμος χαμάδις χέει, ἄλλα δέ θ' ὕλη τηλεθόωσα φύει, ἔαρος δ' ἐπιγίγνεται ὥρη* Schol. A. Ariſtophanem narrat ſcripſiſſe *τηλεθόωντα*, vt ad *Φύλλα* referretur; eundem *ὥρῃ* caſu tertio ſcripſiſſe „*καὶ τὸ ὥρῃ μετὰ τοῦ ι γράφει, κατὰ δοτικήν.*" Ergo alii ſcripſerant *ὥρη.* nec hoc tamen expreſſum in ed. Ven. nec Scholiis praefixum. At in Vindob. ab Altero expreſſo eſt *ἔαρος ὅτε γίνεται ὥρη* et in alio: *ἐάαρος δ' ἐπιγείνεται ὥρη.* Fatendum eſt, nominatiuum praeſtare videri, vt ſit *ὥρη δὲ ἔαρος ἐπιγίγνεται, nam ſuccedit tempus vernum*, more Homerico, pro, *tempore verno ſuccedente*, *τῆς ἔαρος ὥρης ἐπιγιγνομένης.* ſi autem caſu tertio ſcribitur *ὥρῃ*, durius ſubiectum mutatur, *τὰ Φύλλα δὲ ἐπιγίγνεται ὥρῃ ἔαρος. ſubnaſcuntur enim folia verno tempore.* Redii tandem ad vulgare; ſed interpunctione melius inſtituta: cum etiam recordarer ſupra B, 468 *ὅσσα τε Φύλλα καὶ ἄνθεα γίγνεται ὥρῃ.* habet enim et alterum aliquid paullo durius dictum.

Non bene interpungitur poſt *Φύλλα*, *τὰ μέν τ'* quod facit quoque Euſtath. qui omnino turbat. Eſt enim: *Φύλλα τὰ μέν* pro *τῶν Φύλλων τὰ μὲν — ἄλλα δὲ* pro *τὰ δὲ —*

ἐπιγίγνεται. codd. et in his optimi *ἐπιγίνεται*, cum edd. ante Turnebum. Seruamus tamen alterum, vt ſibi conſtet ſcriptura antiquior. v. ad B, 468. In Vrat. a. eſt *ἐπεγείνατο, genuit*, debuit ergo etiam eſſe *ὥρῃ.* ſed vi-

tioſa eſt lectio, quia infertur hiatus. In vno Vindob. melius eſt *ἐπιγείνεται*.

Clemens Alex. Strom. VI, p. 738. verſus 147. 8. 9. Muſaeo ſurreptos eſſe contendit, prauo iudicio; cuius nomine proditos narrat eſſe verſus: *ὡς δ' αὕτως καὶ Φύλλα Φύει ζείδωρος ἄρουρα. ἄλλα μὲν ἐν μελίῃσιν ἀποφθίνει, ἄλλα δὲ Φύει. ὣς δὲ καὶ ἀνθρώπου γενεὴ καὶ Φύλλον ἐλίσσει.* leg. *ὡς δὲ καὶ ἀνθρώπων γενεὴν καὶ Φῦλον ἐλίσσει* ſc. *ἄρουρα*, terra. Vides, imitatoris ſucum.

Ariſtophanes verſum ante oculos habuit nobili loco de hominum fragilitate Au. 686 *ἄνδρες ἀμαυρόβιοι, Φύλλων γενεᾷ προσόμοιοι, ὀλιγοδρανέες, πλάσματα πηλοῦ, σκιοειδέα Φῦλ' ἀμενηνά.*

149. *ὣς ἀνδρῶν γενεὴ, ἡ μὲν Φύει, ἡ δ' ἀπολήγει.* Ven. A. et B. Leid. *ἡ μὲν — ἡ δ'*. ſic quoque Cant. quod eſſet *καὶ Φύει καὶ ἀπολήγει*. Poteſt etiam *ἣ μὲν — ἣ δ'* ſcribi. Schol. A. tamen priore modo *ἀντὶ τοῦ καὶ* accepit; addit quidem, poſſe et articulos eſſe, praeſtare tamen, ſi copula ſit. Adſtipulatur Schol. B. qui addit: Alexionem pro ſoloeciſmo habuiſſe, ſi *ἡ μὲν ἡ δὲ* articuli eſſent, antecedere enim ſingularem, qui partitionem non admittat; cenſet tamen Schol. eum falli, poſſe enim etiam *ἐξ ἑνικοῦ ἐπιμερισμὸν* fieri. Et eſt haud dubie manifeſta partitio, *γενεὰ ἡ μὲν ἡ δὲ*, *generatio quidem alia — alia autem* vt vſ. 148 *τὰ μὲν — ἄλλα δέ*. Tuetur quoque hanc ſcripturam Apollon. Lex. *γενεὴ — ἐπὶ μὲν γὰρ παντὸς γένους τῶν ἀνθρώπων. ὣς ἀνδρῶν γενεὴ, ἡ μὲν Φύει, ἡ δ' ἀπολήγει.* In Lipſ. eſt *ἣ μὲν ἣ δ'*, cum gloſſa: *ποτὲ μὲν, ποτὲ δέ*. Etiam Schol. ap. Bentl. *ἄμεινον συνδέσμους εἶναι ἢ ἄρθρα.*

Porro, quod grammatici non obſeruant, *Φύει*, quod paullo ante erat et vbique fere eſt actiuum, *facit naſci, emittit, generat*, vt et alibi, v. c. Od. H, 119 Zephyrus *τὰ μὲν Φύει, ἄλλα δὲ πέσσει*, nunc repente eſt, actione immanente, *naſcitur*: quae notio alias tantum in *πέφυκα* et *πέφυα* locum habere ſolet. Dudum expectabam ſuſpicionem de toto verſu ex rhapſodi alicuius inter-

pretamento nato alicubi ſubortam; verum nec Bentleium ad hoc haeſiſſe video. Verum praeſtat abiicere notionem τοῦ *naſci*, et ſupplere γενεὴ Φύει ἄνδρας, ἡ δ' ἀπολήγει Φύειν ἄνδρας. Ita paullo durius dicta haec ſunt, ad grammaticam tamen rationem accommodatius; conuenit quoque melius τὸ ἀπολήγειν, quod alias dictum eſſet pro φθίνειν· quod proprium eſt de ſtirpe deficiente, extincta. At ἀπολήγειν eſt παύεσθαι, ἀποπαύεσθαι, ceſſare. De fructu dictum eſt Od. H, 117 οὔποτε ἀπόλλυται οὔτ' ἐπιλείπει.

150. εἰ δ' ἐθέλεις καὶ ταῦτα δαήμεναι· ὄφρ' εὖ εἰδῇς ξ— quod diſtinguendum eſt poſt ἐθέλεις, et δαήμεναι accipiendum pro imperatiuo, δάηθι. Ita Sch. A. et iterum ad Υ, 213. vbi duo hi verſus repetuntur. Non hoc praeferam vulgari rationi, qua poſt δαήμεναι diſtinguitur, et ſuppletur apodoſis δάηθι, ſcito, tenето. v. Notam. Minus bene cum Euſtathio pro apodoſi haberes verba πολλοὶ δέ μιν ἄνδρες ἴσασι, vt ſit: ſi vis ſcire, multi id norunt, a quibus reſciſcere poſſis.

εἰ δὲ θέλοις Vrat. a. contra vſum Homericum. εἰ δ' ἐθέλοις excitatur ap. Lucian. Contempl. 14.

ὄφρ' εὖ εἰδῇς. Ven. A. „Ἀρίσταρχος περισπᾷ ἔδει (corr. εἰδῇς) καὶ οὕτως ἐπεκράτησεν ἡ προσῳδία καὶ λόγον ἔχουσα.“ videtur obſeruare velle, nunquam ab εἴδω occurrere εἴδῃς, εἴδῃ, ſed εἰδῇς ab εἰδέω.

151. ἡμετέρην γενεὴν, τ πολλοὶ δέ μιν ἄνδρες ἴσασιν. Verſum multa ſuſpectum faciunt. Primo peccat in digamma ανδρες ϝισασι. Cui occurrere liceret legendo πολλοὶ δὲ ϝισασι μιν ἄνδρες. Accedit alterum a Bentleio notatum, quod ὄφρ' εὖ εἰδῇς ἡμετέρην γενεὴν iuncta ſunt; atqui nusquam εὖ εἰδῶ, εὖ εἰδῇς, accuſatiuo ſequente occurrunt, ſed vbique abſolute, et in medio, ſine regimine. Adſcripſerat loca Odyſſ. B, 111. H, 317. Δ, 645. N, 232. Ξ, 186. Exputes forte medelam, ſtructura ſic facta, vt, explendo δάηθι, iungas δάηθι ἡμετέρην γενεὴν, aut vt iungas: εἰ δ' ἐθέλεις καὶ (κατὰ) ταῦτα, (οὕτως) δαήμεναι ἡμετέρην γενεήν. Enimuero contorta haec ſunt, et verſus

habendus inter expletiuos a rhapſodis inculcari ſolitos: quod iterum factum inf. Υ, 214. Ductum eſt alterum hemiſtichium ex Od. N, 239 vbi eſt *εἰ δὴ τήνδε τε γαῖαν ἀνείρεαι — ἴσασι δέ μιν μάλα πολλοί.*

152. *ἔστι πόλις Ἐφύρη, μυχῷ Ἄργεος* — ξ „quod *Ephyra* nomine heroico dicta eſt pro Corintho (male expreſſum eſt, *ὅτι Ἐφύρην τὴν κόρην εἶπε*). Et ſunt plures vrbes hoc nomine" quod ad faſtidium docent veteres. v. ad B, 659. Apollod. I, 9, 3.

Totum verſum Maximus Tyr. diſſ. XXVIII, 5. et Schol. Pind. P. X, 85. alterum autem hemiſtichium recitat Strabo VIII, p. 571 A. vt declaret Argos dici pro Peloponneſo.

μυχῷ Ἄργεος ἱπποβότοιο. vt iterum Od. Γ, 263. Corinthus quidem in extrema Peloponneſi parte ſita eſt, vſu tamen frequentatum hoc eſt, vt ſit ſimpliciter *in* Argolide, aut, vt veteres acceperunt, *in* Peloponneſo, v. Strab. l. l. cf. ad B, 109. Sic Pindar. N. VI, 44 *μυχῷ Ἑλλάδος*, et ſic Romanis *receſſus*. Similis vſus latior *τοῦ μέσος*. vt inf. 224 *ἐν μέσῳ Ἄργει.*

Habemus hic inſigne exemplum mythi hiſtorici ſtirpis ac gentis ad poſteros perlati rebus in miraculum auctis: et ille quidem ſtirpis Aeolicae cuius memoria fabulis fuit locupletior aliis.

153. *ἐνθάδε Σίσυφος ἔσκεν, ὁ κέρδιστος γένετ' ἀνδρῶν.* ξ „quod *κέρδιστον* dixit *τὸν συνετὸν, καὶ κερδαλέον.* at recentiores *τὸν φιλοκερδῆ* accipiunt" Sch. A. Sicque Apollon. Lex. adſcripto hoc verſu: *ὁ συνετώτατος καὶ πανουργότατος.* add. Suidam. Et Pindarus Ol. XIII, 72 Siſyphum appellat *πυκνότατον παλάμαις ὡς θεόν.* Schol. reddit *συνετὸν* et h. vſ. laudat.

Subiicit alius grammaticus in eodem Schol. A. *συνετώτατος, ἐντρεχέστατος. οὐ γὰρ ἂν τὸν πρόγονον αὐτοῦ πανουργότατον ἔλεγεν.* Similia repetunt Euſtath. et Etymol. in *κέρδιον.* Scilicet ignorarunt heroicae vitae ſollertiam ac prudentiam a vafritie et calliditate nondum fuiſſe disiunctam; ſpectaſſe quoque eam maxime ad belli laudem,

et ad ea, quae nunc dicuntur ſtrategemata: v. Polyaen. lib. I. pr. vbi inter ſtrategematum auctores refert Siſyphum, Autolycum, Vlyſſem. Eodem ſenſu Mineruae tribuit Vlyſſes Od. X, 230 σῇ δ' ἤλω βουλῇ Πριάμου πόλις εὐρυάγυια, ipſe de ſe praedicauerat alio loco Od. I, 19. 20 εἶμ' Ὀδυσεὺς — ὃς πᾶσι δόλοισιν ἀνθρώποισι μέλω, minime autem ad honeſtatis normam eſſe conſtituendam aut exigendam. Promiſcue itaque ponuntur voc. σοφὸς, ἀπάτη καὶ δόλος, κέρδεα, aliaque ſimilia. Loc. claſſ. Od. N, 297 ſq. vbi vno loco κέρδεα, βουλὴ, μῦθοι, μῆτις, memorantur. Itaque adiectum interdum κέρδεα κακά. cf. ad K, 144. Recte ideo in Siſyphi laudem ceſſit ingenium ad dolos et fraudes compoſitum, fide tamen in populares et amicos integra. Sic Vlyſſis doli non ſunt vbique ad honeſtatis normam exigendi vt nec Mercurii.

Siſyphi autem calliditas miris, priſco tamen loquendi mori accommodatis (nam qui inſigniter callidus habetur, calliditate deos vincere dicitur) commentis fuit celebrata, quae ex Pherecyde ſeruarunt Sch. br. Ven. A. Ipſam mortem (Θάνατον) a Ioue miſſam circumuenit, et vinculis tenuit. Porro ex inferis dimiſſus non rediit. Intelligi ex hoc poſtremo poteſt quae cauſſa poenae fuerit, vt ſaxum ſibi impendens volueret ſine intermiſſione; ne ſcilicet facultas eſſet iterum aufugiendi ex inferis. Conf. Not. ad Apollod. p. 142. 3. Sturz ad fragm. Pherecydis p. 178. 9. In ipſo nominis etymo ingenium hominis veteres quaeſiuerunt, eſſe enim σίσυφον aeolice pro σόσφον. v. Euſtath.

ἔνθα δὲ multi, vt Vrat. tres, Moſc. 3.

154. Σίσυφος Αἰολίδης. — quod per epanalepſin Σίσυφος bis dictus eſt, quodque Homerus ea ſaepe vtitur in Iliade, at in Odyſſea ſemel Αἰθίοπες τοὶ — Od. A, 22. 23. ad quem locum veteres grammaticos hoc idem obſeruaſſe docet Euſtath. Eſt tamen obſeruatio et alibi repetita; vt ad M, 96.

ὁ δ' ἄρα Γλαῦκον τέκεθ' υἱόν. vnus Vindob. Harlei. et Moſc. 3. τέκεν. ſed medium in hoc habuit eandem

vim quam actiuum τέκεν; etiam in ſcriptoribus promiſ. cuus vſus eſt.

155. αὐτὰρ Γλαῦκος ἔτικτεν. Ariſtarchus τίκτεν, Ἰα. κῶς. Sch. A. ſuauior tamen verſus cum augmento.

De *Bellerophonte* fabulae fuere plures, ex varia Tragicorum tractatione. In Sch. A. B. br. locus de eo eſt ex Aſclepiade ἐν τραγῳδουμένοις. Nomen habuit a Bellero occiſo, cum verum nomen eſſet Hipponous: quod et Etymologus narrat cum aliis. Pegaſum ab eo domitum, de quo tam praeclarus locus eſt in Pindaro, Homerus non memorat. Acceſſiſſe ille videtur primo in Chimaera domanda. Fabulam Corinthiis fuiſſe domeſticam ſatis apparet, expoſitam quoque in rebus Perſei, tum in cataſterismis, quibus praeiuit iam Heſiod. Theog. 284. 5. 6. Reliquos mythos v. ap. Apollod. et Not. p. 283 ſq. add. Schol. Lycophr. 17.

157. αὐτάρ οἱ Προῖτος κακὰ μήσατο. Legitur in vulgg. κάκ' ἐμήσατο. Sch. A. Ἀρίσταρχος κακῶς κακὰ μήσατο. corrig. Ἰακῶς· κακὰ μήσατο. idque recepi. Vocem Homericam notat Plato in Cratylo p. 408 A. τὸ δὲ, οἷον καὶ Ὅμηρος πολλαχοῦ λέγει, ἐμήσατο. τοῦτο δὲ μηχανήσασθαί ἐστι. Ad h. v. ſpectat gloſſa Apollonii in ὀπαζόμενος p. 504 ἐπὶ δὲ τοῦ περιεποίησαν, ὤπασαν. et in ὠπάζετο p. 729 eſſe vocis notionem vt ſit περιεποίησεν, adſcripto hoc verſu.

Ad αὐτὰρ Erneſti notat: „ἀτὰρ Flor. Ald. Iunt. quod ferri poteſt, ſi ante legatur: ὤπασσαν.“ Nullo modo: nam peccat in digamma ὤπασσαν· ἀτάρ ϝοι — non minus quam Barnes: „γρ. ἑοῖ, vt E, 695.“ Librariorum vitio ἀτὰρ et αὐτὰρ ſaepe permutantur.

Proetus et *Antea*. Ab Acriſio fratre Argis expulſus Proetus apud Iobatem in Lycia exulauerat, cuius filia Antea ducta in Argolidem rediit et Tirynthem tenuit; Apollod. II, 2, 1. Filiae ex eo coniugio natae, Proetides poetis dictae, inſania ſua notae ſunt, et curatione a Melampode facta: v. Apollod. ibid. ſ. 2. Virgil. Ecl. VI, 48. Confugerat ad Proetum Bellerophontes caedis

perpetratae reus. Pro Antea Tragici Sthenoboeam adſciuerunt, filiam Amphianactis, (Apollod. ibid.) ſecundum alios Amphidamantis Arcadis filiam (ibid. III, 9, 1.).

159. Ζεὺς γάρ οἱ ὑπὸ σκήπτρῳ ἐδάμασσεν. Eſt Ζεὺς γάρ μιν in Vrat. a. Moſc. 1. et in Ven. vbi Sch. A. „γρ. Ζεὺς γάρ οἱ.“ Recte ſe habet vulgata: ἐδάμασσε ſc. τοὺς Ἀργείους οἱ, αὐτῷ τῷ Προίτῳ. At μιν pro αὐτὸν non habet ſenſum; eſſet ſaltem pro αὐτοὺς dictum.

Vrat. a. ὑπὸ σκήπτρῳ τε δάμασσε. Barnes neſcio vnde: „γρ. ὑπὸ σκήπτροις ἐδάμασσε vel ὑπὸ σκήπτροισι δάμασσε.

160. τῷ δὲ γυνὴ Προίτου ἐπεμήνατο, δῖ' Ἄντεια. ξ quod Homero Antea eſt, quam recentiores Sthenoboeam appellant. (Notatum iam Apollod. II, 1, 1. p. 88. cf. Not. p. 277.) et quod δῖα male adiectum de impudica muliere; vnde fuere qui Διάντεια ſcriberent: quod et in vno Vindob. occurrit. Melius dixeris eſſe epitheton ornans, nullo ad mores reſpectu: praeclara, eximia, nobilis; vt δῖα Κλυταίμνηστρα. Sch. A. B. Similiter ἀμύμων Αἴγισθος Od. A, 29. Neque Bellerophon vſ. 155 aliter dictus ἀμύμων, quam omnino egregius, praeclarus. Argutatur tamen Clarke, dum ad ſolam corporis venuſtatem refert.

ἐπεμήνατο. ἐπεμάνη. ὥστε μιγῆναι αὐτῷ. Ariſtides Quintil. de Muſica lib. III, p. 158 ὅτι πᾶν, πάθος μανία. δηλοῖ δὲ καὶ ὁ ποιητὴς, ἐπὶ μὲν τῆς δι' ἐπιθυμίαν ἐπτοημένης εἰπών: τῷ δὲ γυνὴ etc. Ariſtidis notationem vocis firmat Callimach. in Cer. 30 θεὰ δ' ἐπεμαίνετο χώρῳ, ὅσσον Ἐλευσῖνι — vbi cf. Not.

Verſus 160. 1. 2. ſententiis praeclaros commendat Plutarch. de aud. poet. p. 32 B. C. Idem in Coriolano p. 229 D. laudat verſum 161. vt doceat Homerum deos non immiſcere iis, quae ipſa ratio ſuadere poſſit. Nimis ſubtiliter; nec vere, niſi hoc loco.

164. ἦ κάκτανε Βελλεροφόντην. Vrat. A. κάτθανε indocte; quod et erat in Luciani codd. Calumn. non tem. cred. 26.

165. ὅς μ' ἔθελε Φιλότητι μιγήμεναι οὐκ ἐθελούσῃ. μ' pro μοι. Offendit dura eliſio; etiam Bentleium, qui paratam habebat medelam: ὅς μ' ἐ. — οὐκ ἐθέλουσαν. Malim dicere, μ' omnino eſſe eiiciendum, et ſcribendum ὅς τ' ἔθελε. Vulgata tamen vbique occurrit, etiam apud Lucian. l. c. De diphthongis eliſis dicam ſingulari Excurſu.

ἔθελ' ἐν Φ. Vrat. A. nec male.

Suaue eſt Scholion. A. et Leid. ad h. v. quo tres modi μίξεων discernuntur: congreditur aliquis cum altera, ἢ βουλόμενος μὴ βουλομένῃ, ἢ μὴ βουλόμενος βουλομένῃ, ἢ ἐθέλων ἐθελούσῃ. Eſt Scholion Porphyrii, dignum habitum a Valkenario, quod exſcriberet ad Ammon. p. 242 excerptum iam ab Euſtathio p. 632, 15. et ad Odyſſ. Γ, p. 1467, 26.

166. τὸν δὲ ἄνακτα χόλος λάβε. Male edd. ante Ald. 2. et codd. paſſim τὸν δ' ἄνακτα.

167. κτεῖναι μέν ῥ' ἀλέεινε. Vrat. a. ἐλέεινε.

σεβάσσατο γὰρ τό γε θυμῷ. Baroce. cum al. σεβάσατο, vitiato metro. Heſych. σεβάσσατο. σεβαστὸν ἡγήσατο. ἐτίμησεν. ἐνετράπη. hoc vltimum, *veritus eſt*, convenit huic loco. Apollon. Lex. laudato hoc verſu: ὅ ἐστι σεβαστὸν ἡγήσατο. Scilicet σέβας eſt maius aliquid quam αἰδώς.

168. πέμπε δέ μιν Λυκίηνδε, πόρεν δ' ὅγε σήματα λυγρά. Sic Flor. Ald. 1. Mutatum in Ald. 2. Λυκίην δ', ἔπορεν δ' ὅγε. reuocauit antiquius Stephanus; et firmatur hoc a Ven. vtroque, Lipſ. Townl. et al. Apollon. Lex. πόρεν. περιεποίησεν. οὐχὶ δὲ παρέσχεν· πόρεν δ' ὅγε σήματα λυγρά. Immo vero, eſt h. l. pro παρέσχεν. Scilicet Scholion ad alium locum ſpectauit, v. c. A, 72. μαντοσύνην, ἣν οἱ πόρε Φοῖβος Ἀπόλλων, vbi eſt περιεποίησεν.

169. γράψας ἐν πίνακι πτυκτῷ θυμοφθόρα πολλὰ ξ— „quod litterarum vſus ex his liquere viſus eſt; accipienda tamen ſic verba non ſunt, ſed γράψαι eſt ξέσαι. οἷον οὖν ἐγχαράξας εἴδωλα, (figuras) δι' ὧν ἔδει γνῶναι τὸν πενθερὸν τοῦ Προίτου. Sic Sch. A. nec abſurde. Nec di-

verſa ſunt, quae aliunde attulit Euſtath. p. 632, 42. qui ſubiungit multa, pro quibus meliora expectabam. Ipſe Apollon. Lex. p. 210. γράψας οἷον ἐγχαράξας σημεῖα πολλά. Verbo, γράφειν eſt ξέειν, ſcalpere, incidere; qui ſenſus conuenit cum altero, quo de cute inciſa, et vulnere, frequentatur, vt H, 187.

Sed vniuerſe pauca monenda ſunt ad hunc locum vexatiſſimum, qui tamen claſſicus eſt, quoties de ſcripturae origine agitur; actum autem eſt de ea ad faſtidium a viris doctis; disputauit quoque docte nuper Wolf. in Prolegomenis. Ad Homerum ipſum ex tota diiudicatione parum fructus redit, vti nec ad eam ex Homero. *Litterarum* enim *notas* non modo ante Homerum, verum etiam ante Proetum et Bellerophontem a Cadmo in Graeciam illatas eſſe, fama antiqua ferebat; certiorem fidem fruſtra quaerimus. Enimuero difficultatem facit *vſus* litterarum: quem multo ſerioribus temporibus parum adhuc frequentatum eſſe videmus, nec niſi in publicis monimentis, et in marmore et aere. Vnde parum probabile fit, iam tum, paucis poſt Cadmum aetatibus, litterarum vſum ad vulgares hominum intercurſus et commercia fuiſſe adductum, ſic vt Corinthi rex regi Lyciae, diuerſa lingua vtenti, litteras mitteret in ligneo pugillari exaratas.

Vt tamen rem tam parum probabilem admittamus, nihil eſt in Homerico loco, quod nos cogat: etſi veteres id credidiſſe conſtet; in quibus ipſe Apollodor. H, 3, 1. habetur: σήματα enim notionem generalem habent, vſurpata vox de quacunque re, ex qua aliquid colligas; In Odyſſ. Ψ, 109 Penelope et Vlyſſes facile ſe inuicem agnoſcunt: ἔστι γὰρ ἡμῖν σήμαθ' ἃ δὴ καὶ νῶϊ κεκρυμμένα ἴδμεν ἀπ' ἄλλων. e quo genere erat ipſe torus coniugalis ſingulari modo fabricatus. Itaque σήματα poſſunt eſſe formae, ſigna, figurae, poſſunt quoque eſſe notae, χαρακτῆρες, quibus aliquid adumbratur, deſignatur, vel innuitur. ſicque iam veteres accepiſſe, docet Schol. A. Infra H, 175 ſortientes ſortibus ſigna vel notas impri-

munt vel inſculpunt, vt discerni eae poſſint: *οἱ δὲ κλῆρον ἐσημήναντο ἕκαστος, ἐν δ' ἔβαλον κυνέῃ.* Conuenit hoc ipſum ingeniis priſcorum hominum, declarandi animi ſenſa per ſimilitudines, formas, ſymbola, etiam in ſermone interdum familiariter habito. Videtur ergo res redire ad teſſeram hoſpitalem, iam tum vſu habitam, qua Bellerophon declararet vere ſe a Proeto miſſum eſſe. Vnde vſ. 177 Iobates poſtulat *σῆμα ἰδέσθαι*, quod a Proeto attulerat Bellerophon, tum vidit ille inſcriptum eſſe *σῆμα κακόν.* Potuit enim conuentum eſſe de certis ſignis, quibus intelligi poſſet, quo loco habendus eſſet is, qui miſſus erat; in iis eſſe debuit ſignum, vnde Iobates intelligeret iſti homini mortem inferendam eſſe. Quae tamen iſta *σημεῖα* fuerint, figurae an *χαρακτῆρες*, vanum ſtudium eſſet ſi quaerere velles. At quae tabulae fuerint, ex ipſis Homericis verbis intelligitur; fuere complicatae; pertulit adeo eas Bellerophon obſignatas: memorabilis ideo vel ſic locus eſt, quod ex eo diſcimus, vetuſtiſſimum fuiſſe pugillarium vſum, id quod etiam Plinius obſeruauit XIII, 20. quodque iis inſculpebantur certa rerum ſigna; ita vt quoque genus eſſent tabularum hoſpitalium; tandem inde et hoc colligere licet: ſignorum, ſeu figurarum ſeu hieroglyphorum ſeu ſymbolorum, iam ante ſcripturam per litterarum ductus exaratam, apud Graecos vſum aliquem extitiſſe ſimilem ei, qui inter Aegyptios fuit: id quod cum ipſa ingenii humani ſollertia, et cum exemplis populorum Americae et inſularum conuenit.

Nunc vide, an praeſtet, ex Homerico vſu cumulandi epitheta, interpungere: *πόρεν δ' ὅγε σήματα λυγρὰ, γράψας ἐν πίνακι πτυκτῷ, θυμοφθόρα, πολλά.* vt ſit *γράψας ἔπορε. ἔγραψε καὶ ἔπορε.* Ex vulgari interpunctione accipiendum eſt *ἔγραψε πολλὰ εἰς φθορὰν αὐτοῦ, ὥςτε αὐτὸν φθαρῆναι παρὰ τοῦ βασιλέως. πενίην θυμοφθόρον ἀνδρὶ* dixit Heſiod. *Ἔργ.* 717.

ἐν πίνακι πτυκτῷ. Eſt *πυκτῷ* in Lipſ. Cant. Vrat. a. c. Moſc. 1. 3. binis Vindob. et edd. Flor. Ald. 1. et

in codd. Apollonii Lex. p. 210. Variant quoque ſic codd. ap. Polluc. qui bis laudat πίνακι πτυκτῷ IV, 18 et X, 57.

Totum verſum damnabat et pro fetu ſerioris rhapſodi habebat Martorellus de regia theca calamaria lib. I, c. 4. iuſtis iniuſtisque de cauſſis. Nam et miſcet multa inter ſe diuerſa, immiſcetque aliena, et disputat ex vulgari interpretatione de litteris ſcriptis et in tabula cerata, cuius vſum omnino it ſublatum ex omni antiquitate, reuocans omnem ſcripturam ad atramenti vſum. Atqui neutrum bonus interpres admittit. Ridet porro lignum *plicatile:* atqui βιβλίον δίπτυχον vulgo dicitur, quod binis tabulis, aſſeribus, lateribus conſtat, quae complicari, hoc eſt iungi, poſſunt ac ſignari. Eſt quoque eo ſenſu δελτίον δίπτυχον, et quidem ξύλου ap. Herodot. VII, 239. vbi de Demarati tabellis inſculptis, et, ne ſuſpicionem facerent, cera oblitis narrat. Tandem vir doctus tanquam nouum inuentum affert, quod dudum vel ex Euſtathio vulgatum erat, γράψαι etiam eſſe poſſe incidere et πίνακα eſſe tabellam, cui inſculpatur aliquid. Verum nunc eo deerrat, vt ἐν πίνακι πηκτῷ legendum eſſe cenſeat, in tabula *bene compacta:* quod epitheton et per ſe inutile foret et alienum; onere enim ſuo moleſta ea fuiſſet iter facienti. Statuit quoque σημεῖα fuiſſe notas *arcanas*, ſeu ſecretas, vt Liuii verbo vtar, tabulae tanquam teſſerae hoſpitali inciſas. Incidit vir doctus in hanc emendationem per ſphalma in laudato ab Henr. Stephano loco Herodiani.

Reſpicit Homericum verſum Lucian. adu. Indoctum ſ. 18. et Herodian. VII, 6. aliis 14. vbi Gordianus ἔδωκε κατασεσημασμένα γράμματα ἐν πυκτοῖς πίναξι, δι' ὧν τὰ ἀπόῤῥητα καὶ κρυπτὰ ἀγγέλματα τοῖς βασιλεῦσιν ἐπιστέλλεται.

170. ξ— quod ſocerum recentiores edunt nomine *Iobaten.* Ed. Ven. ἠνώγειν. et Sch. A. „οὕτως Ἀρίσταρχος. ἠνώγεεν γάρ." Spectat obſeruatio ad formam, quam grammatici Atticam vocant, ἤδειν pro ἤδει et ſimilia. v.

ſup. ad Γ, 388. vbi ἤσκειν. Ariſtarchus eam inferre voluit in h. l. non ex lectionis auctoritate, ſed ex iudicio ſuo.

171. θεῶν ὑπ' ἀμύμονι πομπῇ. fuere forte omina et auguria narrata in itinere obiecta aut euentus ſecundi cf. ad 183. Ixion ἐν τῷ ά πρὸς τὰς ἐξηγήσεις citat μετ' ά." Vem A.

172. Ξάνθον τε ῥέοντα. miratur Ven. B. (quod e Porphyrio petitum eſſe, diſco ex Euſtath. p. 634, 15.) quis enim amnis non fluit? et tentat varia. Scilicet eſt epitheton mere ornans; ad animi ſenſum tamen feriendum haud ineptum.

173. μιν τῖεν ἄναξ. „γρ. ἄναξ Λυκίης Ἰοβήτης," Barnes. mirum commentum!

174. ξ— quod numero nouenario lubenter vtitur poeta. Repetita paſſim obſeruatio; ex aliis quoque ſcriptoribus affert exempla Clemens Alex. in Stromat. Omnino autem hic locus eſt notabilis de hoſpitii iure et more; cum per plures dies ne ſciſcitari quidem aduentus cauſſam liceret; adde alios ex Odyſſea, vt Δ, 67 ſq. inf. I, 193 ſq. Etiam inter mores obſeruabis, mactari bouem ad epulas, nonniſi in ipſo epularum apparatu; magnum quoque conuiuantium numerum eſſe debuiſſe, cum quotidie bouis caeſi carnes apponendae eſſent; tandem ſacro domeſtico faciendo cauſſam iuſtam non fuiſſe niſi epulae parandae eſſent. Aliter hoc ſequiore aetate: tum ſacro facto locus erat epulis. Spectant haec ad vitam antiquorum hominum, non minus cognitu vtilem et iucundam, quam grammatica et critica.

Ariſtarchus vtrumque habuit: ξείνισσε et ξείνιζε. (prius tamen reſpondet τῷ ἵερευσε) Sch. A. Intellige ſic, fuiſſe in edd. Ariſtarcheis vtramque lectionem.

176. ξ— quod mos erat, hoſpites primo recreare, et tum demum de cauſſa aduentus rogare. Eadem ex h. l. docet Athen. V. pr. cf. Od. Δ, 60 ſq.

178. ξ— ὅτι σημεῖα λέγει, οὐ γράμματα. εἴδωλα ἄρα ἐνέγραψε.' cf. ſup. 169.

179. ἀμαιμακέτην Apollon. Lex. ἀπροσμάχητον. μεγάλην. Sicque Hesych. Etymol. Eustath.

Dissident tamen in etymo; alii ἀπὸ τοῦ μῆκος, μάκετος, μαιμάκετος duxerant, vti est περιμήκετος. alii a μαιμάω, μαιμάκετος· vt Etymol. Eustath. Ven. Sch. B. ad Λ, 354. in quem irruere, quem adoriri nemo audet, ideoque ingens, vastus.

De *Chimaera* nihil est quod tuto pronuntiare liceat, nisi hoc: ex mytho perantiquo eam profectam esse; neque commenti caussa satis constat. Repetunt illud a monte Crago Lyciae, cuius vertices fuere plures, in iisque vnus Chimaera dictus, quo nomine etiam conuallis erat: Strab. XIV, p. 891 B. Alii ad incendium montis retulere, et ipsam speciem monstri tricipitis ita interpretantur, vt vastities, quam incendia montis faciunt, designent leo, capra, attondens fruticeta et serpens. Apud Eustath. et alios mons ille igniuomus, in vertice leonibus, media sui parte pascuis, ad radicem serpentibus frequentatus habetur. Alias interpretationes memoratu parum dignas v. ap. eund. Eustath. Palaephat. et alios ad eum laudatos. De hominis feri, seu populi latrocinia agitantis, in monte Crago internecione suspicionem apposuit Koeppen e Panyasi ap. Stephan. Byz. in Τερμίλη. Si ariolari licet, dicam, pari modo, vt Minotaurum, ita Chimaeram ex antiqua figura symbolica natam esse, ita vt id, quod ad certam animi notionem inuentum erat, ab aliis pro monstro, quod vere extitisset, haberetur. Verum de incertis licet vnicuique pro suo sensu statuere. Chimaeram ab Amisodaro Lycio nutritam narrat Homerus Il. Π, 329. 330. cf. Apollod. II, 3, 1. Ex Typhone et Echidna, monstrorum parentibus, natam edidit Hesiodus.

180. ἡ δ' ἄρ' ἔην θεῖον γένος. Recte Sch. B. τὰ τερατώδη (καὶ ὑπερφυῆ Eustath.) εἰς θεοὺς ἀναφέρει.

οὔτ' ἀνθρώπων. „γρ. ἄνθρωπον pro ἀνθρώπινον" Barnes. mirum commentum!

181. πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα. ξ ὅτι ἓν σῶμα ἡ Χίμαιρα. Sch. A. Est animans specie

caprae; ſed capite leonino et cauda ſerpentis inſtructae. Scilicet, vt e Schol. B. et Euſtath. intelligas, disputatum eſt inter veteres de Chimaerae ſpecie, quae h. l. eſt vno capite, aliis tricipitem, aliis bicipitem eam prodentibus. Fuiſſe longam de hoc disputationem Porphyrii, ſuſpicor ex Euſtathio. Addunt Sch. B. falli Heſiodum, qui tricipitem faciat. Verum Heſiodea ſpecies haud dubie eſt ingenioſioris inuenti, eamque artifices quoque ſequuti ſunt; bicipitem tamen Chimaeram videmus in vaſe antiquo: (in Collectione Vaſor. antiquor. Hamilton. tab. 1.) docte illuſtrato ab ingenioſo et docto viro, Boettiger.

Verſus 181. 182 leguntur male illati in Theogon. Heſiod. 323. 4. Mihi, quoties Homerica legi, non minus ſuſpicio ſubnata eſt, verſum 181 a primo auctore carminis non eſſe profectum. Simplicior erat antiquior narratio: ἡ δ' ἄρ' ἔην θεῖον γένος, οὐδ' ἀνθρώπων, δεινὸν ἀποπνείουσα πυρὸς μένος αἰθομένοιο. Ita bene procedit omnis ſententia. Nunc autem interiecto verſu 181 obſcuratur illa et corrumpitur. Nunc enim eſt μέσσῃ δὲ χίμαιρα δεινὸν ἀποπνείουσα πυρὸς μένος. medio corpore capra, capite tamen leonino, per quod capra, hoc eſt medium corpus, efflare fingitur ignem: (vti etiam ſpeciem Chimaerae ex h. l. effictam vides ap. Zenob. II, 87. et ap. Liban. Ecphraſ. To. III. Opp. p. 1095.) quae vix placere poſſunt; vt nec tota monſtri ſpecies caprino corpore, capite leonino, cauda ſerpentis. Praeſtat ſic Heſiodeum monſtrum, trinis capitibus igniuomis inſtructum: medio caprino, inter capita leonis et draconis.

Poteſt tamen quodammodo occurri ſpeciei Homericae, ſi melius, quam a multis fit, verba iunxeris. Non iungenda ſunt ἡ δὲ χίμαιρα δεινὸν ἀποπνείουσα, ſed eſt hoc retrahendum ad ἡ δ' ἄρα — ἀποπνείουσα πυρὸς μένος. Scilicet inſtituta oratione ἡ δ' ἄρ' ἔην θεῖον γένος, debebat ſequi ἀποπνέον, ſed rediit poeta ad ἡ δέ.

Parodia vſ. 181 expreſſit Ariſton ap. Diog. Laert. IV, 33 de Arceſilao: *πρόσθε Πλάτων, ὄπιθεν Πύρρων, μέσσος Διόδωρος.*

ὄπισθε δράκων male librarii ſcribunt plerique; incredibilis enim eorum fuit metri et prosodiae ignoratio. *μέσση δὲ χίμαιρα.* in Heſych. eſt appoſitum *τὸ μέσον αἰγοπρόσωπον.*

183. *καὶ τὴν μὲν κατέπεφνε θεῶν τεράεσσι πιθήσας.* ξ— quod nihil de Pegaſo memoratum eſt. Sch. A. Meminit Pegaſi Heſiod. l. c. verſu 325 ſed ſuſpecto. Illuſtrior eſt locus Pindari.

θεῶν τεράεσσι πιθήσας. quaenam illa prodigia fuerint, reticeſcit; tanquam aliena a tali conſabulatione, et forte, tanquam ſatis nota ex aliis carminibus illius temporis. Pegaſum Mineruae ſeu datum ſeu domitum narrant ſequiores poetae ex iisdem, vt probabile ſit, primo loco Pindarus. Attingit rem verſus 325 Theogon. vix tamen ille Heſiodeus. Etiam ſupra Δ, 398 de Tydeo, qui Maeonem incolumem dimiſerat, *θεῶν τεράεσσι πιθήσας*, non additum erat, quodnam illud oſtentum fuerit.

184. *Δεύτερον αὖ Σολύμοισι μαχήσατο κυδαλίμοισι.* Mirum h. l. ſine varietate *μαχέσσατο* ſcriptum et editum exhiberi etiam ap. Strabon. XII, p. 859 A. XIII, p. 931 B. XIV, p. 983 A. v. ad A, 298.

Solymi antiquiores fuere terrarum Lyciae incolae; mox ab aduenis expulſi in montibus, qui confinia faciunt, haeſere; vnde bella mutua facta ſunt, vt h. l. et inf. 204. Iterum memorantur Solymi Od. E, 283. cf. ſup. ad B, 866. 7. a ſerioribus accenſentur Piſidiae. Montes quoque Solymi ſunt *τὰ Σόλυμα*, ſupra Phaſelidem: v. Strab. XIV, p. 982. Si Euſtathio p. 635, 35 fides habenda, eius adhuc aetate Tzelymi locus fuit in iſtis Lyciae terris. Indocte ap. Heſych. *Σολύμοισιν. ἔθνει Σκυθῶν.* vbi v. Not. Iſauros eos ſerius dictos aſſerit Etymologus.

185. *τήν γε μάχην.* Barocc. Vrat. a. *τήν δε.*

186. *τὸ τρίτον κατέπεφνεν Ἀμαζόνας ἀντιανείρας.* De Amazonibus cf. ſup. ad Γ, 184. Fama de iis eſt antiquiſ-

fima ideoque incerta et obſcura, in Aſiam minorem eas incurſitaſſe. cf. ad Apollod. III. p. 372.

187. τῷ δ' ἄρ' ἀνερχομένῳ πυκινὸν δόλον ἄλλον ὕφαινε. „Ariſtarchea haec eſt lectio ἀνερχομένῳ, redeunti. Alii legebant ἐπερχομένῳ" Sch. A. quod eſſet proficiſcenti ad Amazonas, aut in reditu accedenti ad Lyciae fines; neutrum commode. E Lipſ. notauit Erneſti ἀπερχομένῳ cum gloſſa, ὑποστρέψαντι. (Bentlei. ex eodem laudat ὑποστρέφοντι et addit: ad Proetum ſcilicet. quod non aſſequor.) Ἀρίσταρχος δὲ, ἀνερχομένῳ. et haec eſt lectio recepta, quae locum ſuum iure tuetur. Iam ſup. Δ, 392 de Tydeo erat: ἄψ οἱ ἀνερχομένῳ πυκινὸν λόχον εἶσαν ἄριστοι. vnde etiam h. l. pro δόλον Venetus habet λόχον. ſic et bini Vindob. ex interpretatione. Barnes adſcripſit: „γρ. τῷ δ' ἀναερχομένῳ male. v. ad Δ, 392. Pro πυκινὸν eſt πυκνὸν in Vrat. b. δόλον ὕφαινε. vox per κατασκευάζειν, parare, a grammaticis exponitur. v. de ea Spanhem. ad Callim. in Apoll. 57.

188. κρίνας ἐκ Λυκίης εὐρείης Φῶτας ἀρίστους. Primo κρίνας eſt ἐπιλεξάμενος. vnde ἔκκριτοι, ἐπίλεκτοι. cf. ad B, 362a et h. l. Euſtath. Tum in Lipſ. erat: „γρ. ἐείκοσι Φῶτας. et ita legitur in Townl. ἐκ Λυκίης ἐείκοσι Φῶτας ἀρίστους. Bentleius ex Lipſ. cod. laudat καὶ εἴκοσι quod ipſe adoptat; vt ſit numerus certus, quemadmodum Δ, 393 κούρους πεντήκοντα. Fuit ergo antiquior lectio: κρίνας ἐκ Λυκίης εὐρείης εἴκοσι Φῶτας.

189. τοὶ δ' οὔτι πάλιν οἴκόνδε νέοντο. ξ. quod πάλιν nunc non de tempore dictum. Sch. A. Fuit haec Ariſtarchi obſeruatio aliquoties inculcata: πάλιν apud Homerum plerumque poni τοπικῶς εἰς τοὐπίσω, non χρονικῶς. v. Etymol. Heſych. h. v. et aliquoties Euſtath. εἶσε λόχον Suidas ἐκάθισε. ſcilicet proprium in inſidiis *ſedere*.

191. ἀλλ' ὅτε δὴ γίγνωσκε θεοῦ γόνον ἦεν ἐόντα. ξ. „quod ex iis, quae enenerant, hoc collegit, a diis eſſe eum oriundum. Sin vero Pegaſus datus fuit, multo magis fides facta." Sch. A. Notandus verſus ad cognoſcenda veterum iudicia de hominibus virtute inſignibus.

Colligunt ex factis nobilitatem ſtirpis, hancque a diis ducunt, inprimis a Ioue, vnde notum epitheton Διογενεῖς. cf. Schol. Pindari Ol. XIII, 82 vbi h. v. adſcripſit.

γίγνωσκε. Etiam hic γίνωσκε edd. Flor. Ald. 1. Rom. et Codd. etiam boni Ven. Lipſ. Cant. Mori. Vrat. A. v. ad B, 468.

192. θυγατέρα ἦν, Philonoen, Antiae ſororem; aliis eſt Anticlia et Caſandra. v. ad Apollod. p. 289.

193. δῶκε δέ οἱ τιμῆς βασιληΐδος ἥμισυ πάσης. honoris regii dimidium; quanam in re hoc conſtitutum fuerit, quaeras. Munia regia tum erant, ducere copias in bello, curare ſacra, Senum et populi concilium habere, iudicare. Honores autem, proprie dicti, τὰ γέρα, erant τὸ τέμενος, quod tamen vſ. ſequ. memoratur, ἡ προεδρία, copioſior portio vini et cibi in epulis. Haec igitur dicendus eſt Iobates *communicaſſe* non partitus eſſe, cum genero ſuo. *Regni* autem *partem dimidiam* non poteſt reddi; non enim erat ea tum regnorum conditio.

194. καὶ μέν οἱ Λύκιοι τέμενος τάμον ἔξοχον ἄλλων. quod poeta τὸ τέμενος per etymologiam declarat ἀπὸ τοῦ τεμεῖν καὶ ἀφορίσαι. Repetitur illa in Apollon. Lex. h. v. vnde Sch. br. Heſych. Etymol. De voce trita iam ſunt omnia. Eſt hic, cum altero I, 574. locus claſſicus hac de re; nunc quidem ſatis nota. Regum reditus tum erant ex agris; aſſignabatur autem pro praemio et honore agri portio, e quo ſiue paſtione ſiue aratione coleretur, ſiue arbuſtorum et vitium ſatione prouentus eſſent maiores ceteris.

καὶ μέν οἱ. argutatur Barnes et ſubſtituit μήν. Scriptum fuit μεν ϝοι.

Λύκιον τέμενος recitatur in Schol. Pind. J. I, 83 vbi reddit τὴν ἀφωρισμένην χώραν.

195. τέμενος — καλὸν Φυταλιῆς καὶ ἀρούρης. Verſus iterum obuius M, 314 et Υ, 185. Nolim iungere καλὸν Φυταλιῆς, vt ſubintelligatur ἕνεκα, ſed τέμενος, ἔξοχον ἄλλων, καλὸν, Φ. vt ſit τέμενος Φυταλιῆς. — Itaque interpunxi poſt καλόν. Non ſatis diſerti ſunt veteres in

discrimine φυταλιῆς et ἀρούρης conſtituendo. ἄρουραν ad agrum arabilem ſpectare vix dubites. M, 316 adiectum eſt ἀρούρης πυροφόροιο, quod etiam in loco noſtro inde habet Venetus et vnus Vindob. At φυταλιὴ latius patere videtur ad arbores, vites, herbas, olera: vnde de horto et vineto interpretantur. Sch. br. δενδροφόρου γῆς, ἢ ἀμπελοφόρου. Poſſis laudare I, 574. 5 τέμενος πεντηκοντόγυον· τὸ μὲν ἥμισυ οἰνοπέδοιο, ἥμισυ δὲ ψιλὴν ἄροσιν, — Et in Graecia non minus quam in Italia vineas habent arbuſtis diſtinctas; quod et in Odyſſ. occurrit Λ, 192. A, 193 coll. Ω, 220 ſq. Necdum tamen locum vidi, in quo φυταλιὴ ad ſolas vites ſpectet. vt nec φυτὰ ſolae vites ſunt, ſed omnino arbuſta: Ξ, 123. Σ, 437. 8. Oleum ἐκ φυταλιᾶς eſt ap. Callimach. L. P. 26. Itaque vſus reuocat nos ad arbores et arbuſta, vt in Apollon. II, 1005. III, 1399. Callim. L. P. 26. In Apollonii Lex. eſt φυταλιὴ, κῆπος. addit Heſych. φυταλιῆς. κήπου. δενδροφόρου γῆς. recte hoc: nam κήπους maxime arboribus conſita loca indicare, patet v. c. ex Od. Δ, 737 καί μοι κῆπον ἔχει πολυδένδρεον. talis etiam ὄρχατος Alcinoi Od. H, 217 ſq. Add. Od. Ω, 244. 5. 6. 335 ſq. (Etſi non ignoratas fuiſſe florum areolas, intelligas ibid. ex Alcinoi horto H, 127. 8. Il. Θ, 306).

Quod prima in φυταλιὴ producitur, quae in φυτὸν et aliis breuis eſt, mirationem facere poteſt. Aeſtimandum eſt discrimen ex hoc, quod alia a φύω, πέφυκα, φῦμι, ducta ſunt, in quibus υ productum eſt, alia a φύω, πέφυα, φυτὸν, φύσις, in quibus υ corripitur. In Tragicis discrimen apertum eſt, inter φυτεύειν et φιτεύειν, illud breue, hoc productum a φίτυς, φίτυ, φίτυμα.

ὄφρα νέμοιτο. Heſych. νέμοιτο, καρποῖτο ad h. v. ſpectat. Alias vſus Homericus fert ὄφρα νέμεσθαι.

197. Ἴσανδρον. Πείσανδρον lectum olim. v. ad 203.

198. Λαοδαμείῃ μὲν — ξ — „quod ad Laodamiam primo loco redit, quam vltimo loco memorauerat“ Sch. A. obſeruatio nullius frugis; ſaepe repetita.

199. ἡ δ' ἔτεκ' ἀντίθεον Σαρπηδόνα. ξ— quod *Sarpedon* Homero non est Europae filius e Ioue, nec Minois frater; vt seriores tradunt, aduersante temporum ordine" Sch. A. Similia sunt apud Apollod. III, 1, 1. p. 174. Scilicet confundi solent duo Sarpedones. v. Not. ad e. l. p. 528 sq. Aliam ζήτησιν veteres mouerunt, quam alio loco obiter attingit Eustath. p. 894, 38 ad Il. M. cum Glaucus natus sit ex Hippolocho, Bellerophontis filio, cur is regno priuatus paruerit Sarpedoni ex filia Bellerophontis Laodamia nato. Dicendum erat, non liquere; vt multa alia in mythis.

200. ἀλλ' ὅτε δὴ κἀκεῖνος — καὶ κεῖνος vterque Ven. Quorsum illud καὶ spectaret, veteres curiose quaesiuerunt. In Schol. B. ex Porphyrio, suspicor, longa est disputatio plena putidis commentis, cur repente Bellerophon diis inuisus factus fuerit, et in solitudinem se abdiderit. Memoratu digna tantum haec: Antimachum in Lyde causam memorasse, quod Solymos θεοφιλεῖς euerterat; quo factus sit diis inuisus. At Leo ἐν τοῖς χρυσαορικοῖς causam ex eo repetierat, quod antea Proeto, postea Iobatae suspectus fuerat; quae omnia a re aliena sunt. Leo ille vix alius esse potest quam Pellaeus seu Aegyptius ille dictus, qui τὰ περὶ τῶν κατὰ τὴν Αἴγυπτον θεῶν scripserat; nec fuit singulare opus τὰ χρυσαορικά, verum in loco de Chrysaore occurrerat id, quod apposuit: Λέων δὲ ἐν τοῖς χρυσαορικοῖς γεγράφθαι φησίν.

Ceterum ex sensu et iudicio rudiorum hominum dicta sunt haec, qui calamitates, in quas quis incidit, ad iram deorum referunt; alibi ad deorum inuidiam; quae illae res aduersae fuerint, a Glauco ipso mox memorantur: filium natu maximum cum filia morte ereptum amiserat. At sequiores substituerunt aliquod a Bellerophonte commissum, quo deorum ira moueretur, quod audacia ille elatus Pegaso insidens in Olympum euolare voluit: attigit ipse Pindarus Ol. XIII, 130, vbi διαστιγάσομαι αὐτῷ μόρον ait. Creditur itaque Glaucus subticescere ali-

quid: idque, quod Popius ſuſpicabatur, ne generis ſui ſamam dedecoraret.

Legitur apud Ariſtotelem: *αὐτὰρ ἐπεὶ καὶ οὗτος*. Problem. 30, 1.

201. ξ— quod in Ἀλήϊον poeta etymum ſuppeditat *ἀπὸ τῆς ἄλης; τῆς πλάνης*. Alii ſcripſerunt *ἀλήϊον ἀπὸ τοῦ τοὺς ἄλας ἐκεῖ πήγνυσθαι*. Similia fere ſunt in Ven. B. et in loco Porphyrii e Quaeſt. Hom. 11 f. deſcripto: vbi plura exempla laudantur. Add. Etymol. Euſt. Sch. br. Heſych. Apparet quoque ex eo fuiſſe qui pro *ἄπορον* acciperent, *τὸ μὴ ἔχον λήϊα*. in Ἀλήϊον.

Obſerua articulum *τὸ* ante Ἀλήϊον. per *campum illum notum* Aleium dictum. At Bentl. recte hiatu offenſus emendat: *τότ'* et laudat A, 493. 4. Videtur tamen poſitus eſſe verborum diuerſus in his locis; ſuſpicor fuiſſe digamma in nomine *ϝαληιον*, ab antiquiore vſu et dialecto profectum. Ceterum memoratur *τὸ Ἀλήϊον πεδίον* Ciliciae ab Herodoto VI, 95.

201. Bellerophontem *μελαγχολῶντα* ex h. l. exhibuere veteres: in quibus, iam Euſtathio laudatus, Ariſtot. Problem. 30, 1. vbi et vſ. 200. 1. 2. laudantur. Mutuati inde hoc ſunt multi, vt Auſon. Ep. 25, 70. Rutil. I, 449—452. Galen. in Medico c. 13. p. 381. verſſ. 201. 2. adſcriptis, vbi *κἀκπεδίον* editur a Charterio. Repugnarunt alii, nec inſaniam, ſed aegritudinem et miſanthropiam in Bellerophonte agnouerunt; vnde et petitum, quod Sch. B. et Leid. habent: *οὐχ, ὡς οἱ νεώτεροί φασι, μελαγχολήσας, ἀλλ' ὀδυνώμενος ἐπὶ τῇ τῶν ἑαυτοῦ παίδων ἀπωλείᾳ ἐμόναζε*. Addidere ſeriores, tragici ſuſpicor, caecitatem et claudicationem. v. Schol. Pindari Ol. XIII, 130. vbi et hi vſſ. adſcripti ſunt. Nota translatio verſuum ap. Cicer. Tuſc. Qu. III, 26 *Qui miſer in campis moerens errabat Aleis, Ipſe ſuum cor edens, hominum veſtigia vitans.*

202. *πάτον. τὴν πεπατημένην ὁδὸν καὶ λεωφόρον* Apollon. Lex. h. v. vnde Heſych. Etymol. Schol. br. At monendum ſimul erat, antiqui ſermonis indole haec dici:

viam hominum vitare, pro coetum, διατριβὴν, quod et gloſſa habet. ὃν θυμὸν κατέδων. *ipſe ſuum cor edens* ap. Cic. l. c. cf. inf. Ω, 129 σὴν ἔδεαι κραδίην.

203. Nunc exponitur, quidnam illud fuerit, cur ἀπεχθὴς diis videri potuerit: nam Iſandrum et Laodamiam liberos amiſerat. Alioqui poſſit ordo verſuum perturbatus videri, vt ſe excepiſſe olim dicantur vſſ. 200, 204. 5. 6. 201. 2. 207.

Πεισάνδροιο recitat in hoc verſu Strabo XII, p. 859 A. XIII, p. 935 B. Forte natum hoc ex ϝισανδροιο. Nam ſic ſcriptum eſſe debuiſſe obſeruat quoque Bentl. quia ϝισος fuit, quod nunc ισος eſt.

204. κατέκταν᾽, κατάκτανε vitium ed. Turn. κατέκτα Lipſ.

205. τὴν δὲ χολωσαμένη χρυσήνιος Ἄρτεμις ἔκτα. In Lipſ. adſcriptum χολωσαμένη. ἴσως διὰ τὰς Ἀμαζόνας. Voluit grammaticus cauſſam reddere, cur puella morte erepta fuerit a Diana, quae ſuas Amazones vlta ſit. Nihil amplius, quod τὴν in raſura ſcriptum fuit, caſu eueniſſe arbitror. Ern. cenſebat τὸν ſcriptum fuiſſe vt Bellerophon eſſet. χρυσήνιος, quia ἱππικὴ, notante Schol. Pindari P. II, 13.

ἔκτα quod ab ἔκτανε ducunt etiam ad h. l. cf. ad Δ, 319. B, 662. Dianae telis transfixas dici puellas praematura morte raptas, nota nunc res eſt.

208. Nobiliſſimus verſus, ſaepe repetitus; etiam a Poſidonio ad Pompeium ap. Strabon. XI, p. 753 A.

209. iterum Od. Ω, 507. Eſt hoc quod ap. Thucyd. IV, 92 eſt, μὴ αἰσχύναι τὰς προσηκούσας ἀρετάς. vbi Schol. h. v. laudat.

210. ξ quod in heroum oratione *Ephyra* memoratur; at quoties poeta loquitur, *Corinthus* occurrit; B, 570. Recoquit Scholion ad 152.

211. ταύτης τοι γενεῆς τε καὶ αἵματος εὔχομαι εἶναι. Excidit τε in Cant. καὶ εὔχομαι αἵματος εἶναι, inuerſo ordine, Moſc. 3. et edd. Flor. Aldd. cum hinc profectis, et Turnebo; deſeruit eas Henr. Stephan. duce ed. Rom.

γενεῆς. Apollon. Lex. in γενεή. ἐπὶ δὲ τῆς ἀπὸ προγόνων εἴς τινα ἄνδρα καταγωγῆς. adſcripto hoc verſu.

γενεὴ et αἷμα iuncta inf. quoque T, 105. et vſum αἵματος pro genere ac ſtirpe declarat idem adſcripto hoc verſu in αἷμα. et ex eo Heſych.

Repetitur verſus Υ, 241. Eum traduxit in ſe de genere rogatus Bion Academicus ap. Diog. Laert. IV, 46. Memorat pro eo Antiſthenem Euſtath. memoriae vitio.

Habet quoque ex h. l. Plato iſta in Gorgia p. 449 A. cum rhetorem appellaſſet Gorgiam, ἀγαθόν γε, ὦ Σώκρατες, εἰ δή, ὅγε εὔχομαι εἶναι, ὡς ἔφη Ὅμηρος, βούλει με καλεῖν. Antiqua formula loquendi: profiteor me eſſe, pro, ſum.

Ceterum Glauci nomen et progenies non obſcura fuit, quandoquidem ex ea reges ab Ionibus nonnullis creatos eſſe Herodotus refert lib. I, 147.

212. Praeclare haec narrata ad ipſum oculorum ſenſum; haſta in terram defixa videmus auditis erectum, adſtantem et laetantem propius ad Glaucum accedere, delectamurque τῇ περιπετείᾳ rerum, dum, qui ad pugnandum congreſſi erant, amicitiam iungunt. Nefas autem viſum, cum hoſpite pugnare. Od. Θ, 208 ξεῖνός γάρ μοι ὅδ' ἐστί· τίς ἂν Φιλέοντι μάχοιτο;

216. Οἰνεὺς γάρ ποτε δῖος — Oenei longaenitatem admodum memorabilem iam veteres notarunt; (v. Not. ad Apollod. p. 131.) videturque ea pro exemplo eſſe *incertae temporum notationis inter antiquiores per aetates* κατὰ γενεὰς *factae*. Cum filius Tydeus praematura morte ad Thebas occidiſſet, Oenei ſenis tutela et cura ad nepotem Diomedem ſpectauit: de qua v. Apollod. I, 8, 5. 6. Locum ſuum Oenei memoria habuit omnino in mythis Aetolicis, tum quoque in Heracliis et in Alcmaeonide. — Peruenire autem Bellerophon ad eum potuit pererratis Graeciae finibus, cum caede facta Corintho fugiſſet; nam *erroribus exantlatis* Argos ad Proetum acceſſerat, a quo expiatus eſt: Apollod. II, 3, 1. *Tydeus* autem praematura morte occubuit, cum immor-

talitate a Minerua deſtinata excidit: v. Schol. Pind. Nem. 10, 12. Apollod. III, 6, 8. p. 67, 1.

217. *ξείνισ' ἐνὶ μεγάροισιν.* Ven. et Mori *ξείνισεν ἐν μ.* Schol. A. „γρ. *ξείνισ' ἐν μ.* leg. *ξείνισσ' ἐν μ.* quod etiam eſt in vno Vindob.

Porro *ἐρύξας*, proprium verbum erat *κατασχὼν, παρακατσχών.* Tenemus autem ex h. l. antiquum morem muneribus hoſpitalibus mutuo ſe demerendi. cf. 234.

219. ξ– Notarunt nonnulli, quod ad priore loco memoratum (Oeneum) redit oratio Sch. A.

Φοίνικι Φαεινὸν, Heſych. *Φοινικίνῳ χρώματι λελαμπρυσμένον.* quod Schol. br. *Φοινικῷ ἄνθει βεβαμμένον.* Color deſignatur non purpureus, ſed ruber ſubfuſcus. v. ſup. ad Δ, 141.

220. *δέπας ἀμφικύπελλον.* vidimus iam A, 584.

222. 223. *Τυδέα δ' οὐ μέμνημαι — Κάλλιφ' ὅτ' —* Memorabile Scholion eſt ap. Bentlei. „*ἄτοπα οἱ δύο στίχοι.*“ Certe iis carere poterat narratio. Et de Tydeo memorandi locus nunc non erat. Etiam *μνᾶσθαι* cum caſu quarto offendit in *Τυδέα δ' οὐ μέμνημαι*, cum vbique id cum caſu ſecundo iungatur in Homero; neque aduerſantur loca I, 523. 4. Π, 697. Od. Ω, 122. de quibus vide ſuis locis. Poteſt tamen reponi, *Τυδέα*, poni abſolute; *quod ad Tydeum attinet.*

225. *ὅτε κεν τῶν δῆμον ἵκωμαι.* Vrat. a. et Townl. a pr. m. *τὸν δῆμον.*

226. *ἔγχεσι δ' ἀλλήλων ἀλεώμεθα.* Ven. cum Leid. et vno Vindob. *ἔγχεα* quod et in Ven. B. legi neceſſe eſt, etſi Schol. B. praefixum eſt *ἔγχεσιν.* Eſt quoque *ἔγχεα* in Harlei. Townl. Moſc. 3. et a m. ſec. in Moſc. 1. tum in Ald. 2. et ſeqq. iterum reuocauit *ἔγχεσι* Turnebus. Hoc, *ἔγχεσι*, exhibent Sch. br. et Euſtath. Apud Bentl. Scholion: *ἔγχεα. γρ. καὶ ἔγχεσι.* In Schol. A. Zenodotus fertur legiſſe *ἀλλήλους*, legerat ideo: *ἔγχεσι δ' ἀλλήλους ἀλεώμεθα.* Omnino praeſtat *ἔγχεσι*, pro *σὺν ἔγχεσιν. ὀρεξάμενοι ἀλλήλων ἔγχεσι.*

227. πολλοί μὲν γὰρ ἐμοὶ Τρῶες κλειτοί τ' ἐπίκουροι. Harlei. cum Vindob. Τρῶες ἐμοί. tum κλητοί τ' ἐπίκουροι Mori. Barocc. Vrat. a. cum binis Vindob. ſicque expreſſum apud Plutarch. de frat. amore p. 485 E. idque probandum eſſe arbitror; ſunt enim τηλέκλητοι, longinquis terris euocati, arceſſiti, ſup. 111. cf. ad Λ, 220.

228. ὅν κε θεός γε πόρῃ καὶ ποσσὶ κιχείω. Primo θεός τε καὶ poſtulat grammatica ratio: etſi in γε conſentit ſcriptura: niſi quod Cant. ὅν τε θεάς τε πόροι. Vltimum hoc πόροι eſt quoque in Harlei. vno Vindob. Euſtath. ed. Rom. Lipſ. ſed ſuperſcripto altero, et praefert Bentleius. Scribi ita poſſe vulgari vſu, nemo dubitet: Eſt quoque Od. X, 7 εἴσομαι, εἴ κε τύχοιμι, πόρῃ τε μοι (in al. πόροι) εὔχος Ἀθήνη. Nec minus bene tamen et ex Homerico more, coniunctiui ponuntur πόρῃ et κιχείω. v. diſputata in Exc. ad E, 212. Etiam Schol. br. πόρῃ, περιποιήσῃ. παράσχῃ.

229. ὅν κε δύνηαι. Scripſerat Tyrannio δυνῆαι. Addunt Sch. A. ergo et δυνῶμαι ſcribere debuit. οὕτως καὶ Ἀρίσταρχος καὶ οἱ ἄλλοι." Scilicet, vt τιθῶμαι, ἱστῶμαι, διδῶμαι, ſic et eſſe voluere δυνῶμαι. At alii ἐὰν δύνωμαι ex δύνημι praetulere: v. Etymol. in δύνωμαι. recte, niſi etiam δυνάω vel δυνέω, fuit, vt τιθέω, ἱστάω, διδόω, vn. de iſta forma producta proceſſiſſe putanda erat.

230. τεύχεα δ' ἀλλήλοις ἐπαμείψομεν. Primo ἐπαμειψόμεθ' duo Vindob. probandum ex grammatica accuratiore. tum ἀλλήλων Porphyr. Qu. Hom. ad 234.

231. εὐχόμεθ' *profitemur et declaratum eſſe volumus.* Gl. in Moſc. 1. διαβεβαιούμεθα.

232. Φωνήσαντε — ἀΐξαντε. Ergo poeta ingratum ſonum euitare noluit? nec fuit: ὡς ἄρα φώνησάν τε, καθ' ἵππων ἀΐξαντες· χεῖρας δ' ἀ.

233. καὶ ἐπιστώσαντο Euſtath. accedit Vrat. a. ſuauiore metro, Bentleio quoque iudice. Poteſt tamen alius in ſpondeis firmitatem reperire ſibi videri. Lubricum enim aurium iudicium. De vocabulo v. ad Φ, 286 πιστοῦν τινα, fidem exigere. πιστοῦσθαι, fidem dare.

234. Ἐνθ' αὖτε Γλαύκῳ Κρονίδης φρένας ἐξέλετο Ζεύς. Trepidant in h. l. veteres ap. Schol. B. et Leid. quod poeta videtur reprehendere liberalitatem Glauci, et generoſum eius animum ſtultitiae arguere. Eſt quoque inſerta Porphyrii quaeſtio: in qua iudicium hominis, vt in ceteris, deſideres. Ariſtotelis tamen iudicium exegeticum et hic, et ſaepe alibi, non minus deſidero, ſi ille, eodem teſte, rem ita expediuit: Homerum reprehendere factum, οὐχ ὅτι τὰ πλείονος ἄξια ὄντα προήκατο, ἀλλ' ὅτι ἐν πολέμῳ, καὶ χρώμενος, προήκατο (ſcil. arma dedit, quibus ipſe vtebatur). Alii, inter quos Porphyrium refert Euſtath. ad h. l. et ad I, 377. voc. ἐξέλετο acceperunt ἀντὶ τοῦ ὑπερηύξησε τῇ Φιλότητι. — τὸ ἐξελεῖν γὰρ δῆλον καὶ τὸ εἰς μέγα ἆραι καὶ αὐξῆσαι, (hoc eſſet ἐπαίρειν, ἐπαίρεσθαι non ab αἴρέω vel ἕλω.) ὡς ἐν τῷ· κούρην, ἣν ἄρα μοὶ γέρας ἔξελον υἷες Ἀχαιῶν. (Il. Π, 56. quod parum accommodatum. Voluere ſcilicet hoc, ἐξέλετο eſſe, ἐξαίρετον ἐποίησεν, vt eſſet: animum ac voluntatem eius inſignem et conſpicuam reddidit, vnde et Tzetza in Homeric. 125 reddidit ἐκύδανε. Alia ineptiora referre piget. Satis conſtitutum eſt vſu et exemplis, φρένας ἐξέλετο Ζεὺς de ſtulto conſilio dici. Inf. I, 377. Τ, 137. P, 470. Σ, 311. Sic de Iphiclo, qui Thebis Tirynthem migrauerat Heſiod. Sc. H. 89. Saepe hoc inter potentiae deorum exempla refertur; alias in puniendo ſcelere; tum conuenit cum τῷ βλάπτεσθαι propter ἄτην, v. Il. I, 508. O, 724. Multi ſimiles verſus in Tragicis, v. c. ap. Grotium in Excerpt. Trag. p. 461. et illud Simonidis: ῥέα δὲ θεοὶ κλέπτουσιν ἀνθρώπων νόον, *eripiunt mentem ſanam.* Argutatur de Diomedis auaritia et Glauci ſtultitia Maximus Tyr. diſſ. VI, p. 88. XXXIX, p. 236. XL, p. 253. Sitne verſus ab Homero profectus an ab alio, dubitari poteſt vt de ſexcentis aliis; probari poteſt nihil.

Perperam in hanc disputationem interpretes afferunt ſenſus noſtros, ex quibus generoſus animus in Glauco commendari debuerit, non ad ſtultitiam referri; noluiſſe illum auo Oeneo in munificentia cedere, aut gaudio agni-

ti hoſpitii elatum rem ſuam prodige effudiſſe. Aliena haec ſunt ab heroica vita; quandoquidem rudiorum hominum animos multo magis rei pretioſae admiratio ferit, quam liberalitas in munere dando tangit, pudoris autem in accipiendo iudicium eſt parum moroſum. In Odyſſea Vlyſſes munera hoſpitalia corrogat ſine omni pudore; idemque munerum copia ac numero felix praedicatur. Itaque h. l. permutant ſcuta Glaucus et Diomedes, quae ad manum ſunt; nullo cum reſpectu pretii; poeta autem iudicium ſuum apponit ex ſenſu hominum de pretio: nullo cum reſpectu ad animi generoſi notionem in dando munere. Exprimit autem iudicium ſuum verbis vulgaribus: eum *plane non cogitaſſe* de pretio; ſtulteque feciſſe, non deliberate.

Iam autem, quicquid ſit, praeter morem et expectationem, ex veterum hominum ſenſu refertur ad deos, tanquam auctores, etiam quae perperam, praue ac ſtulte fiunt. Ita Pharao non obtemperabat Moſis poſtulatis, ſtolide; et facere hoc dicitur deo auctore; ſicque multa alia. Quod itaque noſtro ſermone diceremus, Glaucum arma ſua permutaſſe, nec cogitaſſe de ſuorum armorum pretio: hoc antiquo more extulit poeta.

235. *τεύχε' ἄμειβε.* pro *ἀμείβετο.* Apollon. *ἀμείβεσθαι· — ἐπὶ δὲ τοῦ ἐναλλάσσειν· ὃς πρὸς Τυδείδην Δ.*

τεύχεα, vt *ὅπλα*, accipio de ſcuto; quod manu tenebant; nam thoraces exuiſſe non ſit probabile. Grammatici ap. Sch. B. ad balteum et enſem referunt. Nec tamen video, quomodo per *τεύχεα* ea declarari poſſint; etſi pro locis diuerſis diuerſus ſignificatus eſt; modo *τεύχεα* ſunt clipeus, galea cum haſta; modo clipeus et haſta; modo ſolus clipeus: Γ, 89. Φ, 301. Nec tamen huius clipei in Diomedis manu vlla praeterea memoratio fit.

236. *χρύσεα χαλκείων, ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων.* Locus alius memorabilis, et paſſim notatus, quo conſtat, rationem inter aes et aurum vulgo habitam fuiſſe fere decuplam, vt C. aeris libris redimeres IX. libras auri. Dubi-

tare tamen licet, an poeta pretium metallorum tam subtiliter constituere, nec omnino alterum altero pretiosius munus declarare voluerit.

ἐννεαβοίων. Sch. A. et breu. „metro prohibitus dixit pro δεκαβοίων, quae sunt δέκα βοῶν ἄξια.“ Puerile monitum appellat Clarke, licuisse enim poetae ἑκατόμβοια δεκαβοίων dicere. Fuisse, qui ad numos boue signatos indocte versum referrent, narrat Pollux IX, 60. 73.

Versum recitat Aristoteles de Morib. V, 11. vbi docet, neminem ἀδικεῖσθαι ἑκούσιον. Abiisse eum in prouerbium, constat vel ex Cicerone ad Attic. VI, 1.

Ceterum in promtu est suspicari, trinos hos vss. 234. 5. 6. ab alia manu venisse; suspicari vtique licet; enimvero, quod assensum aliis extorqueat, suppetit nihil; et relinquenda res est vniuscuiusque sensui. Versus esse ita comparatos, vt iis carere bene possis; eos non bene cohaerere; inesse quae parum subtiliter dicta sint, et sic porro, recte censeas; verum haec non expugnant insicias peruicaciam. Sicque res se habet in sexcentis similibus aliis.

237. ὡς Σκαιάς τε πύλας καὶ φηγὸν ἵκανε. Σκαιάς quod appellat, quae antea erant Δαρδάνιαι. (E, 789. X, 194. 413.) Nomen duxisse videntur ex eo, quod respectu alterius portae vel partis ad laeuam spectabat ea porta. Ex ea, via ad littus ducebat. — Pro φηγὸν, quam Ald. 2. recepit, erat in Flor. Ald. 1. πύργον. quod et codd. habent duo Vindob. Cant. et superscript. in Mori ms. in Harlei. et in Lipsi. Vrat. b. A. Mosc. 1, 2. Vindob. porro Ven. A. Sic quoque Apollon. Lex. et Hesych. in ὡς. et hanc veram esse lectionem non dubito; iunguntur enim sollenni more πύλαι et πύργος, nam ad portas erat turris, et πύργος apud portam Scaeam notus iam est ex Il. Γ, 149. 154. Minus bene iunguntur Σκαιαὶ πύλαι καὶ φηγὸς, etsi ea haud longe a porta esse potuerit: vt colligas ex Il. H, 22. et Φ, 549. Quominus tamen hoc reponerem, retinebant me duo alia loca, in quibus hic versus repetitur I, 354. et Λ, 170. vbi φηγὸς constanter etiam

in iisdem codd. qui h. l. πύργον habent, legitur; itaque contra codd. consensum duo loca mutare haud ausus sum.

239. ξ— propter figuram (sane notissimam): εἰρόμεναι παῖδας pro περὶ παίδων, vel, vt B. ὑπὲρ παίδων; appellatur Homericum schema. Prouocant itaque ad h. v. grammatici, v. c. Schol. Aristoph. Nub. 167. Quod ἔρεσθαι, εἴρεσθαι. etiam est ἐρωτᾶν, hoc loco laudato docent grammatici. v. Etymol. p. 304. Respicit quoque hunc locum Apollon. Lex. in εἴρετο p. 247. sed corrupte. v. Villois. et Slothouwer. Sime ϝειρομεναι, v. in Exc. de Digammo.

ἔτας. Longa est disputatio super etymo, quae nihil ad poetam facit, in Sch. A. cuius extrema pars emendanda est ex Eustath. p. 641, 56. (οὔτε δῆμος οὔτ' ἔτης ἀνὴρ est in fragm. Aeschyli, etsi in Supplic. 255 occurrit: ἐγὼ δὲ πρός σε πότερον ὡς ἔτην λέγω ἢ τηρὸν ἱροῦ ῥάβδον, ἢ πόλεως ἀγόν. Alterum fragmentum adscriptum est Euripidis, in fragm. inc. ap. Beck. CCXX.) Porro ἔτης et ἕτης scripserunt, hoc quidem Alexio, repugnante Ptolemaeo Ascalonita, at antiqua scriptura fuit ϝετης. Tenendum est sensum vocis patere latius. Apollon. Lex. (ad I, 460) ἕται· πολῖται, ἑταῖροι, συνήθεις. Repetit ea Hesych. et v. Etymol. h. v. Esse idem, quod ἑταῖροι, pronuntiat quoque Schol. Apollon. I, 305. Mansit vsus voc. ἕται in vsu ap. Dores, vt discimus e Thucyd. V, 79 extr. — Ceterum scriptum esse debuit μ. τε ϝετας τε (alioqui ναϊγνήτους θ' ἑτάρους τε dixisset) cf. I, 460. II, 456. Od. Δ, 16. Et id ipsum quod h. l. legitur, aliquoties repetitur in Homero; etiam in Apollon. III, 1125.

241. πάσας ἐξείης. ξ— quod in nonnullis legitur: πᾶσι μάλ' ἐξείης, vt ad deos referatur. De altero hemistichio nil monetur.

242. Vss. sequentes ad 250. sunt pro loco classico de aedibus veterum, in primis regum, in heroica aetate. Nam sequiorum aetatum aedes ad aliam formam fuere descriptae. Aeui igitur heroici aedium haec fere species et descriptio fuisse videtur:

Erat area macerià, pariete, ſepto, incluſa, quod erat ἕρκος; portam ἕρκους ingreſſis patebat αὐλὴ, in quam progreſſi perueniebant ad δόμον, hoc eſt, ad partem aedium primariam, quam ſi ingreſſus eſſes, excipiebat te magnum atrium, ſeu coenaculum (*Saal*) δῶμα, dictum ſaepe et ipſum δόμος: in quo paterfamilias hoſpites admittebat, epulas habebat. Sed aedes circumdabat, anteriore vtique parte, porticus, αἴθουσα, cuius media pars ante fores *veſtibulum* erat aedium, columnis aliquot ſubnixum, ita vt ſubter eo negotia agitari et conſeſſus haberi poſſent. cf. Apollon. III, 235—8. vetuſtiora advmbrantem; et Od. H, 81 ſq. de Alcinoi domo. Porticus porro ſeu eadem continuata, ſeu alia circumdabat ἕρκος ab interiore parte ſeu latere. Porticuum vſus negotiis et curis familiae deſtinata erat: vt etiam pro cubiculo eſſet, quo noctu cubarent. His aedibus, huic δόμῳ, adiectae erant ad latus et a tergo plures aediculae, οἶκοι, θάλαμοι, ſigillatim poſitae, quas habitabant liberi patrisfamilias et generi; erant etiam caſulae in vſum vernarum. Amplectebatur hos quoque οἴκους porticus iis praetexta. Videntur tamen etiam fuiſſe οἶκοι ſparſim et ſeiunctim poſiti. Plures oecos, θαλάμους, cubicula, intra vnam domum, nondum norant; ſed familiarium quisque ſuam habebat domum, ſeu caſam.

Iam apparet Πριάμοιο δόμον dictum eſſe h. l. latius de tota συνοικίᾳ intra aulam; nam erant θάλαμοι ἐν αὐτῷ. quod non de ipſis regis aedibus accipi poteſt. Porticus videntur fuiſſe plures, ξεστῇσ' αἰθούσῃσι τετυγμένον. Thalami iſti ſed domus erant quinquaginta, et hi quidem ex lapidibus politis, deinceps ordine exſtructi, et a filiis Priami cum coniugibus inhabitati. Alia parte, forte, ex aduerſa, etiam ἔνδοθεν αὐλῆς, pari ordine, erant duodecim thalami, ſeu domus, quas totidem generi Priami cum coniugibus tenebant: θάλαμοι τέγεοι dicuntur, variata oratione; e polito lapide exſtructi etiam hi.

Vitae itaque negotiis vacabat paterfamilias cum liberis in domo primaria, in magno illo δώματι ſeu atrio, aut

etiam in veſtibulo; multo magis rex curis publicis; noctem in ſua quisque domo exigebat. Interdiu in aedibus primariis conueniebant omnes, noctu in ſuam quisque domum discedebat; inſpice Od. Λ, 424 ſq. de Telemacho.

Ex vſſ. 313—318 apparet, Paridem habitaſſe aedes a ceteris ſeiunctas ac diuerſas: nam ipſe eas exſtruxerat adhibitis architectis inter Troianos probatiſſimis; erat *αὐλὴ*, et *δῶμα*, et *θάλαμος*, vt in Priami aedibus; *θάλαμος* erat interioribus aedium partibus adiectus, in quo degebat Helena, et herus dormiebat cum hera. Erat tamen Paridis domus contigua Priami et Hectoris domui vſ. 317.

Matrisfamilias thalamus etiam ſeruas et filias recipiebat; videtur ille in alto poſitus fuiſſe, columnis forte porticus ſubnixus. Nam in Vlyſſis aedibus Penelope adſcendit ad *ὑπερῷον*, ſuperiorem aedium partem vt ad *θάλαμον* ſeu *δόμον* et *οἶκον* perueniat; vnde et *ὑπερώιον* interdum pro ipſa habitatione ponitur, etiam puellarum: cf. Od. A, 328 ſq. Δ, 751. et al. O, 516 et de puellis ſup. B, 514. Π, 184. Plura de his notanda erunt ad Odyſſeam. Cum nullus eſſe poſſit plenus fructus, niſi rem ante oculos poſitam habeas: non refugi habitationem vitae heroicae adumbrare.

243. *ξεστῇσ' αἰθούσῃσι τετυγμένον — δόμον.* Ven. Mori et al. *ξεστῇς*, perpetua varietate in tertio caſu; etiam Υ, 11.

αἰθούσῃσι. αἴθουσα eſt porticus, ab altero latere, aedium parietem habens, ab altera parte inter columnarum, quibus tectum domus prominens innititur, interualla caelum et ſolem excipiens. Fuit talis porticus non modo aedium, verum etiam ſepti, *αὐλὴν* cingentis, interiore parte. Inf. I, 468. 9 Phoenix narrat de fuga ex patris domo: erant duo ignes, *ἕτερον μὲν (πῦρ) ὑπ' αἰθούσῃ εὐερκέος αὐλῆς, ἄλλο δ' ἐνὶ προδόμῳ πρόσθεν θαλάμοιο θυράων.* igitur duplex eſt *αἴθουσα αὐλῆς* et *αἴθουσα θαλάμου*, ſ. domus, quam Phoenix habitabat, ſeor.

ſum a patris aedibus. Porticus vtrinque ducebat ambulantem ad *πρόδομον*, qui eſt ante fores aedium. Portam domus (*θαλάμου*) egreſſus Phoenix *ὑπέρθορεν ἑρκίον αὐλῆς* vſ. 471. At Υ, 10. 11 conueniunt dii *ἐν δώματι*, ſine paricte, ſed innixo vtrinque *αἰθούσαις*. De etymo et etymi ratione multa disputant grammatici: Sch. A. Sch. br. etiam inf. ad I, 469. cf. Heſych. et priore loco Apollon. Lex. Simpliciſſimum erat *ἀπὸ τοῦ καταίθεσθαι ὑφ' ἡλίου* ducere; quod Apollon. p. 57 apponit, nam ab vno latere porticus ſolem admittit: Etymol. *αἰθούσῃσι· στοαῖς ταῖς καταλαμπομέναις ὑπὸ τοῦ ἡλίου*. Apud Polluc. I, 7 *καὶ αὐλὴ, τὸ ἔνδον, ἣν αἴθουσαν Ὅμηρος καλεῖ*. vltima male aſſuta ſunt; ſunt enim diuerſa. Verbo: *αἴθουσαι* ſunt, quae ſerius dictae *στοαί*. Euſtathius ait vulgari lingua (qua *tum* vtebantur homines) *τῇ δημώδει γλώσσῃ*, eas dici *ἡλιακά*. Ceterum in Veneto obſeruo vbique ſcribi duplici ſibilo *αιθουσσα*. an ille ſcripſit *αἰθοῦσσα* pro *αἰθόεσσα*?

ξεστῇς αἰθούσης, ἐκ λίθων ξεστῶν· vt et interpretatur Schol. Theocr. VII, 25.

244. *πεντήκοντ' ἔνεσαν θάλαμοι ξεστοῖο λίθοιο*. Scribi *ἔνεσαν* cum Ariſtarcho notat Sch. A. Putabam alios legiſſe *ἦσαν*· ſed video obſeruationem reſpicere accentum; ex *ἦσαν*, *ἔσαν*, debebat eſſe *ἐνέσαν*; ſcribitur tamen *ἔνεσαν* vt ex *κατεῖχε*, *κάτεχε*.

De numero filiorum Priami et ſiliarum v. ad Apollod. not. p. 761. cf. inf. Ω, 495. Virgil. Aen. II, 503.

245. *πλησίοι ἀλλήλων*. Barocc. Ven. Vrat. omnes. Moſc. 3. *πλησίον*. ſicque iterum vſ. 249. Pro *ἐνθάδε* etiam hic alii *ἔνθα δὲ*.

246. *κοιμῶντο — παρὰ μνηστῇσ' ἀλόχοισι*. Sic etiam Ven. At Schol. A. *ἐν ἄλλῳ παρ' αἰδοίῃσ' ἀλόχοισι*. quod ſequitur inf. 250. Habet tamen id et h. l. Vrat. b. et *παρ' αἰδοίῃς* Townl.

κοιμῶντο, non ſine cauſſa appoſitum; non *διῃτῶντο*, quia interdiu extra ſuas aedes in atrio vel foro verſabantur homines.

247. Obſcurum eſt Scholion B. ad h. v. quod adſcriptum eſſe debuit antecedenti verſui: *ἴσως οἱ περὶ Ἕκτορα ἀνδρωθέντες καὶ βασιλικοὶ γεγονότες, ἀπέστησαν τοῦ πατρός.* Reſpexerat auctor Scholii ad vſ. 317 *ἐγγύθι τε Πριάμοιο καὶ Ἕκτορος.* — Probabile fit, vt Paris habuit, ita et Hectorem, natu et dignitate praecellentem, inſigniorem inter ceteros fratres domum habuiſſe.

Pro *ἐναντίοι* eſt *ἐναντίον* in Vrat. b.

247—250. Townl. in margine adſcriptos habet; incuria librarii, non conſilio.

248. *δώδεκ' ἔσαν τέγεοι θάλαμοι. ξ— ἡ διπλῆ, ὅτε ὑπερῷοι ἦσαν, δι' ὃ τέγεοι, ἵνα μὴ διοδεύωνται.* Sch. A. Videntur vltima ſignificare: ne ad eos thalamos perueniri poſſet; quod in Sch. B. eſt, *ὑπερῷοι ἐπὶ τοῦ τέγους ᾠκοδόμηντο — πρὸς τὸ μὴ ὁρᾶσθαι συνεχῶς ἀνδράσιν.* diſertius Philemon mſ. ap. Villoiſon. ad Apollon. Lex. p. 639 *ἵνα μὴ διοδευομένων τινῶν κατοπτεύωνται αἱ γυναῖκες.* Etiam Sch. br. *τέγεοι· ὑπερῷοι.* Sic et Apollon. Lex. in *τέγεοι*, et Heſych. Etymol. *τέγεοι, ὑπερῷοι. ὑψηλοὶ ἢ οἶκοι, στοαί.* Etiam Euſtath. p. 639 extr. *τεγέους* accipit *ἀντὶ τοὺς ἀνωγείους*; (vt etiam Philemon mſ. apud Villoiſ. l. c. interpretatur: de ea voce v. Suidas. cf. Lexic. N. T. Schleuſsneri viri doctiſſimi h. v.) Pergit Euſtath. *ἐπὶ τέγει ἑτέρου οἴκου ἀναστάντας, ὑπερῴους, πολυστέγους, πολυωρόφους, ἵνα μὴ, διοδευομένων, φασὶ, κατοπτεύωνται αἱ γυναῖκες.*

Vides omnes veteres ſtatuere *τεγέους δώμους* eſſe thalamos feminarum in ſuperiore aedium parte exſtructos. Eos tamen falli manifeſtum mihi eſſe videtur: non enim feminis, ſed, eodem modo, quo L. illi antea memorati *θάλαμοι*, h. e. *οἶκοι*, maritis cum coniugibus hi XII. thalami, h. e. *οἶκοι*, erant exſtructi; nullum igitur diſcrimen eſſe potuit; variauit modo poeta nomen, vt *τέγεοι* ſit epitheton ornans, quia domus illae habent *στέγος*, tectum, nec ſub dio ac ſole apertae ſunt: *εὔστεγοι καὶ ὐπώροφοι*, vt ap. Schol. Lycophr. 350. Nam et *τὸ τέγος*, vt Latine tectum, ſimpliciter modo ſuperiorem aedium

partem, qua ea tegitur, modo totam domum, modo τὸν οἶκον, atrium, caenaculum, denotat, vt Od. A, 333 et al.

θάλαμοι τέγεοι, inuerso ordine recitat Schol. Lycophr. l. c. 350. τέγεοι (ἐκ) λίθοιο, λιθοστεγεῖς.

249. πλησίοι ἀλλήλων. Ven. cum aliis etiam h. l. πλησίον, vt vs. 245. Pro ἐνθάδε Vrat. b. ἔνθά γε. nam sic solent librarii accentum geminare: ἔνθάγε, ἔνθάδε, ἔνθά, indocte.

250. παρ' αἰδοίης ἀλόχοισι. Sch. A. παρ' αἰδοίησ' ἀ. sic Aristarchus in alio: „παρὰ μνηστῆσ' ἀ." vide ad vs. 246. μνηστοῖς Mori, vt et alii aberrant ab Ionica forma. In Hesych. παρ' ἐδοίησι emend. παρ' αἰδοίησι. παρὰ ταῖς αἰδοῦς ἀξίαις.

251. ἠπιόδωρος — μήτηρ. Sch. A. B. δῶρον παρὰ τῆς φύσεως ἔχουσα εἶναι ἠπία. Male, contra analogiam; cui conuenit magis Apollonii Lexic. ἤπια καὶ προσηνῆ· δωρουμένη κατὰ τὴν παιδοτροφίαν. Eadem fere habent Hesych. Etymol. Suidas. Sch. br. Infra X, 83 ad λάθικηδέα μᾶζον ἐπέσχε hunc versum aduocat Schol. Townl. Scilicet epitheton est compositum pro simplici ἠπίη.

ἐναντίη ἤλυθε. Mosc. 2. ἐναντίον.

252. Λαοδίκην ἐξάγουσα. *Laodice* filia Priami natu maxima, matrimonio iuncta Helicaoni Antenoris filio Γ, 122. 3. 4. Fabulae de ea plures fuere in cyclicis et tragicis. Vrbe capta diis inuocatis, vt terra sibi dehisceret, antequam captiua abduceretur, voragine terrae illa hausta est; Quint. Paralip. XIII, 544 sq. Lycophr. 316. 317. et ib. Schol. ad 314 tumque Electra, vna ex Pleiadibus prae moerore se septenis stellis subduxit, ibid. et al. Tryphiod. 649 sq. At Polygnotus in Lesche Delphica Laodicen inter Troades s. Troianas captiuas abducendas pinxerat, v. Paus. X, 26 f. et iterum inter Troades (de qua pictura memorat Pausan. I, 15. p. 37) in Poecile Athenis, et hic quidem Elpinices, Cimonis sororis speciem ei induerat, ap. Plutarch. Cim. p. 481 A. Aliae fabulae fuere de Laodice ante bellum illatum Tro-

ianis amata ab Acamante, qui vna cum Diomede ad repetendam Helenam Troiam miſſus fuerat: Lycophr. 495 et ibi Schol. Expoſita haec erant copioſe ab Euphorione, vt intelligo comparato Pauſ. l. l. p. 864. et Schol. Lycophr. 495. Pro Acamante Demophoontem alii memorauerant apud Plut. in Theſ. p. 16 B. in fabulis Aethrae, Theſei matris, quarum mentio facta ſup. ad Γ, 143. 4.

Alia Laodice ab hac diuerſa, Agamemnonis fuit filia inf. I, 145. 287.

Λαοδίκην ἐςάγουσα. Conuenit inter interpretes, eſſe pro εἰςιοῦσα εἰς τὴν τῆς Λαοδίκης vel πρὸς τὴν Λαοδίκην, εἰςπορευομένη πρὸς τὴν Λ. Sic Sch. B. et Porphyr. in eodem Scholio cum Sch. br. et Euſtath. Eſt ergo vſus loquendi idem qui in ὑπάγειν, προάγειν, ἐξάγειν, παράγειν, vt neutraliter ponatur, ſc. ſubint. εἰςάγουσα ἑαυτήν. Heſych. in ἀγυιά· χρῆται γὰρ καὶ τῷ ἄγειν ἀντὶ τοῦ φοιτᾷν καὶ ἔρχεσθαι Ὅμηρος· ὡς ὅταν λέγῃ· Λαοδίκην ἐςάγουσα.

Bentleius quaerit, annon ſcriptum eſſe debuerit Λαοδίκηνδ', vt Πηλείωνάδ', Ω, 338. Stephanus ſuſpicabatur Λαοδίκην ἐς, ἅ.

Cur autem poeta hoc appoſuerit, vt Hecubam ad Laodicen viſendam prodiiſſe narraret, quaerunt veteres, in his Porphyr. Quaeſt. Hom. 17. qui locus in Sch. B. inſertus eſt, et cauſſam ſatis ſagaciter reperiunt, in narratis ſup. Γ, 121 ſqq. vbi Iris, Laodices facie aſſumta Helenam in murum vrbis abduxerat. Aiunt, Hecubam matrem re comperta venire ad filiam ſciſcitatum, cauſſam rei, quod Laodicen ipſam domo exiiſſe putabat.

Ϝυγατρῶν εἶδος ἀρίστην. nimis moroſe grammatici poetam ſui oblitum arguunt, quod idem inf. N, 365 Caſſandram etiam εἶδος ἀρίστην dixit.

253. ἐν τ' ἄρα οἱ φῦ χειρὶ — Harlei. ἐν δ' ἄρα. Tum ἐν — φῦ pro ἐνέφυ τῇ χειρὶ αὐτῆς. primo nunc occurrit: ἐμφῦμι, inhaereo, implico me. Vnde ἐμφύεσθαι τοῖς χείλεσί τινος. et ταῖς χερσὶ, pro δεξιοῦσθαι. v. Heſych. φῦ χειρὶ et Notas.

254. *πόλεμος θρασύς.* Vt ſemel poeticam audaciam in epithetis attingam, qua factis et actibus tribuuntur epitheta eorum, qui facta committunt, incredibili cum varietate, et ſermonis in diuerſis linguis diuerſitate, inprimis in his, quae cum animi motibus coniuncta ſunt. Itaque *pugna* eſt *aſpera, ſaeua, ferox, fera* et h. l. *animoſa, πόλεμος θρασὺς*, hominum qui audacia vtuntur.

255. *ἦ μάλα δὴ τείρουσι δυςώνυμοι υἷες Ἀχαιῶν.* Barocc. *τρίβουσι. δυςώνυμοι.* de hac voce ſolus Euſtath. agit diſerte; e quo teneas ſaltem haec: *δυςώνυμον* poſſe eſſe mali et infauſti nominis; at h. l. nominis inuiſi, auditu ingrati, ideoque ſimpl. inuiſum, abominandum. *Μοῖρα δυςώνυμος* Il. M, 116.

Ceterum haec et cum et ſine interrogatione accipi poſſunt; vt Clarke monuit. Vellem ſeqq. *σὲ δ' ἐνθάδε θυμὸς ἀνῆκε* poſſe per interrogationem accipi: num tu forte ea de cauſſa huc veniſti, vt diis ſupplicares?

257. *ἐξ ἄκρης πόλιος Διὶ χεῖρας ἀνασχεῖν.* Barocc. *πόλεως.* Notant grammatici, quod *ἄκρης πόλεως* diremtum pro *ἀκροπόλεως* dictum. Praeiuit Apollon. Lex. h. v. Et hoc eſt, quod Heſych. innuit in *ἄκρης πόλεως.* Colligi ex hoc loco poteſt, Iouis templum in arce fuiſſe: adde X, 172. Certe fuit ara Iouis Hercei, de qua v. Excurſ. XI ad Virgil. Aen. II. cuius ſignum in praeda fuit aſſignatum Sthenelo, v. Pauſan. VIII, 46. add. Quintum XIII, 433—6 vbi eſt *ἀμφί τε βωμὸν Ἑρκείου.* Alia Iouis ara erat in Ida Il. X, 171. 2. Innotuere praeterea duo templa in acropoli, Apollinis E, 446 ſqq. Mineruae ſup. 88. et inf. 297.

260. *ἔπειτα δέ κ' αὐτὸς ὀνήσεαι.* — quod alii *κ'* pro *κε*, alii pro *καὶ* accipiunt, ideoque modo *δέ κ'* modo *δὲ κ'* ſcribunt. Alterum hoc facit Ariſtarchus. (cf. ad Υ, 311.) et hoc recte; itaque repoſui. Nam eſſe debet futurum; tum vero tu et ipſe recreabis te, ſeu recreato te: nec bene pendet ab *ὄφρα.* Similiter Od. Γ, 255 *Ἦτοι μὲν τόδε κ' αὐτὸς ὀΐσαι.* Alioqui deleto *δὲ* praeſtat:

ἔπειτα καὶ αὐτός. ὀνήσεαι. Sch. br. ὠφεληθήσῃ parum accommodate. Heſych. ὄνησιν λήψῃ et mox ὄνησις. ἰσχύς. ὠφέλεια. Immo vero ὀνέω, proprie iuuo, proſum, etiam pro recreo cibo ac potu dicitur Od. Ξ, 415 πρὸς δ' αὐτοὶ ὀνησόμεθα. T, 68 δαιτὸς ὄνησο. hinc ὄνειαρ et ὀνείατα, toties pro cibis. βρώματα.

261. ἀνδρὶ δὲ κεκμηῶτι. Bentl. hinc emendat Heſych. κεκμηωτοί. κεκμηῶτι κεκοπιακότι.

Ceterum ad 261. 265 disputant grammatici, quomodo repugnantia haec de vini effectu iudicia matris et filii componi poſſint. vide ad v. 265. — Schol. Ariſtoph. autem hinc illuſtrat vſ. 91. Equit. Οἴνου γὰρ εὕροις ἄν τι πρακτικώτερον;

262. ὡς τύνη κέκμηκας ἀμύνων σοῖσιν ἕταιρον. ξ— quod maxime Doricum eſt τὸ τύνη. (vt ἐγώνη. atqui hoc iam E, 485 lectum fuit.) Porro ἕταιρον. πολίταις Ven. B. vide ad 239.

ὡς ſcribitur, quo ſenſu? Vulgo verſus iungitur cum anteced. et redditur: *quemadmodum*. parum commode. Alii reddunt *ſic*: tum ſcribendum erit ὣς, et dirimenda ſententia. Amplectar hoc, niſi malis ὡς pro ἐπεὶ dictum accipere.

263. τὴν δ' ἐπαμείβετ' Vrat. a.

264. ξ— „quod ἄειρε pro πρόςφερε. δίδου." Et hoc iam in Apollon. Lex. h. v. p. 40. et inde in Heſych. Suid. et Schol. Sophocl. Ai. 545. Eſt ſcilicet ἀείρειν, αἴρειν, βαστάζειν. vt mox 293 ἀειραμένη. In Schol. et Euſt. occurrit πότνια μῆτερ quod et Moſc. 1. habet.

265. μή μ' ἀπογυιώσῃς. ξ— πρὸς τὸ δοκοῦν μάχεσθαι· 261. 265. Diximus iam ad 261 laborare veteres in hoc diſſidio iudiciorum de vino componendo. Fuit et ζήτησις ac λύσις, quae, haud dubie e Porphyrio, in Ven. B. et in Sch. br. appoſita eſt: qua melius, quam multis aliis, careremus. Facillima reſponſio erat: pro diuerſis perſonis diuerſa dici. Et bene Ven. A. ἐστὶ δὲ διάφορα τὰ λέγοντα πρόςωπα· καὶ ἑκάτερον πρός τι λέγεται. At enim ſimplicia non ſemper ſequuntur viri docti. Ait igitur Porphyrius: ali-

ter iudicare de vini vi aniculam vini amantem, aliter iuuenem calidum — mediocriter feſſum vino recreari; non aeque prorſus viribus exhauſtum, — vinum recreare, cum cibo hauſtum; at Hectorem eſſe ieiunum cibi; — tandem μένος duplici modo dictum, et ἐπὶ θυμοῦ καὶ ὀργῆς et ἐπὶ δυνάμεως· iram Hectoris remitti potuiſſe vino ſumto. — Repetit haec Ven. B. ad 260. ibique et 261 aliam adiungit rationem expediendae difficultatis, vt ſit hyperbaton in ſententia, et iungantur reliqua, poſt ἄζομαι autem ſubiiciatur hoc μή μ' ἀπογυιώσῃς. Vides quam parum fructuoſa ſit haec grammaticorum ſubtilitas. Ex his ſua compilauit Euſtath. Ex iisdem intelligi poteſt, quid ſibi velit librarius Townl. qui verſus litteris ſignauit, vt ſe excipiant 264. 266. 7. 8. 265.

μή μ' ἀπογυιώσῃς. Sic recte vbique, etiam Ven. Lipſ. Sch. br. quae bene reddunt οἷον ἐκλύσῃς ἐμοῦ τὰ μέλη. Euſtath. Etymol. et ipſe Plato in Cratylo To. I. p. 415 A. Apollon. Lex. legerat, ἀπογυιώσεις. ἀποχωλώσεις. βλάψεις. et Heſych. ἀπογυιώσεις. ἀσθενῆ ἢ χωλὸν ποιήσεις. quod ſequitur λάθωμαι, nil impedit; ex more Homerico. Pro ἀπογυιοῦν eodem ſenſu γυιοῦν Θ, 402. Contra τὸν ἀρκεσίγυιον (οἶνον) dixerat comicus ap. Athenaeum. cf. Caſaub. X, 13.

Poſt μένεος abeſt δ' in Flor. ed. etiam Lipſ. Ven. Cant. Vrat. b. Townl. Moſc. 1. 2. Malebat quoque copulam abeſſe Erneſti; nec tamen docuit, quomodo δὲ abeſſe poſſit niſi hiante ſententia: cum vbique ita legeretur: μή μ' ἀπογυιώσῃς, μένεος δ' ἀλκῆς τε λάθωμαι. Nunc ex Euſt. diſco Ariſtarcheam fuiſſe lectionem μένεος ſine δ' et cum interpunctione facta. Sic vero exit ſententia haec μή μ' ἀπογυιώσῃς μένεος, ἀλκῆς τε λάθωμαι. Ita ſane ferri poteſt lectio; niſi quod durius eſt illud ἀπογυιοῦν τοῦ μένεος. Bentleius tamen praefert eam. Sic ſaltem ἀπογυιοῦν ſimpliciter erit *priuare*. Produceretur vltima in ος propter caeſuram. At Euſtathius multa arguta grammaticorum commenta apponit de verſibus [illegible]λιακοῖς,

προκοιλίοις, et λαγαροῖς, quae omnia inepta ſunt. In Mori et Harl. erat μένεος τ' ἀλκῆς τε.

266. χερσὶ δ' ἀνίπτοισι, &c. quod Zenodotus ſcripſerat ἀνίπτησι. Addit Sch. A. οὔκ ἐστι δὲ ἡ εὐθεῖα ἀνίπτης. (leg. ἀνίπτη) In alio Scholio etiam ſic ἀνίπτησιν legere dicitur Herodianus; at ἀνίπτοισι Ariſtarchus.

Verſus 266—269. exciderunt ed. Flor.

268. αἵματι καὶ λύθρῳ πεπαλαγμένον εὐχετάασθαι. — λύθρον γάρ ἐστι τὸ μίγμα ἰδρῶτος καὶ κόνεως καὶ αἵματος laudato hoc verſu Apollon. Lex. in αἵθρῳ p. 64. Similia ap. Heſych. in λύθρον. Apud Etymol. eſt ὁ λύθρος, τὸ μετὰ κονιορτοῦ αἷμα. cf. Sch. A. ad Υ, 503. Laudat hemiſtichium Apollon. Lex. in πάλος et explicat μεμολύσθαι τὸ πεπαλάχθαι (Od. X, 406) vt Etymol. reſpectu ad noſtrum locum πεπαλαγμένον, μεμολυσμένον καὶ κατεστυμμένον, add. Heſych. h. v. (A πάλλειν, *vibrare*, παλάσσειν, *percutere*, *adſpergere*, *maculare*.) Vſus eſt his vocibus poeta iterum Od. X, 402. Ψ, 48. et Il. Λ, 169 λύθρῳ δ' ἐπαλάσσετο χεῖρας ἀάπτους. add. Υ, 503. et ſequuti ſunt Alexandrini Callim. L. P. 7. et Apollon. III, 1045 pro *inungere*: Theocr. 25, 225 πεπάλακτο φόνῳ. Alio ſenſu mox H, 171 πεπαλάχθαι (ἀπὸ τοῦ παλάσσειν, πάλλειν κλήρους) de ſorte dicitur vt et Od. I, 331. Sic puto omnia ſunt clara.

εὐχετάασθαι ſcripſere Ariſtarchus et (Ptolemaeus) Aſcalonita. At alii εὐχεταᾶσθαι. quod refellitur, ſimilibus cumulatis per Sch. A. Sunt autem vſſ. 266. 7. 8. notandi, propter morem et opinionem religioſam de puro et caſto.

269. Ἀθηναίης ἀγελείης. „γρ. ἀγελαίης" Barnes. Sed v. ſup. ad 128. ἀλλὰ σύγε Ven. vt et 279.

270. ἔρχεο σὺν θυέεσσιν, ἀολλίσσασα γεραιάς. σὺν θυέεσσι. Apollon. Lex. h. v. θυσίαις. At Heſych. θυσίαις ἢ θυμιάμασι. Sch. br. θυμιάμασι. μετὰ θυσιῶν. Sic quoque Euſtath. Scilicet τὰ θύος duas notiones habet, et victimae ſeu ſacri et ſuffitus: vtrum locum habeat, ex loci ſententia eſt diiudicandum. Apud Heſiod. Ἔργ. 338

eſt *ſuffitus*: praeceſſerant *μηρία*, ſubiicitur: *ἄλλοτε δὴ σπονδῇς θυέεσσι τε ἱλάσκεσθαι*. At h. l. ſunt victimae ex v. 93 *δυοκαίδεκα βοῦς*. In Sch. B. legitur: *θύεα· ἃ ἡμεῖς θυμιάματά φαμεν, οἱ δὲ Ἀττικοὶ θηλύματα ἀπὸ τοῦ ἐπθηλύνειν*. parum ſcite. Scribitur quoque *θυλήματα*. v. Heſych. vtraque voce et Not. ad e. l.

Porro *ἀολλίσασα* quod et Etymol. recitat. Vitioſe alii *ἀολλίσασα* ignorato metro, etiam Heſych. et in Apollon. Lex. *ἀολλίσασα, συναθροίσασα*. In Apollon. I, 863 *εἰ μὴ ἀολλίσας ἑτάρους* Brunck e binis codd. *ἀολλήσας* repoſuit, et addit: „forma iſta Homero non vno in loco reſtituenda.“ Nihil vero frequentatius forma *ζω* in actione transeunte. Euſtath. ad h. l. *ὅτι ποιηταῖς φίλη λέξις τὸ ἀολλίζειν*. In f. Sch. A. „*γρ. καὶ γεραιράς*.“ Sed *γεραιὰς, τὰς ἐντίμους* iam vidimus 87.

271. *πέπλον δ' ὅστις τοι — ἐστὶν — τὸν θές*. Barocc. *πέπλων δ'*, ſicque Harl. Lipſ. inter lineas, Moſc. 2. Vrat. a. duo Vindob. At *πέπλος* Moſc. 3. 1. et Vrat. b. hi poſteriores in litura. ſicque edd. Aldd. 1. 2. et hinc profectae. Pro eo *πέπλον* ed. Rom. et ex ea Turneb. Steph. et ſeqq. doctius ſane; firmatum a Veneto et aliis, etiam Schol. Aeſchyli VII. ad Th. 101. vbi tamen *δ'* excidit.

273. *τὸν θὲς Ἀθηναίης ἐπὶ γούνασιν*. ⸗ Excidit Scholion ad hanc ſtigmen: facile tamen aſſequaris, ſpectaſſe eam ad *τὸ θὲς ἐπὶ γούνασιν*, cum veteres deam ſtantem fuiſſe ſtatuerent, adeoque genua locum non habere putarent. v. Schol. B. cum quo conuenit Schol. Leid. Sed actum hac de re ſup. ad vſ. 92. vbi monitum eſt, deae ſedentis ſignum fuiſſe, non ſtantis.

275. *αἴ κ' ἐλεήσῃ*. Vrat. a. *εἰ ἐλεήσει* vt 94.

277. *αἴ κεν Τυδέος υἱὸν ἀπόσχῃ Ἰλίου ἱρῆς*. ⸗ quod Ἴλιος feminino genere, ἡ Ἴλιος eſt.

αἴ κεν. Barnes: „*γρ. ὥς κεν*.“ ex interpretamento. Barocc. et Mori *ἀπόσχοι* cum vno Vindob. Verum cum *κεν ἄν* Homerico vſu plerumque ſubiunctiuus ſequitur:

v. Exc. III ad lib. I. et ad E, 212. Exc. Sicque iterum vſ. 276. 281.

278. *κρατερὸν μήστωρα Φόβοιο.* ξ— quod iterum *Φόβον* pro *Φυγὴν* dixit, v. ad E, 272. *μήστωρα.* v. ad Δ, 328. E, 272.

279. *ἀλλὰ σὺ μὲν πρὸς* — Ven. *σύ γε,* vt idem ſup. 269.

280. Argutantur veteres (Sch. A. B.) quod Hector ad Paridem discedit, non ad Andromachen, ne mater exiſtimet, ſibi eam praeferri.

ὄφρα καλέσσω. Vrat. a. a pr. m. *κελεύσω.*

281. *αἴ κ' ἐθέλῃσ' εἰπόντος ἀκουέμεν, ὥς κεν οἱ αὖθι.* Verſum reſinxerunt grammatici contra veterem rationem, et contra digammi vſum. Scriptum erat *ἐθέλῃ ϝειποντος. ὥς κε οἱ* eſt quoque in Cant. Mori. Moſc. 1. etſi vix cum iudicio ſincero. Townl. et Moſc. 2. *ὥς καί οἱ.*

282. *ὥς κεν οἱ αὖθι γαῖα χάνοι. διασταίη ἡ γῆ, ὥστε χάσματος γινομένου καταποθῆναι. ἢ καταπίοι ἡ γῆ.* Ven. A. B. Sch. br. Heſych. Sup. Δ, 182 *τότε μοι χάνοι εὐρεῖα χθὼν,* vbi v. Obſſ. ſicque iterum Θ, 150. P, 417. Transtulit hinc Xenophon notante Euſtathio: *ἐπεύχομαι, πρὶν ταῦτα ἰδεῖν, μυρίας ἐμέγε κατὰ γῆς ὀργυιὰς γενέσθαι.* At quod inf. 411 occurrit, *ἐμοὶ δέ κε πέρδιον εἴη σεῦ ἀφαμαρτούσῃ χθόνα δύμεναι* ſollenni vſu pro mori, ſepeliri, dictum eſt: quod alibi: *χυτὴ κατὰ γαῖα καλύπτῃ.*

μέγα γάρ μιν Ὀλύμπιος ἔτρεφε πῆμα. Moſc. 2. *ἔτραφε,* quod Homericum videri poſſet; modo maior auctoritas adeſſet. Aliquoties hinc dictum occurrit, *μὶν τρέφε πῆμα Τρωσὶ,* etiam *ὑποτρέφειν, ἐπιτρέφειν.*

284. *εἰ κεῖνόν γε ἴδοιμι.* Mori γ' *εἴδοιμι.* At iam ſupra monitum hoc tempus ab *εἰδέω,* non ab *εἴδω* frequentari.

285. *Φαίην κε Φρεῖν' ἀτέρπου ὀϊζύος ἐκλελαθέσθαι.* ξ— „*ἢ διπλῆ, ὅτι τὸ σημαινόμενον· (εἰ) ἴδοιμι τετελευτηκότα, δόξαιμι ἂν ἐκλελῆσθαι τῆς κακοπαθείας, καὶ χωρὶς αὐτὴν* (leg. *αὐτῆς*) *γεγένῆσθαι. ἔνιοι δὲ ἀγνοήσαντες, γράφουσιν·*

ἄτερ που.“ Sch. A. Apparet, fuisse, qui ἄτερ που diuisim scriberent, vt esset, (quantum ex Sch. br. colligas, (quae ex his, quae commemorabo, lucem accipient,) pro ἄτερ δὴ, χωρὶς δὴ, dictum; minus commoda iunctura, ἐκλελαθέσθαι ὀϊζύος, ἄτερ αὐτῆς ὄντα (ἐμέ.) Inciderat in talem codicem, qui Mosc. 1. scripserat: Φρένα τέρπου· ἐν ἄλλοις γρ. Φρέν' ἀτέρπου. (immo Φρέν' ἄτερ που) εἰ εἶδον αὐτόν, φησιν, ὀλεσθέντα, ὑπέλαβον ἂν κατὰ Φρένα χωρὶς ταλαιπωρίας καὶ θλίψεως ἐπιλαθέσθαι αὐτοῦ, καίπερ μὴ οὕτως διὰ τὸ Φιλάδελφον ἐπιλαθόμενος. Hinc perspicuum fit, quod in Eustathio legitur: ἰστέον δὲ, ὅτι τε οἱ γράφοντες ἄτερπου (scr. ἄτερ που) ὀϊζύος, ἤγουν κακοπαθείας, ἐννοίας οὐκ ἀστείας προΐστανται.

Fuit quoque Zenodotea lectio: Φαίην κεν Φίλον ἦτορ· et alia Φαίνῃ περ, aut potius, Φαίην περ, quam Erneſti cum Bentl. e Schol. Lipſ. affert. Bentl. tentabat: Φρένα πέρ που ὀϊζύος, laudato loco Od. Δ, 34 αἴ κε ποθὶ Ζεὺς ἐξοπίσω περ παύσῃ ὀϊζύος, vel Φρένα δήπου. Zenodotea quidem lectio esset expeditissima. Vulgata tamen non indocta est: ἄτερπος ὀϊζὺς est ἀηδής. τέρψιν οὐκ ἔχουσα. sic quoque Sch. br. in quibus vtraque lectio est apposita; vt et in Eustathio: εἴποιμι ἂν μηδέποτε παθεῖν ἄτερπον καὶ ἀηδῆ κακοπάθειαν. non satis accurate. At in Lexicis Apollonii, Hesychii, Etymolog. vox exulat, vt ab eorum codd. eam abfuisse probabile sit.

Pro ἐκλελαθέσθαι Vrat. A. ἐπιλαθέσθαι, metri incuria, quam in Apostolio, qui eum scripsit, mirari licet.

286. ἀμφιπόλοισι κέκλετο — Hecuba. Non inepta est Eustathii animaduersio, ἀμφιπόλους latius patere, quam ad solas seruas, et esse h. l. quod viris κήρυκας.

287. ταὶ δ' ἄρ' ἀόλλισσαν. Hoc ταὶ δ' ἄρ' Erneſti notauit, tanquam lectionem a se prolatam e Lipſ. et Vrat. A. et probauit; hoc quidem recte. Atqui ταὶ iam in Flor. Aldd. et ceteris edd. etiam in Rom. vsque ad Turnebum, qui καὶ intulerat, vitio typographico: nec aliunde καὶ memoratur, ταὶ autem vbique legitur. Barnes: „γρ. κάδδ' ἄρ ἀ.“ quod ipse effinxit ex καὶ δ' ἄρ.

Idem ἀόλλησαν e Seberi Indice affert; aliunde non laudatum vidi. ἀόλλισαν peccant multi. cf. ad vſ. 270.

288. αὐτὴ δ' ἐς θάλαμον κατεβήσετο. Ita edd. omnes vsque ad Clarkium, qui tacite mutauit, et ſine cauſſa idonea, in κατεβήσατο B, 35. etſi et hoc recte ſe haberet, et in codd. legitur, etiam in Ven. attamen Schol. A. addit, γρ. καὶ κατεβήσετο, quod agnoſcit quoque Euſtath. et codd. nonnulli vt Vrat. c. vnus Vindob. alius κατεδύσατο. de vocibus his v. ad Γ, 262.

Addit Schol. A. in Ariſtarchi codd. aliter legi: ἡ δ' εἰς οἶκον ἰοῦσα παρίστατο Φωριαμοῖσι. Legit quoque ſic Vrat. b. Nec hoc male; videtur tamen petitum ex altero loco Odyſſ. O, 104. Ibi quoque vſ. 105 cum vſ. 289 convenit.

289. ἔνθ' ἔσαν οἱ πέπλοι παμποίκιλοι, ἔργα γυναικῶν. „ quod ſcribendum eſt ἐγκεκλιμένως, ne οἱ ſit articulus, ſed pronomen.“ Sch. A. Voluit ſcilicet ſcribi ἔνθ' ἔσάν οἱ. Paria e Schol. recitat Bentl. Si tamen οἱ ſic accipitur, peccat verſus in metrum; nam eſt ενθ' εσαν ϝοι. Poteſt vitio occurri, ſi ſcripſeris: ἔνθα δ' ἔσαν πέπλοι Nam οἱ articulus nullam vim h. l. habet.

Alterum vitium in verſu eſt: παμποικιλοι ϝεργα Sed medendum eſſe vidit Bentleii ſollertia legendo παμποίκιλα ϝεργα. pepli, opera, h. e. texta, mulierum affabre elaborata.

Vſſ. 289 — 292 leguntur in Herodoto, ſed ex vulgata lectiore; poſſis inde ſtatuere, verſum 289 non aliter fuiſſe lectum. Ita ignoratio digammi iam eius aetatem occupauit; potuit ſcilicet verſus iam tum inſertus eſſe ab rhapſodis; poteſt quoque lectio antiquior in Herodoto fuiſſe, verum ex vulgata Homericorum codicum lectione eſſe mutata. Tam lubricum eſt quicquam in antiquis his rebus definire velle.

Recitat autem hos vſſ. Herodotus tanquam lectos ἐν Διομήδεος ἀριστείᾳ, quae ideo in hunc librum continuari debuit ab antiquioribus. v. ad E. pr.

Adscripsit eosdem versus 289 — 292 Strabo lib. I. p. 69 E. etiam e vulgata lectione, nisi quod ἃς pro τὰς habet, cum codd. Herodoti. Idem lib. XVI, p. 1097, C. monet, poetas Sidonem magis quam Tyrum frequentare; Homerum autem ne memorare quidem Tyrum. Scilicet etsi Tyrus antiquissimam originem habuit, (saltem CCXL annis ante templi Salomonii fundamenta iacta, secundum Eusebianum computum) mercatu tamen temporibus Troianis nondum fuit clara haec Palaetyrus, cui successit Tyrus in insula, de cuius origine agit locus Iustini XVIII, 3, 5: *post multos deinde annos* (a condita Sidone) *a rege Ascaloniorum expugnati* (Sidonii) *navibus appulsi, Tyron vrbem ante annum Troianae cladis condiderunt.* hanc Alexander, illam, Palaetyrum, Nabuchodonosor deleuit.

290. Σιδονίων τὰς αὐτὸς — Obseruatur, quod seriores Σιδῶνος flectunt, Homerus Σιδόνος; est tamen iam in Herodoto Σιδῶνος· Tum αὐτὸς, si vim habet, debet id ad pretium augendum facere.

Sunt autem haec petita ex Antehomericis, quae tamen Homerus iam norat; persequutum ea erat Carmen Cyprium: ex eius argumento patet, Paridem abducta Lacedaemone Helena, tempestate a Iunone immissa iactatum, in errores incidisse, quibus ad Sidonem est delatus: vrbem eum vi cepisse indeque Troiam ad nuptias celebrandas properasse (*Biblioth. der alten Litterat.* 1 *St. Anecdota p.* 23. 24.). ita Sidonias mulieres captas abduxerat. At in Sch. br. Sch. A. B. et Eustath. Paris, Lacedaemone profectus, ne ab insequentibus deprehenderetur, Aegyptum et Sidonem petierat, atque hic ex[illegible] vrbem feminas, in quas inciderat, erat praedatus. Profectio ad Aegyptum alias fabulas peperit, quas ipsi sacerdotes Aegyptii commentis suis ornaverant apud Herodot. II, 112 sq. vnde ducta est Euripidis Helena. In loco tamen Herodoteo scrupulus haud leuis iniicitur; nam cap. 118. (vnde Eustath. p. 643 multa exscripsit) Paris narratur, ex Cyprii carmi-

nis fide, tertio die cum Helena Troiam peruenisse; vnde probari ait Herodotus, Homerum non esse Cyprii carminis auctorem: apponit quoque versuum vestigia: Ἀλέξανδρος ἀπίκετο ἐς τὸ Ἴλιον, ἄγων τὴν Ἑλένην, εὐάει τε

— πνεύματι χρησάμενος λείῃ τε θαλάσσῃ.

Fit quidem probabile, totam illam ῥῆσιν serius Herodoto esse insertam, nec enim satis ea sibi constat; quippe versus ex Odyssea nauigationem Alexandri in Aegyptum haud satis probant. Manet tamen incertum, quomodo Cyprii carminis argumentum cum isto loco Herodoteo in consensum redigi, aut fides expediri possit. Difficultatem video attigisse virum doctiss. Iacobs ad Tzetzae Antehom. 133. Coluthus, auctorem nescio quem sequutus, vs. 380. 1. Paridem Thracen et Hellespontum adiisse narrat.

291. ἐπιπλὼς εὐρέα πόντον. Grammatici in Sch. B. Sch. br. ad h. l. et Sch. A. ad Γ, 47 ex Apollonio, cum Etymologo, ἐπιπλὼς dictum esse volunt per apocopen pro ἐπιπλώσας, quod Γ, 47 legitur, a πλώω. Nescio an subtilior linguae ratio eos monere debuerat ductum esse πλὼς a πλῶμι, vel a πλῶ, πέπλα, πεπλὼς, et sine augmento πλὼς, vnde ἐπιπλώς.

292. τὴν ὁδὸν, ἣν Ἑλένην περ ἀνήγαγεν — quod poeta nauigationem a Peloponneso ad Ilium dixit ἀναγωγήν. Sch. A. et Sch. br. At Sch. B. bene, ait, ἀνήγαγε, quia nauiganti e Graecia Ilium est ad septentrionem sita. Vtrumque nimis argute. ἀνάγεσθαι omnino de nauigatione e portu dicitur. Opp. κατάγειν de appulsu. v. c. A, 478. et naui ducere, abducere, adducere aliquem est ἀνάγειν. Sic Herculem Iupiter naui deduxit Argos Il. O, 29. 30 τὸν μὲν ἐγὼ — ἀνήγαγον αὖτις Ἄργος ἐς ἱππόβοτον. Sic Γ, 48. 49. I, 338.

293. τῶν ἔν' ἀειραμένη. Harlei. ἀειρομένη. Verum prius recte se habet, et legitur quoque Od. O, ibi vss. 106. 7. 8 sunt iidem qui h. l. 293. 4. 5.

295. ἀστὴρ δ' ὣς ἀπέλαμπεν. Vindob. Alteri, ὡς ἔλλαμπεν.

296. πολλαὶ δὲ μετεσσεύοντο γεραιαί. Sch. br. μετ' αὐτὴν ὥρμων. Heſych. μετεδίωκον, ἐφόρμων, ἐπορεύοντο. Euſtath. ἡ μετὰ, ait, ὑστεροχρονίαν δηλοῖ (vt vſ. 341. μέτειμι, μετελεύσομαι) aliter ac vſ. 280 ἐγὼ δὲ Πάριν μετελεύσομαι, h. e. μετὰ, εἰς, τὸν Πάριν.

γεραιαὶ, paſſim γερεαὶ, vt in Townl. Vrat. e vitioſa pronuntiatione dictantis.

297. αἱ δ' ὅτε νηὸν ἵκανον — Lipſ. adſcr. γρ. καὶ, ἀλλ' ὅτε.

298. 9. Θεανὼ — Κισσηΐς — quam iam E, 70 memorauerat, Antenoris coniugem, marito obſequioſam. Filia illa Ciſſei Thracis, de quo inf. Λ, 223. 4. et Hecubae ſoror. Habemus in ea exemplum feminae viro nuptae, ſacerdotio tamen, et Miueruae quidem innuptae, fungentis. Aperit illa templum, θύρας ὤϊξε, quod ſup. 89 Hecubae tribuebatur, quia eius iuſſu factum eſt. τάϛγε θύρας Vindob.

300. τὴν γὰρ Τρῶες ἔθηκαν Ἀθηναίης ἱέρειαν. Colligunt ex his Schol. B. Leid. et Euſtath. non ſorte, nec genere, nec vnius voluntate, ſed populi ſuffragiis creatam ſacerdotem hic haberi. Verſum recitat Schol. Pindari ad P. IV, 10.

301. αἱ δ' ὀλολυγῇ — χεῖρας ἀνέσχον. ὀλολύζειν et ὀλολυγὴ, ab eiulatu translata ad ſupplicationes proprio aliquo vſu, quandoquidem illae cum miſeratione fortunae fiebant; vel per furorem in teletis, cf. Sch. br. Etymol. Heſych. Euſtath. etiam per exultationem in laeta fortuna, v. ad Diod. XVI, 11. Sic ὀλολυγμὸς ap. Eurip. Or. 1143. Latini poetae eodem modo *vlulatum* dicunt. Morem, multis barbaris communem, ex Libya repetit Herodotus, IV, 189, vt facere ſolet, quoties exteros populos viderat aliquod inſtitutum habere, ſimile Graecis. Apud Aegyptios in teletis accedebat planctus. Proprie de mulieribus dici aiunt grammatici etiam Suidas laudato h. l. et Od. Γ, 450.

303. ξ— quod iterum ἐπὶ γούνασιν pro παρά. v. ad vſ. 273 et 92. vbi monitum eſt, de ſigno deae ſedentis cogitandum eſſe; conſtare porro ex h. l. morem fuiſſe illa aetate dedicandi diis peplos, quibus ſtatua ſeu indueretur, ſeu operiretur, ſeu circa inferiores corporis partes amiciretur; nihil enim ſatis explorati in his habemus: niſi quod e peplo Athenes in Panathenaeis ex antiquo more ſeruato narratum tenemus. Ceterum ex his apertum eſt, de quo dubitatum a nonnullis eſt, ſigna deorum iam heroica aetate extitiſſe; certos formarum characteres habitos fuiſſe diſcimus aliis ex locis: Β, 478. 9. Γ, 396. 7. quod vel ipſa epitheta declarant, vt Neptunus, κυανοχαίτης et al. Anaglyphorum ſpecimina habemus in Achillis clipeo, in clipeo Agamemnonis Λ, 36. Athenes clipeo E, 741. Herculis balteo Od. Λ, 608 et al.

305. πότνι' Ἀθηναίη, Ἐρυσίπτολι. Schol. A. et B. notant, abundare ε in ἐρυσίπτολι. pergit, οἱ δὲ, aliter ſtatuentes, παρὰ Καλλιμάχῳ τὸν οὐκ ἀγαθὸν ἐρυσίπτολιν (leg. τὴν οὐκ ἀγαθὴν ἐ. Locum in fragmentis notatum non reperio) ἄλλως· ἡ ποιοῦσα ἐριπεῖν τὰς πόλεις. ἄμεινον δὲ, ῥυσίπολι. vero proximum hoc vltimum, fuit enim a vetere poeta ſcriptum ῥυσίπτολι. corruptum ex ignoratione duplicis verborum generis, ἐρύω, ϝερύω. media breui, et ἐρύω vel ῥύω, producta, tueor. v. ad A, 141. Exc. IV. Implicitum ſe quoque vidit Bentl. qui adſcripſit ϝερυσιπτολι. Vox eſt ap. Aeſchyl. VII. ad Th. 129 ῥυσίπτολις γενοῦ. cf. ad Δ, 137.

306. ἄξον δὴ ἔγχος Διομήδεος. ἄξον Mori Vrat. b. Sed ἄξον, κάταξον. laudato hemiſtichio, Apollon. Lex. De voce v. ad Γ, 367.

308. ὄφρα τοι — ἱερεύσομεν. declarant votum tempore futuro perſoluendum, ex praecepto Heleni 93 et Hectoris 274. Diomede caeſo ac ſublato; adiicitur tamen αὐτίκα νῦν. Verum non vrgendum νῦν eſtque ſimpliciter quam primum.

311. ὣς ἔφατ' εὐχομένη. ἀνένευε δὲ Παλλὰς Ἀθήνη. — ἀθετεῖται. quod nil ad rem facit epiphonema et insolens est, (atqui poetae sic futura innuere solent: sic sup. Γ, 302 ὣς ἔφαν· οὐ δ' ἄρα πώ σφιν ἐπεκραίαινε Κρονίων. et saepe) quod otiosus versus propter sequentem, (at nos potius hunc 312 ὣς αἱ μέν ῥ' εὔχοντο Διὸς κούρῃ μεγάλοιο. inutilem et alienum dicemus) tandem ridicula Minerua renuens (scilicet si de signo Mineruae cogites; etsi inter prodigia apud veteres hoc non rarum; et ipsa Minerua ad Aiacis sacrilegium faciem auertit; atqui h. l. non statua capite, sed mente et consilio ac voluntate Minerua dea renuit) Haec Ven. A. Virgilium versum 311 legisse ex eius versibus apparet Aen. I, 479—482 *Interea ad templum — Diua solo fixos oculos auersa tenebat.* Schol. B. et Leid. tantum quod ad caedem Diomedis attinet, Mineruam preces non exaudiisse notat; pugna autem cum Hectore mox ex prouocatione constituta, Diomedem sorte excluisse, Aiace constituto, qui cum Hectore congrederetur; quae tamen longius petita sunt. Mulieres audierant, Diomedis incredibili virtute pugnae fortunam inclinatam esse; eius itaque interitum omnium maxime a diis expetebant; at ignorabant illae, Diomedis singulari studio Mineruam teneri.

ἀνένευσε Vindob. Alt.

In Ven. B. interponitur Scholion de *Palladio*, ex infima Graeciae aetate depromtum, cum ad magiam et telesmaticen fabulas veteres referrent. De Asio mago auctore Palladii memorant Tzetza ad Lycophr. 355. 363. Eustath. ad Perieg. 620. add. Malelam, Cedrenum et alios.

314. καλὰ, τά ῥ' αὐτὸς ἔτευξε. Primo τά γ' Vindob. κάλ' ἅτ' ἄρ' Vrat. a. tum ἔτευξε. omnes edd. ante Turn. qui intulit, ἔτευχε nescio vnde. Nam codd. vbique, et Eust. ἔτευξε. quod reduxit Wolf. auctoribus Clarke et Ern. vt mox 316 ἐποίησαν. Est scilicet et hoc pro ἐτετεύχει.

317. ἐγγύθι τε Πριάμοιο καὶ Ἕκτορος ἐν πόλει ἄκρῃ. ξ ὅτι πάλιν διῃρημένως εἴρηκεν. Dubites quorsum Scholion hoc Ven. A. spectet. Verum nihil reconditi inest. Notat ἐν πόλει ἄκρῃ iterum dictum pro ἐν ἀκροπόλει. vt iam vs. 88. De singulis in vs. 316 v. sup. ad vs. 242. Schol. Leid. οἴκημα δὲ αὐτῷ ἐποίησαν, ἐν ᾧ ἦν θάλαμος, ὅ ἐστι, νυμφικὸς κοιτωνίσκος, καὶ δῶμα, τουτέστιν ἀνδρῶν, καὶ αὐλὴν, ὅ ἐστι τὸ ἐξώτερον. non male.

319. ἔγχος ἔχ' ἐνδεκάπηχυ. ξ nonnulli ἔχεν δεκάπηχυ legerant. Ascalonita neutrum praetulit. At Heracleo et Alexio pugnarunt pro ἐνδεκάπηχυ, ea de causa, quod alibi occurrit contus duplici mensura, XXII. pedum; nimirum Il. O, 677. 8 ξυστὸν δυωκαιεικοσίπηχυ. Certe codd. hanc lectionem tuentur, (nisi quod Mosc. 3, qui est e recentioribus, habet ἔσχεν δεκάπηχυ) et Hesych. in ἔγχος ἔχ' ἐνδεκάπηχυ. Meminit quoque controuersiae Eustath.

ἔχ' ἐνδεκάπηχυ erat in Flor. Ald. 1. intulit alterum Ald. 2. cum seqq. reduxit prius Barnes. Locus iterum insertus est Θ, 493. 4. 5. vbi eum tollebat Zenodotus, at Aristarchus ibi eum tueri malebat quam hic. Retineamus versibus sedem suam vtrobique.

320. περὶ δὲ χρύσεος θέε πόρκης. Apollon. Lex. in πόρκης· ὁ δάκτυλος (immo δακτύλιος, annulus) τῆς ἐπιδορατίδος. Schol. A. cum Sch. br. Eustath. Etymol. ὁ κρίκος, ὁ συνέχων τὸν σίδηρον πρὸς τὸ ξύλον τοῦ δόρατος, διὰ τὸ πείρειν τὸ δόρυ δι' αὐτοῦ. contra Apollon. cum Orione ducit παρὰ τοῦ περιέχειν. In Hesych. πόρκις, vitiose, et in Suida πόρκος, laudato versu.

περιέθεε, περιέκειτο, pro ἦν. Plutarch. de Hom. poesi p. XIX.

321. τεύχε' ἔποντα Sch. B. εὐτρεπίζοντα. recte, nam est ἕπειν pro ἀμφέπειν. περιέπειν. ἐν μεγάροις vn. Vindob. minus bene; degit enim ap. Helenam, ἐν θαλάμῳ.

322. τόξ' ἀφόωντα. Nonnullos τόξα φόωντα legisse tradit Sch. B. cum Sch. Lipsi. ap. Bentl. hoc est, λαμπρύνοντα· nouo verbo φάω, φάοντα, φᾶντα, φόωντα. At

ψηλαφᾶν eſt tractare, experiri. Apollon. Lex. in ἀμφαφόωντα. διὰ χειρὸς ἔχοντα, ψηλαφῶντα. (Eadem ex eo Heſych. add. Suidam.) ἐπὶ μὲν τοῦ τὰ ὅπλα ψηλαφῶντος Ἀλεξάνδρου ἐν τῇ Ζ. Ἰλιάδος, χωρὶς τῆς, ἀμφὶ, προθέσεως, appoſito verſu. vbi quoque ſpiritu leni ſcribitur, ἀφόωντα, vt et in codd. vt Vrat. a. b. In Sch. br. vtrumque: ψηλαφῶντα, ἢ λαμπρύνοντα.

323. Ἀργείη δ' Ἑλένη μετ' ἄρα δμωῇσι γυναιξὶν ἧστο. Cant. et ed. Rom. μετά ῥα. Eſt ſane idem ἄρα et ῥα, pro δὴ, vtique. Strabo VIII, p. 571 A. obſeruat epitheton Helenae generalius eſſe: Ἀργείη Ἑλένη, cum ipſa Argis non ſit oriunda, ſed Lacedaemone; eſſe ergo Ἄργος latius dictum de Peloponneſo. cf. ad B, Exc. I. vidimus tamen epitheton hoc Helenae iam ſupra B, 161 et al.

324. ἀμφιπόλοισι περικλυτὰ ἔργα κέλευε. Poterat πέρι ſcribi, mulieribus *circa ſe* impoſuit, distribuit, penſa; nam κλυτὰ ἔργα et alibi occurrunt. Poteſt tamen περικλυτὰ pro ſimplici dictum eſſe.

Sch. B. monet, τὸ δὲ ἔργον ἀντὶ τοῦ, περὶ ἔργων. Atqui frequens caſus quartus cum κελεύω vt in illo: τί με ταῦτα κελεύετε;

325. τὸν δ' Ἕκτωρ νείκεσσεν ἰδὼν αἰσχροῖς ἐπέεσσιν. ξ ὅτι κυκλικῶς κατακέχρηται· οὐδὲν γὰρ λέγεται ἐπιπληκτικόν." Ven. A. an κυκλικῶς dictum, *poetarum cyclicorum more?* iine adeo voce νεῖκος, νεικέω, paullo generalius vſi erant? vt νεικεῖν eſſet ſimpliciter *altercari, ſermones mutuo ſerere?* An quod adiectum h. l. αἰσχροῖς ἐπέεσσιν (quod iam Γ, 38 occurrebat)? Sic B, 277 erat: νεικείειν βασιλῆας ὀνειδείοις ἐπέεσσι et Heſych. Ἔργ. 332 Νεικείῃ χαλεποῖσι καθαπτόμενος ἐπέεσσι. Spectat huc Heſych. αἰσχροῖς, τοῖς αἰσχύνην ἐνεγκεῖν δυναμένοις. Sch. B. λοιδόροις.

326. δαιμόνι', οὐ μὲν καλὰ χόλον τόνδ' ἔνθεο θυμῷ. ξ quod non apparet, qualis ira haec fuit. Inde A. B. varias cauſſas coniectant: ſeu, quod Troiani eum pugnae cum Menelao obiecerant, (hoc et Euſtath. ſe-

quitur) ſeu quod Helenam reddere cum abductis opibus voluerant (Γ, 284. hoc et Sch. br. implectuntur) ſeu quod audierat Troianos ſe exſecrari. Schol. B. et Leid. etiam χόλον per ῥαθυμίαν reddere vellet. Nil neceſſe. v. Not. ad h. v. Verſu vtitur Plutarch. de Adulat. p. 73 E.

328. σέο δ' εἵνεκ' ἀϋτή τε πτόλεμός τε, σέο δ' acuendum nunc: Apollon. de ſynt. p. 137.

329. ἄστυ τόδ' ἀμφιδέδηε et M, 35. potenti voce, ex vſu frequenti τοῦ δαίειν. δέδηε μάχη, πόλεμος et ſimilia; ſed et ὅσσα ſup. B, 93 μετὰ δέ σφισιν ὅσσα δεδήει. vbi vide.

330. εἴ τινά που μεθιέντα ἴδοις. ὅν τινά που Ariſtarch. in Ven. A.

331. ἀλλ' ἄνα, μὴ τάχα ἄστυ πυρὸς δηΐοιο θέρηται. — quod abeſt ὑπὸ ante πυρός. θέρεσθαι alias θερμαίνεσθαι, vt Od. T, 64 ad quem locum ſpectat Apollonii Lex. gloſſa p. 346. adde Etymol. at h. l. recte Sch. br. θερμαίνηται. νῦν δὲ ἀντὶ τοῦ καίηται. vnde emendanda gloſſa Heſychii: καυθῇ διὰ πυρός. Euſt. „γρ. δῄοιο" Barnes, vt B, 544 et al.

333. ἐπεί με — Iam ſup. Γ, 69 hic verſus lectus. οὐχ ὑπὲρ αἶσαν Vrat. b.

334, σὺ δὲ σ. recitat hemiſtichium Harpocrat. in ἀσυνθετώτατον. ad declarandam huius vocis vim, etſi in Demoſth. de falſa legat. p. 383, 6. Reisk. alii ἀσυνετώτατον legebant.

335. οὔτι ἐγὼ Τρώων τόσσον χόλῳ οὐδὲ νεμέσσει — — quod ita declaratum eſt quod ſupra 326 obſcurum erat: δαιμόνι' οὐ μὲν καλὰ χόλον τόνδ' ἔνθεο θυμῷ" Ven. A. Fatendum tamen, niſi aliunde affulſerit, haud magnam lucem inde proficiſci. — οὔτοι ἐγὼ Ven. A. c. Schol. Cant. Mori. Harlei. Vrat. tres. Townl. Moſc. 3. repoſui adeo pro vulgato minus prosodico οὔτι, etſi non oblitus ſum, ſup. E, 465 ἐς τί ἔτι occurrere. in fine οὔτε Townl. νεμέσσι pro var. lect. cod. Lipſ. hoc et οὔτοι Etymol.

336. ἧμην ἐν θαλάμῳ. ἧμην, esse scribendum docet Ven. A. pro ἐκαθήμην. etsi nonnulli ἧμην acceperint ab εἰμί. quod raro, apud Homerum nunquam, occurrit: quod se docuisse ait ἐν τῷ περὶ τῶν εἰς μι." Est adeo hoc Scholion Apollonii Dyscoli, cuius ille libellus memoratur ap. Suid. h. v.

ἔθελον δ' ἄχεϊ προτραπέσθαι. Crux grammaticorum ab omni inde tempore, simulque exemplum interpretandi artis parum adhuc elaboratae. Debebant vsum vocis in aliis consulere; atqui προτρέπειν, προτρέπεσθαι, ita occurrit, vt sit πρόσω τρέπεσθαι *vertere se in locâ ante nos posita*; E, 700 οὔτε ποτὲ προτρέποντο μελαινάων ἐπὶ νηῶν, οὔτε πότ' ἀντεφέροντο μάχῃ· ἀλλ' αἰὲν ὀπίσσω χάζοντο. add. Od. Λ, 18. M, 381. Est ergo προτρέπεσθαι ἐπί τινος, pro vulgari ἐπί τι. et ex vsu casus tertii, προτρέπεσθαί τινι. Apparet adeo si ἄχει cum verbo iunctum est, non aliter accipi posse quam pro εἰς ἄχος; sensusque esse debet: *conuertere se ad luctum, dolori indulgere.* Volebat Paris domi se abdens dolori indulgere ex pudore quod victus fuerat. At grammatici veteres varias rationes inierunt, partim coniectando ex contextu petitas, partim ex vsu vocis aliis in sententiis et scriptoribus. Schol. Ven. A. „οἱονεὶ εἶξαι ταῖς συμφοραῖς καὶ σχολάσαι τῇ μάχῃ." (an pro ἀπὸ τῆς μάχης?) Ita miscentur duo diuersa: προτραπέσθαι ex E, 700 contexto voluere esse idem quod *fugere* ἀποτρέπεσθαι, ἀποτραπῆναι, nunc supplent, τῆς μάχης, quae durissima sunt; ἄχει ita est διὰ τοῦ ἄχεος, διὰ τῆς λύπης. Haec repetunt Schol. A. et B. in his etiam additur: παρατροπήν τινα καὶ παραμυθίαν εὑρεῖν. quia recentioribus παρατρέπειν, παρατρέπεσθαι pro hortari, consolari dicitur. Recoquuntur haec in Sch. br. et Eust. adde Hesych. in ἄχεϊ προτραπέσθαι et in προτραπῆναι. In Apollonii Lex. h. v. interpretatio excidit, quae in Hesych. h. v. seruata est, ὑποεῖξαι, quod vidit Villoison. In Vrat. A. glossa est: ἐνδοῦναι παραμυθήσασθαι. ex iisdem repetita.

337. ξ— quod κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligitur, Helenam antea esse hortatum maritum.

339. νίκη δ' ἐπαμείβεται ἄνδρας. sententia est expedita; verba petita sunt a cursu et saltu. Inf. O, 684 de eo qui plures equos agitat, ὁ δ' ἔμπεδον ἀσφαλὲς αἰεὶ θρώσκων ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλον ἀμείβεται, pro ἐπαμείβεται. Itaque h. l. Mars *errat*, ἀλλοπρόσαλλος. Bene Sch. br. ἐξ ἀμοιβῆς παραγίγνεται.

340. ἀρήϊα τεύχεα δύω. ἀρήϊα, πολεμιστήρια Apollon. Lex. h. v. ex h. l. et Hesych.

341. ἦ ῥά, ἐγὼ δὲ μέτειμι. μέτειμι pro μετελεύσομαι noto more.

343. τὸν δ' Ἑλένη μύθοισι προσηύδα μειλιχίοισι. in alio ap. Ven. A. προσηύδα δῖα γυναικῶν. In Cant. μύθοισιν ἀμείβετο δῖα γυναικῶν. Vides rhapsodorum memoriam fallacem.

344. δᾶερ ἐμεῖο, κυνὸς κακομηχάνου, ὀκρυοέσσης. Nonnulli ἐμοῖο vitiose et hic vt alibi. — δᾶερ ἐμεῖο κυνός, τοῦ ἀνδρός μου ἀδελφὲ τῆς ἀναιδοῦς· Hesych. Sic Γ, 180 δακὴρ αὖτ' ἐμὸς ἔσκε κυνώπιδος. εἵνεκ' ἐμεῖο κυνὸς κακομηχάνου Schol. Lycophr. 86. ex duobus vss. 344 et 356. ὀκρυοέσσης nunc recte; non ὀκριοέσσης. cf. ad M, 380. Δ, 518. Est sc. Φρικτῆς. χαλεπῆς, vt ap. Hesych. (melius quam ap. Eust.) quae horrorem iniiciat ac frigus, κρύος. Φόβος ὀκρυόεις et κρυερὸς ap. Apollon. Rh. τόλεμος ὀκρυόεις inf. I, 64. Sic et ῥιγεδανός, et Lat. *horrendus*.

345. 6. 7. 8. Ventis tradi, a ventis rapi, prisco loquendi more, pro perire, euanescere. Magis mythice ac poetice procellae per Harpyias declaratae sunt Od. A, 241. Ξ, 371. et de Pandarei filiabus Od. Υ, 77. cf. ad Virgil. Aen. III, Exc. VII.

346. προφέρουσα dictum proprie. P, 121 αἶψα νέκυν Ἀχιλῆϊ προφέρωμεν. Od. Υ, 63 εἶδε — μ' ἀναρπάξασα θύελλα Οἴχοιτο προφέρουσα κατ' ἠερόεντα πέλευθα Ἐν προχοῇς τε βάλοι ἀψορρόου Ὠκεανοῖο.

347. Verſum recitat Plutarch. de adulat. p. 73 D.

348. ἔνθα με κῦμ' ἀπόερσε — Debuit olim dubitatum et ſcriptum a nonnullis eſſe ἀποέρσε. Nam Ven. A. et B. propugnant, vt ſit leniter exaratum ἐρσε, vt ſup. ad A, 136 in controuerſia de ἄρω vel ἄρω. — Ambigitur quoque inter veteres de etymo, a ῥέω aliis, aliis ab εἴργω ducentibus. In Etymol. eſt ἔῤῥω, τὸ φθείρω, ἀπόερσε, ἀπέπνιξε, quod et Sch. br. habent et Heſych. et primo loco Apollon. Lex. h. v. ἀπέπνιξεν ἐν ὕδατι. laudato hoc verſu. de ſubmerſis etiam inf. Φ, 283. 329 dictum occurrit: ad q. l. vide. Dubitari nequit cum digammo ſcriptum fuiſſe ἀποϝερσε.

κῦμα ἀπόερσε contra metrum Rom. cum Euſtath. Flor. Aldd. correxit primus Turnebus.

349. αὐτὰρ, ἐπεὶ τάδε γ' ὧδε θεοὶ κακὰ τεκμήραντο. Sch. br. ἐβουλεύσαντο. ἢ ἐτελείωσαν. ἢ εἰς τέλος ἤγαγον. hoc et Sch. B. Et iam Apollon. Lex. τεκμαίρομαι, ἀποτελέσω, ad locum Od. H, 317. idem ἐτεκμήραντο, ἐπὶ τέκμαρ ἤγαγον· ὅ ἐστιν, ἐπὶ πέρας. vnde Heſych. in ἐτεκμήραντο, ἐπὶ τέλος ἤγαγον. Idem in τεκμήρατο, συνεπεράνατο· forte ad Od. K, 563. Fluctuant homines in hoc verbo, cuius vis conſtituitur ex eo, quod priſcis τὸ τέκμαρ et τὸ τέκμωρ eſt primo, πέρας, finis, meta, ſcopus, vt Il. N, 20. Π, 472. tum finis cuiusque rei, Od. Δ, 373 exitus, euentus, etiam excidium, vt τέκμωρ Ἰλίου Il. H, 30. Porro eſt fides, qua firmatur et conſtituitur euentus, ſignum, argumentum; A, 225 τοῦτο γὰρ ἐξ ἐμέθεν μέγιστον τέκμωρ, cum Iupiter annuit, eoque nutu euentus rei ſciſcitur et ſancitur. Ita eſt τέκμωρ decretum, voluntas. Ita tandem τέκμωρ eſt id, ex quo finis rei, adeoque tota res cognoſci poteſt. Itaque τεκμαίρεσθαι modo, finire ac peragere, modo conſtituere, deſtinare, vt h. l. et H, 70 ἀλλὰ κακὰ Φρονέων τεκμαίρεται ἀμφοτέροισι. add. Od. H, 317. et ibi Euſtath. modo, ex certis ſignis colligere, στοχάζεσθαι, praedicere Od. Λ, 111 εἰ δέ κε σίνηαι, τότε τοι τεκμαίρομ' ὄλεθρον. vnde apparet, verum non eſſe, quod aiunt, (v. Euſtath. p. 665, 50)

notionem *signi* et τοῦ *significare* τοῦ σημεῖον et τεκμήριον, in voce τέκμωρ et τεκμαίρεσθαι, esse recentiorem Homero. Obuia tamen est iam in Pindaro, vt Ol. VIII, 4. v. Indicem. Vnde serius est obseruare, notare. vt ap. Eurip. Phoen. 188. vbi v. Valken.

κάκ' ἐτεκμήραντο legerant Apollon. et Hesych. h. v.

351. ὅς ἤδη νέμεσίν τε καὶ αἴσχεα πόλλ' ἀνθρώπων. Scribitur ἤδη, ἤδει, ἤδη. v. ad A, 70 ὅς ῥ' ἤδη erat vulgata lectio, cum peccato in digamma; debet enim esse ὅς ϝηδη. Et est ὃς ἤδη in Mori. Harlei. Townl. Vrat. a. vno Vindob. et Ven. In Vrat. b. erat ὅς τ' ἤδη. Schol. B. ἤδει πρὸς τὸ φυλάσσεσθαι, καὶ μὴ εἰς αὐτὰ ἐμπίπτειν. Recte, quia alias ex vsu Homerico εἰδέναι νέμεσιν esset νεμεσᾶν, indignari, εἰδέναι αἶσχος, αἰσχύνεσθαι· esset ergo: ὃς νεμεσῷτο καὶ αἰσχυνθείη ἄν. Iners oratio esset, si cum Eustath. p. 646 extr. et cum Clarkio acciperes: qui nosset ea, quae apud homines odia et probra faciunt. Verum εἰδέναι nunc non est, modo, nosse, sed et *sentire*, αἰσθάνεσθαι, odia et probra plurima, quae ipsi faciunt homines.

352. τούτῳ δ' οὔτ' ἄρ νῦν Φρένες ἔμπεδοι. ex opp. leuitatis, quae nullam rationem habet odiorum et probrorum quae quis sibi contrahit; mens composita, prudens, cum consilio et grauitate. Scilicet ex eo quod ἔμπεδος proprie est stabilis, firmus, mens ἔμπεδος est proprie firma, manens in eo, quod constitutum est, vt Il. Υ, 183 de Priamo: ὁ δὲ ἔμπεδος, οὐδ' ἀεσίφρων. Contra ὀπλοτέρων ἀνδρῶν Φρένες ἠερέθονται sup. Γ, 108. Inde omnino prudens, vt in Odyssea de Telemacho.

353. τῷ καί μιν ἐπαυρήσεσθαι ὀΐω. Erat κέν μιν, fuisset καί μιν scribendum vel sine libro, alienum enim est illud a sensu. Succurrunt tamen libri Harl. Vrat. b. Mosc. 1. vnus Vindob. Venetus. ἐπαυρήσασθαι Schol. Bibl. S. Germ.

355. ἐπεί σε μάλιστα πόνος Φρένας ἀμφιβέβηκε. Erat in aliis scriptum ἐπεὶ σὲ, et recte, censeo; nam vis in τῷ σὲ est, sed tuetur grammaticus (Herodianus puto),

in Sch. A. vulgatum. Obſeruatio ſaepe repetita. cf. ad Δ, 497.

ἀμφιβέβηκε, occupat, tenet, κατέλαβε vel καταλαμβάνει. Proprie eſt περιῆλθε. Similiter ἄχος μὲν φρένας ἀμφιβέβηκε, Od. Θ, 541. quod alibi ſaepe ἀμφεκάλυψε.

356. Ἀλεξάνδρου ἕνεκ' ἀρχῆς. Flor. Ald. 1. Vrat. c. nec non Apollon. de Synt. p. 137. repetita lectio ex Γ, 100. Alexandri ἄτη, flagitium, quo ille ſibi ipſe exitium arceſſiuit. Iterum occurrit Ω, 28.

357. οἷσιν ἐπὶ Ζεὺς θῆκε κακὸν μόρον, οἷσιν ἔπι Aſcalonita, vt ſit ἐφ' οἷς. At Schol. A. cum Heracleone praefert ἐπὶ, vt ſit οἷσιν ἐπέθηκε. aut ἐπὶ vacare; hoc etiam Alekionem malle. In fine ὡς καὶ ὀπίσσω eſt in Cant. ὥς κεν.

359. Inſertus eſt h. l. in Ven. B. et in Cod. Leid. ſup. ad Z, 342 locus Porphyrii de αἰόλος, qui eſt in Quaeſt. Hom. c. 3. et locum habebat ſup. B, 816. vbi v. Obſſ. De ſenſu vocis dixi ad Δ, 186. κορυθαίολος pro ſimplici *celer*, ſed cum phantaſmate ſeu notione acceſſoria, celeriter ſic motae galeae. Redditur bene gl. εὐκίνητος.

360. μή με κάθιζ' Ἑλένη. ξ— ſed Scholion periit; pertinuit puto ad φιλέουσά περ quod appoſitum, ne ira et odio recuſare id videatur.

Cum conſtet, ſcriptum olim fuiſſe ϝελενη, Bentl. em. ſ. μή μ' εἶσον, ϝελένη. Vidimus tamen iam aliquoties, in Homero vocem iſtam digammum non agnoſcere.

364. ὥς κεν ἔμ' ἔντοσθε πόλιος καταμάρψῃ ἐόντα. Fuit, puto, πτόλιος. Erat editum ante Barnes ὥς κεν ἔντοσθε. Correxit ille ὥς κέν μ' ἔντοσθε. Atqui codd. habent ὥς κεν ἔμ' ἐ. Sic Cant. Barocc. Mori. Harl. Vrat. b. Moſc. 1. Townl. Lipſ. Ven.

365. καὶ γὰρ ἐγὼν οἶκον δ' ἐϲελεύσομαι, ὄφρα ἴδωμαι. οἰκόν δε ἐλεύσομαι vulgo legebatur, quod offendit metrum, hiatu illato. Improbius etiam edd. ante Turnebum οἶκονδ' ἐλ. vt ipſa Rom. et Euſt. Vrat. b. Atqui iam Barnes „γρ. οἰκόν δ' ἐϲελεύσομαι." Ex Bentleio diſco,

ita legi in Cant. Harl. L. (Lipſ.) Adde Ven. Vrat. a. A.

Erat porro vitioſum, ὄφρ' ἂν ἴδωμαι. Debuit eſſe οφρα ϝιδωμαι. Et ſane ὄφρα ἴδωμαι Cant. Mori. Ven. Moſc. 1. quo ipſo apparet, vt in ceteris, ſic h. l. ignorationem digammatis intuliſſe nouationes. Alludit Ammonius in οἰκῆας p. 101. qui recitat ὄφρα ἴδωμεν. Tandem in verſus capite fuit εγω ϝοικονδε.

366. οἰκῆας de voce agit Euſt. ad h. l. Vide ad E, 413. Sch. br. νῦν ἀντὶ τοῦ οἰκείους, τοὺς κατὰ τὴν οἰκίαν. Barneſ. intulerat οἰκῆας τ' nec male; eſt enim is Homericus mos, probatus Bentleio et legitur ſic in Vrat. b.

367. οὐ γὰρ οἶδ', εἰ ἔτι σφιν ὑπότροπος ἵξομαι αὖτις. Subtilitas grammatica ex Herodiano excerpta in Sch. Ven. A. legitur: ſcribi ἔτι σφιν hoc loco: cum deberet eſſe ἔτι σφίν, quia eſt ἔτι σφίσι (Ψ, 138) ἦρχε δ' ἄρα σφίν ἄναξ ἀ. Ἀ. (Ξ, 137.) vbi tamen ἄρα σφιν editur, vt et ſup. E, 592. in eodem verſu. οὐ γάρ τ' οἶδ'. Iterum vibia intruſa eſt τ', et in Moſc. 3. Ald. 2. cum ſequacibus οὐ γὰρ ἔτ' οἶδ'. Nam fuit ου γαρ ϝοιδ'.

ὑπότροπος. Laudat verſum Apollon. h. v. Vox iterum legitur inf. 501.

368. ἦ ἤδη μ' ὑπὸ χερσὶ θεοὶ δαμόωσιν Ἀχαιῶν. poſt εἰ ἵξομαι dictum pro ἢ εἰ δαμήσονται. cf. Exc. III, ad A. et E, 212.

370. ξ— quod δόμους εὖ ναιετάοντας pro εὖ ναιομένους. Vid. ad B, 626.

372. Pro σὺν Barneſ. repoſuit ξὺν e codd. Cant. Euſt.

373. πύργῳ ἐφεστήκει. Ita Ariſtarchus apud Sch. A. et ſic pro vulgato ἐφειστήκει repoſui, vt ſcriptura ſibi conſtaret. v. ad Δ, 367. „γρ. πύργῳ ἐφ' εἱστήκει." Barnes. Vulgata etiam in Apollonio eſt in πύργος.

375. ἔστη ἐπ' οὐδὸν ἰών. l. ἐπιὼν οὐδὸν, ἔστη. vel, quod ſollennius eſt, vt ἰὼν abundet, ἰὼν, ἔστη ἐπ' οὐδόν. Alibi eſt ἐπ' οὐδοῦ. cf. V. L. ad I, 578.

376. εἰδ' ἄγε μοι, δμωαί. obſeruat Clarke bene ſic pro ἄγετε dici. Bentlei. „an εἶ, ἄγε. *Eia age!*" vt et Euſtath. ad Π, p. 1080, 63 κελευστματικῶς ἀντὶ τοῦ· εἶα δή, ἄγε, ῥηθὲν μᾶλλον, ἤπερ ἐνδοιαστικῶς ἀντὶ τοῦ· εἰ δὲ βούλει, ἄγε. Potuit tamen principio eſſe elliptica loquendi forma: εἰ δὲ βούλει, βούλεσθε, ἄγε, vt I, 167. vbi Euſt. mox tamen latiorem vim accepit.

377. πῇ ἔβη Ἀνδρομάχη. Etymol. ſcribero πῇ iubet et diſtinguit a ποῦ in voc. ἁμαρτῇ et in πῇ. ποι eſt ap. Thomam Magiſtrum; quod Atticorum fere eſſe obſeruat Erneſti ad Callim. in Del. 117. πῇ eſt ap. Ammon. et al.

378. ἦέ πη ἐς γαλόων ἢ εἰνατέρων ἐϋπέπλων; γάλως, ἀνδρὸς ἀδελφὴ, vt Caſſandra erat Helenae, iam Apollonio notata; ſup. Γ, 122 εἰνάτερες in eodem videntur excidiſſe; habet inde Heſych. αἱ τῶν ἀδελφῶν γυναῖκες. add. id. in ἰνατέρων. Item Sch. br. cf. Euſt. qui diſertus eſt in vocabulis cognationis.

380. Τρωαὶ ἐϋπλόκαμοι δεινὴν θεὸν ἱλάσκονται. ἐϋπλόκαμον δεινὴν θεὸν legerat Euſtath. p. 649 pr. vt Minervae eſſet epitheton; et hoc praefert Bentl. hic et 385. vt conueniat cum v. 303. 273. 92. Ἀθηναίης ἠϋπλοκάμοιο.

381. τὸν δ' αὖτ' ὀτρηρὴ ταμίη πρὸς μῦθον ἔειπεν. ὀτρηρὴ, δραστικὴ, σύνεργος Sch. br. immo ἐνεργός. v. ad A, 321. τὸν δ' αὖτ' reſcripſi pro hiante αὖ ὀτρ. e Ven. ſicque Mori. Harl. Vrat. b. Townl. Moſc. 1. probante Bentleio.

382. ἄνωγας νημερτέα Lipſ. male repetit ex 376. pro ἄνωγας ἀληθέα μυθήσασθαι.

386. ἀλλ' ἐπὶ πύργον ἔβη μέγαν Ἰλίου. Hic haeremus in metro: μεγαν ϝιλιου. Aut igitur fuit olim: Ἰλίου ἀλλ' ἐπὶ πύργον ἔβη μέγαν, οὕνεκ' ἄκουσε, aut quod pro vero habeo, verſus 386. 387 ſunt ſerioris manus; nam eandem prorſus ſententiam habent, quae eſt in vſſ. 388. 389. Niſi et hi et illi verſus ab opera rhapſodorum profecti ſunt ad ſententiam explendam pro eorum ſenſu.

388. ἡ μὲν δὴ πρὸς τεῖχος ἐπειγομένη ἀφικάνει pro ἀφίκανεν. ἔβη. vt in illo τίπτε δεῦρ' ἀφικάνεις; cur tu huc veniſti?

393. τῇ γὰρ ἔμελλε διεξίμεναι πεδίονδε. Cant. Vrat. A. τῇδ' ἄρ'. melius quam τῇ ἄρ' Barocc. Harl. Ven. Moſc. 1.

διεξίμεναι Barocc. Vrat. b. Ven. poeta dignius, quam vulgare διεξιέναι. Alludunt Moſc. 1. Vrat. A. Townl. διεξιέμεναι.

394. ἔνθ' ἄλοχος πολύδωρος. Mori πολύεδνος, quod alibi occurrit.

395. 6. 7. repetuntur, vt nunc ſunt, ap. Strabon. XIII, p. 876 A.

396. Ἠετίων ὃς ἔναιεν ὑπὸ Πλάκῳ ὑληέσσῃ. ξ πρὸς τὴν ἐπανάληψιν, quae aliquoties in Iliade occurrit, et propter caſus mutatos: Ἠετίωνος et Ἠετίων, ὅς, quod inter σολοικοφανῆ refertur. Simile eſt alterum illud: B, 353 Κρονίωνα — ἀστράπτων ἐπιδέξι'. et K, 436 τοῦ δὴ καλλίστους ἵππους — λευκότεροι χιόνος — Non minus tamen probabile videri poteſt, a ſeriore manu vſl. 396. 7. 8. eſſe inculcatos; etſi talia disputari poſſunt, non probari. Bentlei. emendabat: Ἠετίωνος, ὁ ναῖεν· vt aliis locis idem caſus repetitur, vt ſup. vſ. 153 ἐνθάδε Σίσυφος ἔσκεν — Σίσυφος Αἰολίδης. (diuerſa ſunt ſup. vſ. 147 φύλλων — φύλλα.) Od. A, 23. 24. Alii maluere accipere Ἠετίων ὃς dictum pro ὃς Ἠετίων, qui erat; et Clarke multus in hoc eſt. Verum vix poetica haec eſſet oratio: ὃς Ἠετίων ἔναιεν — τούτου ἡ θυγάτηρ εἴχετο. Si verſus ſunt retinendi, haud dubie caſus ſunt mutati, ſeu grata negligentia, quam ſaepe memorant viri docti, ſeu neglecta grammatica ſubtilitate. Loca huius generis occurrunt multa, congeſta a Valken. ad Eurip. Phoen. p. 176.

ὑπὸ Πλάκῳ. Poſt verboſam animaduerſionem Lennepii (Animaduerſſ. p. 142) et poſt alios recepta haec lectio a Wolfio, pro vulgari ſcriptura Ὑποπλάκῳ, quod de tractu accipiebatur, in quo Thebe erat ſita. Verum

iam veteres alterum probarant; ita hic et X, 479. Ven. Harl. Mosc. 1. 3. In Schol. apposita est fabula de Thebe nympha ab Hercule amata, *κτίσας πόλιν ὑπὸ τὸ Πλάκιον καλούμενον ὄρος τῆς Κιλικίας* (male Ven. *τῆς Λυκίας*). Ceterum in hac lectione est ponendum, *τὴν Πλάκιον* dictam esse, quae vulgari nomine *τὸ Πλάκιον* sc. *ὄρος* erat; ita *ἡ Πλάκος* sc. *χώρα* pro tractu montano dictum. Ita vero nec minus *Ὑπόπλακος χώρα* ferri poterat, eodem modo quo Il. B, 505 *Ὑποθῆβαι*, et sic *Ὑποχαλκὶς* apud Stephan. in *Χαλκίς*. Montem tamen Placum nullum in ea regione compererat Strabo p. 913 A. De situ vrbis Thebes cf. sup. ad A, 366. Fuere itaque qui *ὑποπλάκῳ* non a monte Placo, sed *ἀπὸ τῆς πλακὸς*, a planitie, ducere mallent. Quidni tamen seu collem seu tractum silvosum in iis locis esse potuisse statuas, qui antiquitus nomine *τῆς Πλάκου* designaretur! Porphyrii notam ad h. l. excerpsit Eustath. p. 649, 50.

397. *Κιλίκεσσ' ἄνδρεσσιν.* Mori ms. *ἄνδρασσιν.* In Schol. br. et Ven. cum Eustath. fabula domestica e Dicaearcho apponitur, e qua apparet, Theben ab Adramytio deductam fuisse et vrbis originem valde antiquam creditam esse, cum ea ad Herculis tempora referretur.

398. *τοῦ περ δὴ θυγάτηρ ἔχεθ' Ἕκτορι* ξ quod pro *εἶχετο ὑφ' Ἕκτορος.*

400. *παῖδ' ἐπὶ κόλπον ἔχουσ', ἀταλάφρονα, νήπιον αὖτως.* ξ quod *κόλπον* nunc dixit *τὰς ἀγκάλας.* alibi esse superiorem vestis partem: *κόλπον ἀνιεμένη* X, 80. " Atqui in hoc ipso sinu puerum portabat nutrix. *ἐπὶ κόλπον*, pro *ἐν, ἐπὶ κόλπῳ.* et est *ἐνὶ κόλπῳ* in Barocc. Vindob. *ἐπὶ κόλπῳ* Mosc. 1. Ven.

Ceterum superstructa his sunt pueri fata sub excidium Troiae, narrata, vt suspicari licet ex Pausan. X, 25. p. 861 extr. primum a Lescheo.

ἀταλάφρονα. „*ἀταλάφρων*· ὁ *ἁπαλὰ φρονῶν*, qui nec potest ferre aerumnam." A. B. Sch. br. Inanis subtilitas! Est ex eo genere epithetorum, cum composita pro simplicibus ponuntur: *ἀταλάφρων* est pro simplici

ἀταλὸς, h. e. ἁπαλὸς. vti *Φρονεῖν φίλα* pro *φίλον εἶναι*. Porro Barnes. edidit *ἀτάλόφρονα*, quod et Hesych. habet, tanquam analogiae conuenientius: Legitur tamen alterum vbique, etiam in Apollon. Lex. *ἀταλάφρονα, ἁπαλόφρονα* et Etymol. h. v. Binis vocibus dictum: *παρθενικαὶ δὲ καὶ ἠΐθεοι ἀταλὰ Φρονέοντες*, Il. Σ, 567. vnde facile potuit alterum, *ἀταλάφρων*, inferri. Verum antiquius est vitium, quam vt mutare nunc liceat; etsi cum Bentl. verius esse puto *ἀταλόφρονα*.

νήπιον αὖτως quod iterum legitur X, 484. Ω, 726. Reprehendit Eustath. exponentes *ματαίως*. ipse contendit esse *ὡςαύτως*. ita vero friget. Est cum gestu, *δεικτικῶς* dictum, quod nos *noch so ganz klein. prorsus adhuc infantem* cf. ad Γ, 220. *αὖτως* Townl. et alii et h. l.

401. *Ἑκτορίδην ἀγαπητὸν, μονογενῆ* Sch. br. Placent sibi in hoc significatu et h. l. Ernesti et viri docti aliis in locis. v. ad Hesych. in quo additur *κεχαρισμένον* quod et Etymol. adiicit: quodque h. l. non minus bene locum habet.

402. *Σκαμάνδριον*. *Καμάνδριον* Ald. 2. cum al. quod perpetuo variat.

403. ξ— sed Scholion excidit. Spectauit haud dubie ad nomen: *Ἀστυάνακτα*.

οἷος γὰρ ἐρύετο Ἴλιον Ἕκτωρ. *ἐρύετο* ducendum est a *ῥύω*, priore longa, tueor; non ab *ἐρύω*, quod *ϝερυω* fuit. Vide ad Δ, 138. *ἐρύατο* Vrat. c. Repetitur locus inf. X, 506. 7. Respicit haec Plato in Cratylo. *Ἴλιον ἱρήν*. Barocc.

406. *ἔν τ' ἄρα οἱ φῦ χειρὶ*, Lips. *ἄρ οἱ*.

407. *Δαιμόνιε, φθίσει σε τὸ σὸν μένος*. In *δαιμόνιε* argutantur: v. Eustath. Est vox compellantis: o bone, o praeclare!

Sunt in seqq. nonnulla, quae cum Tecmessae verbis in Sophocle comparari possint. Excitat quoque Sch. ad Aiac. 499 versus Z, 431. 432. et ad 501, versus Z, 460. porro ad 514. Z, 413. 429.

408. *παῖδά τε νηπίαχον καὶ ἔμ' ἄμμορον.* — quod nonnulli ſcripſerunt *καὶ ἐμὸν μόρον* (et meam mortem) non bene" Sch. Ven. A. Schol. interpretantur *ἄμμορον κακόμορον*, et Apollon. Lex. *ποτὲ μὲν πάμμορον· πάμμορος ἢ τάχα λήρη.* perperam pro *ἄμμορος ἢ τ.* Heſych. in *ἄμμορον*, vbi iſta exſcripſit, *κατάμορον* pronuntiat. *πάμμορος* aliquoties in Odyſſ. occurrit, cf. Slothow p. 74.

411. *σεῦ ἀφαμαρτούσῃ* mihi te priuatae. vt iterum X, 505 Aſtyanax *ἀπὸ πατρὸς ἀμαρτών.* priuatus patre.

412. *σὺ γὰρ ἔτ' ἔσται ἄλλη θαλπωρή.* Apollon. *θαλπωρή, χαρά. ὁ δὲ Ἀπίων· ἡδονή. ἐπὶ δὲ τῆς χαρᾶς ὑγιῶς.* et mox comparat *τὸ ἰαίνεσθαι, θάλπεσθαι, χαίρειν.* Addunt alia Etymol. Heſych. Apud Bentl. erat Schol. *θαλπωρή, ἐλπίς.* vbique ſubeſt notio *τοῦ* recreare. *θάλπειν, ἰαίνειν*, a ſenſu caloris qui recreat.

ἐπεὶ ἦν σύγε πότμον ἐπίσπῃς. de hoc vſu *τοῦ ἐπισπεῖν* v. ad B, 359.

413. *οὐδέ μοι ἐστὶ πατὴρ* — eſt verſus laudatus etiam Schol. Sophocl. Ai. 514. vbi eſt *οὐδ' ἐμοί.*

414. *ἤτοι γὰρ πατέρ' ἀμὸν ἀπέκτανε.* „Demetrius, non conſtat quis ex pluribus, fuit tamen aliquis, qui de dialectis ſcripſerat, dictum eſſe voluit *ἀμὸν* pro *ἐμὸν*, adeoque nec aſperum appoſuit. At Apollonius doricum eſſe docuit pro *ἡμέτερον, ἀμόν.*" Sch. A. (debuerat dicere, eſſe formam antiquam, qua Homerus vſus eſt: ſeruatam ſerius a Doribus; quae vi et ſignificatu pro *ἐμὸν* adhibita eſt, vt *noſter* pro *meus.*) Hoc idem ſtatuerat Herodianus *ἐν προσῳδίᾳ*, docente Sch. B. Leid. et Lipſ. etſi idem in alio libro, *ἐν Ἐπιμερισμῷ*, ex *ἐμὸν* id factum eſſe cenſuerat." Verum alter hic liber ei fuit ſuppoſitus: cf. Schol. ad Δ, 66. Videtur alius Apollonii liber *περὶ προσῳδιῶν* fuiſſe; ad hunc Herodianus ſaepe *ἐν προσῳδίᾳ* reſpexerat. Ceterum res ipſa per ſe eſt nota: cf. inf. K, 448 et variat ſpiritus in libris et edd. vt inf. N, 96. II, 830. Dores aſperum reſpuunt: cf. ad Θ, 178 et inf. K, 448. vbique lenis conſpicitur. Vitioſe *πατέρ' ἐμὸν* legitur non modo in edd. ante Turnebum, ſed et in codd.

Lipſ. Cant. *πατέρα μὸν* Vrat. A. *πατέρ' ἔκταν' ἐμεῖό γε* interpolate vn. Vindob.

ἀπέκτονε Etymologus notauit; vt ſit praeteriti perfecti. Alienum tamen ab h. l. qui aoriſtum deſiderat.

Recitantur vſſ. 414. 5. 6. a Strabone XIII p. 920 B.

415. *πόλιν — εὖ ναιετάωσαν.* ξ— Ariſtarchus *ναιετόωσαν.* recte quidem, et hoc verum arbitror. *ναιετασυσαν, — ῶσαν — όωσαν.* Eſt tamen altera lectio codicum, etiam Veneti. In Etymologo p. 598, l. 54 dicitur eſſe Dorica, quia Dores *οὐ* in *ω* mutant; ſaltim erit antiqua aliqua ratio. Supra Γ, 387 *Λακεδαίμονι ναιεταώσῃ* ſtatuebam eſſe ex *ναιεταάω*, vti etiam eſt *ναιεταάσκω*, ita ſcribi deberet h. l. *ναιεταῶσαν.* In codd. Barocc. Mori. Vrat. c. eſt *ναιετάουσαν.* idque edd. habent Flor. et Ald. 1. ſucceſſit *ναιετάωσα* in Ald. 2. nec quicquam ab aliquo notatum vidi.

417. *οὐδέ μιν ἐξενάριξε.* ξ— quod vſ. ſequ. poeta ipſe interpretatur, quid ſit *ἐξενάριξε.* Scilicet eſt idem quod *ἐσκύλευσε.* Mireris hanc vocem (leciam iam A, 191. E, 155. 844) notari tanquam explicatu indigentem a grammaticis. Apollon. in *ἐναρίζει.* Heſych. Euſtath. Schol. Videntur fuiſſe, qui dubitarent, an pro *Φονεύειν* poneretur, alii, an pro *σκυλεύειν.* cf. inf. ad H, 147.

418. *ἀλλ' ἤρα μιν κατέκηε. κατέκαιε.* Cant. Verſu allato illuſtrat verba Aiacis Schol. Sophocl. Ai. 578 *τὰ δ' ἄλλα τεύχη κοῖν' ἐμοὶ τεθάψεται.*

420. Nymphas in montibus et in fontibus agentes nouiſſe Homerum, *notatu dignum* putauit Sch. B. Apud Strabon. XIII, p. 920 B. laudantur vſſ. 421. 2. 3.

422. *οἱ μὲν πάντες ἰῷ νίον ἤματι Ἄϊδος εἴσω.* Ἰῷ Ariſtarchea lectio eſt, eaque vſu obtinuit; ſic et *ἰῇ* et *ἰῆς*; etſi repugnat vſus in primo caſu *ἴη*, idem quod *μία*, ſecundum quam vocem eſſe deberet *ἴῳ*. Longum de hoc eſt Scholion Sch. A. forte ex Herodiano *ἐν προσῳδίᾳ* petitum. cf. Schol. Ven. p. 78. ad Cat. Nau. 99. tranſcriptum ab Euſtathio p. 652, 48. Attingit rem quoque Etymol. Et *ἰῷ, ἑνί*, hoc verſu laudato, apponit Apollon.

Lex. et inde Hesych. in ἰῷ, ἑνὶ, et in ἤματι. Hiare metrum: κίον ἤματι Ἄϊδος εἴσω, viderat Bentleius, qui, propter hoc ipsum forte, lectionem ἰῷ suspectam habebat, quia nusquam alibi ἰὸς, εἷς, ἰῷ, ἑνὶ, occurrit, sed tantum ἰῇ (immo ἰῇ) μίᾳ. Emendabat itaque πάντες ἰῇ κίον ἡμέρῃ Ἄϊδος εἴσω. Possis comminisci alia πάντες ἰῷ δῦνον δόμον Ἄϊδος εἴσω. vt Γ, 322 δῦναι δόμον Ἄϊδος εἴσω. In Apoll. Lex. ἰῷ, ἑνὶ, versus sic subiicitur: πάντες ἰῷ κίον ἤματι κείνῳ. Suspicabimurne fuisse οἱ μὲν πάντες ἰῷ Ἄϊδος κίον ἤματι κείνῳ. Prior in Ἄϊς modo corripitur, vt statim Il. A, 3 ψυχὰς Ἄϊδι προΐαψε. modo producitur, inserto scilicet olim ϝ, αϝιδος. Verum dici potest, versum referendum esse inter eos, in quibus hiatus ferri potest propter pedem exeuntem in ea voce. In capite versus τοὶ μὲν nouauerat Barnes sine caussa idonea.

424. βουσὶν ἐπ' εἰλιπόδεσσι. Primo nunc occurrunt εἰλίποδες βοῦς· quos ἀπὸ τοῦ εἰλεῖν, h. e. ἑλίσσειν τοὺς πόδας κατὰ τὴν πορείαν dictos esse haud dubitare licet cum Koeppenio, v. Sch. br. Etymol. Hesych. et librum Hippocraticum de Articulis, vbi caussa quoque affertur, cur boues sint εἰλίποδες, quoniam coxendicem habent boues non firmiter haerentem acetabulo: ὁ βοῦς χαλαρὸν φύσει τὸ ἄρθρον τοῦτο (τὴν κοτύλην) ἔχει μᾶλλον τῶν ἄλλων *acetabulum* (cauitatem coxendicis os femoris excipientem) *habet laxius bos.* ed. Foes. p. 784. 5. Illustrauit locum nuper Schneider. ad Varron. in Corrigendis ad p. 445. Ceterum desideres forte digamma, hic et alibi, vt I, 462. quia fuit ϝελω, ϝειλω, ϝειλεω. debebat itaque esse ϝειλιποδεσσι. At probabile sit tres fuisse formas ἕλω, ἑλω, et ϝελω. Scribunt quoque seriores εἰλέω et εἰλέω. ἑλίσσω et ἐλίσσω. cf. ad A, 409 et ad I, 462. v. Exc. de Digammo.

425. μητέρα δ', ἣ βασίλευεν ὑπὸ Πλάκῳ ὑληέσσῃ. De vsu τοῦ βασιλεύειν nihil monitum video; Non tamen exemplum memini, dici reginam βασιλεύειν, et quidem adiuncta notione imperandi; alioqui esse possit regio esse

loco, vel regia esse stirpe. Verum hoc cum adiuncto tractus, in quo βασιλεύει, est ἄρχειν, κρατεῖν, v. c. Od. Λ, 401 ὅστις ἐν ἀμφιάλῳ Ἰθάκῃ βασιλεύσει Ἀχαιῶν. At haesit in altero, ὑπὸ Πλάκῳ, cum hoc paullo insolentius dictum videatur, quandoquidem apponi debebat nomen Vrbis sub Placo monte sitae, Lennep. l. l. ad v. 396. (Animaduerss. p. 142) et suspicatus est excidisse nomen *Thebes*, et emendauit μητέρα δ', ἣ βασίλευεν ὑπὸ Πλάκῳ ὑληέσσῃ, Θήβῃ, ἐπεὶ δεῦρ' ἦγ. vt X, 479 αὐτὰρ ἐγὼ Θήβῃσιν ὑπὸ Πλάκῳ ὑληέσσῃ. Fatendum tamen, vocem Θήβῃ sic loco non satis commodo subiici. Ceterum et hic erat vulgatum Ὑποπλάκῳ. v. ad 396.

426. τὴν ἄρ' ἐπεὶ — Mosc. 1. oscitantia, puto. τὴν — τὴν repetitum offendebat Lennepium; verum priore loco est pro ἣν. Licet de toto loco suspiciones movere.

429. 430. Versibus his, ad naturalem sensum factis et affectu plenis, plurimi vsi sunt; vt de Porcia ap. Plutarch. in Bruto p. 994 E, vbi rem in tabula expressam illa intuens in lacrimas eruperat, suam ipsius fortunam praesagiens. Subiicit Brutus: at se non Hectoris monitu in eam vsurum esse, inf. 490 Ἰστόν τ' ἠ. — Dulcissimos versus hinc petiit Propert. I, 11, 23. et Val. Fl. III, 323 sq. Sunt quoque vss. ap. Schol. Sophocl. Ai. 514.

430. σὺ δέ μοι θαλερὸς παρακοίτης. θαλερὸς π. haud dubie, *aetate florens* in aetatis flore constitutus. At Sch. B. ἀγαπητός. τοῦον δὲ θάλος, οἷον ἀγάπημα. quae non opportune satis monita esse videntur.

431—439. Locus ad topographiam Ilii notabilis. Fuit pars murorum ab occidente vel ab occasu solstitiali humilior. Non longe aberat caprificus, ἐρινεός, aut collis caprificis consitus: Strabo XIII, p. 893 B. τραχὺς τόπος ἐρινεώδης. seu, vt ap. Eustath. ad X, 145 ῥάχις τις ἐρινεοὺς ἔχουσα ὑψηλὴ πρὸ τῆς Τροίας. Sic ἀσφοδελὸς pro agro asphodelis consito Od. Λ, 538. et alia. Erat porro σκοπιά, collis Il. X, 145. 6. Eo perueniebatur inde a tumulo Ili. Λ, 166.

Porro ad antegesta spectat, quod ab hac parte expugnare vrbem tentauerant Achiui, ducentibus eos viris principibus, Aiace vtroque, Idomeneo, Atridis et Diomede. Fuere haec in Carmine Cyprio expositā; quantum quidem ex Procli argumento τῶν Κυπρίων assequi licet; nam facta legatione ad Troianos ab Achiuis ad res repetendas, ὡς δὲ οὐχ ὑπήκουσαν ἐκεῖνοι, ἐνταῦθα δὴ τειχομαχοῦσι. Re infecta discedunt mox ad vrbes diripiendas.

Fuit de hac murorum parte fabula alia, cuius recordatio haberi potest e Pindaro Ol. VIII, 41 sq. 53 sq. partem hanc murorum, qua aliquando Troia esset capienda, fuisse exstructam a Telamone; cum reliquae partes, vtpote validiores, manibus Neptuni et Apollinis essent eductae.

An autem Ilium aliquando ab hac parte captum fuerit dubites, si quidem Equo durateo inducto illa capta est. Potuit tamen fama esse diuersa, aut, cum Equus muris dirutis inductus fuerit, potuere illi ab hac ipsa parte deiecti esse. Certe Schol. B. notat, ad vs. 438. dixisse poetam haec, προοικονομοῦντα, quod fatale erat, ab hac parte capi Troiam.

432. μὴ παῖδ' ὀρφανικὸν θείης. θήῃς Aristarchea scriptura, quae et expressa est e cod. Ven. testatur quoque de ea Eustath. p. 653, 41. Et Schol. Lips. ap. Bentl. θείης. πολλὰ τῶν ἀντιγράφων θήῃς διὰ τοῦ η. Et sic quoque Vrat. b. Townl. Sane et hoc bene: nam θῶ, θῇς, θήῃς, et hoc ipsum alibi occurrit: inf. Π, 94. 96. cf. ad E, 598. Verum θείης aliis locis pluribus frequentatum est; itaque scriptum constare sibi malui. μὴ autem vtroque modo iungitur.

433 ad 439 — ἀθετοῦνται versus septem: „quoniam Andromachae non conuenit oratio: (tanquam feminae, puta) et quod falsa narrat; nam nec alibi poeta murum ab hac parte captu facilem dixit; nec pugna tam prope apud muros adhuc facta; tum Hector nihil ad haec respondet, 441. vbi cf. id. Schol. verum tantum

ad ſuperiora.“ Haec in Ven. A. At B. concedit non conuenire haec mulieri cuique, conuenire tamen Andromachae virilis animi feminae, quae etiam equos curat. (Il. Θ, 186 ſq.) — et τάδε πάντα ad plura illa ſpectare. — Aegre ferendum eſt, tam parum explicite hoc ἀθετεῖται poni; primo loco erat monendum: abfuerintne hi vſſ. ab antiquioribus codicibus, an iudicio tantum grammaticorum haec damnentur? hoc quidem probabilius; vnde et Sch. A. ad 441. eum qui carmina Homerica diſpoſuerat, male hic ſuam rem egiſſe ait. ὁ δὲ διασκευαστὴς ἐπλανήθη h. e. (ſi recte intelligo verba) is retinuit verſus qui deleti eſſe debebant. Omne tamen iudicium, ſi ſincerum ac tutum erat, hunc habere debebat fundum, vt conſtaret, qualis fuerit lectio aut lectionis diuerſitas tum, cum ex rhapſodorum recitatione litteris excepti fuerunt verſus. Hoc cum ignoretur: omnis critica vacillat et errat, aut ad meram ſuſpicionem et iudicationem redit, quam pro ſe quisque facit varie.

λαὸν δὲ στῆσον παρ' ἐρινεόν. Super ἐρινεὸς vid. Euſt. p. 653, 52. 1263, 13. Etymol. Heſych. et Intp. Verſus 433. 434. leguntur ap. Strab. XIII, p. 893 B.

434. ἄμβατός ἐστι πόλις. Ariſtarchea haec eſt lectio. ἀμβάτη Calliſtratus legerat. Scripſerat ſcilicet ille plures libros πρὸς τὰς ἀθετήσεις in quibus hic locus fuit. Similis libellus fuit Ixionis: vide ad 437. ἄμβατος, εὐεπίβατος, laudato hoc verſu Apollon. Lex. h. v. add. Schol. br. Etymol. Heſych. ἐπίδρομον. ἐπιδρομὴν παρέχον, εὐάλωτον, Suidas.

435. τρὶς γὰρ τῆγ' ἐλθόντες. ſcribitur quoque τῇδ'. Ven. A. Sicque Townl.

Ineptierunt veteres ſuper h. l. multa ap. Euſtath. p. 653, 13.

437. ἠδ' ἀμφ' Ἀτρείδας. ἀμφ' Ἀτρείδα (Demetrius) Ixion ἐν τῷ πρὸς τοὺς ἠθετημένους (στίχους). quo de libro vide modo ad 434. Ceterum hoc iterum exemplum vſus οἱ ἄριστοι ἀμφὶ Αἴαντε δύω pro ipſis Aiacibus. Notatum ad Γ, 146. Valde tamen ſuſpectos habeo verſus

436. 7. a rhapſodis adiectos. *οἱ ἄριστοι ἀμφ' Αἴαντε* iungenda ſunt, alias articulus *οἱ* repugnaret Homerico mori; ſunt optimates *illi*, Aiax vterque, etc. Eſt in Moſc. 1. *ἐπειρήσαντό θ' ἄριστοι*. nec male.

438. *ἤπου τίς σφιν*. In Ven *τι σφιν* quod et in Flor. Ald. 1. Vrat. c. legitur. *θεοπροπίας* Barocc. Mori.

439. *ἦ νυ καὶ αὐτῶν θυμὸς ἐποτρύνει καὶ ἀνώγει. αὐτοὺς* in nonnullis fuit ap. Schol. Ven. A. haud dubie melius, quam *αὐτῶν*. Monet Erneſti temporum ordinem poſtulaſſe *ἐπώτρυνε καὶ ἄνωγε*. Recte, ſi grammaticum ordinem exegeris; ſed ſententia admittit praeſens, quandoquidem continuata eſt actio.

441. *ἦ καὶ ἐμοὶ τάδε πάντα μέλει*. Sch. A. notat, reſpicere haec vſſ. 431. 2. inſertos ſcilicet dixerat vſſ. ſeqq. 433—9. Eo ſpectant verba adiecta: *ὁ δὲ διασκευαστὴς ἐπλανήθη*. eum, qui lectionem concinnauit induci ſe paſſum ait, vt hos vſſ. apponeret tanquam genuinos. cf. dicta ad vſ. 433.

442. *Τρωάδας ἑλκεσιπέπλους*. Epitheton occurrit iterum H, 297. X, 105. vbique de mulieribus Troianis. Senſus eſt apertus, veſtibus indutas longo ſyrmate conſpicuis: *τὰς ἑλκούσας τοὺς πέπλους*· Sch. A. *αἱ ἐν τῷ βαδίζειν ἐπισύρουσαι τοὺς πέπλους*. Similiter Sch. br. Etymol. Heſych. Formatio vocis mirationem facit, cum ſit alterum *ἑλκεχίτωνες* N, 685. Verum ſimile eſt *ἀλφεσίβοιαι*. cf. Euſtath.

Verſu hoc vſus eſſe fertur Iulianus Imp. erga dehortantes, ne bellum cum Perſis faceret, ap. Io. Lydum p. 119 et vtitur eo aliquoties Cicero ad Attic. vt lib. II, 5.

443. *αἴ κε κακὸς ὣς, νόσφιν* — Euſtath. „*σημειῶσαι ὅτι τὸ, κακὸς ὣς, γράφεται καὶ κακὸς ᾗ* (in Schol. Lipſ. eſt *ᾗ*) *ἦγουν, καθὰ κακός*. neſcio e quibus argutiis nata ſit lectio. De *ἀλυσκάζω* cf. Euſtath. p. 654, 49.

443. *οὐδ' ἐμὲ θυμὸς ἄνωγεν*. Priores duae voces codd. offerunt Ven. Townl. Moſc. 2. pro vulgato *οὐδέ με*. parum intereſt.

ἄνωγεν vbique legitur; non ἀνώγει. quia ad praeterita tempora retrahi poteſt ſententia.

Verſus propter ſententiam nobilis; commendatus a Plutarcho de aud. poet. p. 31 F. etſi in ſenſu argutatur.

445. ἐπεὶ μάθον ἔμμεναι ἐσθλὸς αἰεὶ, καὶ πρώτοισι μετὰ Τρώεσσι μάχεσθαι. Alii interpunxere, — ἔμμεναι ἐσθλὸς, αἰεὶ καὶ πρ. Cum ita καὶ durius ſit interpoſitum, iuſſere veteres poſt καὶ interpungere: monente Sch. A. Nicanorem (περὶ στιγμῆς) hoc praecepiſſe, notant Sch. B. et Lipſ.

446. ἀρνύμενος πατρός τε μέγα κλέος — recte Sch. B. σῶσαι σπουδάζων. At Apollon. h. l. et Od. A, 5 accipit ἀντικαταλλασσόμενος, quod alienum ab h. l. v. de hoc voc. ad A, 159.

447. 8. 9. iam ſup. Δ, 163. 4. 5. fuere lecti: vbi vide. Omnino locus, qui ſequitur, merito eſt omni admiratione digniſſimus; anxietate animi agitatus Hector modo Ilii excidium ominatur, et Andromaches ſeruitutem et pueri captiuitatem; modo filii virtutem et laudes animo praecipit. Ad ſenſum tamen meum locus eſt elaboratior, γλαφυρώτερος et τραγικώτερος, quam a poeta epico antiquiore expectes. Priores verſus, lecti iam ſupra, poſſunt ſcrupulum iniicere, an appicti illi dederint alii poetae opportunitatem affingendi reliqua. Sed, vt dixi, ad ſenſus moroſitatem aliquam haec ſpectant; quam repudiet, qui volet.

εὖ μὲν γὰρ τόδε οἶδα. Cant. Harl. Townl. Euſtath. ad h. l. et ad Od. Γ, legunt εὖ γὰρ ἐγὼ τόδε οἶδα. quod praeferam cum Bentleio. εὖ μὲν ἐγὼ Vrat. b. Moſc. 2. τόγε Moſc. 1.

448. 9. ἔσσεται ἦμαρ, ὅτ' ἄν — duo hos verſus pronuntiauit Scipio in Carthaginis excidio ap. Polybium teſte Appiano Pun. ſ. 132 vnde translata res in Fragm. Polyb. To. IV p. 703. Recitantur quoque a Strabon. XIII, p. 897 A. Feliciter eos reddidit Virgil. Aen. II, 424 *Venit ſumma dies* — quibus vſſ. vſus eſt Magdeburgenſis ille Backius Praeſul ad Tillium 1631. in exci-

dio Magdeb. Notum quoque eſt Lotichii vaticinium de eadem vrbe iisdem fere verbis expreſſum, in eius Elegiis. Comparari poſſunt vſſ. Eurip. Troad. 582 ſq.

ὅταν et ὅτ' ἄν etiam h. l. ſcribitur. Et appicta ad vſ. 448 ſtigme ⊱ quod etiam hic eſt ἡ Ἴλιος.

Eſt quoque hic locus inter eos, quibus manifeſtum faciunt, Homerum nouiſſe Troiam aliquando exciſam cum internecione ciuium: v. Strab. XIII, p. 897 A. Sunt tamen tot alii loci, vt res hoc loco teſte haud egeat: v. c. N, 316. M, 15. vbi v. Od. Γ, 130. Λ, 532.

449. ἐϋμελίῳ Πριάμοιο. pars codd. etiam Townl. vna littera ἐϋμελίῳ ſcribunt; cumque iis edd. Flor. Ald. 1. corruptius Ald. 2. ἐϋμελίῳ. Rom. ἐϋμμελίου, vnde Steph. corrupte ἐϋμελίου. Repoſuit Barnes ἐϋμμελίῳ conſenſu nmſ. quod iam Δ, 47 legebatur. Epitheton eſt viri fortis, haſta praeclare vtentis.

453. πέσοιεν ὑπ' ἀνδράσι, Moſc. 1. ἐπ' cum gl. παρὰ ἀνδρῶν ἐχθρῶν.

454. ὅσσον σεῖ', ὅτε κέν τις — ita vbique editum; praeterquam a Clarkio; ὅσσον σεῦ· neſcio vnde; niſi quod apud Barnes video: „γρ. σεῦ."

455. ἐλεύθερον ἦμαρ ἀπούρας, de hac voce v. ad A, 356.

456. καί κεν ἐν Ἄργει ἐοῦσα, πρὸς ἄλλης ἴστὸν ὑφαίνοις. Ven. B. Townl. Vrat. A. Moſc. 1. 2. ἐν Ἄργεϊ οὖσα, cum hiatu. Quale Argos hoc ſit, videbimus ad v. ſequ.

ὑφαίνῃς Lipſ. a pr. m. Moſc. 3. vn. Vindob. quod bene ſe haberet vſu Homerico; et praeceſſerat ὅτε κέν τις ἄγηται. Sequitur tamen vſ. ſequ. Φορέοις ſine variatione, niſi quod in vno Vindob. Φορέῃς eſt. πρὸς ἄλλης duo Vindob.

457. καί κεν ὕδωρ Φορέοις Μεσσηΐδος ἢ Ὑπερείης, ⊱ quod ex h. l. οἱ νεώτεροι (certe Tragici) Andromachen vere ὑδροφοροῦσαν exhibent. In Meſſeide et Hypereia non ſibi conſtant Schol. A. et Sch. br. dum Meſſe-

niae, Argolidi, Theſſaliae, eos aſſignant. In Argolide vtrumque fontem memorat Valer. Fl. IV, 374. 5. vbi v. Burmann. Conueniret hoc cum vſ. 456 ἐν Ἄργει ἐοῦσα. Memoratur quoque Meſſeis ad Therapnas Laconicae ap. Pauſan. III, 20. Audiamus tamen Strabon. IX, p. 660 A. „Pharſalii LX ſtadiis ab vrbe veſtigia vrbis Helladis monſtrabant, καὶ δύο κρήνας πλησίον, Μεσσηΐδα καὶ Ὑπέρειαν." Ita Ἄργος vſ. antec. de Theſſalia erit dictum: cf. Excurſ. ad B, 108. Hyperea in Pheraeorum agro memoratur ap. eund. Strabon. p. 671 A. nobilis fons vel ex Pindari loco de Iaſone P. IV, 222. Hunc fontem in numo Pheraeorum agnouit Eckhel in Numis anecd. P. I, p. 86 ſq. idem acute vidit *Argos* h. l. vſ. antec. *Pelasgicum* Theſſaliae eſſe. (de quo ſup. B, 681 vidimus) Cumque Lariſſae numus alius Andromachen cum hydria exhibere videatur, non longe ab hac vrbe, quae olim Argos Pelasgicum fuiſſe creditur, Meſſeidem fuiſſe ſuſpicatur. Saltem recte factum cenſeo, in Theſſalia fontes hos quaeſitos eſſe ab Intpp.

458. κρατερὴ δ' ἐπικείσετ' ἀνάγκη. Poſita haec ſunt in medio; eoque mutaui interpunctionem. Minus bene iunguntur cum ὅτε κέν τις ἄγηται — ὑφαίνοις — φορέοις — ἐπικείσεται. ἀνάγκη de herili imperio cf. ad Π, 836 ἦμαρ ἀναγκαῖον. Locum ante oculos habuiſſe videtur Eurip. Phoen. 193 ſq.

459. καί ποτέ τις εἴπῃσιν — ξ „quod εἴπῃσιν pro εἴποι ἄν" recte ad vulgarem vſum. Ita quoque Sch. br. vid. ad 479. Quae porro in hoc Scholio ſubiiciuntur, ſpectant ad locum Φ, 126. 127 ὅς κε φάγῃσι. vbi v. Obſſ. Ceterum vſ. 459 iunctura continuatur cum ſup. ὅτε κέν τις ἄγηται — ὑφαίνοι — φορέοις — καί ποτέ τις εἴπῃ. Niſi poſt ἀνάγκη interpungas plene.

460. Ἕκτορος ἥδε γυνὴ — Non inepta eſt obſeruatio Schol. B. ἐπιγραμματικὸν τύπον ἔχει ὁ στίχος.

461. ὅτε Ἴλιον ἀμφεμάχοντο Flor. Ald. 1. Vrat. c. Moſc. 3. ἀμφὶ μάχοντο.

462. *ὥς ποτέ τις ἐρέει.* Bentl. corrigebat: *τις ϝειπῃ*, vt 459. Verum fuit *ϝερεει.* v. de Digammo.

463. *χήτεϊ τοιοῦδ' ἀνδρὸς* — occurrit iterum *χητει* Od. Π, 35 verbum antiquatum grammaticorum aetate. Apollon. enim Lex. *χήτει, ἐνδείᾳ* laudato hoc verſu: vbi cf. Villoiſon. Repetunt eadem et addunt alia Heſych. (in quo etiam alio loco *κήτει* occurrit quod vidit Bentl. et ibid. *ναίει* em. *σπάνει*) Etymol. Laudant quoque duplicem formam *τὸ χῆτος* et *ἡ χῆτις*; hanc ex Platone habet Timaeus Lex. vbi v. Ruhnken. Vbique tertium tantum caſum frequentatum vidi.

464. *ἀλλά με τεθνειῶτα χυτὴ κατὰ γαῖα καλύπτοι.* ξ- ad *χυτὴ*, quod non omnis terra eſt, ſed *aggeſta, tumulus, ἡ τοῖς νεκροῖς ἐπιχεομένη.* Similia ad Ψ, 256, *καλύψαι* Cant. At Bentl. laudat *καλύψοι. τεθνηῶτα* Vrat. b. vn. Vindob. varietas alibi obuia.

465. *πρίν γ' ἔτι.* ita vulgo legitur; notione *τοῦ ἔτι* parum explorata. Lectionem hanc defenderat Ptolemaeus Aſcalonita. At Dionyſius Sidonius, Alexion et Heracleon, melius: *πρίν γε τι*, hoc itaque recepi. Norat quoque id Euſtath. Sicque Ven. Moſc. 2. *γέ τοι* Moſc. 1, *πρὶν δ' ἔτι* vitioſe Ald. 2. et ſequaces; em. Turnebus.

ἑλκηθμὸς h. l. videtur ſimpliciter pro violenta abductione dictum. cf. Euſtath. p. 655, 41. bene Sch. br. *αἰχμαλωσίας.* At alibi cum ſignificatu ſtupri inferendi adhibitum: vt *Λητὼ δ' ἥλκησε* Od. Λ, 579 quod illuſtrauit Valken. ad Schol. Il. XXII, p. 51, cf. ad Apollod. Not. p. 45. 46. Eadem vis eſt in *ῥυστάζειν* Od. Π, 109 et al. add. Sch. A. ad Il. Ω, 22 Male mſ. Mori, Barocc. Moſc. 1, 3, et al. *ἑλκυθμοῖο* ſollenni aberratione: cf. Valk. l. c. Fuit *ἕλκω, ἑλκύω* et *ἑλκέω*, hoc inf. X, 336 *ἑλκήσουσι* vnde *ἑλκηδὼν* in Sc. Herc. 302. de luctantibus.

466. *ὣς εἰπὼν, οὔ παιδὸς ὀρέξατο.* — Auctor libelli de Homerica poeſi locum hunc ait eſſe exemplum *τοῦ ἰσχνοῦ*, rei tenuis tenuiter quoque enuntiatae. Atqui non tenuiter, ſed ornate rem tenuem extulit: *Φαίδιμος*

Ἕκτωρ — εὐζώνοιο τιθήνης. et alia. Etsi nec recte res tenuis dici potest, in qua affectus regnat.

467. ἂψ δ' ὁ πάϊς πρὸς κόλπον. versum a Callimacho expressum notarunt viri docti in Dian. 70. de Diana, sed puerili more id factum sentiens.

468. πατρὸς φίλου ὄψιν ἀτυχθείς, ἐκπλαγείς. ἀτύξαι, ἐκπλῆξαι. sic Sch. Theocr. I, 56. At Schol. Nicandri ad Alex. 193 ἀτιχθεὶς scribit, vt illustret ὁ δ' ἠέρα πᾶσαν ἀτίζει, ἀντὶ τοῦ ἀτενίζει, in suo poeta: voluit, puto, ἀτμίζει, spirat.

469. primo reposui χαλκόν τ' ἠδὲ pro vulgari χαλκόν τε ἰδὲ, quod hiatum faciebat; feci tamen adstipulante cod. Townl. vno Vindob. et Bentleio qui et alleuerat huic loco Hesych. ἱππόλοφον. vbi vide. Auctor autem de Hom. poesi §. 9 χαλκόν τ' ἠδ' αὖ recitat. In Mori ms. τε ἠδέ. Porro interpungo post χαλκόν τ', vt cum sqq. iungantur reliqua versus; iubent Schol. A. et B. idem, sed deleta interpunctione post ἱππιοχαίτην, quod minus commode fieri videtur, quam alterum: Nam „puer reclinat se et os auertit, expauescens aes (h. galeam) et cristam; videns *eam* a summo vertice galeae nutantem." Nihil in his video, quod non probandum sit. Alter versus 470 tanquam ad illustrationem prioris subiicitur.

470. ἐπ' ἀκροτάτης κόρυθος· ἐπ' ἀ. κορυφῆς vn. Vindob. Mosc. 2. idem mox ἐκ δὲ γέλασσε. Corrupte ap. Themist. Or. IX, p. 121 Δεινὸν ἀπ' ἄκρας κορυφῆς νεύοντα νοήσας.

472. αὐτίκ' ἀπὸ κρατὸς κάρυθ' εἵλετο Φαίδιμος Ἕκτωρ. ξ signum huic versui apponere nonnullos narrat Ven. A. propterea quod Asiydamas Hectorem induxerat dicentem: δέξαι κοινήν μοι, πρὸς πόλεμον δὲ καὶ Φοβηθῇ παῖς. Nomen tragici est satis notum. Versus sunt corrupti. In κοινὴν latet κυνέην. in πρὸς forte πατρός.

474. Αὐτὰρ ὅγ' ὃν laudat quoque Hesych. in ὅγ'. Recte tamen Bentl. monet fuisse αὐτὰρ ὁ γον Φ.

475. *εἶπεν ἐπευξάμενος — εἶπε δ' ἐπευξ.* Aristarchus Ven. A. Interponit sane et alibi poeta in apodosi *δέ*. cf. ad A, 58.

476. Praeclarum h. l. expressit Sophocles in Ai. 550. *ὦ παῖ, γένοιο πατρὸς εὐτυχέστερος, τὰ δ' ἄλλ' ὅμοιος, καὶ γένοι' ἂν οὐ κακός.* vbi et Schol. versus Homericos laudant. Praeclare Maro: *Disce puer virtutem ex me verumque laborem, Fortunam ex aliis* Aen. XII, 435. Non autem nunc ominatur, sed precatur Hector et vota pro puero facit.

478. *ὧδε βίην τ' ἀγαθὸν καὶ Ἰλίου ἶφι ἀνάσσειν.* Versus haud vno vitio laborans. vt appositi, legebatur ille in edd. etiam Clarke Ern. Sicque Eustath. legerat, cum codd. Mori. Harl. Vrat. a. c. et Ven. In aliis codd. Lipsi. (e quo expressum dederat Wolf. in ed. pr. nam in altera Codex Venetus expressus est) Barocc. Vrat. b. Mosc. 1. 2. legitur: *ὧδε βίην ἀγαθόν τε καὶ Ἰλίου* — vitiosius etiam, quam ante: Nam languet copula remotiore loco collocata; infertur peccatum nouum in digamma, — *θόν τε καὶ ϝιλιου.* reuocanda igitur erat lectio prior. Restat tamen vel sic aliud vitium, quod haud latuit Bentleium. Nam scriptus esse versus debuit: *καὶ ϝιλιου ϝιφι ϝανασσειν*, quod iterum in metrum peccat in *ϝιλιου* ante *ϝιφι*. Emendat itaque: *καὶ λαοῦ* vel *λαῶν ϝιφι*. Mihi satis liquet, versum expletiuum a rhapsodis esse confictum interpretamenti loco, quo tempore vsus τοῦ Digamma iam exoleuerat. Absolutus est sensus versu omisso; turbatur eo admisso; nec bene cohaeret *καὶ ἀνάσσειν* quo ad nomen Ἀστυάνακτος alludi debuit.

479. *καί ποτέ τις εἴπῃσι· πατρὸς δ' ὅγε πολλὸν ἀμείνων· ἐκ πολέμου ἀνιόντα.* praeclare Schol. A. monet, *τὸ ἑξῆς* esse, *καί ποτέ τις εἴποι ἐκ πολέμου ἀνιόντα·* nec deesse *ἰδὼν*, (quod substituerunt alii et Eust.) sed esse vsitatam Atticis dictionem, vt ap. Eurip. in Rhes. 390 *χαίρω δέ σ' εὐτυχοῦντα καὶ προσήμενον πύργοισιν ἐχθρόν.* et apud Homerum alibi (N, 352) *ἦχθετο γάρ ῥα Τρωσὶν δαμναμένους.*" Poterant exempla vsus *τοῦ εἰπεῖν* me-

morari accommodatiora v. c. Euripidis Androm. 646 *τί δῆτ' ἂν εἴποις τοὺς γέροντας ὡς σοφοί*; et Pindaricum Ol. 14, 32 Κλεόδαμον ὀΦρ' ἰδοῖσ' υἱὸν εἴπῃς, ὅτι οἱ — quod et Dawes laudat qui hanc obſeruationem iam occupauit Miſc. crit. p. 149. Omnino forma apud Atticos eſt paullo lenius conſtituta, *λέγειν τινὰ*, pro *λέγειν περί τινος*. dici enim ſolet: *λέγειν τινά τι. λέγειν τινὰ, ὅτι, ὡς, εἰ, αὐτός.* v. c. *λέγειν τινὰ, ὅτι ἐσθλός ἐστι.* Attice itaque eſſet dictum: *καί ποτέ τις εἴποι ἐκ πολέμου ἀγιόντα, ὅτι ἀμείνων ἐστὶ πατρός.* pro vulgari: *καί ποτε, αὐτοῦ ἀνιόντος ἐκ πολέμου, εἴποι τις, ὅτι πατρὸς ἀμείνων ἐστί.* Tandem *καί ποτέ τις εἴποι, πατρὸς* Ven. B. cum Schol. idem occurrit in Schol. A. ad N, 352. et Moſc. 2. γρ. *εἴποι*. In vulgg. lectum *καί ποτέ τις εἴπῃσι, πατρὸς δ'*. Obſervauit Dawes *πατρὸς* et ſimilia nunquam in Homero occurrere priore correpta; ſuaſeratque idem iam *εἴποι πατρός.* quia *Φέροι* et *χαρείη* ſequantur. Recte vtique, ſi in alio poeta verſeris; verum Homericum eſt ſubiunctivum in ſimilibus poni, etiam optatiue, eumque cum optatiuis promiſcue poni. Vidimus paullo ante vſ. 459 ſe excipere: *ὅτε κέν τις ἄγηται — ὑφαίνοις — Φορέοις — καί ποτέ τις εἴπῃσι.* Hoc tamen facile conceſſero, ex eodem loco ductum eſſe *εἴπῃσι*, cum hic verſus haberet *εἴπῃ.* vt eſt quoque in duobus Vindob. v. ad A, 66. Exc. E, 212. Formulam tamen *καί πότε τις εἴπῃσιν* videbis in parodiis Hegemonis Thaſii ap. Athenaeum XV, p. 698 E.

Porro *πατρὸς δ' ὅγε πολλὸν ἀρείων* recitat Themiſt. Or. VI. An *δ'* a primo auctore inſertum fuerit, dubito.

480. *Φέροι δ' ἔναρα βροτόεντα.* Vocem hanc, tanquam iam tum antiquatam, interpretatur Apollon. Lex. *πεφονευμένα.* melius Schol. A. *ἡμαγμένα. βρότος γὰρ τὸ ἀπὸ Φόνου αἷμα· ἢ ἡματωμένα.* Paria Etymol. Heſych. Sch. br. Alii *τὰ ἐκ βροτῶν λαμβανόμενα* reddebant, ap. Euſtath. ad h. l. et ad Ξ, 509.

483. ἡ δ' ἄρα μιν κηώδεϊ δέξατο κόλπῳ. Apollon. Lex. κηώδει, εὐώδει. ad h. l. et ex eo Heſych. Supra vſ. 288 erat κηώεις. Θάλαμον κηώεντα.

484. δακρυόεν γελάσασα. Laudat et comparat cum ſimilibus Schol. Pind. N. I, 85. Barnes memorat δάκρυ. όεν γελόων ex Argonaut. Orph. vſ. 445. vbi Peleus Achillem oſculatur. Eſſe hoc Xenophonti κλαυσίγελως notat, appoſito Homerico, Pollux II. 64. Schol. Leid. aliis monitu parum vtilibus obſeruationem ſubiicit, Homerum Tragicis praeiuiſſe in puero in actum inducendo; πρῶτος δὲ παῖδας ἐκ τραγῳδίας εἰςάγει.

πόσις δ' ἐλέησε νοήσας. Lipſ. Harl. Moſc. 1. vn. Vindob. ἐλέαιρε vtrumque Homericum eſt.

486 — ad 489. repetuntur a Plutarcho de Conſolat. p. 118 A.

487. οὐ γάρ τίς μ' ὑπὲρ αἶσαν ἀνὴρ Ἄϊδι προϊάψει. Alio modo nunc dictum eſt ὑπὲρ αἶσαν, quam ſup. 333 et Γ, 59. Nunc eſt idem quod μοῖρα, fatum: v. ad vſ. ſeq. De Ἄϊδι προϊάψαι v. ad A, 3.

488. μοῖραν δ' οὔ τινα φημὶ πεφυγμένον ἔμμεναι ἀνδρῶν. Barnes ediderat πεφευγμένον ex emendatione, hic et X, 219 et in Odyſſea, quia ex πέφευγμαι ducendum ſit πεφευγμένος. Habet quoque hoc Apollonii codex Lex. p. 549 et Ariſtides Quintil. qui verſum apponit de Muſica lib. III. p. 160. Enimuero Clarke docet ex πέφυγα, verbum fuiſſe πεφύγω. Et ſcribitur πεφυγμένον in codd. etiam Ven. tum in Etymol. Euſtath. Apollon. Lex. in μοῖρα. ἐπὶ δὲ εἱμαρμένης· hoc verſu appoſito; etiam Heſych. et in Plutarch. l. c. ita editur. πεφυγμένον εἶναι cum caſu quarto iterum inf. X, 219. Od. I, 455. At Od. A, 18 cum caſu ſecundo.

Inſerta eſt in Sch. B. et Leid. ζήτησις Porphyrii, quae proprie ad ὑπὲρ αἶσαν vſ. ſup. ſpectat, ſuper μοῖρα, in qua pauca bonae frugis ſunt. Eam ad Od. A, 34. appoſitam fuiſſe ſuſpicor. Omnino non ad ſubtilitatem philoſophicam, qua libertatem cum neceſſitate componere ſatagunt homines, res eſt exigenda; verum, vt ſemel

Homericam notionem paucis illuſtrem, Μοῖρα et Αἶσα eſt conſtans rerum ordo, etiam rebus et fatis deorum conſtitutus. Plerumque refertur ad mortem; Ea etſi fatali neceſſitate obeunda aliquando ſit (quo ſpectat: οὐ γάρ τίς μ' ὑπὲρ αἶσαν ἀνὴρ Ἄϊδι προϊάψει) interdum accelerari, interdum auerti vel differri poteſt, ſi quis interitus caſum et locum, omninoque discrimen ac periculum euitet. Υ, 335. 6 ſed tu recede, μὴ καὶ ὑπὲρ μοῖραν δόμου Ἄϊδος εἰςαφίκηαι. Contra apud Herodotum IX, 43 in Bacidis oraculo eſt, (vnde ap. Ariſtid. Quintil. III, p. 161.) cum αἴσιμον ἦμαρ aduenerit, multos interituros eſſe. Refertur res ad deorum operam, vt dii modo ira et odio moti fatalem neceſſitatem accelerent, modo retardent ac differant, vt Π, 433 ſq. at tollere omnino et mutare nequeant. Altera ex parte, ex hominum iudiciis, ſaepe manifeſtum fit, mala, etiam mortem, prudentia et virtute auerti vel vitari poſſe, modo ſtultitia ac temeritate malum arceſſi poſſe: itaque viſum eſt id, quod fatale erat, differri vel accelerari poſſe. Inde fluctuaſſe veterum iudicia de fato mirum non eſt. Ita virtute vinci poteſt fatum, h. e. differri aut intercipi, quod ex ſolito rerum ordine euenturum erat, etiam quod deus aliquis machinatus erat. Ita P, 321 non multum abfuit, quin ὑπὲρ θεὸν inferiores eſſent Troiani, etſi illo die victores eſſe debebant, niſi Apollo iis ſubueniſſet. Et Π, 780 Achiui ὑπὲρ αἶσαν tantum non ſuperiores erant pugna, et Φ, 517 ὑπὲρ μόρον, ante iuſtum tempus, quo Troia euerſa eſt, nam vt euerteretur, fatale eſſe creditum eſt. Itaque homines, ex euentu iudicia facere ſoliti, ſi quid euenerat praeter ſpem et expectationem, aut praeter morem, quod aliter fieri debuiſſet aut potuiſſet, fato factum dixere: Od. Θ, 511 αἶσα γὰρ ἦν ἀπολέσθαι, ἐπὴν πόλις ἀμφικαλύψῃ δουράτεον μέγαν ἵππον. Quae cum viderent Tragici mouendis affectibus inprimis accommodata eſſe, Fatum aliquod, tragicum appelles, effinxerunt, quo etiam ad ſcelera perpetranda, ex imprudentia, ex ignoratione, ex caeco animi impetu, ex ma-

gnanimitate et officii pietatisque opinione, abriperetur aliquis, vt Oedipus, vt Oreſtes; vtque id ſcelus poena ſequeretur, quam ſeu naturae lex, ſeu iura hominum, et animi iudicium, neceſſario conſtitutam habet. Hactenus illi viſi ſunt poenas ſuſtinere inſontes; altera tamen ex parte poena erat iuſta, quod enim naturae aut legum neceſſitate conſtitutum eſt, ius et fas cenſere nos neceſſe eſt. Atque in his perferendis iterum alti et excelſi animi ſenſus exiſiunt et ſententiae graues. Egere de Fato Homerico paſſim viri docti. Mihi ea fuere monenda, quae conſilio meo et Homericis maxime conſentanea eſſent.

Vſſ. 488. 9. Leguntur ap. Stobaeum Ecl. I, 6. Priorem, 488 habet Clemens Alex. Strom. VI. p. 266. (p. 749 Pott.) et comparat cum loco nobili Demoſthenis (pro Corona p. 258. l. 19. ed. R.) *πέρας μὲν γὰρ ἅπασιν ἀνθρώποις ἐστὶ τοῦ βίου ὁ θάνατος, κἂν ἐν οἰκίσκῳ τις αὐτὸν καθείρξας τηρῇ.* etc.

489. *ἐπὴν τὰ πρῶτα γένηται.* Schol. A. videtur ſibi in his reperiſſe prima ſemina *τῆς ἀποτελεσματικῆς*, aſtri natalis.“ Nihil tamen de ſidere genethliaco, ſeu de themate natali hic memoratur. Nec poeta dicit: protit quisque naſcitur; ſed: cum primum natus fuerit, *ἐπεὶ ἐγένετο.*

Nil refert *τὰ πρῶτα* an *ταπρῶτα* ſcribatur; eſt tamen alterum hoc profectum a iudicio corrupto ſeriorum, qui verba copulare amabant; vnde tot monſtra verborum compoſitorum nata arbitror.

490. 1. 2. 3. ※ qui aſteriſcus ſignificat verſus hos recte *hic* legi, (adde Od. Φ, 350—3) minus bene Od. A, 356—9. Recitati vſſ. 492. 3. ab aliis, etiam ab Arriano Diſſ. III, 22 f.

De *σαυτῆς* v. ad A, 271. Locum expreſſit Apollon. I, 303 *Ἀλλὰ σὺ μὲν νῦν αὖθι μετ' ἀμφιπόλοισιν ἔκηλος μίμνε δόμοις* — vbi et Schol. *παρὰ τὸ Ὁμηρικόν· Ἀλλ' εἰς οἶκον ἰοῦσα.* Eſt quoque verſus ap. Galen. Protrept. 8. et in Heſych. ad verba: *οἶκος — καὶ μέρος τι τῆς οἰ-*

κλίας. ſcil. vt ſit *cubiculum:* quod neceſſe h. l. non eſt. Ad noſtrum ſenſum videri haec poſſunt paullo aſperiora, inprimis in molli affectu, qui in dictis Hectoris adhuc eminebat. Monuit quoque vir elegantis ingenii Wood (*Genius of Homer* p. 166) additque locum alium Od. A, 356 ſq. Verum arguunt haec diuerſam feminarum conditionem in diuerſis aetatibus; et Hector pro medela doloris hoc ipſum ſuadere vult, vt domeſticis curis animum a malorum ſenſu abducat.

491. ἱστόν τ' ἠλακάτην τε. Super ἠλακάτη, colus, grammatici omnes diſputant, inprimis ad h. l. inde ab Apollon. Lex. h. v. Vide ad Π, 183 vbi χρυσηλάκατος Diana eſt. Scholion in Ven. B. eſſe Porphyrii diſco ex Schol. Leid.

492. πόλεμος δ' ἄνδρεσσι μελήσει. Verſus aliquoties refictus. Pro πόλεμος in altero loco Od. A, 358 μῦθος δ' ἀ. et Φ, 352 τόξον δ' ἀ. Λ, 351 πομπὴ δ' ἀ. — ἄνδρασσι, Barn. Verſum recitat Arrian. Diſſ. III, 22, 108.

493. πᾶσιν, ἐμοὶ δὲ μάλιστα, τοὶ Ἰλίῳ ἐγγεγάασι. Eſt ἐκγεγάασιν in Moſc. a. etſi cum gl. ἐνυπάρχουσι, et in Vrat. b. a pr. manu, vt variat aliis locis P, 145. Od. N, 233. ſed cum Ἰλίῳ hoc parum conuenit; melius Γ, 199 Διὸς ἐκγεγαυῖα. et Φ, 185. et alibi. Adeoque ſervandum ἐγγεγάασι.

Iterum peccat in metrum: μάλιστα τοι ϝιλιῳ. Bentl. ſuccurrit: μάλισθ' οἱ ϝιλιῳ At verſum expletiuum a rhapſodis inſertum eſſe, res clamat. Ante oculos erant ſimilia Odyſſeae loca. A, 356. vbi legitur: τοῦ γὰρ κράτος ἔστ' ἐνὶ οἴκῳ, et altero loco Φ, 353 τοῦ γὰρ κράτος ἐστὶ μέγιστον. Od. Λ, autem 352 τοῦ γὰρ κράτος ἔστ' ἐνὶ δήμῳ.

495. οἰκόν δε βεβήκει. „γρ. οἰκόνδ' ἐβεβήκει." Barnes. Sicque Moſc. 1.

496. ἐντροπαλιζομένη. iterum Φ, 492 ἐπιστρεφομένη. Apollon. h. v. Bene adiiciunt κατ' ὀλίγον καὶ συνεχῶς Sch. br. Heſych. Etymol. Sic et Λ, 545. 6 de Aiace.

add. P, 109. et Φ, 492. Vſus hac voce eſt Apollon. Arg. III, 1221 et 1336.

500. *αἱ μὲν ἔτι ζωὸν γόον Ἕκτορα. γόον* volunt dictum per ſyncopen pro *ἐγόοον, ἐγόων, ἐθρήνουν.* Sic ipſe Apollonius; ap. Etymol. h. v. Dyſcolum putes innui. At Herodianus aoriſtum ſecundum, *γοῶ, ἔγοον.* Etymologns adſtipulatur Apollonio: adiectum: *οὕτω Ζηνόδοτος.* Poteſt is eſſe iunior, Alexandrinus. Verum tum alius Apollonius eſſe debet, cui is adſtipulari ſe dicit, non Dyſcolus aetate, vt puto, inferior. Equidem accedam Herodiano; niſi omnino fuit forma *γόω, ἔγοον.*

γόων edd. Flor. Ald. 1. Rom. et ipſe Euſt. cum Schol. br. quod contracte efferri poſſe putabant Barnes et Clarke per *γῶν.* Sic quoque Lipſ. Cant. Vrat. b. c. Moſc. 2. Emendatum in Ald. ſec. et ſqq. *γόον* quod et habet Ven. Mori mſ. et Apollon. Lex. qui verſum exhibet p. 723 in ῳ.

Cum hic verſus orationem intercipiat, Bentleius verſum delet: quod cum Clarkii nota ad h. v. parum convenit. Tam diuerſa ſunt hominum iudicia!

501. *οὐ γάρ μιν ἔτ' ἔφαντο ὑπότροπον.* Laborat metrum; niſi interſeras *γ'* cum Bentleio: *ἔφαντό γ' ὑ.* aut feras hiatum in caeſura medii verſus. Vitioſius Stephanus ediderat *ἔτ' ἔφαντ' ὑπότρ.* In Mori *ἔτι Φάντο* erat. *ὑπότροπον, ὑποστρέφοντα* Apollon. h. v. huc ſpectat.

504. *ποικίλα χαλκῷ.* Spectat huc Heſych. *πεποικιλμένα, κεκαλλωπισμένα,* et *χαλκῷ, ornamentis ex ipſo aere affabre factis.*

506. 7. 8. 9. ※ quod hi verſus (at nec minus 510. 511) translati ſunt in locum minus opportunum O, 263 — 268. de Hectore. ad quem locum vide.

506. *ὡς δ' ὅτε τις στατὸς ἵππος ἀκοστήσας ἐπὶ φάτνῃ.* ξ propter *ἀκοστήσας* quod alii aliter reddiderunt. *ἔστι δὲ ἤτοι ἐν ἄχει* (vt ab *ἄχος* fit, male in Euſt. *ἄχθος*) *γενόμενος διὰ τὴν στάσιν, ἢ βοηθήματος καὶ στάσεως ζητῶν.* Vltima ſunt corrupta, et leg. *ἢ βοήθημα καὶ ἄκος τῆς στάσεως ζητῶν.* Simile vitium erat in Apollon.

Lex. h. v. οἱ δὲ, ὅτι στάσεως ἐπιζητήσας. pro, οἱ δὲ, ὅτι ἄκος τῆς στ. Ita ἄκος, ἐπὶ τῆς ἀποπαύσεως dictum docet Heſych. h. v. vt ἀκέοντο δίψαν Il. X, 2. et ἴαμα. Prius illud, vt ſit ἀπὸ τοῦ, ἄχος, vt aegre ferat equus, ſe ſtare otioſum, illuſtrat alius eodem in Scholio, δυσχεράνας ἐπὶ τῇ (ἐπὶ) τῆς φάτνης στάσει. Habet idem etymon Etymologus; Ariſtonicum auctorem fuiſſe, tenemus ex Heſychio h. v.

Fuere quoque qui redderent ἀγοστήσας. ἄγοστος γὰρ ὁ ῥύπος. Vocem antiquam γόστος et γοῖτος ſordes declarantem fuiſſe docent Etymol. in ἀκοστήσας et Heſych. in γοῖτος. Alia coniectura eſt: ἢ ἡσυχάσας παρὰ τὴν ἀχλύν. quod vix aſſequare. Eſt tamen in Schol. B. τὸ ἡσυχάσας παρὰ τὴν ἀκήν. forte παρὰ τὸ, ἀκήν. Occurrit enim alibi: ἀκὴν δὲ γένοντο σιωπῇ. quod ad quietem trahi poteſt; eſt ideo em. ἀχλὺν, ἀκήν. Eſt etiam apud Etymol. ductum ab ἄγω, ἀγοστέω, ἀκοστέω, de eo, qui aliis dux eſt, praecedit; alios ducit. Vides grammaticorum conatus ad meras hariolationes redire.

Melior ratio extat in Schol. br. ἀκοστεῖν ductum ab ἀκοστὴ, ſpica, ariſta, et ipſa fruges, hordeum, voce antiqua, ab ἀκὴ, acies, ducta; vnde fuit ἀκόω, acuo, ἀκοστὴ, ſpica acuminata. (agnoſcit quoque hoc etymon Valken. ad Origg. L. Gr. p. 77.) Schol. A. „κυρίως δὲ αἱ πᾶσαι τροφαὶ ἀκοστοὶ καλοῦνται παρὰ Θεσσαλοῖς· ὡς καὶ Νίκανδρος· παρὰ τὸ ἵστασθαι τὰ σώματα τρεφόμενα (inſcite ἀκοστὴ ab ἵστασθαι) ἐν ἄλλῳ καιρῷ παραλαβὼν (haec non intelligo. nec meliora dant Schol. Leid. et Sch. br.) Nec tamen putandus Homerus a Theſſalis, aut a Cypriis, apud quos ἀκοστὴ κριθὴ, ſecundum Heſychium fuit, vocem petiiſſe, ſed priſca vox, quae apud alios exoleuerat, inter eos vſu ſeruata eſt. ἀκοστήσας, κριθιάσας, iam ap. Apollon. Lex. h. v. habetur; vbi v. Villoiſ. et Toll. Nicandri locus eſt in Alexipharm. 106 πολλάκι δ' ἐνθρύψειας ἐν ὀπταλέῃσιν ἀκοσταῖς, ad quem locum Schol. πεφρυγμέναις κριθαῖς interpretatur, et alia adiungit ex antedictis facile illuſtranda, vt στάσεως, quod

ibi legendum; add. Eutecn. et Schneider. Diſertiſſimus locus eſt Heſychii in ἀκοστήσας, tum in Euſtathio, qui veteres ante oculos habuit. Mireris poſt iſta omnia Apollonium Lex. etymologiam ἀπὸ τοῦ ἄκους τῆς στάσεως praeferre, quia ἀκοστὴ in Homero alibi non occurrit.

507. δεσμὸν ἀποῤῥήξας ϑείῃ πεδίοιο κροαίνων. ξ— quod omiſſum διὰ ante πεδίοιο. et quod κροαίνων non eſt ἐπιϑυμῶν vt Archilochus accepit, ſed ἐπικροτῶν τοῖς ποσὶ διὰ τοῦ πεδίου. Sic Ven. A. et ἄλλως· ὅτι οἱ νεώτεροι ἐπιϑυμεῖν τὸ κροαίνειν. ὡς Ἀρχίλοχος. Itaque Archilochus vocem hanc eo ſenſu poſuerat; non vero, quaſi Homerum interpretatus eſſet; quod eo ducere poſſet, vt *Antimachum* h. l. reponendum eſſe putes; etſi nec de huius interpretatione Homeri vera tradi arbitror. Sed de hoc alio loco videbimus.

Verum ſenſum τοῦ κροαίνειν elici ex κρούω facile patet; recteque Sch. B. ὑψηχῶν. ἐριγδουπῶν. κυμβαλίζων: et Euſt. κρούων. κροτῶν. At Sch. br. plura miſcent temere. Nunc intelligemus Apollon. Lex. h. v. κροαίνων. ἔνιοι μὲν, ἐπιϑυμῶν. οἱ δὲ, ὅτι ἐπικροτῶν τοῖς ποσίν. Repetunt Heſych. vbi cf. Notam, et Suidas. Alterum hoc tuitus eſt Ariſtophanes, vt ex Etymol. patet: κροαίνω, τὸ κτυπῶ καὶ ἠχῶ. Ἀριστοφάνης, τὸ τοῖς πρσὶ σκιρτᾷν καὶ κροτεῖν. Apollon. Arg. III, 1258 ſq. loco hinc expreſſo: σκαρϑμῷ ἐπιχρεμέϑων κρούει πέδον.

Tandem δεσμὰ διαῤῥήξας Etymol. in ἀκοστήσας (forte ex δεσμὰ δ' ἀποῤῥ.) et ϑείῃ. hoc et Cant. Baroc. Mori. Harlei. Vrat. b. Townl. Moſc. 2. Vindob. ipſe Ven. vtrumque recte; parui tamen auctoritati accedente quoque Veneto, pro vulg. ϑείσι. v. ad Ξ, 16. Similia videbis in vſſ. hiſ repetitis inf. O, 264. Barneſ. laudat quoque ϑείοι.

508. εἰϑϑὼς λούεσϑαι ἐϋῤῥεῖο ποταμοῖο. Ven. A. cum Sch. br. ſupplet ὕδατι· ἢ ποταμὸν εἴρηκε τὸ τοῦ ποταμοῦ ὕδωρ. voluit puto: Suppleri poſſe διὰ, κατὰ τοῦ ποταμοῦ. Euſtath. ſupplet ἐπὶ π. — ἐϋῤῥεῖος Etymol. notat, ex ἐϋῤῥεύς. dicendum erat ex ἐϋῤῥεύς, έος.

509. *κυδιόων* equus, *γαυριῶν. ἐπαιρόμενος.* Sch. br. v. de voce ad B, 579. Apud Apollon. Rh. l. c. III, 1260 *κυδιόωϑ' ὀρϑοῖσιν ἐπ' οὔασιν αὐχέν' ἀείρει.*

χαῖται, αἱ κεχυμέναι κόμαι. Apollon. Lex. ad h. l. et Heſych. cf. Villoiſ.

510. 511. *ὁ δ' ἀγλαΐῃσι πεποιϑὼς, ῥίμφα ἒ γοῦνα φέρει μετὰ τ' ἤϑεα καὶ νομὸν ἵππων.* ξ— propter figuram, quod nominatiuo ſubiungit accuſatiuum: *ὁ δὲ — ῥίμφα ἕ.* pro *τὸν δὲ πεποιϑότα.* — Multa de hoc ap. Euſtath. cf. ſup. ad 396.

ὁ δ' ἀγλαΐῃσι πεποιϑὼς, pro *τῇ ἀγλαΐᾳ*, pulcritudinis ſenſum habens; inprimis iubae prolixae; vnde opinio nata, iuba reſciſſa equos animum demittere, ita vt et cum aſinis congrediantur equae; v. Aelian. H. An. II, 10. XI, 18. vbi verſus Sophoclis e Tyro recitantur, quos vide in Fragmentis ap. Brunck. p. 661. Cum tamen *ἀγλαΐα, ἀγλαΐζεσϑαι*, non minus de ſuperbia ex ſenſu praeſtantiae alicuius dicatur: nihil impedit, quo minus h. l. *ἀγλαΐῃ πεποιϑὼς* ſit ſimpl. vtens, habens, adeoque pro *ἀγλαϊζόμενος*, ſuperbiens: quae notio etiam in *ἀγαλλόμενος* latet. Statius Achill. I, 279 videtur reddidiſſe: *Ille diu campis ſtuuiisque et honore ſuperbo gauiſus* —

511. *ῥίμφα ἒ* — ξ— Zenodotus *ῥίμφ' ἑὰ*, vnde manifeſtum ſit, digamma iam tum ignoratum fuiſſe; nam hoc ſcribendum erat *ῥίμφα ϝεα.* Pro quo ſcribi quoque poterat *ῥίμφα ϝα*, quod tolerari poſſet, vt equus ferat ſua crura, moueat. Laudat quoque Barnes *ῥίμφα ἃ* et *ῥίμφ' ἑά.* hoc poſtremum etiam Bentleius probaſſe videtur, cum ei nondum de vero digammi vſu in hac voce conſtaret, de quo v. Exc. VII, ad Il. A. comparat ille Virgilianum *ferte pedem*, item *γόνυ κάμψειν* H, 118.

Poſidonius, *ὁ τοῦ Ἀριστάρχου ἀναγνώστης*, etiam in Euſtathio aliquoties memoratus, non *ἀνταγωνιστὴς*, accipiebat *ῥίμφαε* vna voce, abundante *ε* in fine; vt in *ἠὲ* pro *ἤ.* vt in illo: *ἠέ συ τόνδε δέδεξο* E, 228. Etiam ſic equus *φέρει τὰ γούνατα.*

Verum Homericum eſt *ὑπὸ τῶν ποδῶν Φέρεσθαι*, vt ſtatim v. 514 vbi Paridem *ταχέες πόδες Φέρον*. Sic *τὸν μὲν ἄρ' ὡς εἰπόντα πόδες Φέρον* O, 405. et ſic N, 515 et al. Paria Schol. A. ad 514 et ad P, 700. Σ, 108 repetunt, cum reſpectu ad h. l. et Euſtathius. Legitur quoque *ῥίμφα δέ* vbique in codd. et edd. etiam in vita Homer. p. XIV. in Ariſtide To. II. p. 394. vbi vſſ. 509 et 511 adſcripti ſunt.

μετά τ' ἤθεα. *ἤθεα, τοὺς συνήθεις τόπους*. Apollon. Lex. cum Sch. br. Heſych. vbi v. Not. Vox non ignota e poetis et Herodoto. Apud Heſych. eſt *γήθεα* ex *ϝηθεα*.

513. *τεύχεσι παμφαίνων, ὡς ἠλέκτωρ, ἐβεβήκει*. *Ἠλέκτωρ*, epitheton pro ipſo Solis nomine; cum alias ſit *ἠλέκτωρ Ὑπερίων* T, 398. vbi cf. Schol. et Obſſ. Vox *ἠλέκτωρ* incerti etymi et notatus: de quo v. Apollon. Lex. h. v. quem em. Slothower p. 118. Heſych. Etymol. Euſtath. Sch. br. In Schol. B. eſt Sol vel *ἥλεκτρος, ἄλεκτρος, πολίτης μὴ ἐπιψαύων* vel *ἐπιελίκτωρ τις ὤν*, vt ad *κυκλοτερῆ Φορὰν* ſpectet; hoc inepte. Sed locus eſt exſcriptus ex Heraclid. Alleg. Hom. 44. Praeſtare videtur *ὁ λέκτρων ἀμέτοχος*, qui alias *ἀκάμας*.

ὥς τ' ἠλέκτωρ Vrat. c.

514. *καγχαλόων, ταχέες δὲ πόδες Φέρον*. ξ— quod *ὑπὸ τῶν ποδῶν Φέρεται, οὐκ αὐτὸς τοὺς πόδας Φέρει. πρὸς ἔλεγχον Ζηνοδότου* reſpectu vſ. 511. vbi ille *ῥίμφ' ἑὰ γοῦνα Φέρει* legebat.

ταχέες δ' ἕ πόδες, receperat Barnes, e mſ. Mori, male: nam hoc deberet eſſe *δέ ϝε*.

καγχαλόων. χαίρων, γελῶν, Sch. br. Euſtath. Heſych. quod recte dictum eſſet ad loc. K, 565 *ὡς εἰπὼν, τάφροιο διήλασε μώνυχας ἵππους καγχαλόων*. At h. l. eſt *γαυριῶν*, quod vſ. 509 erat *κυδιόων*.

516. *ὅτι ᾗ ὀάριζε γυναικί. ὀαρίζειν τὸ ὁμιλεῖν ἐν λόγοις* interpretantur Euſtath. Etymol. Heſych. et Apollon. Lex. verum iidem admiſcent aliena, tanquam de ſermonibus inter viros et feminas proprie dicatur; etſi hoc in-

terdum fit, vt Il. X, 127. vbi v. et de voc. ὄαροι ad I, 527. Recte Sch. br. ὁμίλει. ὄαρος γὰρ ἡ ὁμιλία. Bentl. meminerat ap. Heſych. legi ὄθριζε, διελέγετο. em. ὀάριζε.

517. ἠΐθεϊ᾽· ἦ μάλα δή σε — ξ propter voc. ἠΐθεῖε, de quo eiusque origine varia ſunt grammaticorum commenta in Sch. A. B. br. Euſtath. hic et alibi, vt ad X, 229. aduocatis Ariſtophane, Apione, Herodoro. Add. Heſych. Etymol. Plura disputata ſunt ad Od. Ξ. 147. e quo loco volunt eſſe vocem, qua iunior maiorem natu fratrem appellat. Quem tamen vſum neglexere alii poetae, vt Apollon. II, 1223. III, 52. cum Schol. Praeſtat ceteris, quod ἠΐθεῖος factum ſit ex ἠΐθεος, eodem modo adhiberi ſolitum, ac δαιμόνιος vſ. 521. Ex ἠΐθεος natum putabat Alberti ad Heſych. l. c.

ἠΐθεϊ᾽. ſcribitur quoque ἦ ἰθεϊ᾽. vt in Vrat. c.

519. οὐδ᾽ ἦλθον ἐναίσιμον, ὡς ἐκέλευες. Schol. br. reddunt (κατὰ τὸ) καθῆκον. κεῖται δὲ ἀντὶ τοῦ ἐναισίμως, καθηκόντως, εὐκαίρως. Alio ſenſu mox vſ. 521. ὡς ἐκέλευσας Vindob.

521. ἀνὴρ ὃς ἐναίσιμος εἴη. Ad h. v. ſpectat gloſſa Heſychii: τὰ καθήκοντα, προσήκοντα, εἰδώς. Euſtathius: τὸν δίκαιον ἢ συνετὸν λέξις δηλοῖ. omnino de ſignificatibus vocis huius ille agit diſertius.

522. ἔργον ἀτιμήσειε. Vrat. b. τοὔργον. male in Homero, in quo eſſet τὸ ϝεργον.

523. ἀλλὰ ἑκὼν μεθιεῖς τε. Scribitur et editur μεθίεις. Atqui id eſſet imperfectum, ab antiqua forma μεθιέω, μεθίεον. (cf. ſup. ad A, 273 et ſup. E, 880 vbi etiam ἀνιεῖς praeſtabat.) Requiritur tamen h. l. praeſens, quod aut eſt μεθίης ex μεθίημι, aut μεθιεῖς ex μεθιέω· ſic itaque refinxi, ducente eo Etymologo. video quoque hoc monitum eſſe a Brunckio ad Sophocl. Oed. T, 628. cf. inf. K, 121. Videri tamen poteſt Euſtath. in ſuo habuiſſe μεθίης, vt et Vrat. b. et Lipſ. a m. pr. cum vno Vindob. Et eſt ea perpetua varietas, et aberratio, cum grammatici non viderent eſſe plures formas, μεθίημι, μεθιέω, etiam μεθίω, μεθείω.

Ven. B. μεθιεῖς explet „ſcil. τὸ ἔργον τῆς μάχης, καὶ οὐκ ἐθέλεις μάχεσθαι. Inf. N, 234 ἐκὼν μεθίησι μάχεσθαι. item K, 121 et al. At alias adiicitur μάχης, πολέμοιο, πόνοιο. vt ſup. 330. Abſolute tamen etiam Δ, 516 ὅθι μεθιέντας ἴδοιτο. Idem αἴσχεα vſ. ſequ. ad Sarpedonis obiurgationem ſpectare putat E, 471 ſq.

ἀλλὰ ἑκών. In Heſych. legitur ἦὲ (vult ille ſcribi ἦε) ἑκὼν μεθίεις quod tamen ad Od. Δ, 372 ſpectare poteſt.

523. 524. τὸ δ' ἐμὸν κῆρ ἄχνυται ἐν θυμῷ. κῆρ ἐν θυμῷ, notione paullo pinguiore, vt Od. Ξ, 490 νοῦς ἐν θυμῷ. Eſt animus in corde, in pectore. inuerſe θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι, θυμὸς ἐνὶ Φρεσὶ, ἦτορ ἐν Φρεσὶ, et alio iterum modo, νοῦς et κραδίη ἐν στήθεσιν, ἐν Φρεσίν. Et κῆρ ἐν στήθεσιν. Iunguntur quoque κραδίη καὶ θυμὸς, et νοῦς καὶ θυμός. Inutile eſſet ſtudium haec ſubtiliter discernere velle; etſi proprie dicta ea diuerſa vtique ſunt. Perperam accipitur h. l. κῆρ ἄχνυται ἐν θυμῷ prae ira; vt iam Euſtath. ἐν ὀργῇ.

526. τὰ δ' ὄπισθεν ἀρεσσόμεθα. Vrat. b. τὸ δ' ὄπισθεν. formulam iam vidimus Δ, 362. cf. Euſtath. h. v.

527. θεοῖς αἰειγενέτῃσιν de voce v. ad Γ, 296.

528. κρητῆρα στήσασθαι ἐλεύθερον. hoc quoque Heſych. habet et interpretatur. στήσεσθαι Vrat. b. ſicque Ald. 2. cum ſequ. vsque ad Turnebum, qui repetiit στήσασθαι, quod Flor. Ald. 1. Rom. habebant.

527. 528. θεοῖς — κρητῆρα στήσασθαι ἐλεύθερον ἐν μεγάροισιν. magnificus libri epilogus, et forte pro Homerica aetate nimis ſplendidus. Certe Graecorum aliquis libertate publica ciuitatis ſuae ſeu vniuerſae Graeciae vindicata vel recuperata ab iis qui eam in ſeruitutem redigere volebant, ita diceret ſenſu ſublimiore. At nunc in Hectoris ore eſt aut: liberati ab hoſte, iam fugato: quo ſenſu dictum voc. ἐλεύθερος in poeta non occurrit; aut metu captiuitatis depulſo; hoc enim eſt ἐλεύθερον ἦμαρ, vt ſup. 455. et alibi; vbique enim eſt opp. αἰχμαλωσία. δουλεία. δούλιον ἦμαρ. Ita nunc κρατὴρ ἐλεύθερος erit,

qui ſtatuitur τοῦ ἐλευθερωθῆναι ἕνεκα. Pro epulis feſtis, et libatione diis facta, crater appoſitus memoratur, in quo vinum miſcetur, et poculis hauſtum distribuitur.

529. ἐκ Τροίης ἐλάσαντας ἐϋκνήμιδας Ἀχαιούς. Iungenda: αἴ κε πόθι Ζεὺς δῴη ἡμᾶς στήσασθαι — ἐλάσαντας Ἀχαιούς. Erat vulgatum ἐλάσαντες. Ceſſi auctoritati librorum Mori, Townl. Moſc. 1. 2. duorum Vindob. nec non Veneti, probante Bentleio, vt reciperem alterum. Fateor tamen ingratum videri duplicem accuſativum; et poſſe alteram lectionem ex negligentiore ſtructura defendi. Ad ſollennem morem eſſet δῴη ἡμῖν ἐλάσασι.

EXCVRSVS AD LIBRVM VI

(Z. pr.)

De locis, in quibus ante Troiam inter Troianos et Achiuos eſt pugnatum.

Vti fructum ex hiſtoriarum lectione ſatis magnum capere non poſſumus, niſi locorum, in quibus res geſtae ſunt, ſitum accurate teneamus: ita nec tanta, quanta eſſe poteſt, voluptas ex Iliadis lectione capitur, niſi infixum habeamus animo faciem locorum qualemcunque, in quibus Ilium ſitum fuit et inter Troianos et Achiuos eſt pugnatum. Hanc locorum notitiam a viris doctis olim omnino fuiſſe omiſſam vel neglectam, ſaepe miratus ſum inde a iuuenili aetate; mirum quoque viſum, in grammaticis tam pauca, et raro, eſſe monita. Magnas tamen rem difficultates habere intellexi, ex quo in eam paullo accuratius inquirere coepi; teſtantur quoque id ipſum Popii et Woodii conatus. Laetabar itaque cum vidiſſem ante aliquot annos meliora de chorographia Troadis allata eſſe ab iis, qui Troadem nuper adierant. *)

*) Primo loco, ſecundum ea, quae per Comitem *Choiſeul Gouffier*, curata fuerant, *a Lechevalier* expoſita; tum ab *ipſo Comite*, Viro Illuſtri, inde ab aliis, in quibus fuere docti Britanni, *Morritt* et *Dallaway*; praeter iſta, quae a noſtrate *Schwarz*, a Sueco, *Helwig*, et a Britanno, *Hawkins*, viris praeſtantiſſimis, qui ex iſtis terris reduces facti erant, priuatim edoctus ſum; ne ea commemorem, quae vir doctiſſimus, *Dalzel*, ad tuendam Lechevalerii fidem vulgato a ſe eiusdem libello appoſuit, et quae *Lenz*, noſtri amantiſſimus,

Declaraui iam olim, hanc quaeſtionem expediri non poſſe, niſi triplex de Troade diſputatio inſtituatur: vna, qualis locorum facies in ipſa Iliade exhibeatur, ne Odyſſeae quidem locis admixtis; altera de Troade a Strabone conſtituta, et tertia de facie locorum, qualem nobis renuntiant ii, qui loca iſta nuper adierunt. Sequutus quoque eſt hoc praeſcriptum Lenzius noſter in iis quae Commentationi ex Comitis Choiſeul Gouffier ſchedis liberaliter communicatis excerptae ſubiecit; qua quidem ratione plura iam expedita aut illuſtrata ſunt. Mihi hoc loco ea tantum exponenda ſunt, quae ad doctiorem Homerici carminis auditionem ſpectare poſſunt, omiſſis controuerſiis, quae comparato praeſente locorum ſitu et adſpectu ortae ſunt.

Achiuos claſſem ad littus Troadis inter duo promontoria appuliſſe, naues in terram ſubductas, propter ſpatii anguſtias, pluribus ordinibus, interuallis inter ordines vacuis relictis, conſtituiſſe, ſatis conſtat vel ex noto loco Il. XIV, 30 ſq. Ex poeta ipſo non apparet, quot ordines fuerint, et intra quos fines illa littoris anguſtia finienda ſit; nec ille docet, fueritne ſtationis locus in linea recta an obliqua, conuexa an caua, per oram littoris extremam, porrectus: non conſtat denique, quae latera caſtrorum fuerint, aut quantum illa vtrinque a promontoriis abfuerint. Scilicet haec inter ea habenda ſunt, quae *extra carmen* eſſe dicenda ſunt; poeta, cui hoc propoſitum eſt, vt magnas rerum ſpecies ſenſibus et menti obiiciat, nihil ad menſuram aut pondus appo-

adiecit iis, quae ex ſchedis Ill. Comitis *Gouffier* germanice verſa curata et transmiſſa fuerant a *Bendero*, viro erudito, Prof. Cibin. Tranſilu. Dolendum eſt, fructuoſis his inueſtigationibus interueniſſe inter Britannos diſputationes ad alia auocantes, quae omne antiquitatis ſtudium turbare poterunt, niſi mature vera a falſis, vana a probabilibus, discernantur. Eorum, qui ante noſtra tempora Troadem adierunt, proſpectu tantum e promontorio plerumque capto, nomina videbis memorata a Lechevalier et Dalzel.

nit, sed quam magna, lata et ampla quaeque fuerint, audientibus ad iudicandum relinquit, ipse id agit, vt magna et mira ea appareant, quae narrat et enumerat. Atque hoc, quod simpliciſſimum erat, et argutiis, quas annumerarunt nobis viri docti, facile praeſtat, omnino tenendum erat in iudicio de his ac ſimilibus rebus faciendo. Homerus itaque, cum non geographi, ſed poetae partes ageret, liberum et ſibi et audientibus eſſe voluiſſe putandus eſt, vt loca haec caſtrorum tam lata et ampla apud animum quisque ſuum fingeret, quanta vellet, et quanta ea fuiſſe ex rebus narratis colligeret; ipſi hoc vnum curae eſſe debuit, ne quid occurreret in carmine, quod mentem, nos phantaſiam dicimus, offenderet, et qualescunque eius calculos turbaret, aut quod ab iis, quae vulgo nota eſſent, nimium abhorreret. Itaque nec commemorare potuit aliquid, quod a rerum veritate, et a noto locorum ſitu et natura, ita recederet, vt ii, qui ea loca adituri eſſent, prorſus contraria rerum veſtigia reperirent. Ad poetae enim partes ſpectat, non, fingere ac mentiri ea, quae nullam fidem habent, contra vero vulgo pro falſis habentur, ſed partim narrare probabilia, quibus fundus aliquis probabilis ſubeſt, partim efficere, vt ea, quae fuerunt aut fuiſſe vel eſſe creduntur, audientibus magna ac praeclara, etſi maiora vero, videantur. Atque haec, tanquam pro principio poſita ſunt, e quo iudicium noſtrum per totam Iliadem conſtituamus.

Laborandum itaque nobis eſt tantam in hoc, vt locorum faciem, animo, memoria, oculorumque ſenſu teneamus talem, *qualem poema ipſum obiicit.* Diuerſi ab hoc ſtudii genus eſt, comparare ea cum iis, quae ab aliis de his locis tradita ſunt, aut quae cum praeſenti locorum facie conueniant vel ab ea abhorreant, atque difficultates, quae inde ortae ſunt, tollere aut ſoluere. Habent et haec laudem ſuam; ſed ſunt habenda *extra Iliadem*; ad carmen ſatis eſt, ſi chorographiam carminis cum rerum veritate vniuerſe conuenire apparuerit. Ad

disputationes iſtas deueniendum non eſt, niſi carmine lecto, voluptatis ſenſu iam deſidente et animo remiſſo, ita vt nunc mente reuoluere, colligere, et ad certas rationes ac calculos reuocare placeat ea, quae antea legeras. Sequenda erat haec ratio, tametſi non conſtaret, quod tamen ſatis conſtare videtur, a tot inde ſaeculis ingentes locorum mutationes et acceſſiones inprimis in littorali plaga alias ex aliis ſucceſſiſſe. Igitur, quae locorum facies ab ipſo poeta exhibeatur, nobis videndum eſt; ita vt, disputatione *de caſtris* in alium Excurſum reiecta, nunc perſequamur loca inter littus et vrbem a poeta ſeu conſtituta ſeu memorata; etſi vel ſic difficultate aliqua premimur, quandoquidem loca potiora de ſitu locorum Troadis ſuſpicionem aut dubitationem faciunt, an ſerius inſerta ſint, maxime vſſ. XIII, 681 ſqq. XIV, 30 ſqq. XV, 653. 4. add. VI, 4. XII pr. et alia, ad quae v. Obſſ. et quid? ſi de libro XXIV aliisque nouiſſimis partibus et locis Iliadis dubitare licet, quem auctorem habuerint, dubitatumque ſit iam ab antiquis; non enim magna ſagacitate opus eſt, animaduertere multa, quae inter ſe non ſatis conueniant; enimuero pronuntiare aliquid nemo paullo verecundior vnquam auſit, nec veteres ſunt auſi. Si Cyclici ſaltem ſupereſſent! Eorum ope facilius foret, ſuſpicor, veſtigia interpolationum rimari et exquirere. Scilicet in poetis Cyclicis multa videntur eſſe memorata, e quibus loca inſititia adornarunt rhapſodi; ſuboleſacere haec, ſemel monitus, facile poſſis; ſubſiſtunt tamen haec intra ſenſum cuiusque et iudicium.

Maris Aegaei parti boreali, quam Homerus *Helleſponti* nomine deſignat, plaga littorali interiecta anguſta, praetenditur ab orientali latere *Ida*; cuius iuga decurrentia conſtituunt promontoria *Lectum* et *Gargarum*, e quo proſpectum in campum Troianum habet Iupiter VIII, 47—52. Supra Lectum procurrunt ab Ida verſus mare duo iuga, extrema verſus littus decliuitate in planitiem ſoli ſubſidentia. Intra haec iuga ſeu brachia conuallis extenditur, in qua duo amnes ad mare deferun-

tur, alter ex editioribus Idae locis, inter quos medius campus pugnarum locus est, VI pr. alter ex inferioribus; dictus vtique nomine alter Simois, alter Scamander, ille de montium iugis torrentis more, aquarum colluuie auctus, interdum alueum suum euagatur, Scamander limpidus et placidus per herbosa loca defertur; in inferioribus campi locis in vnum alueum coniuncti in mare inferuntur. Satis fuit poetae, haec ita memorare, vt audientibus relictum esset, accuratiorem apud animum locorum situm sibi effingere, qualem aut vellent aut possent; geographicam subtilitatem, quam nos desideramus, haud cordi habuit. Partes potiores in carmine habet Scamander, vrbi propior, etiam in pugna deorum (XXI, 307). Omnino in hoc saltem amne patet, quantum poeta sibi indulserit in veris quoque ornandis; adeo magna ac mirabilia ea sunt quae de eo memorat. Vtrum nomen fluuii vno alueo iuncti retinuerint, antequam mare attingerent, diserte expressum non reperio; vulgo creditur *Simois* nomen cursu hoc nouissimo seruasse; probabilius tamen videri potest, obscurato eius nomine *Scamandri* ostia esse appellata, etsi cum Simoente iuncti. Ita quoque intelligi potest, vnde serius error natus sit in vtroque flumine confundendo. Possis hanc sententiam quoque tueri versu XXI, 124. 5 ἀλλὰ Σκάμανδρος οἴσει δινήεις εἴσω ἁλὸς εὐρέα κόλπον. cf. 219. etsi nolentem verba haud cogant, vt tibi assentiatur.

In littore hoc naues Achiuorum videmus appulsas et in terram subductas; intra ordinum internalla castra metatae erant copiae; num autem altero cornu Simoentem attigerint, altero a Scamandro longius abfuerint, omninoque, quae amnium respectu castrorum situs et facies fuerit, diserte non exponit poeta; iis, qui, ex castris in camporum planitiem progressi, per loca molli clivo assurgentia versus vrbem, in editioribus locis positam, tenderent, traiiciendum fuisse Scamandrum constat; qua tamen parte vadum amnis fuerit, declaratum non est.

Conſtant porro ex Homero ſequentia: *Ilion* in radicibus Idae ſitum, in ſolo planiore, reſpectu ingorum editiorum montis, (ἐν πεδίῳ XX, 216. 7.) muro ab Apolline et Neptuno exſtructo, (lib. VII, 452. 3.) et propugnaculis inſtructo, (XXII, 3.) habuiſſe acropolin, *Pergamum*, in qua *aedes regiae* erant; memorantur in eadem *templa* Palladis et Apollinis, cum ara vel templo Iouis. (XXII, 171. 2.) Fruſtra noſtra aetate locus certus vrbi et arci quaeritur, ac definitur in editiſſima iugi parte. Saltem contendere licet, a Scamandri fontibus muros haud multum abfuiſſe. A tergo iuga montis porrecta a ſeptentrione verſus auſtrum deſinunt in *Lectum* promontorium. (XIV, 283. 4.) Summum Idae cacumen, *Gargarum*: in quo *ara Iouis* conſpiciebatur; (VIII, 47. 48.) itaque in eo loco Iupiter conſedit, vt pugnam inter Troianos et Achiuos proſpiceret et moderaretur. Sub vrbem ab auſtro planities Idae ſubiecta eſſe debuit, πεδίον Ἰλήϊον dictum vno ſaltem loco XXI, 558.

Ab Ilio verſus mare decliuis campus ferebat ad littus inter duo flumina; ducebat eo *porta Scaea*, turri inſtructa; ante eam *quercus*, Φηγός, (VI, 237. IX, 354. XI, 170. XXI, 549.) an ſub eadem collocatus Sarpedon ex vulnere ſe receperit lib. V, 693. et an ex eadem proſpexerit Minerua cum Apolline lib. VII, 60. haud equidem pronuntiauerim; etſi probabile ſit. Muro colliculus ſuberat, (lib. XXII, 145 ſqq.) *ſpecula* dicta, (σκοπιὴ) et *caprificus* (ἐρινεὸς) ſeu locus caprificis conſitus (τραχύς τις τόπος ἐρινεάδης ap. Strabon. p. 893 B.) Troiani fugientes e pugna in campo Scamandrio praeter *monimentum Ili*, Ἴλου σῆμα, μέσσον καπ̓ πεδίον· παῤ ἐρινεὸν ἐσσεύοντο ἰέμενοι πόλεως· — ἀλλ̓ ὅτε δὲ Σκαιάς τε πύλας καὶ Φηγὸν ἵκοντο, ἔνθ̓ ἄρα δὴ ἔσταντο — XI, 166 ſq. Et Achilles cum Hectore τεῖχος ὑπὸ Τρώων currentes: οἱ δὲ παρὰ σκοπιὴν καὶ ἐρινεὸν ἠνεμόεσσαν τείχεος αἶψα ἵκανον ὑπὲκ κατ̓ ἀμαξιτὸν ἐσσεύοντο, προυνὸν δ̓ ἵκανον — Σκαμάνδρου XXII, 145 ſq. Ab hac parte murum aſcen-

ſu facilem fuiſſe, tentatam quoque eſcenſionem ab Achivis, memorat Andromache, ſed in loco ſuſpecto VI, 433 ſq. Creditur quoque Patroclus ab hac parte murum adortus eſſe in angulo muri prominente; ἀγκῶνα appellat XVI, 702. Ante portam Scaeam via erat plauſtris apta, (ἁμαξιτὸς, vt modo vidimus) qua perueniebatur ad fontes Scamandri: de quibus vide narrata lib. XXII, 147 —155. Paludoſa circa hos loca: quae videntur eſſe eadem, in quibus locum inſidiarum conſtituerant Achiui Od. XIV, 473 ſq.

Scamander ex Ida proceſſiſſe dicitur XII, 21, inter alios amnes ex Ida ortos; recte, etſi infra vrbem ortus, ſiquidem Idae radices ad plagam littoralem pertingebant; niſi totus ille locus a ſeriore rhapſodo ſubtextus eſt. Haud longe a fontibus iuxta fluuium agri tritico conſiti memorantur XXI, 602. videtur quoque ab hac parte *tumulus Aeſyetae* fuiſſe, vnde proſpectus erat in camporum planitiem; itaque ibi conſederat Polites ad ſpeculandum, quid Achiui in caſtris molirentur II, 792. 3.

Si Ilio progreſſus a boreali parte ad mare deſcendebas, ſecundum Simoentis ripam dextram via ducebat, amne quidem, quantum intelligitur, traiecto; perueniebatur inde ad *Callicolonen*, collem ad Simoentem ſitum lib. XX, 53. proſpectus etiam inde erat in campum; itaque ibi conſedere dii cum Marte: ibid. vſ. 151. Vlterius progreſſis *Thymbra* fuit in proſpectu: X, 430. et inde littus cum mari: ibid. 428. Ad inferiora Simois fuere paludes, et ad eas ἐρωδιοὶ et μυρῖκαι libro X. Ab hac parte tendentes Troianorum ſocios memoratos videmus ibid. 428 ſqq. πρὸς μὲν ἁλὸς, *verſus* mare; non enim neceſſe eſt, in ipſo littore eos pernoctaſſe.

Sin inter duo amnes in planitiem camporum, verſus mare iter inſtitutum erat, patebant loca, in quibus pugnae factae ſunt, τὸ πεδίον Σκαμάνδριον lib. II, 465 λειμὼν Σκαμάνδριος ibid. 467. πεδίον τὸ Τρωϊκὸν, X, 11. Quod ap. Horat. Epod. 13, 13 *Aſſaraci tellus, quam frigida parui findunt Scamandri flumina, lubricus*

et Simois. Haud multum ab vrbe abeſſe debuit *tumulus Batiea, ſepulcrum Myrinae*, ad quod Troiani ad pugnandum egreſſi in numeros deſcripti fuere lib. II. 811—5. Longius progreſſos praeter *Ili ſepulcrum* via ducebat; inde perueniebatur *ad Scamandrum*, quo traiecto alius campus, θρωτμὸς πεδίοιο, eos excipiebat, cum ipſis caſtris vallo munitis. Nouiſſima haec ſunt loca, in quibus digerendis mens legentis Homerum aliquantum laborat, vt certam eorum faciem ante ſe poſitam habeat. Videamus loca potiora.

Priamus ad caſtra Achiuorum ab vrbe profectus (XXIV, 329. 349.) οἱ δ' ἐπεὶ οὖν μέγα σῆμα παρὲξ Ἴλοιο ἐλάσσαν, στῆσαν ἄρ' ἡμιόνους τε καὶ ἵππους, ὄφρα πίοιεν ἐν ποταμῷ. — Inde ad caſtra peruentum vſ. 447 — πύργους τε νεῶν καὶ τάφρον ἵκοντο. In reditu caſtris noctu egreſſi ſub Aurorae ortum πόρον ἶξον εὐρρεῖος ποταμοῖο Ξάνθου δινήεντος 692. 3. Videamus iam loca, in quibus de Troianorum egreſſu ad pugnam narratur: ſepulcrum Myrinae praetergreſſi Troiani in campum procedunt lib. II, 811—815. Noctem in loco pugnae exigunt νόσφι νεῶν ποταμῷ ἐπὶ δινήεντι VIII, 490. ad obſeruanda per noctem Achiuorum caſtra, quibus immineabant: ἐγγὺς γὰρ νηῶν καὶ τείχεος αὐλὶν ἔθεντο Τρῶες — IX, 232. τόσσα μεσηγὺ νεῶν ἠδὲ Ξάνθοιο ῥοάων Τρώων καιόντων πυρὰ φαίνετο Ἰλιόθι πρό VIII, 556. 7. Secefſerat inde Hector ad conſultandum cum principibus παρὰ σήματι Ἴλου X, 415. Nihil tamen de Scamandri traiectu monitum; etſi ſedent Troiani ἐπὶ θρωσμῷ πεδίοιο ἄγχι νεῶν, ὀλίγος δ' ἔτι χῶρος ἐρύκει, X, 160. XI, 56. cf. XX, 3. e quibus locis colligas, e caſtris ad θρωσμὸν πεδίοιο, cliuum campi, et ex hoc ad Scamandrum perventum eſſe; nec tamen inde patet, caſtris praetentum aliquem fuiſſe. Altero die pugna facta fugiunt Troiani, vt ſupra iam memoratum eſt, praeter monimentum Ili per medium campum verſus vrbem iuxta caprificum donec ad portam Scaeam et quercum perueniunt XI, 166 — 171. Renouata pugna a Troianis Paris ſagitta petit

Diomedem ex Ili monimento, *στήλῃ κεκλιμένος ἀνδροκμήτῳ ἐπὶ τύμβῳ Ἴλου* — XI, 371. Interea Hector in laeua parte pugnabat *ἔχθας παρ ποταμοῖο Σκαμάνδρου* XI, 498. 9. vnde colligas *tumulum Ili* Simoenti propiorem fuisse. Mox fugientes in castra Achiuos oppugnat Hector. Idem vulneratus e pugna asportatus deponitur in terram, *ὅτε δὴ πόρον ἷξον εὐῤῥεῖος ποταμοῖο Ξάνθου δινήεντος*. At Troiani postea e castris fugati a Patroclo caeduntur *μεσηγὺ νεῶν* (intra vallum) *καὶ ποταμοῦ* (Scamander is est) *καὶ τείχεος ὑψηλοῖο* (vallum) XVI, 396. 397. Sarpedonis caesi corpus lauatur *ποταμοῖο ῥοῇσιν* XVI, 669. Persequitur fugientes incaute Patroclus, idem a muris reiectus in receptu ab Hectore caeditur, corpus in castra reportatur: nulla tamen nec amnis nec locorum occurrit memoria.

Antequam tamen ad castra peruentum esset, *Scamandri traiectu* opus fuit, parte quidem viae propiore castris. Hoc iam vidimus in profectione Priami (XXIV, 350. 1.) et *πόρον ποταμοῖο* ipsum hunc locum dictum. (vs. 692. 3.) Etiam Troiani a castris Achiuorum repulsi et fugati lib. XXI, pr. ad hunc traiectum perueniunt: *ἀλλ' ὅτε δὴ πόρον ἷξον εὐῤῥεῖος ποταμοῖο Ξάνθου δινήεντος*: hic Achille instante alii per campum ad vrbem fugiunt, alii in fluuium compulsi se coniiciunt. Hactenus tamen credere liceret, Scamandrum ad dextras campi partes et ad dextrum castrorum latus in mare esse delatum; via autem e castris *versus dextram* ducente traiiciendum fuisse Scamandri alueum, et altera amnis parte iter ad vrbem patuisse. In hoc tamen subsistere animum vetat locus lib. V, 774. vbi Iuno cum Minerua descendunt curru, *ἦχι ῥοὰς Σιμόεις συμβάλλετον ἠδὲ Σκάμανδρος*. poterat hoc de loco accipi, in quo *propiores sibi fiunt deuergentes ad interiorem campum duo fluuii*, ex altioribus locis hinc et inde procurrentes; sin vero de *commissis in vnum alueum* amnibus accipiendum est: necesse est, id factum esse ante castra, adeoque alueo Scamandri castris praetexto; qui superandus fuit quoties in

campum e castris, vel e campo ad castra profectio fieret: qua tamen de re nulla fit memoratio. Cum aestivo tempore pugnae fierent, potuit alueus, non quidem exaruisse, cum Scamander ex perennibus fontibus flueret, aqua tamen defeciſſe, ita vt vadum haud moraretur transeuntes. Nisi versum ipsum a seriore rhapsodo seu ab eo, qui Iliadem in corpus redegit, insertum suspiceris. Aliter enim haec expediri non possunt, quam coniectando; dummodo memineris coniectationes ad probabilia ducere posse, non vero ad explorate vera et fidei historicae vim habitura.

Quae adhuc memorauimus, sunt Homerica: nihil in his est, quod obscuritatem aut dubitationem habeat, exceptis iis, quae ad amnium decursus extremos et locorum in plaga littorali situs spectant; quandoquidem interualli inter duo promontoria et inter duo omnes ratio ad castra, aut castrorum ratio ad illud, definita non est in Iliade, Scamandri autem vadum ac traiectus ante castra quo loco fuerit, ambiguum est; adeoque legentis animo ac sensui nihil, quod satis certum ac tutum sit, occurrat, in quo acquiescere possis, e recentiorum autem, qui loca adierunt narrationibus multo maior ambiguitas nascatur. Equidem nec olim hoc mihi sumsi, vt ex Homero certam ac definitam locorum faciem tradere, nec vt notitiarum diuersarum comparatione difficultates tollere aut diluere vellem; quandoquidem, nisi coniectando et ariolando, nihil hoc in genere prosici potest. Nec tamen suspiciones aliorum ingeniosas aspernari soleo; etsi ex iis nihil constituam; e quo genere est illa de Simoentis ostiis Rhoeteo promontorio propioribus. Magnas locorum mutationes successu tot aetatum factas esse dubitari nequit; enimuero eo ipso res multo magis ad meras coniecturas redit; nihil enim vsquam est, cui satis fidere possis aut superstruere. Quid vero si, quod ipse censeo, poeta cui hoc propositum erat, vt omnia in maius efferret et amplificaret, partim copiarum numerum magnifice auxit et ornauit, partim loco-

rum ſpatium, per ſe exiguum inter amnes in inferiore campi tractu, certo conſilio definire noluit; ſcilicet vt liberum eſſet audientibus, fingere ſibi loca tam ampla quam fingere ſibi quisque vellet. — Ita quaecunque hiſce de rebus quaeſtiones mouentur, *extra epos Homericum* habenda ſunt.

Licebit tamen potiora ſaltem huius generis, vel verbo commemorare, in iisque primo loco ea, quae tradita et obſeruata ſunt in Strabone lib. XIII, p. 889. 892 ſq. Habuit ille, quem ſequeretur, Demetrium Scepſium, in iis locis natum, qui locorum faciem et ſitum nix ignorare potuit; videtur tantum aut ipſe aut eius aetas nomen Scamandri transtuliſſe in Simoentem, qui a ſuperioribus Idae partibus deſcendit, Scamander ab inferioribus. Deſignat Strabo loca inferiora *ſecundum ſitum Ilii Noui*, dum disputat contra eos, qui illud confundebant cum Ilio Vetere; etſi et apud ipſum obſcuritas eſt in Noui Ilii ſitu, (p. 892 C. D. cf. p. 886 B. ſeq.) quae tamen ad Homerum non pertinet. Strabo diſerte *promontoria* nomine declarat *Rhoeteum* et *Sigeum*, ex conſtante antiquiorum fide; Simoentis oſtia propius ad illud, Scamandri extrema ad hoc, admouet; vtrumque paulo ante Ilium Nouum coniuncto alueo in mare deferri narrat, et *Stomalimnen* ſerius ita dictam efficere (p. 890 A. Plin. V, 20, 33). Nomen apud Homerum non occurrit, praeterquam in varia lectione verſus lib. VI, 4. A Nouo Ilio XXX ſtadiis abeſſe *pagum Ilienſium*, Ἰλιέων κώμην, eo loco *Vetus Ilium* fuiſſe credi; nulla quidem veſtigia ſupereſſe, quod tamen mirum non ſit, cum tot vrbium antiquarum veſtigia haud reperiantur, multo magis iid fieri debuiſſe in hac vrbe, quandoquidem materiam ad exſtruendum Ilium Nouum et Sigeum huc petierunt (p. 895 A. B.) Supra pagum Ilienſium et vltra Simoim, ſtadiis XL a Nouo Ilio (p. 893 A.) *Callicolone* ſulcollis quinque ſtadiorum ambitu. Infra Nouum Ilium verſus Sigeum memoratur *Neuſtathmus* (p. 893 C. 894 A.) et prope Sigeum, XX ſtadiis ab Ilio Nouo, *Sca-*

mander in mare exit; coniunctus ille, cenſeo, cum Simoi; propior nouo Ilio, nec niſi XII ſtadiis diſtans, *Achaeorum portus* (p. 891 A.) totus ille tractus terra a fluuiis aggeſta enatus. (p. 894 B. C. adde p. 890 A. B. vbi tamen geographicum locorum ſitum non accurate expoſuiſſe videtur Strabo: cf. verba inde laudata ab Euſtath. p. 608.) An ille in Dicty (lib. II, 45. p. 60, 3.) per *peninſulam* declaratur? Certe locorum ſitum eſſe mutatum ipſe poeta prodit Il. XII, pr. de vallo amnium eluuie obtrito; add. Herodot. II, 10. Achillis, Patrocli et Antilochi, monimenta in eo littore fuiſſe, ad quae inferias facerent Ilienſes, Aiacis ad Rhoeteum, ipſe Strabo memorat (p. 891 A. et p. 890 A.). Verum de his ſepulcris ſeu tumulis disputata ad Homerum nihil faciunt, niſi quod Achillis et Patrocli ſepulcrum commune memoratur ab ipſo Achille XXIII, 245. et in inferis ab Agamemnone Od. XXIV, 43 ſq. Infra Sigeum et Achilleum plagae littorali; in qua τὸ Ἀχαιὸν locus erat, ex aduerſo eſt *Tenedus* inſula, interuallo XL ſtadiorum a littore (p. 900 B.). Si ab Achaeo ad Alexandriam Troadem procedebas ſitae erant *Lariſſa*, *Colonae*, *Chryſa* (p. 901 A.)

Ad *recentiora* ſi pergerem, aliena a partibus interpretis Homerici carminis agerem; et petenda ea ſunt ex libris principio huius. Excurſus commemoratis; refugit quoque animus tot ariolationibus et diſſenſibus virorum doctorum feſſus a tali conſilio; inprimis cum ex ſubtiliore diſputatione non tantum fructus ad poetam expectem nunc, quantum ab initio expectauerim, et quantum ex generaliore locorum notatione a Lechevalerio et Comite Gouffier expoſita, me percepiſſe ingenue profiteor.

IN LIBRVM VII. ILIADIS VARIAE LECTIONES ET OBSERVATIONES

1. πυλέων noſtro poetae conſtanter diſſyllabum eſt. Itaque Bentleius trinis ſyllabis offenſus emendat vel πόλεως vel ὡς εἰπών ῥα πυλέων. quemadmodum binis ſyllabis Od. Φ, 47 ἐν δὲ κληῖδ' ἧκε, θυρέων δ' ἀνέκοπτεν ἀχῆας. atqui et ibi mox 191 ἀλλ' ὅτε δὴ ῥ' ἐντὸς θυρέων ἔσαν — Vt et iterum occurrit M, 341 καὶ πυλέων, πάσας — Et laudat noſtrum verſum pro exemplo huius genitiui Ionici Gregor. de Dial. p. 174. Eum quoque recitat Apollon. Lex. in ως.

Φαίδιμος Ἕκτωρ. facit epitheton ad oculorum ſenſum; incedit Hector *conſpicuus*, *inſignis*, λαμπρὸς ἐξώρμα.

3. πολεμίζειν ἠδὲ μάχεσθαι, malim πολεμιζέμεν cum vno Vindob.

5. ξ— ἐπεί κε κάμωσιν Ariſtarchus. Sicque Ven. A. et B. addunt Sch. A. „alii ἐπὴν, ſic ſcribendum ἐπὴν κεκάμωσιν, vt λελώχωσιν" Et ſic plura alia, quae Barneſ. enumerat: atque ſic vulgo lectum et editum. Similis controuerſia A, 168 ἐπὴν κεκάμω. ad quem loc. vide. ἐπείκε κάμωσι Euſt. c. Rom. Moſc. 1. ἐπεὶ κεκάμωσι Cant. vn. Vindob. ἐπήν κε κάμωσι Moſc. 2. tandem Themiſt. Or. XIII, p. 178. vbi tres vſſ. recitat, ἐπήν γε κάμωσιν recitat.

ἐϋξέστῃσ' ἐλάτῃσι. Mori ἐϋξέστῃς. „γρ. ἐϋξέστοις. et ἐϋ ξεστῇς" Barn. At eſt Apollon. Lex. in ξεστήν. τὸ αὐτὸ τὸ εὔξεστον θέλει λέγειν — συνθέτως δὲ, — ἐϋξέστῃσ' ἐλάτῃσιν.

6. ξ— πρὸς τὸ σχῆμα· γυῖα λέλυνται· ὡς· σπάρτα λέλυνται. ſcil. plurali numero: B, 135. ad quem loc. vide.

Porro pro ἐλαύνοντες alii ap. Ven. A. ἐρέσσοντες. Sicque Lipſ. in texto; ex interpretatione. Proprie eſt ἐλαύνειν τὴν νῆα διὰ τὸν πόντον κώπαις, vel ἐρετμοῖς. Od. H, 109 νῆα θοὴν ἐνὶ πόντῳ ἐλαυνέμεν et al. Monet tandem idem Schol. non ὕπο eſſe ſcribendum ſed ὑπὸ — λέλυνται iungenda.

7. ὡς ἄρα τῷ Τρώεσσιν — Φανήτην. τῷ, Ammonius τοὶ, ἐν τῷ πρὸς Ἀθηνοκλέα· (quem iam Sch. Γ, 368 memorauerat,) Debuit etiam lectum eſſe Φάνησαν. Nam ſubiicitur: Ariſtarchum duali Φανήτην legere.

8. ἔνθ' ἑλέτην, ὁ μὲν — ξ— quod ἑλέτην primo συλληπτικῶς poſitum, comprehenſo vtroque, Paride et Hectore; et ὁ μὲν ſcil. Ἀλέξανδρος.

9. Ἄρνη ναιετάοντα Μενέσθιον, ὃν K. ξ— deb. ξ— propter difficultatem quae hic enaſcitur loco comparato cum verbis Neſtoris inf. 136 ſq. vbi ille Ereuthalionem a ſe occiſum narrat, ſpoliatumque armis, quae a Lycurgo ſene acceperat, a quo illa Areithoo τῷ κορυνήτῃ detracta fuerant: fieri autem non poteſt, vt temporum ratio ſibi in his conſtet, ſi Neſtor, omnium Achiuorum maximus natu, olim iuuenis, eum interfecit, qui tertia aetate ab Areithoo aberat, vt Areithoi iſtius filius nunc pugnae ad Troiam interſit. Varia grammaticorum ſunt commenta in Ven. B. et Leid. attingit quoque Euſtath. et iterum inf. p. 671. 48. Praeſtat dicere Meneſthium h. l. non eſſe filium ſed nepotem Areithoi: vt ὃν vſ. 9. referas non ad Μενέσθιον ſed ad Ἀρηϊθόοιο ἄνακτος. Fuit adeo Areithous κορυνήτης, qui ex Phylomeduſa alterum Areithoum ſuſcepit, cuius filius eſt Meneſthius. — Obſeruatur quoque in Ven. A. quod ſolo hoc loco βοῶπις epitheton eſt heroinae, et in alio verſu ἀθετουμένῳ· Αἴθρη Πιτθῆος θυγάτηρ, Κλυμένη τε βοῶπις Γ, 144. vbi v. Obſſ.

10. Φυλομέδουσα ex Ven. Vrat. b. binis Vindob. quod verius quam Φιλομέδουσα.

11. ἔγχει ſcribendum hic, non ἔγχεϊ, quod hiatum facit ante ὀξυόεντι „γρ. ὁ' Ἠϊονῆα. Δηϊονῆα" Barn.

12. (κατ') αὐχένα· ὑπὸ στεφάνης. στεφάνη, εἶδος περικεφαλαίας iam Apollon. Lex. h. v. interpretatur. — Accuratius dixeris, esse galeae oram prominentem ad tegendam frontem; (vt in nostris pileis *die Krempe*, in tecto τὸ γεῖσον) Plutarch. Sympos. VIII, 6 extr. ὡς Ὅμηρος τὸ κράνος ἔπασέ που τῇ στεφάνῃ. Totum Scholion repetunt Sch. br. Etymol. Hesych. excitato hoc versu et non vno loco Eustath. — ὑπὲρ στεφάνης Cant. — εὐχάλκου sine diaeresi alii. Haeret Ernesti in Add. et ad N, 612. O, 480 et al. in ἐϋχάλκου. Addit quoque το ῡ in illa diaeresi apud Homerum semper esse longum, quod quomodo probari possit non video. Per se, sicne an εὐχ. scribas, nihil interest, nec librorum vlla esse potest in his auctoritas, nec veterum vllum extat praeceptum; ignoramus etiam, quomodo pronuntiatum fuerit. Antiquius tamen fuit ἐὺ quam εὖ, nam est ἐὺς, et ἐὺ, et hinc contractum εὖ. Iam autem composita plerisque in locis propter dactylum auri grata magis sunt, si per diaeresin pronuntientur; itaque malo ἐϋχάλκου et sic alia scribere. Porro Aristarchus: λῦντο δὲ γυῖα.

15. Δεξιάδην — Vix exspectes, dubitari, Δεξιάδης sitne Dexii filius, an ὁ δεξιὸς, vt sit vel βάλε τὸν δεξιάδην ὦμον, vel δεξιάδην ἐπάλμενον, a dextra parte irruentem. Sic tamen Sch. Ven. Apollon. Lex. h. v. Repetunt Sch. br. Etymol. Hesych. Eust.

ἐπιάλμενον. Probabile sit fuisse olim ἄλμι vel ἄλμι, ἄλμαι, ἄλμενος, vnde et ἄλτο praeterit.

16. ὦμον ad Ἰφίνοον βάλε δουρὶ ξ— quod est pro κατὰ τὸν ὦμον. Sch. A.

18. ἐνὶ κρατερῇ ὑσμίνῃ. Vrat. b. ἀνὰ κρατερὴν ὑσμίνην.

20. Ἴλιον εἰς ἱερὴν ξ— quod ἡ Ἴλιος et h. l. occurrit. Cur ἱρὴν h. l. scribatur, nulla est ratio. Est quoque ἱερὴν in Barocc. Cant. Mori. Mosc. 1. 2. et Ven. probat quoque Bentlei.

21. Περγάμου ἐκπατιόων. Bentlei. offensus peccato contra digamma ϝιόων, emendabat ἐκπαθορῶν. Verum in

compositis digamma quiescere iam monui ad hoc ipsum verbum Δ, 508.

Τρώεσσι δὲ βούλετο νίκην. aliquoties occurrit: sic Θ, 204. N, 347. Π, 121 et al. βούλεσθαι sic est machinari, parare, decernere, destinare; vt interdum Lat. *velle, cupere, alicui.*

22. ἀλλήλοισι δὲ τώγε συναντέσθην παρὰ Φηγῷ. ξ— quod Φηγὸς est ante portam, cum deus antea insedisset Pergamo (cf. ad Z, 237.) συνηντέσθην Eustath. περὶ Φηγῷ Cant.

26. ἦ ἵνα δὴ Δαναοῖσι μάχης ἑτεραλκέα νίκην δῷς; η et ἦ scribitur; vtrumque bene. ἑτεραλκέα νίκην Apollon. Lex. τὴν τοῖς ἑτέροις τῶν ἀνθισταμένων ἀλκὴν περιποιοῦσαν. Similia Hesych. Etymol. Schol. Ven. A. B. br. Aliquoties legitur apud Herodotum; vbi cf. Valken. VIII, 11. IX, 103. Videtur tamen duplici sensu dictum esse, modo de pugna in alterutram partem inclinata, modo de pugnae fortuna varia et incerta. Simpliciter pro contrario, quam expectabas effectu, est ap. Nicandr. Ther. pr. λύσιν δ' ἑτεραλκέα κήδεος. Schol. τὴν ἀντιπαθῆ ἀλκήν habentia.

27. ἐπεὶ οὔτοι Τρῶας — ἐλεαίρεις. Sic vulgo edd. οὔ τι suppeditant Mori Harl. Vrat. b. A. Mosc. 1. Lipsi. Ven.

28. ἀλλ' εἴ μοί τι πίθοιο. Schol. Lipsi. εἰ ἀντὶ τοῦ ἄγε. etsi per ellipsin expleri potest.

τό κεν πολὺ κέρδιον εἴη. Laborant grammatici in interpunctione: Sch. A. B. non videntes τὸ esse pro ὅ, *quod valde bonum esset.*

30. μαχήσοντ' nunc vbique legitur, cum μαχέσασθαι sequatur vs. 40. cf. ad A, 298.

εἰσόκε τέκμωρ Ἰλίου εὕρωσιν. iterum hoc occurrit inf. I, 48. 418. 681. Cum τέκμωρ sit A, 526 de nutu dictum, quo Iupiter figit et stabilit rerum euentus, volunt et h. l. esse exitum fatalem; alii scopum Achiuis propositum. Petita haec sunt ex Eustathio, qui arguitur ex etymo-

Atqui τέκμωρ eſt finis; et vrbis finis eſt excidium. cf. ad Z, 349.

32. ὑμῖν ἀθανάτῃσι &c. quod Zenodotus habuit ἀθανάτοισι; ſicque Cant. Harl. Vrat. b. c. duo Vindob. Ariſtophanes autem ἀμφοτέρῃσιν, iudice Schol. A. οὐκ ἀπιθάνως ſcil. Iunoni et Mineruae.

33. τὸν δ' αὖτε Cant. Barocc. Mori. Harl. Ven. Vrat. b. Moſc. 1, vulgo αὖτις, quod intulerunt qui metro metuebant: τὸν δ' αὖτε προέειπεν.

35. ἦλθον — μετὰ Τρῶας. Cant. κατὰ Τρ.

36. πῶς μέμονας. Etymol. et Sch. br. reddunt per προθυμῇ. v. ad E, 482.

38. Ἕκτορος ὄρσωμεν κρατερὸν μένος — Morem fuiſſe, vt ex prouocatione pugnarent vtrinque duo ex acie, narrationes plures arguunt; interdum vt iis ſumma belli committeretur, quod in Hyllo et Echemo factum tentato Heraclidarum in Peloponneſum reditu, nec non in bello inter Spartanos et Argiuos, quo Othryades ſanguine victorem ſe eſſe adſcripſit; interdum autem, ſicque h. l. vt tantum de virtutis laude certaretur. Eiusmodi prouocationum exempla ſunt *ante* pugnam et aciem inſtructam, antiquius Goliathi, et in Romanorum bellis pugnarunt ſic Manlius et Valerius Coruinus a Gallis prouocati; at h. l. mirum eſt, quod prouocatio fit ſub pugnae exitum. Certum vtique et prudens et Apollinis ſapientia dignum prouocationis huius conſilium haud video; ſi enim redintegratis viribus redierat Hector cum Paride, vtendum iis erat in ipſa pugna cum Achiuis pugnando feſſis. Verum priſcorum hominum iudicium in re bellica non tale erat; non de ſumma praelii, ſed de ſingulorum virtute erant ſolliciti. Nec Hectori callidatem ſuggerere auſim, vt Achiuis, certamen detrectaturis tacitam cauſſae ſuae inferioris confeſſionem exprimere vellet. Mirum tandem illud quoque, quod Achiui ſuperioris pugnae cum Paride et periurii poſt eius pugnae euentum tam parum memores ſunt, vt nouam nunc pugnam ſingularem admittant; quid quod ne exprobrant

quidem illud periurium, nec conditionem pugnae iterant, vt Helena reddatur, sed aliam pugnam, aliud pugnae consilium sine cunctatione recipiunt. Ex hoc vtique, iudicio haud praecipiti, suspiceris, totam hanc pugnam singulare olim carmen constituisse, receptam serius in compagem Iliadis.

39. ἤν τινά που Δαναῶν προκαλέσεται οἰόθεν οἷος ξ— quod προκαλέσεται dictum pro προκαλέσηται. ὅτι συνέσταλται, ait Sch. A. „διὰ τοῦ ε τὸ η.“ Obseruatio iusta; aduersatur enim rationi grammaticae, ἤν, ἐάν, cum indicatiuo. Plus tamen quam probabile mihi fit, ex perpetuo Homerico more fuisse εἴ τινά που, ita enim loqui amat, vbi ex vulgari ratione erat, ἵνα, ὡς, cum coniunctiuo. Etiam illud obuium est, vt post futurum sequatur optatiuus vel coniunctiuus; vs. 41 οἱ δέ κ' — ἐπόρσειαν. Sic saepe post εἴ που. εἴ πως. cf. Excurs. III. ad A, 66. Potest sane et hoc referri ad grammaticam imperfectam; de qua in Excursu agam. Manifestus tamen error, et est hic locus vnicus, cum altero Il. X, 419. λίσσομαι — ἤν πως ἠλικίην αἰδέσσεται, ἠδ' ἐλεήσῃ. fuit haud dubie εἴ πως.

Porro stigme apposita est πρὸς τὸ σχῆμα οἰόθεν οἷος. μόνος πρὸς μόνον. Ita quoque Etymol. Hesych. Suidas. Hoc est ariolari ex eo quod forte sententia loci admittat. οἰόθεν est pro ἐξ οἴου, et hoc pro οἴως; est enim formula antiqua augendae notionis, *prorsus solus*, μόνως μόνος. vt inf. 97 αἰνόθεν αἰνῶς. Inf. 226 νῦν μὲν δὴ σάφα ἴσσεαι οἰόθεν οἷος, *solus tibi intelligos*. Aliter X, 30 μόνος, ἄνευθ' ἄλλων. Ita et h. l. μαχέσασθαι οἰόθεν, οἴως, οἷος· prorsus solus, nemine alio admisso socio pugnae. Eustath. reddit εἷς ἐξ ἑνὸς μέρους. Bentleius emendat οἰόθεν οἷον, vt ad τινὰ referatur; quod sane ad sollennem morem dictum esset, et ad intelligendum facilius, vt Apollon. IV, 419 εἴ κεν — πεπίθοιμι οἰόθεν οἷον ἐμοὶ σι συναρθμῆσαι ἑπέσσοι. Apud hunc aliquoties forma loquendi occurrit, et I, 270 οἰόθεν μύρεται, vbi patet esse simpliciter *solitarie, solus*. Ita ἐκ Φανερῶν, pro Φανερῶς,

41. *οἱ δέ κ' ἀγασσάμενοι — ἐπόρσειαν* ξ. Sch. A. 'Ἀρίσταρχος διὰ τοῦ ο, ἀγασσόμενοι. „(voluit ergo notam formam esse *ἀγάσσομαι*? malim per librarii errorem ita scriptum dicere:) „καὶ ὅτι τὸ ἀγάσασθαι ποτὲ μὲν ἐπὶ τοῦ ἀποδέχεσθαι, (θαυμάζειν, vt alii reddunt, Etymol. Hesych. at inf. 404 *οἱ δ' ἄρα πάντες ἐπίαχον μῦθον ἀγασσάμενοι*,) clarum sit, esse, *probare, assentiri*, cum miratione quidem eius qui dixit; sic quoque I, 57. 706. 711) *ποτὲ δὲ ἐπὶ τοῦ φθονεῖν τίθησι*" (vt Ξ, 112) et quod hinc sequitur pro *μισεῖν*; tum vero etiam pro *ὀργίζεσθαι, χολοῦσθαι*, vt aliquoties in Homero, vt Od. Θ, 565 *ὃς ἔφασκε Ποσειδάωνι ἀγάσασθαι ἡμῖν*. et hoc sensu malim dictum putare cum viris doctis. Sic Apollon. I, 141 *μή οἱ δῆμος ἐϋκλείης ἀγάσαιτο*, ne populares ei irascerentur, gloria intercepta, quae ipsis ex hac expeditione accessura erat: vt locus est expediendus. Reiske coni. *ἐκηλείης*, *ignauiae*. Tandem Schol. A. monet: *περιττεύει δὲ καὶ ὁ καὶ σύνδεσμος*. (male hoc! est *κε, ἐπόρσειάν κε*, sc. *τινά*; *οἷον πολεμίζειν αὐτῷ*.) Schol. B. interpungi vult post *ἀριστῆτι*. et *οἱ δὲ* accipere pro *γάρ*. Atqui iungenda sunt *εἴ τινά που προκαλέσσεται, οἱ δὲ ἐπόρσειάν κε*. vt iam ad VI, 39 vidimus.

44. *τῶν δ' Ἕλενος — σύνθετο θυμῷ βουλήν, ἣ ἔμελλε* — ξ quod, tanquam vates, Helenus, mente percepit, quae non audierat. Modum tamen rei poeta non adiecit; quo ille dicta deorum perceperit; paullo post ipse Helenus: *ὡς γὰρ ἐγὼ ὄπ' ἄκουσα θεῶν*. At in eo non haesere prisci homines, qui deorum *ὁμιλίας* cum hominibus inter explorata haberent, quae saepe facta essent. At seriores poetae commenti sunt alia: Helenum et Cassandram, Priami liberos, vaticinandi artem consequutos esse in templo Apollinis Thymbraei, serpentibus aures noctu lambentibus. Ita ex *Anticlide*, (siue *ἐν νόστοις*, siue *ἐν τοῖς ἐξηγητικοῖς*) Schol. A. et br. tradunt. Est is modus tradendae artis et alibi obuius, vt in Melampode apud Apollod. I, 9, 11. Explicat rem suo more religiose arguendo Plutarch. de Genio Socr. p. 593 O.

τῶν δ' non ad deos respicit, sed κατὰ δὲ τῶν Ἀχαιῶν οἱ σύνθετο θυμῷ Apollon. Lex. in v. συνῆκεν. ἑαυτῷ διελογίσατο. βουλήν, ἣ ῥα — quae dii inter se egerant; haec ipse ἔγνω, percepit, ἐνόησεν.

45. βουλὴν, ἣ ῥά θεοῖσιν ἐφήνδανε μητιόωσιν. In ἐφήνδανε haeret Bentl. propter digamma et emendat ἣ ῥα θεοῖς ἐπιϝανδάνει aut θεοισιν ἐϝανδανε. Cur non, propius ad lectionem, ἐϝηνδανε? Infr. vs. 407 est ἐπιχνδάνει, fuisse debet ἐπιϝανδανει. Sunt tamen loca, in quibus ἀνδάνω vt ἀδεῖν etiam sine digammo pronuntiatum esse apparet: sic ἀφανδάνει Od. II, 387. nisi alia de eo versu monenda essent: de voce ἀνδάνω v. Exc. I ad Il. E, p. 174.

46. στῆ δὲ παρ' Ἑκτορ' ἰὼν — ξ— stigme appositum, sed Scholion excidit. Spectauit, puto, illud ad dubitationem, sitne Ἑκτορ an Ἕκτορα. Nam potest esse παρὲστη Ἑκτορι qui τὸν παρ' Ἕκτορα hoc versus. Firmant suspicionem ea quae Eustath. apposuit p. 663, 49. οὐδὲ αὐτὸς δὲ προκαλέσσαι. vnus Vindob. προκαλέσσον. indocte, nam est προκαλεῖσθαι.

53. ὡς γὰρ ἐγὼν ὃν κλέος ἄκουσα Διὸς ἀλεγεινοῖο. — Schol. A. ἀθετεῖται. διὰ τῆς μαντικῆς αὐτῶν συνῆκεν, ὡς εἴρηται. Obscurum Scholion. Putes potius ad antecedentem versum obelum esse retrahendum; hoc enim non audierat Helenus a diis, Hectorem non esse occubiturum; apparet quoque ex vs. 77 sq. Hectorem inter conditiones pugnae ponere alterum, si ipse occisus fuerit, ne spolia detrahantur caeso; quae manifeste repugnant versui 52. Videntur tamen grammatici, imo versu reiecto, alterum 53 damnasse. Colligas hoc e Schol. B. Attamen legerat versum hunc 53. Plutarch. de Soer. Gen. I. p. 593 C. ἐγὼ, ὅτε Mori mf. cum vn. Vindob. Iam alibi monui, illud ν adiectum deberi serioribus.

55. 56. Lecti versus iam sup. Γ, 77. 78. vbi v. 56. μέσσου δουρὸς ἑλών. sc. μέρος τι. nam ἑλὼν quarum ensium requirit. *hasta medio sui parte prehensa.*

Sch. br. ἐκ μέσου κρατῶν τὸ δόρυ. et sic vn. Vindob. Mori et Harl. μέσσον. quod firmat emendationem Bentleii sup. Γ, 78. vbi vide. Tertia ratio inf. Θ, 72 occurrit, τάλαντα μέσσα λαβών.

Pro τοὶ δ', οἱ δ' Cant. Ven. Vrat. b. Mosc. 1. Et iam ἰδρύθησαν Ven. cum vno Vindob.

58. καὶδ' ἄρ' Ἀθηναίη — καὶ Ἀπόλλων ἑζέσθην ὄρνισιν ἐοικότες αἰγυπιοῖσιν Φηγῷ ἐφ' ὑψηλῇ. Ridiculum hoc, si Minerua et Apollo in vultures mutantur aut vulturum speciem assumunt. Ad augurium refert Eustath. p. 663, 46. Verum comparatio spectat ad hoc solum, quod in arbore considunt, et pugnam inde prospectant, vt antea Apollo e Pergamo, Minerua ex Olympo. ἐοικότες itaque non est similes, ἐναλίγκιοι, similem speciem habentes, sed ad sedendi morem spectant; *vt insidere solent arbori vultures*, quando odorantur e longinquo cadauerum praedam. Eodem modo accipienda sunt loca similia. Inf. Ξ, 289 Somnus sedet in arbore ὄρνιθι λιγυρῇ ἐναλίγκιος, *more auium*. Il. O, 236 Apollo de Ida descendit Ἴρηκι ἐοικὼς, *celeritate accipitris vsus*. In Odyssea aliquoties *e conspectu subito abit*, ὄρνις ὡς ἀνόπαια διέπτατο, A, 319. 320. ἀπέβη Φήνῃ εἰδομένη P, 371. 2. non quasi euolarit specie aquilae assumta, sed celeriter, vt euolasse putares. Sic et de Mercurio super mare profecto: σεύατ' ἔπειτ' ἐπὶ κῦμα, λάρῳ ὄρνιθι ἐοικώς, E, 51. et eodem libro 337 de Leucothea mari repente emergente αἰθυίῃ εἰκυῖα τοτὴ ἀνεδύσατο λίμνης, ἷζε δ' ἐπὶ σχεδίης. Et Minerua in domo Vlyssis prominenti trabi insidet χελιδόνι εἰκέλη ἤνεμος, vt solet hirundo trabi insidere, non ipsa hirundinis forma induta.

60. Φηγῷ ἐφ' ὑψηλῇ. Barocc. Mori, Vindob. ἐν. Dubito an haec quercus habenda sit pro eadem quae ad portam Scaeam memoratur sup. Z, 237. aut quae sup. E, 693 memorata est. Nimis subtiles interdum sumus in locis Troadis constituendis.

61. ἀνδράσι τερπόμενοι. Hinc ductum esse illud, quod, (diuerso tamen sensu,) homo παίγνιον θεοῦ dici.

mr. a Platone, notant Schol. Lipſ. et. Euſtath. Locum Platonis notat Erneſti de Legibus VII, p. 803 C. Oblectantur dii hominum robore et virtute, factis et geſtis in pugna: quod diis tribuitur ex iſtorum hominum vita et ſenſu, metientium deorum ingenia e ſuis. cf. mox Θ, 51. 52.

62. *τῶν δὲ στίχες εἶατο πυκναὶ ἀσπίσι καὶ κορύθεσσι καὶ ἔγχεσι πεφρικυῖαι* Sch. A. „γρ. καὶ βεβριθυῖαι." Eſſet quidem et hoc Homericum; Od. Π, 474 *βεβρίθει δὲ* nauis *σάκεσσι καὶ ἔγχεσιν ἀμφιγύοισι*. Alterum tamen locus poſtulat propter comparationem ſubiectam. Vidimus idem iam Δ, 282 vbi eadem erat varietas: v. Obſſ. Ceterum quid *Φρίσσειν*, vt *horrere*, ſit, idque dici de iis quae ſuperficiem habent prominentem cum motu, ex hoc verſu et comparatione ſubiecta, ſit manifeſtum.

63. *οἵη δὲ Ζεφύροιο ἐχεύατο πόντον ἔπι Φρίξ* — Quae grammatici ad hunc verſum notant, a grammatica ſubtilitate ducta ſunt. Aſcalonita *ἔπι* ſcripſerat cum aliis; et probat Sch. A. improbatque ſcriptum *ἐπὶ Φρίξ*. quod et occurrit in Lipſ. Vrat. b. Etymol. Porphyr. Qu. 6. Euſtath. ed. Rom. Quid ſit *Φρίξ*, a Sch. A. explicatur: *ἢ ἐξ ἐπικοπῆς κίνησις τοῦ κύματος ἀρχομένου ἢ τὸ ἐπιπολάζον τῷ κύματι ἀφρῶδες, ὅταν ὁ ἄνεμος ἄρχηται πνέειν.* (ad noſtrum locum ſpectat prius.) Similia habent Etymol. Heſych. Suid. Schol. br. cf. ad Φ, 126. In noſtris libb. et edd. *ἔπι Φρίξ* conſtanter legitur, etiam ab Euſtath.

Hiatum in medio verſu, qui ferendus forte eſt, quia in medii verſus caeſura occurrit, non ferebat Bentleius, ſed emendabat *Ζεφύρου κατεχεύατο*, vel *ἐπεχεύατο*, (ita malim *Ζεφύροι ἐπεχεύατο*.) Nil tamen mutant codices, nec alii qui verſum excitant, vt Porphyr. Qu. Hom. 6. Schol. Φ, 126. Galen. ad Hippocr. Epidem. VI, p. 463, To. IX.

Dixi ordinem verborum eſſe: *οἵη Φρίξ ἐπεχεύατο πόντον* vel *ἐχεύατο ἐπὶ πόντον*, ſubiecta cauſſa: *Ζεφύροιο νέον ὀρνυμένοιο*. pro *διὰ Ζεφύρου*. Video enim

verba sic accipi, vt sit φρὶξ Ζεφύροιο. Est tamen φρὶξ maris, non venti, nisi contendas, esse motum maris a Zephyro effectum. Ceterum bene comparat Koeppen loca Catulli 64, 270 sq. et Virg. Georg. III, 199 sq.

64. μελάνει δέ τε πόντος ὑπ' αὐτῆς. Ven. A. „quod, si legitur πόντος ὑπ' αὐτοῦ, erit: μελαίνεται πόντος ὑπὸ τοῦ Ζεφύρου. Scilicet ὑπ' αὐτοῦ ab aliis olim fuit lectum, et sic quoque legitur apud Aristotelem Problem. 5, 23. At ὑπ' αὐτῆ (scil. τῇ φρικὶ) lectio Aristarchea fuisse videtur; eaque doctior; eratque ea in Ven. B. Lipsl. (adscripta altera) Harlei. Townl. Hanc igitur retinebit, qui textum Aristarcheum restitutum iuerit. In Ven. A. tamen ὑπ' αὐτῆς editum; quae lectio est edd. et Eustathii.

Porro Aristarchus legerat πόντον. ita μελάνει transitive est dictum, et supplere ille debuit ὁ Ζέφυρος quod et Schol. B. cum Schol. Leid. sequitur, qui praefixum habet πόντον. Hoc idem est in cod. Lipsl. (vbi Schol. πόντον, διὰ τοῦ ν, ἐξ ἄμεινον· ἄλλοι δὲ πόντος.) Vrat. c. tum in edd. Flor. Aldd. 1. 2. et al. vsque ad Turnebum, qui ex ed. Rom. adsciuit πόντος, quod et Ven. A. exhibet. In Harlei. est πόντος et ου. Cum πόντος conuenit Od. M, 406 ἤχλυσε δὲ πόντος ὑπ' αὐτῆς sc. κυανέης νεφέλης. Superest μελάνει quod Ascalonita dictum esse volebat vt οἰδάνει. κυδάνει. ap. Schol. B. cf. inf. ad Ξ, 73 κυδάνει. Alias possis credere fuisse futurum μελανεῖ. μελαίνει vitiose Mori ms.

68. ὄφρ' εἴπω. peccat in digamma: οφρ' ϝειπω. Potuit versus seriorls rhapsodi esse; vt suspicor in seqq. interpolatoria opera inserta esse nonnulla. Bentl. em. ὄφρ' αὐδῶ.

69. Ὄρκια μὲν Κρονίδης ὑψίζυγος οὐκ ἐτέλεσσεν. Ergo nunc ad Iouem refertur pugnae inter Menelaum et Paridem euentus effectu carens. Atqui sup. Δ, 13 ipse Iupiter Menelaum victorem esse asseuerauerat, et periurium Troianorum tacite improbauerat. Molestum dilemma agnoscit Plutarch. Sympos. IX, 13. p. 742 F. Idem

verſus recitat de aud. poet. p. 24 B. et, vt iniuriam a deo propulſet, Iouem interpretatur *τύχην καὶ εἱμαρμένην*. Enimuero ſollenni iſtorum hominum more, quem iam vidimus et videbimus, Hector ad Iouem refert id, quod ſeu ſtultitia ſeu iniuria Troianorum factum erat. cf. dicta ad lib. Γ. inprimis Obſſ. 457.

70. *ἀλλὰ κακὰ Φρονέων τεκμαίρεται ἀμφοτέροισι*. Poſt *οὐκ ἐτέλεσσεν* non poteſt eſſe *τελειοῖ*, *ἐπὶ τέλος ἄγει*. Schl. br. *βουλεύεται ἢ τελειοῖ*. Euſtath. *λέγει τεκμαίρεσθαι τὸ τελειοῦν, ἀπὸ τοῦ τέκμωρ (τέκμαρ) ὃ δηλοῖ τὸ τέλος. τὸ μέντοι τεκμαίρεσθαι, ἀντὶ τοῦ σημειοῦσθαι, ἀφ' οὗ καὶ τέκμαρ, τὸ σημεῖον, οἱ μεθ' Ὅμηρον λέγουσι*. Transiit hoc inde in Lexica. Quod Grammatici obſeruant, hoc eſt: *τεκμαίρεσθαι*, vt ſit aut *e certis ſignis colligere στοχάζεσθαι* aut *certis ſignis oſtendere, σημειοῦσθαι*, eſſe ſeriorum; prius facile largiar; de altero vero dubito. ſi Odyſſ. Λ, 111. et M, 139 in animum reuoco, vbi haud dubie eſt praedico, praenuntio. Apud Homerum, fateor, notiones vocis ductae ſunt a notione *τοῦ τέλους*, finis, exitus; nam eſt non modo, ad finem perducere, ſed et *finire, deſinire, conſtituere, decernere, βουλεύεσθαί τινι*, etiam *μηχανᾶσθαι*.. De his v. dicta ad Z, 349. Etiam Heſiodus E. 228. 9 *οὐδέ ποτ' αὐτοῖς ἀργαλέον πόλεμον τεκμαίρεται εὐρυόπα Ζεύς*. pro *βουλεύεται*. Ergo Iupiter, auerſus, infeſtum animum habens, conſtituit mala. Importunum eſt, quod, ſi *κακὰ Φρονέων*, Iupiter *τεκμαίρεται*, quaeritur, quidnam? et quod repetendum eſt *κακὰ*, commode. Ex graeci ſermonis ratione eſſe poſſet *τεκμαίρεται Φρονέων κακὰ*, pro *ἑαυτὸν Φρονεῖν κακά*. ita tamen eſſet, *denuntiat, oſtendit;* et ad Poſthomericam notionem res rediret. Suſpectus itaque eſt locus vſſ. 69—72 malae ſedulitatis rhapſodorum. Iis reſectis multo melius procederent omnia; magisque adaptatum eſſet *τὸ γὰρ* vſ. 73. Quid tamen poſt iſta faciemus loco Od. Λ, 111 *εἰ δέ κε σύνηαι, τότε τοι τεκμαίρομ' ὄλεθρον*. vbi manifeſtum ſit eſſe, *praedico, denuntio*.

71. 72. *εἰρύσσεν ἢ — ἕλητε, ἢ αὐτοὶ δαμείετε.* Requirebatur *δαμείητε.* „*δαμείετε.* Ita Iones raptim pronuntiasse" ait Clarke: quasi expedita res esset hoc ita se habere; de quo tamen alii valde dubitant. Dicam potius, supersse hoc ex grammatica nondum satis accurate constituta, pro *δαμείητε* quod et Barocc. habet, ex *δαμείην*, vt *τυπείην*. cf. ad A, 66. Pro *ἕλητε* vn. Vindob. *ἕλοιτε.*

73. *ὑμῖν μὲν γὰρ ἔασιν* — Aristarchus legerat: *ὑμῖν δ' ἐν γὰρ ἔασιν.* minus suauiter. Erat hoc in Vrat. b. Mosc. 1.

75. ξ— quia *Ἕκτορι δίῳ* pro, *sibi.* et quod *πρόμος* pro *πρόμαχος*, et quod se *δῖον* appellat importune, *ἀκαίρως.* Obseruationes quidem parum graues! quibus alia Sch. B. et Sch. Leid. opponunt; istis tamen prioribus, quae in Schol. A. leguntur, adductus Bentleius coniectabat *πρόμος ἔμμεναι οἰόθεν οἵῳ* ex v. 39. ita vt alterum *Ἕκτορι δίῳ* huc retractum forte sit ex v. 169. Atqui figura ista, vt aliquis pro *se* ponat *nomen suum* frequens satis est, v. c. Ξ, 454 ipse Polydamas loquitur *οὐ μὰν αὖτ' ὀΐῳ μεγαθύμου Πανθοίδαο* sq. Quod *πρόμος* pro *πρόμαχος* dictum sit, ad omnia fere loca, quibus vox occurrit, iteratur, notatur etiam in Apollon. Lex. h. v. Etymol. Hesych. Videtur adeo de eo controuersia fuisse: add. sup. ad Γ, 44. — Porro *δεῦρ' ἴτω ἐκ πάντων*, antea iungebatur, minus bene.

76. *Ζεὺς δ' ἄμμ' ἐπιμάρτυρος ἔστω.* (ξ—) quod Homero est *ὁ μάρτυρος.* Obseruatiuncula ad A, 338 et alibi repetita. At illud non monetur, posse etiam esse *ἐπὶ* et *μάρτυρος* seiunctim, pro *ἄμμι ἐπέστω μάρτυρος.* Et hoc ab Homero profectum credere malim.

77. *εἰ μέν κεν ἐμὲ κεῖνος ἕλῃ.* vn. Vindob. *τῆνος.* „*γρ. ἐμ' ἐκεῖνος*" Barnes. *ταναήκει* correxit Barnes. cum esset vbique *ταναηκεί.* Et sane Barnesio erat parendum, si inf. Ξ, 385 *ταναήκεας* scribimus. Vtrumque enim in Homero occurrit *ταναήκης* et *ταναήκεας.* De voce satis

agunt grammatici ὁ ἔχων ταναὴν, τεταμένην, ἐπιμήκη ἀκήν. *Longo praefixa haſtilia ferro* ap. Virgil.

79. σῶμα δὲ οἴκαδ' ἐμὸν δόμεναι. σῶμα idem quod vſ. 84 νέκυς proprie apud Homerum de mortuo: quod obſeruatum vidimus iam ſup. ad Γ, 23. At de viuo corpore δέμας. Ad idem probandum vtitur his vſſ. 79 et 80 aliquis ap. Stobaeum Ecl. phyſ. I, 43. p. 750. ed. Heeren: qui locus male e Platonis Cratylo petitus antea ferebatur, in ed. Cant. p. 86.

79. 80. ὄφρα πυρός με — λελάχωσι. ξ quod omnino nullum aliud ſepulturae genus nouit Hector, quam vt *igni cremetur corpus.*

80. ξ quod λελάχωσι pro λαχεῖν ποιήσωσι. Hoc et Sch. br. cum addito: οἱονεὶ μεταλαβεῖν. ap. Heſych. eſt λελαχήσωμεν, λαχεῖν ποιήσωμεν, ſed cum caſu ſecundo λελαχεῖν τινος, vel λελάχειν, pro τι. *facere participem, impertire.* Verbum λελάχω occurrit hoc ſignificatu transitiuo etiam O, 350. X, 343. Ψ, 76. vbi Euſt. λελαχεῖν ἀντὶ τοῦ, πυρὸς ἀξιῶσαι. λάχος δοῦναι τινός. Koeppen bene comparat ἐκλελάθω vt B, 600. et λελάθω O, 60 et al.

81. εἰ δέ κ' ἐγὼ τὸν ἕλω, δώῃ δέ μοι εὖχος (νίκην) Ἀπόλλων. Apollon. Lex. p. 71 αἴ κεν. ἐάν. αἴ κεν πώς μιν ἕλω, (non πῶς) pro εἴ πως. Porro eſt inter exempla iunctorum optatiui et ſubiunctiui: εἴ κεν ἕλω — δώῃ δέ μοι — v. Exc. II. ad lib. V. Porro quaeri poteſt, cum alias Iupiter victoriam det, vt inf. 203 cur nunc Apollini hoc tribuatur: Puto, quia Troianorum tutela erat Apollo. Simili modo a Minerua, tanquam ſui ſtudioſa, victoriam repetit Neſtor: inf. 154. Koeppen Apollinem obſeruat ſic memorari, quoties de ictu vel iactu ſermo eſt, vt Π, 725. Od. X, 338. Ψ, 7.

82. ξ excidit Scholion, recoquens τὸ, ἡ Ἴλιος. προτὶ Euſtath. Mori. Ven. Lipſ. Townl.

83. καὶ κρεμόω προτὶ νηόν. ἐπὶ νηὸν Mori. Barocc. vn. Vindob. vt vſ. ſequ. ſequitur ἐπὶ νῆας.

85. ὄφρα ἕ ταρχύσωσι. Sch. A. θάψωσι. τάρχεα τὰ νενομισμένα τοῖς νεκροῖς. additur inepte ἀπὸ τῆς ταριχῆς. etsi hoc repetunt Sch. br. Etymol. et Euſtath. Similia Ven. B. et ταρχύσαι, θάψαι, ἐνταφιάσαι. Apollon. Lex. h. v. et Heſych. ταρχεύωσι Mori mſ. ταρχήσωσι Vrat. b. At ταρχύσωσι, θάψωσι, etiam Suidas.

86. σῆμα δέ οἱ χεύωσιν ξ— quod in patriam non reportata fuerunt oſſa" Videtur inter grammaticos diſputatum fuiſſe de more comburendi mortuos. v. modo ad 79. add. inf. X, 342. Recitat Stobaeus Serm. CXXII, p. 614. verſus 85. 86. confuſos cum Il. Π, 456. 7. vbi v. Obſeruat quoque grammaticus, quod Homero Helleſpontus πλατὺς eſt. Addit Ven. B. καθ' ὃ μέρος ἐστὶ πλατύτερος ἑαυτοῦ περὶ τὰς ἐκροὰς τοῦ Σκαμάνδρου. Similia Euſt. et inf. ad P, 432 Sch. B. Sane Helleſpontus et *latus* et *anguſtus* (ſeptem ſtadia non excedit) dici potuit, comparatiue. vt bene Ern. reponit ad Clarkii et aliorum argutias. In Homero tamen cum Helleſponti nomen ad maris Aegaei partem borealem contiguam referatur, ipſumque Troadis littus, epitheton πλατὺς multo minus impugnandum erat. Apollon. Lex. πλατὺν Ἑλλήσποντον. (ad P, 432) οὐ καθολικῶς λέγει πλατὺν, ἀλλὰ τὸ κατὰ τὴν Τροίαν μέρος τοῦ Ἑλλησπόντου, ἀπὸ τοῦ μέρους τὸ ὅλον τροπικῶς λέγει. κατὰ γὰρ Σηστὸν καὶ Ἄβυδον οὐ πλατύς ἐστιν Ἑλλήσποντος. ad q. loc. vide Villoiſ. et Toll. Exſcriptus eſt Apollon. ab Heſychio. Acceſſit nuper Iac. Bryant. Alio modo vidi accipi a viro docto Dallaway *Conſtantinop.* p. 365. de longo proſpectu Helleſponti cum Propontide ſe miſcentis. ἐπιπλατεῖ vna voce Ven. A. ſed eſſe ἐπὶ pro παρὰ ipſe Schol. monet. Inſertum eſt in Ven. A. et Sch. br. Scholion de Phrixo et Helle e Philoſtephano Callimachi aequali: qua de re v. Apollod. I, 9, 1. et Not. Inepte narrationem παραφράζει Euſtath.

χεῦαι, τὸ τὴν γῆν ἐπιχέαι τοῖς τεθνεῶσι. σῆμα τέ μοι χεῦαι (Od. Λ, 75) Apollon. Lex. h. v. At Lipſ. Ven. duo Vindob. χείαται. Sane ap. Heſych. χεύωσι.

χεύσωσι. χώσωσι. ſunt notata. Ceterum ex h. l. firmatur ſaltem mos tumulos, σήματα, excitandi mortuis; et auctor loci videri poteſt reſpexiſſe tumulos in Troadis littore paſſim conſpicuos, ἐπὶ πλατεῖ Ἑλλησπόντῳ, in quorum veſtigiis exquirendis tam curioſe ſeduli fuere qui nuper haec loca adierunt.

89. ἀνδρὸς μὲν τόδε σῆμα πάλαι κ. ξ. excidit Scholion Ven. A. Spectauit illud aut τὴν ἐπιγραφὴν τοῦ σήματος, aut ſcripturam κατατεθνειῶτος, quae in vtroque Ven. erat, vt et in aliis, Barocc. Lipſ. Cant. Vrat. A. binis Vindob. pro quo Ariſtarchus, hic et vbique, ſcribit κατατεθνηῶτος. vt inf. 409 Mori τεθνηεῶτος. Ariſtarcheam ſcripturam per η nos ſeruare diximus ſup. Z, 71.

Verſus 89. 90. 91. a Cicerone verſos videbis ap. Gell. XV, 6. e lib. II. de gloria non ſane admodum eleganter.

93. αἴδεσθεν μὲν ἀνήνασθαι — Mire argutantur grammatici, A. B. br. Euſt. de cauſſa, cur metuant congredi cum Hectore Achiui. Simpliciſſimum in oculos incurrit: quia eius virtutem inſignem norant; confeſſionis autem pudebat. Multo magis tricatur Porphyrius, cuius ζήτησις inſerta eſt Ven. B. cur Menelaus nunc ſurgat, mox ceteris ſurgentibus ſedeat. Piget talia legiſſe. Cur Menelaus nunc primo loco ſe pugnae offerat, obuium eſt: quia ad eum maxime rerum euentus ſpectabat, ſi Hectore caeſo Troia facilius poſſet expugnari. — Verſum interpretatur Etymol. p. 107, 26. ἐνετράπησαν μὲν ἀπαρνήσασθαι, ἐφοβήθησαν δὲ ὑποδέξασθαι καὶ ὑπαντᾶν τὸν λόγον τοῦ Ἕκτορος. Idem argutatur in etymo, quod neceſſe eſt eſſe αἶνος. ἀπαρνήσασθαι reddit quoque Suidas. Ingenioſe verſum ad animi cupiditates transfert Plutarchus de virt. mor. p. 447 E. vtitur eo aliis quoque locis.

Ceterum probatur Homerus in hoc, quod non vanam opinionem ſequitur, ſed naturam, dum, diſcrimine repente obiecto, heroes exhibet primo commotos, nec niſi deliberatione animi et cohortatione facta ad ſuſcipiendum periculum promtos exhibet.

95. *νείκει ὀνειδίζων* Sch. A. memorat in nonnullis esse *νεῖκε ὀνειδίζων*· puto fuisse *νείκε'* pro *νείκεε*. Est quoque hoc in Mori ms. *νείκει'* Mosc. 1.

μέγα δὲ στοναχίζετο. Mori *δ' ἐστοναχίζετο*. Townl. *δ' ἐστεναχίζετο*. Schol. Lips. et Cant. ap. Bentl. *δὲ στεναχίζετο*. perpetua varietas, v. ad B, 96.

96. *ὤ μοι ἀπειλητῆρες*, in alio ap. Sch. A. erat: *ὤ μοι ὑβρισταί*, ex interpretatione. Melius redduntur *ἀπειλητῆρες, καυχηταί*, in Schol. br. et Eustath. add. Suidas. Nam et per se cognatae sunt notiones hae minandi et gloriandi, et passim apud Homerum occurrunt *ἀπειλαὶ* et *ἀπειλεῖν* de gloriantibus. v. c. Ξ, 479. Conser opprobria in Achiuos iacta Θ, 228 sq.

97. *ἦ μὲν δὴ λώβη τάδε γ' ἔσσεται αἰνόθεν αἰνῶς* Sch. br. *ἐκ δεινοῦ δεινῶς. ἢ καὶ τῶν δεινῶν δεινοτέρως* Apollon. Lex. *τῶν δεινῶν δεινότατον*. Similia Schol. A. B. Eustath. Verbo, est periphrasis superlatiui, pro *δεινοτάτη*, v. sup. ad vs. 39 *οἰόθεν οἷος*.

98. *ἀντίος εἶσι*, Townl. *ἀντίον*.

99. *ἀλλ' ὑμεῖς μὲν πάντες ὕδωρ καὶ γαῖα γένοισθε*. Vocat huc Schol. A. et Leid. Xenophanis dictum: *πάντες γὰρ γαίης τε καὶ ὕδατος ἐκγενόμεσθα.*" *ἐκ γῆς* (*γαίης*) *γὰρ πάντα, καὶ εἰς γῆν* (*πάντα*) *τελευτᾷ. ἢ ὅτι τὸ ὕδωρ τὰς ψυχὰς διαφθείρει* (quod Heracliti est). Similia sunt in Schol. br. cf. Eustath. item apud Sextum Emp. adu. Phys. p. 685. Aliena tamen et haec, et illud, quod vulgo fertur: *πάντα γὰρ ἐκ γαίης, καὶ εἰς γῆν πάντα τελευτᾷ* apud Sextum X, 313, ab Homero; qui ad communem sensum terram resolutam in puluerem aqua mixtum et aqua diffluentem in declarando interitu respexisse dicendus erat; disolui terram in aqua vulgo obuium erat, obuium itaque illud quoque, disolui omnia in aquam et terram. Philosophice tamen dictum accipit quoque Galenus in Medico c. 9. Sicque ap. Stobaeum Ecl. phys. I, 12. p. 282 ed. Heeren. (Cant. p. 85.) Alio modo, vt cum sacrorum librorum narratione conueniat, interpretatur haec Iustinus Cohort. s. 30. vbi

codd. γένησθε, et Clemens Strom. V, p. 707. Omnino verſus recitatur paſſim, vt a Luciano in Ioue Trag. 19. vbi ἅπαντες· item a Schol. Apollon. I, 496. vbi Thales elementum rerum, aquam, ex hoc verſu ſumſiſſe traditur.

100. ἧμενοι αὖθι ἕκαστοι ἀκήριοι ἀκλέες αὕτως. Vulgo ἀκλεὲς, vt quoque ſcribitur in Apollonii Lex. in ἀκήριοι. quod ſi ſcribitur, erit neutrum pro aduerbio ἀκλεῶς. Peſſime enim veteres ap. Euſtath. dictum eſſe voluerunt pro ἀκλεεῖς, vt ἐπιτηδὲς dictum eſſe volebant A, 142 ad q. v. vide Obſſ. Scriptum quoque contra metrum ἀκλεείς in Mori. Barocc. Vix tamen dubitare licet, ex mente Homeri fuiſſe ἀκήριοι, ἀκλέες αὕτως. Formae fuere plures: ἀκλὴς, έος, έες, tum ἀκλεὴς, εέος, εοῦς, et ἀκλειής. Nec aliter ſtatuerat grammaticus in Schol. br. ἀκλέες, ἀκλεεῖς, ἄδοξοι, καὶ ἀνονόμαστοι. Quintus X, 17 ἀκλέες ἔζόμενοι et aliquoties apud Pindarum. Nolo enim laudare Od. Δ, 728 ἀκλέα ἐν μεγάρῳ, nam hic leg. ἀκλεέ' ἐν μ. Conf. ſup. ad B, 115. ἀκήριοι, imbelles. De voce cf. ad E, 812. Apollon. h. v. verſu adſcripto: οἱονεὶ ἄψυχοι. Idem male exhibet αὖθις. ἀκήριον Mori mſ.

101. τῷδε δ' ἐγὼν αὐτὸς θωρήξομαι. Atqui, inquis, iam armatus eſſe debuit Menelaus in pugna. Sch. B. firmiora, ait, arma nunc ſumturum eum eſſe, cum pugnam ſingularem inire velit. Enimuero non vrgendum eſt vocabulum; Menelaus cum aliis haſtam et clipeum, forte et galeam, in terram depoſuiſſe putandus eſt; haec arma nunc arripit iterum vſ. 103. et iterum vſ. 122 ἀπ' ὤμων τεύχε' ἕλοντο.

αὐτὰρ ὕπερθεν. cum ſequatur νίκης, deleui ν, vt ſit ὕπερθε. ſic quoque Ven. Townl. alii.

102. νίκης πείρατ' ἔχονται ξ— quod ἔχονται ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσι. non ἔχεται, poſuit ex more.

νίκης πείρατα. vt νίκης τέλος. πολέμου τέλος. ipſa pugna eiusque exitus, de quo v. ad Π, 630. Similiter ὀλέθρου πείρατα. De ſuninm oris, πέρασι, cogitabat Euſtath. a πεῖραρ, ſed omnino id, quod ſummum eſt in

re, vel vltimum in re, pro ipſa re ponitur. Sic *ſumma belli. ſumma victoriae.* Apud Clement. Alex. Strom. VI, p. 739 laudatur: *νίκης ἀνθρώποισι θεῶν ἐκ πείρατα κεῖται*, vnde Archilochi verſum ductum eſſe: *νίκης δ' ἐν θεοῖσι πείρατα.* Deeſt aliquid in medio: *νίκης δ'* (ἔχονται aut ſimile quid) *ἐν θεοῖσι πείρατα.*

103. *κατεδύσατο τεύχεα καλά. κατεδύσετο* pari iure et vi Vrat. c. Moſc. 1. cum edd. vsque ad Turnebum et Stephanum, qui exararunt *κατεδύσσατο*, male geminato ſibilo, emendatum a Barnes. Et ſane *κατεδύσατο* Cant. Mori. Barocc. Ven. Ad faſtidium actum de hac varietate ad Δ, 86. Γ, 262. B, 35.

104. *ἔνθα κέ τοι Μενέλαε*, — Appoſitum in cod. Veneto verſui antiſigma ⊃ quod alias pingitur ⊂ et denotat verſum et alibi occurrere. Ita vero ſexcenties aliis locis repetitis erat appingendum. Hoc loco reſpicere debuit verſum de Patroclo Π, 787 *ἔνθ' ἄρα τοι, Πάτροκλε, φάνη βιότοιο τελευτή.*

φάνη βιότοιο τελευτή. Sch. A. „γρ. καὶ θανάτοιο τελευτή." quod Virgil. vertit: *Hic tibi mortis erant metae.* Aen. XII, 546.

107. *αὐτός τ' Ἀτρεΐδης.* Cant. et vn. Vindob. *αὐτὸς δ'* non male, vt noua ſententia procedat.

108. *δεξιτερῆς ἕλε χειρὸς ἔπος.* Aut ſerioris rhapſodi eſt verſus, aut emendandus eſt. Nam *χειρος ϝεπος* repugnat metro Homerico. Notatum et emendatum iam a Bentleio: *δεξιτερὴν ἕλε χεῖρα, ϝεπος τ' ἔφατ'* — Sic enim et alibi loquitur: Ξ, 137. Ω, 671. Od. A, 121. Σ, 257. alterum tamen per ſe et ipſum bene ſe haberet, vt Δ, 542. A, 523 vidimus.

VII. 108. 109. ad obiurgandum amicum commodis bene vtitur Plutarch. de adulat. p. 55 C.

109. *οὐδέ τί σε χρὴ ταύτης ἀφροσύνης.* Nil monent grammatici de ratione grammatica formae loquendi, quae aliquoties in Homero occurrit. Explicatur *χρὴ, χρεία ἐστὶ, τῆς* vel *τοῦ*. Vnde vero quartus caſus? Supple *κατά σε*. Eſt *χρὴ* inter ea quae vſu inualuerunt pro *χρῆν*, ex *ἔ-*

χρην, ἔχρη, χρῇ, ex χρῆμι. Eodem modo χρεὼ et χρειὼ, v. c. I, 603 οὔτε τί με ταύτης χρεὼ τιμῆς, ſc. οὐκ ἐπ' ἐμὲ ἱκάνει, ad quem locum vide Obſſ. Erat quoque χρεὼ h. l. in Harlei. et vno Vindob. et reponere hoc iubebat Bentl. quia id et alibi occurrit: I, 75. 604. K, 43. Λ, 605. Ita vero multa loca eſſent mutanda, Od. A, 124. Γ, 14. Φ, 110. X, 377.

110. ἀνὰ δ' ἴσχεο erat vulgata lectio; pro ἀνίσχεο. ἀνέχου. nec eſt improbandum per ſe. Etiam Heſych. ἀνὰ δ' ἴσχεο· ἀνάσχου δέ. ἀνὰ δὲ σχέο tamen ſuppeditant Townl. Ven. cum Euſtath. et adſpirant Barocc. Mori. ἀνὰ δ' ἔσχεο. Ariſtarchus, puto, ita legerat; corruptum Schol. A. „Ἀρίσταρχος, ἀνὰ δ' ἄνσχεο. ἀνάσχου δέ. leg. ἀνὰ δὲ σχέο. Occurrit σχέῳ Φ, 379.

111. μήδ' ἔθελ' ἐξ ἔριδος σεῦ ἀμείνονι φωτὶ μάχεσθαι. ξ quod ἐθέλω ſemper eſt apud Homerum; non θέλω. Dictum iam de hoc ad A, 133 vbi in Obſſ. varians lectio excidit poſt Moſc. 3. ἠὲ θέλεις.

σεῦ ἀρείονι φωτὶ recitat Schol. Eurip. Or. 1585, vbi δεινὸν εὐτυχῶν ἀνὴρ πρὸς κακῶς πράσσοντας conuenit ſup. cum A, 80.

112. τόν τε στυγέουσι καὶ ἄλλοι. Schol. A. monet ſcribi quoque τόν γε. De στυγεῖν v. ad O, 167. vbi idem verſus legitur. Vn. Vindob. interpolate: τὸν ὑποτρομέουσι καὶ ἄλλοι.

113. καὶ δ' Ἀχιλεὺς τούτῳ γε — ἔρριγ' ἀντιβολῆσαι, ὅπερ σέο πολλὸν ἀμείνων. ξ quod Zenodotus ἀμείνω legerat" (vitio librarii factum putes; videtur tamen aliquid turbatum eſſe; vti et Γ, 11. in hac voce. v. ſeqq.) τὸ δὲ ἀντιβολῆσαι, pergit Sch. A. γράφεται καὶ διὰ τοῦ ψ, ἀντιβόλησεν (quomodo hoc fieri potuit? poſt ἔρ-ριγ' — An forte erat Zenodotea lectio: καὶ δ' Ἀχιλεὺς τοῦτόν γε μάχῃ ἐνὶ νυδιανείρῃ ἔρριγ', ἀντιβόλησεν ὅπερ, σέο πολλὸν ἀμείνων.) addit: Melius, aiunt, dixiſſet Homerus: ὅπερ μέγα Φέρτατός ἐστι. Scilicet, quod nunc legitur, habet aliquid exprobrationis in Menelaum.

Pro τούτῳ γε. τοῦτόν γε Mosc. 1. et Lesbonax, qui hinc exsculpsit schema Graecorum Asiaticorum p. 182. quarto casu vtentium pro tertio. Atqui sic ingendum erat τοῦτόν γε ἔβριγε.

ἔβριγ'. Male Eustath. mentiri ait Agamemnonem; nam, hoc factum esse ab Achille, non narrari. Potuere tamen multa antecedere, quae in Iliade non narrantur, et in iis hoc quoque, Achillem refugisse congredi cum Hectore. Atqui ἔβριγεν est *horrere solet*, siue, vt Clarke vertit, non sine horrore aliquo ei occurrit. Antiquitus εριγ' exaratum fuit.

115. ἰὼν μετὰ ἔθνος ἑταίρων. pro εἰς ἔθνος dictum esse obseruat Apollon. Lex. p. 455. versu apposito.

ἀλλὰ σὺ μὲν νῦν ἴζευ. qua socordia Homeri editores in metro vsi sint; vel ex hoc aestima, quod νῦν in omnibus edd. etiam in Turneb. aberat, etsi in Eustathio legebatur; restituit Stephanus.

116. τούτῳ δὲ πρόμον ἄλλον ἀναστήσουσιν Ἀχαιοί. ξ quod πρόμον dicit, qui vulgo πρόμαχος. Notatum iam erat ad vs. 75.

117. εἴπερ ἀδειής τ' ἐστὶ, καὶ εἰ μόθου ἔστ' ἀκόρητος. Sch. Ven. A. „γρ. καὶ, ἀδειής γ'," sicque Mosc. 1. Omissum τ' in Townl. Vrat. b. c. At seruat τ' Apollon. Lex. qui adscripsit versum in ἀδεής. ἀδειής. οὐ δεδιώς. Nimis subtile, lubricum et parum fructuosum est, quod Dawes et Knight inferunt, quia ante δέος et δεινὸς saepe producitur vocalis brevis, pro δέος, δϝεος, et h. l. εἴπερ δ' ἀδϝειης, καὶ — vel ἀδσείης esse scribendum; potuit, si id verum est, non minus probabiliter scriptum esse: εἴπερ δ' ἀδδειὴς καὶ εἰ π.

ἀκόρεστος laudat Barnes ex Eustath. sed pro interpretatione vsitatiorem formam apposuerat. μόθου ἀκόρητος, vt ἄτος πολέμοιο. pugnandi cupiditate inexpleta v. sup. ad E, 388. Interpretatur Virgilius, *quos nulla fatigant praelia, nec victi possunt absistere ferro.* Aen. XI, 305.

118. *γόνυ κάμψειν.* Barnes: „γρ. *καμψέμεν.*“ Repetuntur duo hi verſus T, 72. 73.

120. 121, iidem verſus lecti Z, 61. 62. vbi *ὡς εἰπὼν ἔτρεψεν.* quod h. l. *παρέπεισεν. παρειπών.* Barnes: „γρ. *παρρείπων.*“ non varietas, ſed commentum viri docti eſt. ſaltem ſic pronuntiari potuit aut debuit. Verum fuit *παρφειπων.*

125. *ἦ νε μέγ' οἰμώξεις γέρων ἱππηλάτα Πηλεύς.* Argutantur grammatici, mirati Pelea a Neſtore excitari, non alios Achiuorum parentes. Atqui ſenex ſenem, eumque clariſſimum et fortiſſimum primo loco recordari debuit. Verſu hoc vſi ſunt Spartanorum legati audita Gelonis poſtulatione, vt ſibi copias Graecis mittenti deferretur exercitus ductus: *Ἦ νε μέγ' οἰμώξειεν ὁ Πελοπίδης Ἀγαμέμνων πυθόμενος Σπαρτιήτας τὴν ἡγεμονίην ἀπαραιρεῖσθαι ὑπὸ Γέλωνός τε καὶ Συρηκουσίων.* quae nec Euſtath. ad h. l. oblitus eſt. Repetit verſum quoque auctor Encomii Demoſth. inter Lucianea pr. ſ. 5. vbi comparatio inſtituitur cum pulcerrimo loco Demoſth. Or. c. Ariſtocr. p. 759 *πηλίκον ποτὲ στενάξαιεν ἂν οἱ ἄνδρες ἐκεῖνοι οἱ ὑπὲρ δόξης καὶ ἐλευθερίας τελευτήσαντες.* Recitat quoque vſ. 125 et 127 Apollon. de Synt. p. 95.

127. *ὅς ποτέ μ' εἰρομένος μέγ' ἐγήθεεν ᾧ ἐνὶ οἴκῳ ξ—* quod Zenodotus legerat *μέγα δ' ἔστενεν.* Vnde, Ven. A. pergit, „apparet eum iunxiſſe *μειρόμενος* et accepiſſe hoc pro *στερόμενος.* (an vt ſit: *priuatus* Achille?) At Homero hoc ſenſu *μείρεσθαι* non dicitur, ſed pro *μερίζεσθαι*, vt I, 612 *καὶ ἥμισυ μείρεο τιμῆς partire, partem dimidiam habe.* Repetuntur eadem in Sch. A. ad e. l. vbi ſuppletur Peleus *στερισκόμενος τῆς στρατείας.* Itaque verum eſt *μ' εἰρόμενος*, pro *ἐρωτῶν.*“ (Ergo *εἰρόμενος* et altero verſu *ἐρέων* dicta ſunt eadem vi, medium et activum, reddunt tamen *ἐρέων, ἐρευνῶν.* Omnino dura eſt vſſ. 127, 8. iunctura) — Lectio *μέγ' ἐγήθεεν* eſt Ariſtarchea — Additur: *ἄλλως· πλῆρες ἐμὲ εἰρόμενος τε.* (Corrige: alio modo plene legi: *ὅς πότ' ἔμ' εἰρόμενος μέγ', ὅς ποτι μ'* vitium eſt ed. Turn.

129. τοὺς νῦν εἰ — ἀκούσαι. Ita Ven. cum Sch. A. Lipſ. Cant. Townl. Vrat. c. A. Moſc. 1. ſicque iam edd. ante Turn. qui ex Rom. edidit ἀκούσοι. Atqui grammatica ratio poſtulat, ἀείραι κεν — εἰ ἀκούσαι (ἄν.) ἀκούσοι Barocc. et a m. ſec. Lipſ. Mori. vn. Vindob. „γρ. ἀκούσῃ." Barn.

130. πολλά κεν ἀθανάτοισι Φίλας ἀνὰ χεῖρας ἀείραι. In correctioribus Ariſtarchi codicibus (ἐν ταῖς ἐξηταομέναις) lectum βαρείας χεῖρας, τὰς βεβαρημένας ὑπὸ γήρως νῦν, καὶ δυσκινήτους. ἀλλαχοῦ δὲ τὰς ἐρρωμένας. βαρείας χεῖρας ἐποίσειν (ἐποίσει. Jl. A, 89.) Haec Ven. A. Legitur ἀείροι Mori et Barocc. et „γρ. ἀείρει" Barnes.

131. ἀπαὶ Cant. et male intulerat Barn. cf. ad Γ, 217. 359.

132. αἴ γὰρ — ἠβῷμ', ὡς ὅτ' — formula ſollennis, qua Neſtor vtitur hic et Λ, 669. Ψ, 629. transtulit eam ad ſe in Odyſſea Vlyſſes; εἴθ' ὡς ἠβῷμι. expreſſitque idem Virgilius VIII, 560 ſq. *O mihi praeteritos* etc. add. V, 394 ſq.

133. ὡς ὅτ' ἐπ' ὠκυρόῳ Κελάδοντι μάχοντο. ξ. „quod praemiſſis antea epithetis ſubiicitur nomen proprium" (Ἰαρδάνου ἀμφὶ ῥ.) ſcilicet κελάδοντα pro epitheto amnis *ſonantis* accepit Sch. A. Sic quoque Sch. br.

In κελάδοντι manet difficultas. Nam, ſi epitheton eſt, durum habendum eſt, quod duo epitheta ſine nomine poſuit; ſi fluuius eſt ὁ Κελάδων, tum noua difficultas, quod alter fluuius ſubiicitur Iardanes. Dici tamen poteſt: ad Celadontem fuiſſe pugnatum, at Ἰαρδάνου ἀμφὶ ῥέεθρα appoſitum tantum ad declarandum ſitum vrbis Pheae. Fuere qui locum emendarent: v. ad vſ. ſequ. Lennep. ad Coluth. p. 24 coni. ὠκυρόῳ Λάδωνι. ſed is ab his locis remotior. Nil impedit antiqua licentia poetam κελάδοντα pro ſynonymo vocis ποταμῷ poſuiſſe, vt eſſet: *apud celerem amnem.* fere vt voc. ἄναυρος. Similia his iam ap. Koeppen reperies.

134. ἀγρόμενοι Πύλιοί τε καὶ Ἀρκάδες ἐγχεσίμωροι. Heſych. ἐγρόμενοι. συλλεγόμενοι. male pro ἀγρόμενοι ex

h. l. Monuit quoque Bentl. De ἐγχεσίμωρος. v. ad B, 692.

135. ξ — „quod Φειᾶς nunc ſingulari occurrit; at in Odyſſ. plur. Φεαῖς“ (O, 296. vbi Φερὰς nunc legitur). Additur mox ex alio grammatico: „ἄλλως. Eſt *Pheia* vrbs Elidis; aliis Arcadiae, iuxta quam Iardanes fluit.“ Subiicitur: „At *Pheia* vel Phea (ap. Steph. Byz. Φία et Φέα quod et Euſt. notauit) mari adiacet, et amnis nusquam cernitur: melius itaque Didymus: „Φήρα, Στάρτῃ καὶ Ἰαρδάνου ἀμφὶ ῥέεθρα. nam ſic et Pherecydes narrat.“ Corruptum eſt Scholion multo etiam magis vt ex Moſc. 1. enotatum eſt. Didymus verſum ſic emendarat: (παρὰ) Φήρῃ καὶ Στάρτῃ, καὶ Ἰαρδάνου ἀμφὶ ῥέεθρα. Quod ille fecit parum docte. Melius alii apud Strabon. VIII, p. 535 B. e quo recte conſtituto narrata dabo: Scilicet controuerſia fuit ſuper hoc loco, quod *Iardanes* (Ἰάρδανος eſt in Pauſan. V, 18. p. 423 f. et ap. Steph. Byz. loco corrupto) eſt Elidis fluuius in mare Ionium procurrens, et *Phea* vrbs ad mare; pugna autem eſſe facta videtur in *media terra* verſus fines Arcadiae; (Strabo VIII, p. 527 A. μετὰ δὲ τὸν Χελωνάταν Πισατῶν, αἰγιαλὸς πολύς, εἶτ' ἄκρα Φειὰ, ἣν δὲ καὶ πολίχνη· Φειᾶς παρ' τ. Sequitur: ἔστι γὰρ καὶ ποτάμιον πλησίον. (Euſtath. p. 671, 20 addit ὁ Ἰάρδανος) ἔνιοι δὲ ἀρχὴν τῆς Πισάτιδος τὴν Φειὰν λέγουσι. add. p. 539 C. et ad Od. O, 296.) Iam *Iardani heroi* fuit ſepulcrum, cum vrbe *Chaa*, propius ad Arcadiae fines, non longe a Lepreo, ad fluuium *Acidontem*; itaque fuere, qui legerent in Homero:

ἠβᾷ', ὡς ὅτ' ἐπ' ὠκυρόῳ Ἀκίδοντι μάχοντο
ἀγρόμενοι Πύλιοί τε καὶ Ἀρκάδες ἐγχεσίμωροι
Χαᾶς παρ' τείχεσσιν, Ἰαρδάνου ἀμφὶ ῥέεθρα.

Hactenus e Strabone. Ambigunt in Phea et Iardane etiam Schol. br. Nihil expedit Apollon. Lex. Φειὰ πόλις· Φειᾶς παρ' τ. Apud Pauſan. V, 18. vbi, pugna in arca Cypſeli expreſſa quaenam illa fuerit, dubitatur; ad h. l. ſpectant ſequentia: οἱ δὲ συνιέναι φασὶν εἰς ἀγῶνα τὰ στρατιωτικά· Πυλίους δὲ εἶναι καὶ Ἀρκάδας παρά τε Φιγά-

λειαν πόλιν καὶ ποταμὸν μαχομένους Ἰάρδανον. Obuia res eſt, Φιγάλειαν (longe alio loco ſitam: Pauſan. VIII, 39) corruptam eſſe ex Φειάν. In Strabone autem VIII, p. 527 A. Μετὰ τὸν Χελωνάταν, ὁ τῶν Ηισατῶν αἰγιαλὸς πολύς. εἶτ' ἄκρα Φειά. ἦν δὲ καὶ πολίχνη· „Φειᾶς πὰρ τείχεσσιν, Ἰαρδάνου ἀμφὶ ῥέεθρα." ἐστὶ γὰρ καὶ ποτάμιον πλησίον. vbi mſſ. Ἰαρδάνῃ ἀμφὶ ῥέεθρον corrupte haud dubie.

138. δίου Ἀρηϊθόου poſt Ἀρηϊθόοιο ἄνακτος. ξ— quod epanalepſis frequens in Iliade, at ſemel in Odyſſea obvia." Obſeruatiuncula aliquoties decantata. Pergit Sch. A. „et quod *Areithous* Arcas idem nomen habet cum Boeoto." Volnit dicere, ab Areithoo Coryneta Arcade diuerſum eſſe alterum illum, cuius filius Meneſtheus erat ſup. vſ. 9. vbi v. Obſſ. *Areithous Arcas*, Corynetes, fuit inter veteres Arcadum heroes antiquiores, qui adhuc claua vteretur. Eius monumentum monſtrabatur Pauſaniae: VIII, 11. p. 621. Etiam *Lycurgus* hic inter heroes Arcadum habitus, Alei filius: Pauſan. ibid. VIII, 4. p. 606. vbi male Ἄρηθον ἄνδρα ſcribitur pro Ἀρηϊθοον. Add. Apollod. III, 9, 2. et Notas p. 674. Schol. Apollon. I, 164. et, qui nuper iterum de his egit, V. C. Larcher (*Mem. de l'Acad. des Inſcript.* Vol. XLV, p. 436 ſq.)

Bentlei. coni. δῖος Ἀρηΐθοος, vt locus ſimilis ſit alterius Z, 396 Ἠετίωνος. Ἠετίων, ὃς ἔναιε. Ibi tamen vir doctus contrarium maluerat.

(κατ') ἐπίκλησιν. iterum Π, 177. Σ, 487. X, 29 et 506.

139. ἄνδρες κίκλησκον καλλίζωνοί τε γυναῖκες. quod alterum otioſe adiicitur, antiqui ſermonis indoles ferebat. Nec ineſt emphaſis; quod vult Schol. B. Alias ἄνδρες τε θεοί τε ſimili modo iunguntur, vt ap. Heſiod. Theog. 197.

141. ἀλλὰ σιδηρείῃ κορύνῃ ῥήγνυσκε Φάλαγγας. Apud Apollon. II, 115 eſt ἀζαλέῃ κορύνῃ. vbi Schol. τῇ ξηρᾷ. ἐπεί ἐστι ξυλίνη. Ὅμηρος δὲ καὶ σιδηρᾶν οἶδεν· „ἀλλὰ σι-

δηρείῃ κορύνῃ·" τινὲς δὲ ὑποδεδώκασι σιδηρείῃ, τῇ εὐτόνῳ. ὥςπερ καὶ· σιδήρειος δ' ὀρυμαγδὸς ὀρώρει" P, 424 quam interpretationem alibi non vidi memorari; eſt ergo ex deperditis Scholiis. Laborant tamen grammatici in clava ferrea, maluntque eam roboream, ſed ferro eſſe inductam, vel clauis ferreis impactis aſperam.

κορύνη media breui, vt ſemper apud Homerum; at media producta eſt in carmine epico, quod inter Theocritea ſeruatum eſt, XXV, 46. Idque a recentiore poeta profectum eſſe, ex eo arguit Clarke, Dawes autem, ab homine imperito; add. Toup. in Addendis ad e. l. Mirum eſt omnino Daweſii iudicium de praeſtantiſſimo illo carmine, Miſc. crit. p. 102. 3.

142. τὸν Λυκόοργος ἔπεφνε δόλῳ, οὔ τι κράτεΐ γε. Ad h. v. ſpectat gloſſa Heſychii: οὔ τι κράτεϊ γε. οὐ σὺν δυνάμει. Bentlei. coni. οὔ τι κράτει ᾧ. (ϝῳ)

Λυκάοργος vn. Vindob. Λυκόεργος. Mori et vn. Vindob. hic et mox. v. ad Z, 130.

143. στεινωπῷ ἐν ὁδῷ, ὅθ' ἄρ οὐ κορύνη οἱ ὄλεθρον χραῖσμε σιδηρείη. De στεινωπὸς v. ad Ψ, 427.

ὅτ' ἄρ eſt nouatum a Stephano; nam vbique ὅθ' in edd. et codd. et in ipſo Lipſ. cum Veneto. Eſt autem pro ὅθι, quo loco, non pro ὅτι, in quod Clarke inciderat.

144. 5. πρὶν γὰρ Λυκόοργος ὑποφθὰς δουρὶ μέσον περόνησεν. Sch. A. ὅτι ὑποφθὰς ἀντὶ τοῦ ὑποφθάσας, Ἰακῶς. Apollon. Lex. ὑποφθὰς, ὑπροφθάσας. Vix aſſequare, quomodo tantopere in his formis caecutire potuerint veteres grammatici, vt ex ὑποφθάσας contractum eſſe putarent; dicendum ſaltem, eius locum tenere. Ex φθῆμι eſt φθὰς, vt ex βῆμι βάς. Eſt etiam in Schol. A. ad X, 197 ὅτι παραφθὰς κακῶς, ἀντὶ τοῦ παραφθάσας. At leg. Ἰακῶς.

Porro Schol. A. Ἀρίσταρχος δέ φησι καὶ, ἀναστάς, οἷον, ἐκ λόχου ἀναστάς. Non male hoc ſe haberet: κρὶν γὰρ Λυκόοργος ἀναστὰς δ. Schol. Apollonii I, 164 agnoſcit vulgatum: „τὸν Λυκόοργος ὑποφθὰς δουρὶ μέσον περό-

λειαν πόλιν καὶ ποταμὸν μαχομένους Ἰάρδανον. Obuia res eſt, Φιγάλειαν (longe alio loco ſitam: Pauſan. VIII, 39) corruptam eſſe ex Φειάν. In Strabone autem VIII, p. 527 A. Μετὰ τὸν Χελωνάταν, ὁ τῶν Πισατῶν αἰγιαλὸς πολύς. εἶτ' ἄκρα Φειά. ἦν δὲ καὶ πολίχνη· „Φειῶς πὰρ τείχεσσιν, Ἰαρδάνου ἀμφὶ ῥέεθρα." ἐστὶ γὰρ καὶ ποτάμιον πλησίον. vbi mſſ. Ἰαρδάνῃ ἀμφὶ ῥέεθρον corrupte haud dubie.

138. δίου Ἀρηϊθόου poſt Ἀρηϊθόοιο ἄνακτος. ξ— quod epanalepſis frequens in Iliade, at ſemel in Odyſſea obvia." Obſeruatiuncula aliquoties decantata. Pergit Sch. A. „et quod *Areithous* Arcas idem nomen habet cum Boeoto." Volnit dicere, ab Areithoo Coryneta Arcade diuerſum eſſe alterum illum, cuius filius Meneſtheus erat ſup. vſ. 9. vbi v. Obſſ. *Areithous Arcas*, Corynetes, fuit inter veteres Arcadum heroes antiquiores, qui adhuc claua vteretur. Eius monumentum monſtrabatur Pauſaniae: VIII, 11. p. 621. Etiam *Lycurgus* hic inter heroes Arcadum habitus, Alei filius: Pauſan. ibid. VIII, 4. p. 606. vbi male Ἄρηθον ἄνδρα ſcribitur pro Ἀρηϊθοον. Add. Apollod. III, 9, 2. et Notas p. 674. Schol. Apollon. I, 164. et, qui nuper iterum de his egit, V. C. Larcher (*Mem. de l'Acad. des Inſcript.* Vol. XLV, p. 436 ſq.)

Bentlei. coni. δῖος Ἀρηΐθοος, vt locus ſimilis fit alterius Z, 396 Ἡετίωνος. Ἡετίων, ὃς ἔναιε. Ibi tamen vir doctus contrarium maluerat.

(κατ') ἐπίλησιν. iterum Π, 177. Σ, 487. X, 29 et 506.

139. ἄνδρες κίκλησκον καλλίζωνοί τε γυναῖκες. quod alterum otioſe adiicitur, antiqui ſermonis indoles ferebat. Nec ineſt emphaſis: quod vult Schol. B. Alias ἄνδρες τε θεοί τε ſimili modo iunguntur, vt ap. Heſiod. Theog. 197.

141. ἀλλὰ σιδηρείῃ κορύνῃ ξήγνυσκε Φάλαγγας. Apud Apollon. II, 115 eſt ἀζαλέῃ κορύνῃ. vbi Schol. τῇ ξηρᾷ. ἐκεί ἐστι ξυλίνη. Ὅμηρος δὲ καὶ σιδηρᾶν οἶδεν· „ἀλλὰ σι-

δηρείῃ κορύνῃ·" τινὲς δὲ ἀποδεδώκασι σιδηρείῃ, τῇ εὐτόνῳ. ὥςπερ καὶ· σιδήρειος δ' ὀρυμαγδὸς ὀρώρει" P, 424 quam interpretationem alibi non vidi memorari; eſt ergo ex deperditis Scholiis. Laborant tamen grammatici in claua ferrea, malumtque eam roboream, ſed ferro eſſe inductam, vel clauis ferreis impactis aſperam.

κορύνη media breui, vt ſemper apud Homerum; at media producta eſt in carmine epico, quod inter Theocritea ſeruatum eſt, XXV, 46. Idque a recentiore poeta profectum eſſe, ex eo arguit Clarke, Dawes autem, ab homine imperito; add. Toup. in Addendis ad e. l. Mirum eſt omnino Daweſii iudicium de praeſtantiſſimo illo carmine, Miſc. crit. p. 102. 3.

142. τὸν Λυκόοργος ἔπεφνε δόλῳ, οὔ τι κράτεΐ γε. Ad h. v. ſpectat gloſſa Heſychii: οὔ τι κράτει γε. οὐ σὺν δυνάμει. Bentlei. coni. οὔ τι κράτει ᾧ. (ſῳ)

Λυκόοργος vn. Vindob. Λυκόεργος. Mori et vn. Vindob. hic et mox. v. ad Z, 130.

143. στεινωπῷ ἐν ὁδῷ, ὅθ' ἅρ οὐ κορύνη οἱ ὄλεθρον χραῖσμε σιδηρείη. De στεινωπὸς v. ad Ψ, 427.

ὅτ' ἅρ eſt nouatum a Stephano; nam vbique ὅθ' in edd. et codd. et in ipſo Lipſ. cum Veneto. Eſt autem pro ὅθι, quo loco, non pro ὅτι, in quod Clarke inciderat.

144. 5. πρὶν γὰρ Λυκόοργος ὑποφθὰς δουρὶ μέσον περόνησεν. Sch. A. ὅτι ὑποφθὰς ἀντὶ τοῦ ὑποφθάσας, Ἰακῶς. Apollon. Lex. ὑποφθὰς, ὑποφθάσας. Vix aſſequare, quomodo tantopere in his formis caecutire potuerint veteres grammatici, vt ex ὑποφθάσας contractum eſſe putarent; dicendum ſaltem, eius locum tenere. Ex φθῆμι eſt φθὰς, vt ex βῆμι βάς. Eſt etiam in Schol. A. ad X, 197 ὅτι παραφθὰς κακῶς, ἀντὶ τοῦ παραφθάσας. At leg. Ἰακῶς.

Porro Schol. A. Ἀρίσταρχος δέ φησι καὶ, ἀναστάς, οἷον, ἐκ λόχου ἀναστάς. Non male hoc ſe haberet: πρὶν γὰρ Λυκόοργος ἀναστὰς δ. Schol. Apollonii I, 164 agnoſcit vulgatum: „τὸν Λυκόοργος ὑποφθὰς δουρὶ μέσον περό-

νησε. Memoratur enim ibi Ancaeus Lycurgi huius filius inter Argonautas.

περόνησε. περονᾶν pro πείρειν hic et N, 397.

146. ξ τεύχεα τ' ἐξενάριξε τά οἱ πόρε χάλκεος Ἄρης, quod ἐξενάριξε nunc proprie dictum est, τὰ ἔναρα περιείλε. cf. ad Z, 417.

Porro τεύχεα δ' Aristarchea est lectio: quam e Ven. Cant., Harlei. vno Vindob. recepi pro τ' quod male diversas personas confundit.

147. ἔπειτα Φόρει Cant. Ven. Lipſ. Mori, Harl. Vrat. b. Mosc. 1. edd. Flor. Ald. 1. Rom. Mutauit Ald. 2. Spectat ad h. v. Hesych. in μῶλον Ἄρηος. et μεταμωλίας.

148. ξ Excidit Scholion: quod spectasse suspicor, ad homonymiam nominis Lycurgi: quod iam in alio homine occurrebat Z, 130. Clarke recte monebat apodosin esse in v. 149 δῶκε δ' Ἐ. Ita vero plene interpungendum erat: Φορῆναι. Τοῦ ὄγε — Ita loc. est in numero eorum, in quibus δὲ in apodosi apponitur; commode tum cum Erneſtio reddes: *tum*, *tum vero*. Dubito tamen, an δῶκεν Ἐρευθαλίωνι fuerit. Etiam Bentl. hoc malebat. Et nunc video in vno Vindob. ita legi.

149. ξ Iterum excidit Scholion quod spectauit ad Ereuthalionem; de quo iam actum erat ad v. 9. vbi in Schol. scribitur Ἐρευθελίων.

150. Post hunc versum ex interpolatione sequitur alius versus ex sup. 40. 51. huc retractus: Ἀντίβιον μαχέσασθαι ἐν αἰνῇ δηϊοτῆτι, quem Barnes. receperat, probante, quod miror, Bentleio. Extat in codd. Cant. Barocc. Mori. Vrat. b. vn. Vindob. In τοῦ ὄγε τεύχε' ἔχων spectat ὄγε ad Ereuthalionem, et redit poeta ad vs. 136. at τοῦ ad Lycurgum spectat, non aeque ad Areithoum, quod Clarke putabat.

153. Ἀλλ' ἐμὲ θυμὸς ἀνῆκε — πολεμίζειν. ξ quod Zenodotus θάρσει. θάρσει ξ. ἐμῷ. scripserat: (scil. vt Nestor de sua audacia loquatur) at impugnatur a Ven. A. ἀδιανόητον δὲ γίνεται, ἡ ψυχὴ νέαν (leg. νέον ἐμὲ) ἔπεισε τῷ θάρσει τῷ ἐμῷ. (hoc est calumniari.) Ven. B. ex-

plicat τῷ ἑαυτοῦ θάρσει nec addit, quo ſenſu. Scilicet ad θυμὸς illud ſpectat, cui θάρσος recte tribuitur. Eſt adeo quod Euſtath. ſubiicit κατὰ ἴδιον θάρσος. Declaravit hoc iam olim Apollon. Alex. de Syntaxi lib. II, p. 156. 7.

156. ξ propter παρῳορος. Nam in hac voce indulſere ſibi grammatici, etſi neglexere ante omnia etymon conſtituere. Fuit εἴρω, iungo, quod et ἀείρω fuit. vnde ἥορα. At grammatici cum eo confundunt ἀείρω *tollo in altum* et ἄρω, *apto* et αἰωρέω, *ſuſpendo ex alto*, quae aliena ſunt a vocis forma. Reddunt παρηρτημένος. ἐκκεχυμένος. κεχαλασμένος. ἔκλυτος. χαῦνος. Agunt de hoc verbo primo loco Apollon. Lex. h. v. vbi ἔστι δὲ ὅτε καὶ πεπτωκὼς καὶ τῷ μεγέθει τοῦ σώματος παραιωρούμενος, appoſito hoc verſu. Schol. Ven. A. B. et br. Euſtath. Etymol. Heſych. Suid. et quis non! Sollenne eſt de equo tertio bigis bellicis ad latus per lorum adiuncto, qui et σειραῖος, vt altero equo caeſo poſſit iungi iugo; ſic Π, 471. 474 et παρῳορία Π, 152. Θ, 87. Inde duplici metaphora occurrit adhibitum, et de eo qui mente aberrat, ὁ πλανώμενος νοῦ. νοῦ παρῴορος, vt Ψ, 603 ἐπεὶ οὔτι παρῴορος οὐδ' ἀεσίφρων. et de eo qui extra lineam et praeſcriptum vagatur: vbi v. Obſſ. Quo ſenſu eſt Theocriteum πάραρος pro πάῤῥαρος· de quo docte egit Valken. ad Adoniaz. p. 239 ſq. Itaque de magno corpore h. l. quod proſtratum vltra communem menſuram porrectum iacet. Dixit ſic de Typhone Aeſchyl. Prom. 363 καὶ νῦν, ἀχρεῖον καὶ παρῴορον δέμας, κεῖται στενώπου πλησίον θαλασσίου etc.

157. εἴθ' ὡς ἠβώοιμι. redit ad verba 132. 3. Ad faſtidium inculcat Clarke obſeruationem ſuam, quod Neſtor ſenili more paullo iactantius de ſe loquitur. Mirum aliud in hoc, quod Neſtor de armis occiſo Ereuthalioni ablatis nihil loquitur; nam ea recuperaſſe et ipſe geſtaſſe videri debet.

161. ξ quod ἐνείκεσε pro ἐπέπληξε. nusquam autem pro ἔκρινεν, vt Ω, 29 ὃς νείκεσσε θεάς. — Tum,

quod ex more abundat πάντες. (Non omnino; v. Notam ad h. v. etsi et Eust. repetit idem). Distinguit Wass, οἱ δὲ, ἐννέα πάντες, ἀνέσταν.

162. πολὺ πρῶτος μὲν ἄναξ omnes habent: nisi quod πρῶτον Cant. Lipsi. a m. pr. Esse tamen vitiosum, metrum docet: πρωτος μεν ϝαναξ. Itaque Dawes p. 149. 150 em. πρῶτός γε ἄναξ vel πρώτιστα ϝαναξ. hoc et Bentl. adscripserat, quod A, 105 et saepe occurrit.

163. Τῷ δ' ἔπι Τυδείδης ὦρτο. Ven. A. non ἔπι esse scribendum monet, sed ἐπὶ — ὦρτο. atqui ἔπι est in toto hoc loco ἐπὶ τῷδε, *post hunc*.

166. Puta scriptum esse Ἐνυαλίῳ ἀνδρειφόντῃ. cf. sup. ad B, 651. ἀνδριφόντῃ Eust. Lipsi. a m. pr. vt alibi quoque.

169. πάντες ἄρ' οἵγ' ἔθελον πολεμίζειν Ἕκτορι δίῳ. promti, parati fuere. Eustath. tamen ambigit, ἔθελον sitne ἐβούλοντο, an ἠδύναντο, vt οὔ τις Ὀδυσσεῖ δμοιωθήμεναι ἤθελεν Od. Γ, 121. et οὐδ' ἔθελε προρέειν ποταμός Il. Φ, 366. Sunt eadem in Schol. Leid.

170. τοῖς δ' αὖτις. recte sic Cant. Harlei. Townl. Vrat. b. c. A. Mosc. 1. 3. Ven. τοῖσι δ' αὖτις edd. ante Turnebum c. Lipsi. Mori. Profectum δ' αὐτοῖς e Turnebi emendatione: Praeferunt τοῖς δ' αὖτις vel αὖθις etiam Clarke et Ern.

171. Κλήρῳ νῦν πεπάλαχθε διαμπερὲς, ὅς κε λάχῃσι. ξ πεπάλασθε. Lectio fuit Aristarchi et Herodiani; per σ non per χ, πεπάλαχθε. (Etiam margo Mosc. 1. Ἀρίσταρχος καὶ Ἡρωδιανὸς διὰ τοῦ σ πεπάλασθε, οὐ διὰ τοῦ χ.) sicque ipse Ven. A. et Schol. B. αἱ πᾶσαι, πεπάλασθε. sic quoque Lipsi. Mori. „Duxerunt tamen ἀπὸ τοῦ παλάσσειν pro πάλλειν. οἷον κλήρῳ διακληρώσασθε, ἀπὸ τοῦ ἀναπάλλεσθαι τοὺς κλήρους, πεπάλασθε λέγει. Ven. A." Voluit itaque grammaticus a παλάσσω formatum esse πεπάλασμαι. Etymol. „πεπάλασθε, κληρώσασθε. λάχετε. πάλος γὰρ ὁ κλῆρος. παρὰ τὸ πάλλω, ῥῆμα, τὸ κινῶ καὶ σείω, παλῶ, παλάσω." Ergo παλάω, παλάσω, πεπάλασμαι formatum. Obtinuit tamen in scriptoribus

quoque, vt ap. Dion. Or. LXIV, p. 340 R. et Schol. Pindari Ol. VII, 110. ſpreta Ariſtarchi et Herodiani auctoritate, πεπάλαχθε. quod grammatica ratio tuetur; Eſt enim πεπάλαγμαι vt ἤλλαγμαι. Et αἵματι καὶ λύθρῳ πεπαλαγμένον ſupra vidimus Z, 268. Legitur quoque apud Ammon. in λαγχάνειν. Apollonius in πάλος p. 525 improbat πεπαλᾶσθαι de ſorte. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ μεμολύσθαι, καθά φησιν· αἵματι καὶ λύθρῳ πεπαλαγμένον. Corrupta haec. Nam ex ſeqq. apparet, eum πεπαλάχθαι de ſorte improbare voluiſſe, cum illud ſit, *inquinatum eſſe*. adeoque de ſorte πεπαλᾶσθαι (a παλάω) dictum velle debuit: reſpectu Od. I, 331 αὐτὰρ τοὺς ἄλλους κλήρῳ πεπάλάχθαι ἄνωγον. vbi ille legit: πεπαλᾶσθαι. Videntur itaque grammatici aut ignoraſſe, aut admittere noluiſſe πάλάσσειν, ad vtramque notionem ſpectare et τοῦ *ſortiri*, et τοῦ *adſpergere*: cf. ad Z, 268. add. ad Λ, 98. adeoque πεπάλαγμαι de vtroque recte adhiberi. Nec veritus eſt vtroque ſenſu adhibere Apollon. Arg. I, 358 πεπάλαχθε κατὰ κληῖδας ἔρετμα. et III, 1045 de inuncto Iaſonis clipeo: σάκος πεπαλαγμένον ἔστω. Habent igitur etymon commune πάλλειν, παλάσσειν, παλύνειν, ſed vſu discreta ſunt.

ὅς κε λάχῃσι. Nonnulli, ſecundum Ven. A. ὥς κε vt ſuppleatur τις, vt alibi (ſane minus bene). Sic quoque erat in vett. edd. Ammonii l. c. Tum monet Ven. B. cum Schol. Leid. poſſe diuerſis modis interpungi, poſt διαμπερές, poſt πεπάλασθε, poſt λάχῃσι, et praeſert grammaticus in Ven. A. iunctum cum ſeqq. οὗτος γάρ, ὅς κε λάχῃσι, duriſſime. Breuiter dixit *ſortimini*, (vsque dum conſtet) *quis ſorte hoc obtineat*. Tricas iſtas, quas etiam Sch. br. ante oculos habuerant, Nicanori debitas eſſe ex Schol. Ven. A. diſcimus. Melius Euſtath. κληρώσασθε, κλήρους βάλετε, τίς ἂν λάχῃ, πρῶτος δηλαδὴ ἀντιστῆναι τῷ Ἕκτορι.

172. οὗτος γὰρ δὴ ὀνήσει. vn. Vindob. οὕτως. ὀνήσειεν Vrat. A. ac ſi voluerit ὀνήσαι, ſuſpicabatur Ern.

173. αυτος ſον Δ.

174. δηΐου ἐκ πολέμοιο καὶ — Eſt ἐκ πολέμου καὶ in edd. Flor. Ald. 1. Mutauit Ald. 2.

175. οἱ δὲ κλῆρον ἐσημήναντο ἕκαστος. ξ ὅτι σημείοις χρῶνται οὐ γράμμασι. Ita recte Ven. A. hic et mox ad 187. ne ad artem ſcribendi et litterarum ſigna haec reuocentur. cf. idem Z, 169 σήματα λυγρά. Et mox 187 ἐπιγράψας, vt ibidem γράψας. Scilicet rei, quae pro ſorte erat, feſtucae, lapillo, tabulae, notam, σῆμα, non γράμμα, vnusquisque ſuam inſculpſiſſe videtur.

177. λαοὶ δ' ἠρήσαντο, θεοῖσι δὲ χεῖρας ἀνέσχον. θεοῖς ἰδὲ vterque Ven. et in Schol. A. Aſcalonita diiungit ἠρ. θεοῖς, ἰδὲ χ. ἀ. vt ἰδὲ ſit καί. At Alexio cum Heracleone probat ſollenne θεοῖσι δὲ χεῖρας ἀνέσχον, etſi altero non damnato; quod et grammatico ita videtur. Diſertum Scholion; modo res eſſet grauior. Vtraque lectio in Euſtath. occurrit; enotatur quoque in Moſc. 1. θεοῖς ἰδὲ Cant. Townl. Vrat. c. Bentl. vulgatum θεοῖσι δὲ firmat per loca Γ, 318. K, 297. Z, 301. Θ, 346. vbi tamen eadem diuerſitas. Vt mihi conſtarem, retraxi θεοῖς, ἰδὲ χ. Sic cum caſu tertio: K, 296 ἠρήσαντο Διὸς κούρῃ μεγάλοιο. et ſic ſaepe Διΐ et al.

179. 180. Verſus recitat Maximus Tyr. Serm. XVI. To. I. p. 303. et Serm. XI, p. 191. de precibus agens.

180. πολυχρύσοιο Μυκήνης. ξ quod Μυκήνη numero ſingulari poſitum. Sch. A. Dixit ex h. l. Sophocles Μυκήνας τὰς πολυχρύσους El. 9.

182. ἐκ δ' ἔθορε. Verſu vtitur Plutarch. adu. Colot. pr. vbi Neſtor ἐπὶ τὸν κλῆρον ἑαυτὸν ἔταξεν, ὥςτε, τοῦ Φρονιμωτάτου βραβεύοντος, γενέσθαι αὐτὸν κατὰ λόγον.

ἐκ δ' ἔθορε κλῆρος. ξ quod agitarunt, concuſſerunt, ſortes, non duxerunt, ὡς ἡμεῖς ait Ven. A. Idem Scholion in Moſc. 1. ὃν ῥ' ἤθελον. vn. Vindob.

184. δεῖξ' ἐνδέξια πᾶσιν — Monent A. B. de tono, ἐνδέξια vel ἐνδεξία pro ἐνδεξίως. nil de ſenſu niſi quod ἐπιδεξίως adſcriptum. Euſtath. ἤγουν δεξιᾷ χειρὶ φέρων αὐτὸς ἐκεῖνον (τὸν κλῆρον), ἢ ἐκ δεξιῶν ἱστάμενος τοῖς ἀριστεύσιν ἐν τῷ δεικνύειν αὐτῶν. At ne dubita, eſſe a

dextra ſiniſtrorſum deinceps. v. ad A, 597. Aliena eſſet notio, apte, dextre. vt nec omnino in Homero ea occurrit, non magis quam illa, vt δεξιὸς et ἀριστερὸς vel σκαιὸς fauſta et infauſta declarent. Vbique ſunt dexter et ſiniſter.

185. οἱ δ' οὐ γιγνώσκοντες ἀπηνήναντο ἕκαστος. In Ven. B. grammaticus, contra quam Ven. A. (v. ad 187) ſtatuit, σήματα de veris litteris acceperat; nam monet: non iisdem litteris omnes Graecos vſos eſſe, vt nec litterarum nominibus; ſed Calliſtratum Samium belli Peloponneſiaci tempore primum litteras attuliſſe et Athenienſibus tradidiſſe, Ephoro teſte." Nobile Scholion etſi alienum ab h. l. et indocte exſcriptum. non enim omnino de litteris agit; ſed de nouis characteribus Ionicis, et in his η et ω, adiectis, et ab Athenienſibus receptis archonte Euclide Ol. XCIV, 2. Vſi ſunt hoc Scholio omnes, qui de litteris graecis egerunt; inprimis Io. Reinold. Hiſt. gr. et lat. litt. c. 24. p. 52 ſq. Protulerat illud in medium e Schol. Leid. Voſſ. Spanhem. tum Valken. ad Ammon. p. 242. et emendatius Villoiſon. in Diatribe p. 122. nam olim pro παρὰ πᾶσι τοῖς Ἕλλησι legebatur περὶ Πάριν.

Ait B. „γρ. ἀπηνήνατο" indocte vtique, niſi voluit monere, ſine Iota ſubſcripto ſcribi ἀπηνήναντο.

Iam verborum ſenſus haud dubie eſt, *at illi renuerunt ſinguli*, negarunt ſuam ſortem eſſe, *non agnoſcentes*, dum viderent, ſuam non eſſe. Et huc fere redit vulgaris interpretatio: *hi autem non agnoſcentes renuerunt ſinguli*. Erneſti: „male haec vertuntur, inquit, non intellecto graeciſmo. οὐ γινώσκων ἀναίνομαι eſt *nego me agnoſcere*. Verte ergo: *hi vero negabant ſe agnoſcere* ſc. ſuum ſignum, ſiue pro ſua ſorte." Addit verſum ex Eurip. Iphig. in Aul. 1502 θανοῦσα δ' οὐκ ἀναίνομαι. hoc vero non eſt, *nego, aio me non mori*, ſed, *mori non recuſo*. Nam ea vis eſt verbo ἀναίνομαι. Atticiſmus autem ille participii Homero non tam frequen

eſt, ſed fere infinitiuus, vt Σ, 500 ὁ δ' ἀναίνετο μηδὲν ἑλέσθαι. Tum ne deſiderat quidem negationem duplicem talis ſententia: Σ, 450 ἀνήνατο λοιγὸν ἀμῦναι.

186. ἀλλ' ὅτε δὴ τὸν ἵκανε. Ven. A. δή ῥ ἵκανε. In Schol. notatur dupliciter legi, δή ῥ' ἵκοντο et δὴ τὸν ἵκανε. ἂν ὅμιλον Ἀχαιῶν Vrat. b. a pr. m.

187. ξ— quod non litteris verba inſcripta fuerunt, ſed inſculpta ſigna. Alias praeco recitaſſet nomina. Ven. A. docte et vere. Sch. br. γραμμαῖς τισι (lineis) σημειωσάμενος. Porro ἐνὶ γράψας adſcripto: γρ. καὶ ἐπὶ Moſc. 1.

188. Ὅς μιν ἐπιγράψας κυνέῃ βάλε Φαίδιμος Αἴας. Interpunxi poſt βάλε, nec tamen ſequor Koeppenium, qui ita coniungit Φαίδιμος Αἴας ἤτοι ὑπέσχεθε χεῖρα, quae dura eſſet iunctura.

193. τεύχεα δύω. δύνω Ariſtarchus. Alii δύω. Ven. A. et Moſc. 1. Nil refert; vtrumque frequentat Homerus.

195 ad 199. — obelo confodiuntur a grammaticis, ἀθετοῦνται; addunt Ven. A. ad 198 factum iam ab Ariſtophane et Ariſtarcho, non critica auctoritate, h. librorum aut grammatica ratione, verum quia non conuenire viſi ſunt Aiacis perſonae; et quod ipſe ſibi contradicit. Atqui et feroci Aiacis ingenio et fiduciae in virtute ſua videntur eſſe conuenientiſſimi; iidemque cum priſcorum hominum ſuperſtitione coniuncti, qua precibus, quae fiunt, alii et fauere et eas turbare ac profanare poſſunt. Quam in rem hic ipſe locus notabilis eſt, primo de ipſo more precandi clam; ne preces verbis aliorum male ominatis turbarentur, visque precum interciperetur, cum ita minus gratae ad deos peruenire crederentur; poterant quoque, ſi palam pronuntiarentur, alii vota contraria facere, et diis maiora, quam alter, vouere. v. ad Tibull. II, 4, 84. Spectat eo τὸ εὐφημεῖν, et quod profani abeſſe iubentur. ἐφ' ὑμῶν, καθ' ὑμῶν. *tacite apud ſe quisque.*

ἵνα μὴ Τρῶες πεπύθωνται edd. Flor. Ald. 1. etiam 2. cum ſeqq. adde codd. Vrat. c. Moſc. 3. quod praeſe-

runt Ern. et Waſſenb. ad Schol. Il. A, p. 106. de qua verborum forma v. ſup. 5. Reuocauit Turn. Τρῶές γε τύϑωνται ex Rom. ed. quod et Ven. Mori aliique codd. cum Sch. br. antiquiores ſeruant. Τρῶές γε, *Troiani quidem*, quantum ad hos attinet.

196. ἀμφαδίην. ἀναφανδὸν, φανερῶς Apollon. Lex. appoſito hoc verſu. Et hinc Heſych. Fuit adeo aliquando ἀναφάνδιος, factum ἀμφάδιος. κατὰ τὴν ἀμφαδίην ſc. αἶσαν aut ſimile aliud. Eluceſcit in hoc ferox animus et animoſa virtus, quod adeo metus expertem ſe dicit, vt ne tum quidem, ſi vota ab iis turbarentur, ideoque nec exaudirentur, tamen ſe ſuperiorem fore confidit. ἠδὲ καὶ vn. Vindob.

197. οὐ γάρ τίς με βίῃ γε ἑκὼν ἀέκοντα δίηται. ἑκών. Ariſtarchus ἑλών. Ven. A. Sch. Lipſ. et Sch. br. ſicque Cant. a pr. m. et vn. Vindob. Enimuero ἑκὼν ἀέκοντα eſt ſollenni more graecorum dictum; tum fuit βιηι γε ϝεκων αϝεκοντα; at βιῃ γε ἑλὼν eſt hiatus. In Apollon. Lex. eſt δίεται. διώξει, haud dubie pro δίηται, vt bene docet Tollius. Simile vitium in Heſych. et Etymol.

198. οὐδέ τ' ἀϊδρείῃ. ἀϊδρείῃ eſt lectio Ariſtarchi. At Ariſtophanes: οὐδὲ μὲν ἰδρείῃ Schol. Ven. B. et Leid. ἀϊδρείῃ et ipſi legerant, interpretantur autem: τῇ πολυπειρίᾳ ἐπιτάσει τοῦ α. quod et in Schol. Lipſ. legi ſuſpicor. At Apollon. Lex. ἀϊδρείῃ, ἀπειρίᾳ laudato hoc verſu. Hoc vnum norat Euſtath. at Sch. br. cum Etymol. et Heſych. in quo tamen etiam ἰδρείῃ, ἐμπειρίᾳ. Legitur ἀϊδρίῃ Vrat. B. vt quoque editur Od. M, 41. Scriptum autem eſſe debuit αϝιδρειῃ. Bentleius praefert οὐδε τε ϝιδρειῃ. nec dubito hanc lectionem praeſtare. Nam ignoratione τοῦ digamma οὐδέ τε ἰδρ. abiit aliorum commento in τ' ἀϊδρείῃ, aliorum, in μὲν ἰδρείῃ. Π, 359 ἴετ' ἀποντίσσαι· ὁ δὲ ἰδρείῃ πολέμοιο — οὐδ' ἐμὲ εὐλόγως ὤξυνεν Ἡρωδιανός. idem Ven. B. Eodem ſpectat et Schol. A.

νήϊδα. Interpretatur vocem Apollon. Lex. νῆϊς — σημαίνει τὸν ἄπειρον κατὰ στέρησιν τοῦ ἴσαι, ὅ ἐστι γνῶναι. At Νηΐς nympha. Repetit Heſych. Etymol. Schol.

ad Apollon. et al. et h. l. Euſt. Sch. br. γ' ante οὕτως male omittit Cant. In vno Vindob. „γρ. νὴ δία.“ Verſus 198. 199 vt nunc leguntur, adſcripſit Schol. Pindari N. II, 22.

199. ἔλπομαι ἐν Σαλαμῖνι γενέσθαι τε τραφέμεν τε. argutatur Schol. A. dum caueri ait, ne τετραφέμεν τε vna voce efferatur; quod erat in Mori. Ad grammaticam minus ſubtilem Homeri refero τραφέμεν pro τραφῆμεν ex τραφήμεναι. ἔλπομαι pro δοκέω, v. 192 vt ſaepe.

202. Ζεῦ πάτερ, Ἰδηθεν μεδέων. ξ— quod in Ἰδηθεν vacat θεν, eſſe enim pro Ἰδης“ Sch. A. At non eſt prorſus idem; eſt, qui regnat ex Ida, tanquam regia ac ſede.

206. νώροπι χαλκῷ. de hoc voc. v. ad B, 578. ad 207 refer Heſych. περὶ χροὶ ἔσσατο, περιεβάλετο.

212. μειδιόων βλοσυροῖσι προςώπασι. hic ſolus caſus occurrit: ductus a πρόςωπας, ατος. Aeolicum eſſe aiunt Sch. Ven. B. in quibus multae argutiae. Indocti librarii, vt Vrat. b. A. et Tz. ad Lycophr. 1182 προςώποισι ſcribunt. quo tamen loco in ipſo Lycophrone eſt ὀνειράτων, ab ὄνειρας puto. Bentl. ad h. l. trahit Heſych. μειδιόων, γελῶν — τὸ βλοσυρὸν eſt τὸ καταπληκτικὸν, Φοβερὸν, vt etiam ap. Apollon. Lex. redditur. De voc. vide Etymol. et Euſt. p. 677 pr.

213. ἧΐε μακρὰ βιβάς. Sic Ariſtarchus: ait Sch. A. Quid igitur, dices, in aliis lectum fuit? Forte βιβῶν, vt Γ, 22 μακρὰ βιβῶντα. De Apollonii loco Lex. in προβοῶντε v. ad M, 277. Per iocum hoc verſu vtebatur Veſpaſianus ap. Sueton. 23. Porro ſuſtuli interpunctionem poſt ἧΐε. editur enim νέρθε δὲ ποσσὶν ἧΐε, quaſi *infra autem pedibus incedebat* hoc nouum quid eſſet, aliquem pedibus incedere. Immo vero ἧΐε μακρὰ βηβὰς ποσί. Noto Homeri more adiicitur νέρθε, inprimis vi oppoſiti ὕπερθε, cum de manibus vel capite antea memoratum ſit vt N, 78.

214. τὸν δὲ μὲν Ἀργεῖοι. Vulgo τὸν δὲ καί. Melior eſt altera lectio, quam Ariſtarcheam eſſe docet Sch. A. et Moſc. 1.

215. Τρῶας δὲ τρόμος αἰνὸς ὑπήλυθε γυῖα ἕκαστον. In Vindob. et in Vrat. A. pro emendatione, ſuperſcriptum ἑκάστου. perperam. forma eſt: ὑπήλυθεν ἕκαστον κατὰ τὰ γυῖα. Laudat vſſ. 215. 216. Plutarch. de aud. poet. p. 30 A. vbi ἐπήλυθε editur, etiam a Wyttenb.

216. Ἕκτορί τ' αὐτῷ θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι πάτασσεν. Sch. B. obſeruat in Hectore decorum eſſe ſeruatum: non pallet ille vt Paris Γ, 35. nec tremit, vt Dolon, K, 390 Sch. A. autem comparat locum de Iro Od. Σ, 74 ſq. Similia ſunt apud Plutarchum, quem vſſ. 215. 216 excitaſſe modo dixi, et apud Auct. de Homer. poeſi, ſ. 16. At Cicero Tuſc. IV, 22 *vt ipſum Hectorem, quemadmodum eſt apud Homerum, toto pectore trementem.* Sed is fugiente oculo vel fallente memoria de Troianis dicta ad Hectorem male transtulit, quod iam docuit Clarke ad h. l.

ἐν στήθεσφι Baroec. Mori.

πάτασσεν. ἐπέπαλλεν. ἐπήδα. ἐν παλμῷ καὶ κινήσει ἦν. Sch. br. Ad h. l. potius, quam ad Ψ, 370 refero Scholion Apollonii Lex. πάτασσεν. ὑπ' ἀγωνίας ἐπλήσσετο. ex eo Heſych. ſimilia. Et Etymol. laudato hoc verſu: ἔπαλλεν. ἐπήδα ὑπὸ τοῦ φόβου.

217. ἀλλ' οὔπως ἔτι εἶχεν ὑποτρέσαι οὐδ' ἀναδῦναι. Verba ἐναργῆ. ὑποτρέειν, ὑποφυγεῖν, διὰ δέους. Et ἀναδῦναι, ὑπεξελθεῖν. ὑπαναστρέψαι. vt bene Schol. br. De hac voce v. ad Heſych. h. v. Inf. N, 224. 5 οὔτε τινὰ δέος ἴσχει ἀκήριον, οὔτε τις ὄπνῳ εἴκων ἀνδύεται πόλεμον κακόν.

ἔτι εἶχεν. hiatus, iterum recurrens P, 354. quem facile tollas cum Bentl. ἔτι γ'. vn. Vindob. οὔπω γ' ἔτι εἶχεν.

218. προκαλέσσατο χάρμῃ. vn. Vindob. χάρμην. at v. 285.

219. Αἴας δ' ἐγγύθεν ἦλθε. iteratur versus A, 485. P, 128.

220. Τύχιος κάμε τεύχων. Cant. τέκτων.

221. σκυτοτόμων ὄχ' ἄριστος, Ὕλῃ ἔνι οἰκία ναίων. ξ quod Ὕλῃ nunc priore breui. At B, 500 erat ea producta, vbi vide. Facile tamen liceret breuem in longam mutare: ἄριστος ἐν Ὕλῃ οἰκία ναίων. Fuit porro notante Strabone IX, p. 625 C. et XIII, p. 929 B. et hic lectum Ὕδῃ, quae Lydiae fuit, vnde effinxit hinc Tychium coriarium auctor Vitae Homeri Ionismum mentitus, a quo exceptus sit Homerus in vrbe Neoteichi (Νεοτείχει.) c. 9. et 26. in cuius gratiam poeta hunc locum interposuisse dicitur, etiam ap. Eustath. p. 678, 12. Ad lectionis variationem spectat locus Apollonii Lex. in Ὕδη p. 667.

223. ταύρων ζατρεφέων. Apollon. Lex. et inde Hesych. μεγάλως τεθραμμένων. Schol. br. et Etymol. ἄγαν εὐτραφῶν.

224. πρόσθε στέρνοιο recte inde ab Ald. 2. at Flor. Ald. 1. cum codd. parte, vt Cant. πρόςθεν.

226. 7. 8. et 230. 1. memorat Plutarch. de aud. poet. p. 30 B. et commendat sensus, Aiacis generosos omni laudis alienae obtrectatione intactos. De οἰόθεν οἷος, omnino solus, vidimus ad vs. 39.

228. μετ' Ἀχιλλῆα ῥηξήνορα. interpretatus est vocem ipse Apollon. Lex. πολεμιστήν, quod et Hesych. habet ἀπὸ τοῦ διαῤῥήσσειν τὰς Φάλαγγας, τοῦτ' ἐστι, τὰς τάξεις ἀνδρῶν· καὶ αὐτὸ τὸ ἔργον ῥηξηνορίη (Od. Ξ, 217). Aberrat in etymo Sch. A. cum Leid. cum τὸν ῥηγνύντα τῇ ἠνορέῃ reddit, vt et Eustath. Adsuta deteriora in Sch. br. Etymol.

Est ad h. v. in Schol. B. et Leid. Porphyrii ζήτησις et λύσις. Cur Aiax Hectori iram Achillis nuntiet? Responderi poterat, quia prudentiam hanc, nos politicam appellamus, nec heroum aetas ferebat nec candidum et promtum Aiacis ingenium. At Graeci commenti sunt varia; ipse Aristoteles. Atqui nec ignorabant Troiam

Achillis iram, et disfidia: hoc ipsum enim erat, cur, cum intra moenia adhuc se continuissent, nunc repente vrbe in aciem egressi essent. Equidem pro sensu meo hoc insuper adiicio: versus hos 229—232 curas secundas alicuius rhapsodi esse videri; a poeta profectos esse non nisi vss. 226. 7. 8.

229. ἐν νήεσσι κορωνίσι. esse naues ἐπικαμπεῖς τὰς ἄκρας ἐχούσας, ὅ ἐστι, τὰς πρύμνας, vidimus ad B, 392.

230. κεῖτ' ἀπομηνίσας. Vindob. Alteri, κεῖται μηνίσας male. Vss. hi duo 229. 230 iam legebantur B, 771. 772.

231. ἡμεῖς δ' εἰμὲν τοῖοι, οἵ κ' ἐθέλῃσιν ἀντιάσαιεν, καὶ πολέες. Versus leguntur ap. Plutarch. de aud. poet. l. c. p. 30 B. vitiati in edd. Ad τοῖοι Schol. A. cum Leid. Glossographos notare obseruat „τοῖοι dictum pro ἀγαθοί, vnde et Callimachus voc. τοίων semper vtitur.“ Spectat eodem Scholion Hesychii in τοῖον. Scilicet sententia interdum ita fert, vt τοῖος possit reddi per ἀγαθός. Schol. marg. Vrat. b. „γρ. τοὶ οἵ cum glossa ὁποῖοι.“ voluitne esse lectum ἡμεῖς δ' εἰμὲν τοὶ, οἵ κ' ἐθέλῃσ.

234. Αἴαν Διογενὲς — pro hoc Cant. Vrat. A. et vn. Vindob. substituerant Αἴαν ἁμαρτοεπὲς βουγάϊε, ποῖον ἔειπες; Ex Il. N, 824.

235. μήτι μευ, ἠΰτε παιδὸς ἀφραδέος, πειρήτιζε. ἀφραδέος. ἀσθενοῦς Schol. br. cum Hesych. Infra 457 occurrit ἀφραδέστερος. et O, 11 ἀφραδέστατος, quod solum enotavit Apollon. Lex. ἀσθενέστατος. ἀπὸ τοῦ παῦρος. hoc etymon cum aliis habet Etymol. aliud praeterea Eustathius ab αὖος, aridus. Vtuntur voce pro ἀσθενὴς, ἀμαυρὸς, Hesiod. Apollon. Rh. Theocr. Quintus, forte et alii.

237. αὐτὰρ ἐγὼν εὖ οἶδα — repetiti vss. 237. 8. in Aristotele IX, p. 363 ed. Casaub. sed in supplemento Strozzae, ne fallaris.

238. οἶδ' ἐπὶ δεξιὰ, οἶδ' ἐπ' ἀριστερὰ νωμῆσαι βῶν ἀζαλέην. βῶν est Aristarchea lectio; Aristophanea βοῦν. Nonnulli etiam βῶ legerunt, pro βόα.“ Sch. A. Scilicet videtur antiquitus fuisse βοϝς, βοϝος, βοϝι, βοϝα· vnde factum βοῦς, et extrito digammate facta forma βοὸς et sic porro.

Secundum haec notatur ſignificatus pro corio taurino, adeoque pro ſcuto, ſaepe obuius, cf. Etymol. p. 204. Heſych. *βῶς*. repetita erant quoque haec in gl. Moſc. 1. Etiam Apollon. Lex. *βῶν τὴν ἀσπίδα*, cum ipſo verſu.

Pro *οἷδ'* poſt *δεξιὰ*, alii habent *ἠδ'* (non *ἦδ'*) apud Euſtath. Cant. Vrat. A. yn. Vindob. male; ſic hiatus infertur.

νωμῆσαι βῶν. κινῆσαι ὅπλον ap. Apollon. p. 268 in *ἐνώμα. καὶ νωμῆσαι, διενέγκαι.* Etiam Etymol. laudato hoc verſu: *διενεγκεῖν. βαστάξαι.* (*βαστάσαι* ſorte eo ſenſu quo eſt ponderare, librare, vt Od. Φ, 405.) *ἢ κινῆσαι.* Forte prius illud acceptum notione *τοῦ μεταφέρειν* cf. ad E, 594. Γ, 218. Sch. br. ad h. v. *διακινεῖν. βαστάσαι. ἐπιχειρίζεσθαι.* Inepte Ven. B. *δεξιὰ μὲν τὸ φεύγειν, ἀριστερὰ δὲ τὸ διώκειν.*

239. *ἀζαλέην* (*βῶν* e ſup. vſ.) *τό μοι ἐστὶ ταλαύρινον πολεμίζειν. ὅτι τὴν ξηρὰν ἀσπίδα λέγει βῶν,* — Etiam Apollon. Lex. p. 45 *καὶ ἀζαλέην τὴν ξηρὰν*, laudato hoc verſu, et Heſych. Etymol. — Pergit Sch. A. et quod poſt femininum *βῶν ἀζαλέην* ſubiicitur neutrum: *τό μοι ἐστί. πρὸς τὸ σημαινόμενον.*

ταλαύρινον eſt *εὔτολμον.* de voce v. dicta ad E, 289. Edd. primae et Cant. peccant *ταλαύριον.* Mori *ταλαύρηνον.* vtrumque codd. Vindob.

240. *οἶδα δ' ἐνὶ σταδίῃ δηΐῳ μέλπεσθαι Ἄρηϊ* Ariſtarchus: *δηΐων* Sch. A. voluit eſſe *ἐν σταδίῃ μάχῃ τῶν δηΐων.* Praeſtat *Ἄρη* dici *δήϊον infeſtum* omnino. *σταδίῃ· τῇ συστάδην μάχῃ* Sch. br. Etymol. Multa alia cumulat Euſtath. adde Koeppen. *ἐνὶ σταδίῳ* Cant. et edd. Flor. Ald. 1. 2. nec correctum niſi per Turnebum ex ed. Rom. et iam ante in Hermag.

μέλπεσθαι Sch. A. ait *κυρίως μὲν παίζειν ἢ τέρπεσθαι. νῦν δὲ οἷον, κινεῖσθαι εὐχερῶς καὶ ἐμπείρως κατὰ τὴν μάχην.* Eadem Sch. br. Etymol. Schol. Moſc. 1. nec diuerſa ſunt in Apollonii Lex. h. v. p. 451. Videntur veteres ita accepiſſe, vt ſit: tam peritum eſſe pugnae, vt eam tanquam rem ludicram tractes. Mihi videtur vox

respicere ac referre morem priscum, quem etiamnum inter Americae populos frequentatum audimus, quum pugnam armati exhibent ad certos numeros, cum gestu intentiore, vt genus mimi fiat. Eiusdem saltationes in armis, ὀρχήσεις ἔνοπλοι memorantur in antiquitate Graeciae, iam inde a Curetibus; tum alibi: v. Strabon. X, p. 716. est in iis *pyrrhiche*. Sic quoque Merionen, qui inflexo commode corpore hastam in se emissam euitauerat, ὀρχηστὴν appellat Aeneas Π, 617. et solet inde pugna per θίασον, χορὸν, ὄρχησιν, reddi.

240. 241. Transpositi versus in Barocc. Ven. Lips. Townl. Vrat. b. c. A. Mosc. 1. 3. et edd. non modo Flor. Ald. 1. verum et Ald. 2. et hinc ductis. Mutauit Turnebus secundum ed. Rom. Nihil interest, vtro modo legas.

241. ἐπαΐξαι reuocaui; nimis importunum erat ἐπαΐξας, quod ex vitio vnius librarii natum per plures libros propagatum esse debuit satis mature; est et in Mosc. 1. adscripto: γρ. καὶ ἐπαΐξειν, male aut scriptum aut lectum. At ἐπαΐξαι Ven. Lips. cum gl. ὁρμῆσαι, Cant. Mori. Townl. Vrat. b. A. Etiam sic ed. Ald. 2. cum grege hinc ductarum; mutauit hoc iterum Turn. et repetiit quod in Flor. Ald. 1. et Rom. erat. Haereas in sensu forte, si velis iungere ἐπαΐξαι μόθον ἵππων, quod est *irruere in pugnam curruum*. Enimuero est ἐπαΐξαι, *irruere, inuehi*, sc. curru (κατὰ) μόθον ἵππων. nam de hoc pugnae genere, quo curru pugnatur, agit nunc poeta. — ἐπαΐξασκε κατὰ μόθον plene dictum Σ, 159. Minus commode iungeres: οἶδα ἐπαΐξαι (ἐπὶ vel ἐφ') ἵππων (κατὰ) μόθον. Quae vulgata erat lectio, durissima erat: οἶδα μόθον ἵππων, ἐπαΐξας. etsi hoc et alibi interponitur sic vt E, 235. 6. hoc tamen loco infinitiuus requirebatur.

242. τοιοῦτον ἐόντα. vn. Vindob. τοῖόν περ.

243. οὐ — λάθρῃ ὀπιπτεύσας, ἀλλ' ἀμφαδὸν, αἴ κε τύχοιμι. „γρ. ὀπιπεύσας et ἐποπτεύσας" Barnes. ἀμφαδόν. Plato in Sophista p. 219 D. τὸ μὲν ἀναφανδὸν (χειροῦν) ὅλον ἀγωνιστικὸν θέντες, τὸ δὲ κρυφαῖον αὐτῆς

πᾶν, θηρευτικόν. Archilochus fragm. XIV μηδὲ νικῶν ἀμφάνδην ἀγάλλεο.

τύχοιμι. Si ſemel antiquos libros ſequendos eſſe contendimus, ſcribendum eſt h. l. cum Mori, Townl. Veneto, vno Vindob. αἴ κε τύχῳαι. Euſtath. „γρ. καὶ, τύχῳμι· καθὰ καὶ ἐπὶ τοῦ κτείνοιμι, κτείνῳμι, καὶ τῶν ἑμοίων. Sic Il. X, 450 ἴδωμ' ὅτιν' ἔργα τέτυκται. Euſtath. viderat legi ἴδῳμ' pro ἴδοιμι. et κτείνῳμι, vbi nunc κτείναιμι legitur, Od. T, 490. Potuit haec forma aliis in locis mutari, potuit quoque nata eſſe ex antiqua ſcriptura. Mox de ἀμπεπαλὼν v. ad Γ, 355.

247. ἓξ δὲ διὰ πτύχας ἦλθε. Male πτύχες reddunt. *plicaturae.* Sunt plagae, ſtrata, coria, laminae, bracteae, quicquid alteri ſuperimponitur. Bene ad h. l. Apollon. Lex. πτύχες. — λέγονται δὲ καὶ τῆς ἀσπίδος πτύχες, τὰ διάφορα ἐπ' ἀλλήλοις ἐλάσματα. Paria Etymol. Iterum in controuerſiam πτύχας adductas videbimus inf. Σ, 481. ſed expedit rem locus Υ, 269 ſq. Etiam ibi duae laminae haſta perforantur, retunditur illa a tertia.

δαΐζων χαλκὸς ἀτειρής. Apollon. Lex. δαΐζων, διαιρῶν. alii διακόπτων. κατακόπτων.

248. ἐν τῇ δ' ἑβδομάτῃ ῥινῷ σχέτο. Ad hunc verſum refer Scholion Heſychii poſt Τηθύς· τῇ ῥινῷ ἴσχετο. ἐν τῇ βύρσῃ ἐπεσχέθη. ὅ ἐστιν, ἐν τῷ ὅπλῳ, ἢ ἐν τῇ βελέῃ. vltima et corrupta et ab alia manu. lege βοείῃ.

250. καὶ βάλε Πριαμίδαο κατ' ἀσπίδα πάντοσ' ἐίσην. ⁂ ſignum ſine Scholio. forte Zenodotus variauerat in πάντοσε ἴσην. de quo v. ad Γ, 347 vbi hi iidem verſus 249—254 occurrebant.

251. διὰ μὲν ἀσπίδος ἦλθε. de prosodia dictum ad Γ, 357. et ad Δ, 135. vbi ſuſpicatus ſum excidiſſe ἄρ', διὰ μὲν ἄρ' ἀσπίδος ἦλθε, vt διὰ vna ſyllaba pronuntietur.

ὄβριμον ἔγχος. Alii ὄμβριμον. v. ad Γ, 357.

252. καὶ διὰ θώρηκος πολυδαιδάλου ἠρήρειστο. Sch. B. etiam hic vt Γ, 358 reperire ſibi videtur ſtudium ali-

quod ſingulare poetae in ἠρήρειστο· exaſperaſſe eum ſyllabas, vt vim intrantis haſtae declararet.

253. ἀντικρὺ δὲ παρὰ λαπάρην διάμησε χιτῶνα. Emendat Bentl. et hic ἀντικρὺς, cum ſyllaba producta ſit. Dictum de his ad Γ, 359. παρὰ equidem grammaticis tribuam; fuit παρὰ λ.

255. 256. τὼ δ' ἐκπασσαμένω δόλιχ' ἔγχεα χερσὶν ἄμ' ἄμφω. Σύν ῥ' ἔπεσον λείουσιν ἐοικότες ὠμοφάγοισι. ξ— (debuit eſſe —) Non admiſiſſe nonnullos duo hos verſus, vt nec Zenodotum, diſcas ex Schol. A. Sed apponam totum Scholion, quod lacunam habet: τοὺς στίχους τούτους οὐ προσίενται ἔνιοι, ὥσπερ οὔτε Ζηνόδοτος· ἀλλὰ τὸ τῆς συνεπείας οὕτως ἔχει παρ' αὐτῷ· Deficit haec συνέπεια, ſeu nexus in Scholio, qui eſſe debuit fere hic: vt, tertio verſu ſimul omiſſo, iuncta eſſent: ὁ δ' ἐκλίνθη καὶ ἀλεύατο κῆρα μέλαιναν. Πριαμίδης μὲν ἔπειτα μέσον σάκος οὔτασε δουρί. Procedit bene ſic ſententia; at nunc quaerebatur: vnde *haſtae* ſuppetierint, cum eae iam omiſſae eſſent. 245 et 250. Itaque fuiſſe videntur, qui δόρυ mox 258 et ἐγχείῃ 261 pro *enſe* dictum acciperent; parum docte. Subuentum altera lectione pleniore, quam habemus: duo pugnantes extraxere haſtas clipeis aduerſis infixas, iisque percuſſerunt ſe cominus. Lectio haec vtrum antiqua an ex interpolatione adſcita fuerit quis dicat? Lecti ſane duo verſus ſunt iam ſupra E, 782. 783.

Pergit Sch. A. Vt Zenodotus non admiſit, ita nec Ariſtonicus: ὥσπερ καὶ ὁ Ἀριστόνικος ἐκτίθησιν (ἐν τοῖς σημείοις ſuſpicor) ἦν (ſpectat ad συνέπειαν) περιττὸν ἐνομίσαμεν γράψαι (quam grammaticus adſcribere ſuperſedit).

255. τὼ δ' ἐκπασσαμένω δόλιχ' ἔγχεα. ξ— quod ἔγχη proprie ſunt δόρατα, ſc. τὰ ἐνεχόμενα ταῖς ἀσπίσιν, ἃ προήκαντο, non enſes, vt nonnulli acceperunt. Sch. A. ἐκπασσαμένω ſibilum geminauit Barnes vi metrica.

256. σύν ῥ' ἔπεσον. „γρ. ξύν ῥ' ε." Barnes nulla de cauſſa. Malim Ionice lectum σύν ῥα πέσον.

258. 259. Πριαμίδης — *σάκος οὔτασε δουρὶ, οὐδ' ἔρρηξεν χαλκέν.* Legerat Ariſtarchus etiam h. l. *χαλκὸς*, vt hic ſit *δόρυ*. Similiter Γ, 348. Sic quoque Scholion Moſc. 1. *χαλκόν. Ἀρίσταρχος καὶ διὰ τοῦ σ, χαλκός.* Eſtque haec lectio in Townl. qui et *ἔρρηξε* ſine *ν* habet, antiqua et genuina ſcriptura.

ἀνεγνάμφθη δέ οἱ αἰχμή. ἀνεγνάφθη Mori. *ἀνεγνάμφη* Lipſ. Perpetua in hac voce *γνάμπτω* eſt omiſſio *τοῦ μ.* de qua multa congeſta v. in Miſcell. Obſſ. Vol. IX, p. 118. Sic in *χρίμπτεσθαι*, mox 272.

Ceterum miratiönem facit: quod, cum paullo ante 246 haſta Hectoris laminam aeream ſcuti Aiacis tam facile penetraſſet, vt vsque ad ſeptimum intus corium perveniret, nunc illa cominus manu adacta ne laminam quidem ſummam perforat. Forte, quia in vmbone haſta adacta erat: *μέσον σάκος οὔτασε δουρί.* forte et, quia cuſpis haſtae iam obtuſa erat: *ἀνεγνάμφθη δέ οἱ αἰχμὴ*, pro *ἀναγναμφθεῖσα ἦν.* itaque nunc haſta non penetrat. *ἀμβλυθείσης τῆς μάχης* (leg. *αἰχμῆς*) *ἐν τῇ πρώτῃ* (*μαχῃ*) Sch. B.

260. *Αἰὰς δ' ἀσπίδα νύξεν ἐπάλμενος.* Etymol. *ἐφορμήσας. ἀπὸ τοῦ ἄλλομαι, τὸ πηδῶ, ἀλλόμενος καὶ συγκοπῇ.* Ita vero eſſet *ἄλμενος.* Scilicet, vt alia aſperata, fuit *ἄλλομαι* et *ἄλλομαι, ἐπῆλμαι, ἐπηλμένος* et *ἐπάλμενος*, vt mutantur nonnulla vulgari vſu: cf. ad Θ, 86. Λ, 192. Mihi probabilius eſt, fuiſſe *ἅλμι, ἅλμαι, ἅλμενος, ἅλτο.*

ἡ δὲ διὰ πρὸ ἦλυθεν ἐγχείη. Alii vna voce *διαπρό*, vt vbique variat ſcriptura.

261. *στυφέλιξε δέ μιν μεμαῶτα. εἰς τοὔμπροσθεν ὁρμῶντα ἔστησε καὶ ἐπέσχεν.* Sch. B.

262. *μέλαν δ' ἀνεκήκιεν αἷμα.* Apollon. Lex. *ἀνεπήδα. ἀνεβάλλετο. ἀνεμόλυνεν*, quod iam Slothower p. 76 em. *ἀνέμολεν.* Similia habent Heſych. et Sch. br. cum Suida. Occurrit vox ap. Apollon. Arg. III, 227. et transitiue IV, 600 et Tryphiod. 320. Spectat quoque ad h. v. gloſſa Heſych. in *τμήδην.*

264. ἀλλ' ἀναχασσάμενος. Apollon. Lex. χάσασθαι, χωρῆσαι — τὸ δὲ ἀναχωρῆσαι, κατὰ μετοχήν· ἀλλ' ἀναχασσάμενος λίθον εἵλετο. Ceterum profecit ex h. l. Eurip. Phoen. 1408 ſq.

267. μέσσον ἐπομφάλιον. Cant. Mori. Moſc. 1. Vrat. A. ſcribunt μέσσον ἐπ' ὀμφάλιον. nec male. Suidas: ὀμφάλιον, ὁ ὀμφαλὸς τῆς ἀσπίδος, laudato epigrammate (quod v. in Analect. III, 87. 5, 3. Si tamen eſt ὀμφάλιον σάκεος τρύφος). Apparet eſſe adiectiuum. Apud Pollucem tamen II, 169 et I, 133 eſt ἐπομφάλιον inter partes ſcuti.

268. λᾶαν ἀείρας. Lipſ. ἐνείρας, quod nihili eſt. ἀείρας. ἐπάρας. βαστάσας Schol. br. Ad h. v. ſpectat Apollon. Lex. h. v.

269. ἦκ' ἐπιδινήσας, ἐπέρεισε δὲ ἶν' ἀπέλεθρον. Ven. ἐπέρησε. male.

270. εἴσω δ' ἀσπίδ' ἔαξε. ἀσπίδα ϝαξε vel ἀσπιδ' εϝαξε ab ἄγω pro frango. v. ad Γ, 367. Verſum recitat Apollon. Lex. in εἴσω p. 250.

271. βλάψε δέ οἱ φίλα γούναθ' non eſt de laeſione de vulnere interpretandum; ſed eſt pro ἔσφηλε fecit ut procideret: v. ad Z, 39.

272. ἀσπίδ' ἐνιχριμφθείς, Ariſtarchea lectio in Schol. Ven. A. et in Mori mſ. quam recepi, cum vulgaris lectio hiatu peccet, ἀσπίδι ἐγχριμφθείς, vel ἐγχριφθείς, nam ita fere variat ſcriptura: v. ad E, 662. Inf. P, 405 ζωὸν ἐνιχριμφθέντα πύλῃσιν. Scholion reddit vocem προσπελάσας. ἐγγίσας. nimis tenuiter. Eſt cum impetu ingruens, illiſus.

273. καὶ νύ κε δὴ ξιφέεσσ' ἔ- quod nunc demum enſes arripiunt: ὅτι ἀρτίως ἐπὶ (adde τὸ) τοῖς ξίφεσι χρῆσθαι ἐληλύθασι. (reſpectu Scholii ad 255.)

Ceterum in ſqq. dirimitur pugna per praecones. Quaeri poteſt, qua cum probabilitate pugnam interceptam et ſine exitu dimiſſam poeta narrauerit. Hoc eſt, quod etiam veteres quaeſiuere in Scholiis. Afferunt illi varia; recte Idaeum eripere Hectorem; at quo iure Aiaci eripitur

victoria? Aiunt pugnae nondum certum fuiſſe exitum; arripit enim vterque enſem; tum conueniſſe ita inter ſe reges vtrinque, nam mittuntur ab iis praecones; noctem quoque ingruere. Vera reſponſio erat haec: Carminis oeconomiam hoc ita requirere, vt vterque huic pugnae ſuperſtes eſſet; (hoc videtur voluiſſe is; cuius verba habet Schol. B. *οἰκονομικῶς σῶσαι θέλων τὸν Ἕκτορα, οὕτω διαλύει τὴν μάχην*) probabiliter autem id ita inſtitui, vt intelligas, tenendum: totam pugnam ad virtutis oſtentationem eſſe conſtitutam; de qua cum vtrinque iam ſatis conſtare viſum eſſet, nocte ingruente, conſentaneum erat, placere vtriusque exercitus ducibus, pugnam dirimi. Miſſi itaque praecones.

274. Ad h. v, et ad 276 ξ variis modis ſoluitur a grammaticis in Ven. A. B. quaeſtio de cauſſis, cur pugna inter Hectorem et Aiacem diremta ſit. v. Obſ. ad 273.

277. *μέσσω δ' ἀμφοτέρων σκῆπτρα σχέθον.* Primum *μέσσω*, dualis, *illi quidem medii inter ambo*, et *μέσσῳ, in medio*, variat in codd. et edd. *μέσσω* ſiue iudicio ſiue incuria Flor. At *μέσσῳ* Ald. 1. ſicque Rom. *μέσσω* iterum Ald. 2. cum ſequaci grege, etiam Turn. Steph. Laudatur Euſt. pro hac lectione, quia exponit, *μέσοι αὐτῶν κήρυκες.* — *μέσσῳ ἀμφοτέρῳ* Moſc. 1. *μέσῳ* eſt in Ven. forte et in Lipſ. et *μέσσῳ* vnice probandum eſſe, mox apparebit.

σκῆπτρα σχέθον· εἶπε τε μ. repugnat metro: *σχεθον ſειπε.* Facile occurrit, mutatum eſſe numerum, cum de Idaeo tantum ageretur: *σκηπτρα σχεθε, ſειπε τε μ. κηρυξ Ἰδαιος.* Praeiuit in hoc Bentlei. Mutatio orta videtur ab iis qui *μέσσω* ſcripſerant: cum ab initio fuiſſet *μέσσῳ, ἐν μέσῳ*, quod perpetuum eſt Homero, etiam in pugna: *μέσσῳ* vel *ἐν μέσσῳ*, vt Γ, 416 *μέσσῳ δ' ἀμφοτέρων.* et 69 *αὐτὰρ ἔμ' ἐν μέσσῳ.* et 90 et ſexcenties; etiam Od. Θ, 66 quod pro *μεσσω* laudari poſſit. In Harlei. *μέσσον* erat; Homericum tamen vix eſt abſolute dictum, ſed *ἐς μέσσον, κατὰ μέσσον.* Niſi ſcri-

bas: μέσσον δ' ἀμφοτέρων σκῆπτρον σχέθε, εἶπε τε μῦθον Κήρυξ Ἰδ.

279. μηδὲ μάχεσθον. μάχεσθε Barocc. vn. Vindob. Mori. Euſtath. niſi hic forte memoriter propter πολεμίζετε. Etiam ap. Gell. XIII, 23 μάχεσθε eſt, vbi docet duo verba cumulari cum vi et effectu maiore; *duplex enim*, inquit, *eadem compellatio admonitionem facit grauiorem.* vn. Vindob. μάχεσθαι.

280. ἀμφοτέρω γὰρ σφῶϊ recte h. l. vos duo. cf. ad A, 6 et 143 non σφωὲ quod eſt de tertia perſona, quod Ixion ſcripſerat ap. Apollon. Dyſcol. fragm. ad calcem Maittairii p. 428 C. (legebatur iam ap. Salmaſ. in Solin. p. 598. B.) et de Syntaxi p. 139. σφῶε vn. Vindob.

281. ἄμφω δ' αἰχμηταὶ, Barocc. Mori, vn. Vindob. αἰχμηταί. Vtitur hoc loco Plutarch. de Theſeo et Romulo pr. ad comparationem vtriusque; tum et alii, vt Themiſt. XV, p. 187.

282. νὺξ δ' ἤδη τελέθει. ※ reſpicit aſteriſcus Scholion ad vſ. 293 in quem locum hic verſus hinc translatus eſſe putatur. νὺξ δ' ἥδε τελέθει laudatur in Schol. Ven. ad H, 63. τελέθει eſt ſimpliciter γίνεται.

284. Ἕκτορα ταῦτα κελεύετε μυθήσασθαι. Ald. 2. intulerat Ἕκτορι. iterum expulit Turneb. Steph. Legerant tamen ſic quoque Euſtath. Ven. B. Lipſ. Vindob. Alt.

κέλευέ τε edd. Flor. Ald. 1. 2. cum ſqq. ſic quoque Townl. At recte κελεύετε Rom. et ex ea Turneb. cum codd.

285. αὐτὸς γὰρ χάρμῃ προκαλέσσατο πάντας ἀρίστους. duo Vindob. οὗτος γὰρ. alius αὐτὸς δὴ. Vrat. b. οὗτος γάρ κε μάχῃ a pr. m. πάντας Ἀχαιοὺς in marg. ed. Libert. Pariſ.

286. μάλα πείσομαι εἴπερ ἂν οὗτος. Townl. ἤπερ ἄν, ſicque in Euſtath. p. 681, 22 et 24.

288. 289. Αἶαν, ἐπεί τοι δῶκε θεὸς μέγεθός τε βίην τε καὶ πευκὴν, — Notant Sch. A. continuari ſententiam: Αἶαν, — νῦν μὲν παυσώμεσθα.

πινυτὴν, Φρόνησιν Apollon. Lex. h. v. νῦν μὲν τὴν σύνεσιν ἔφη Euſtath. Pariter Sch. br. Etymol. Heſych. In eo nemo offendit, quod Homerico characteri Aiacis repugnat hoc, multo magis Tragicis, quod *prudentia* ei tribuitur; homini corporis viribus, non animi, pollenti.

290. νῦν μὲν παυσώμεσθα μάχης καὶ δηϊοτῆτος. In alio cod. ap. Sch. A. νῦν μὲν παύσωμεν πόλεμον καὶ δηϊοτῆτα. ſicque Barocc. Harl. Townl. Vindob. Leid. ap. Valk. Diſſ. p. 109. Porro νὼ μὲν Harlei.

293. νὺξ δ' ἤδη τελέθει — ※ quod verſus huc illatus ex loco 282. vbi recte interpoſuerat hanc cauſſam Idaeus; ab hoc autem Hectoris ſermone alienus eſt." Sic cenſet Sch. A. At verſum tuetur Sch. B.

294. ὡς σύ τ' εὐφρήνῃς πάντας παρὰ νηυσὶν, plerique codd. εὐφρῄνῃς ſine diaereſi, incuria metri. peius quoque Mori εὐφράνῃς. Sic et 297. σύ γ' vn. Vindob. et Ἀχαιῶν.

295. σούς τε μάλιστα ἑτὰς καὶ ἑταίρους οἵ τοι ἔασιν. — verſus ἀθετεῖται, quod tollit vim verſus ſuperioris, in quo πάντας erat, ἔχει δὲ καὶ, pergit Sch. A. διαλογίαν (διλογίαν lege) ἕτας καὶ ἑταίρους. Quid tamen vetat iungi ſynonyma? ſunt aequales et amici. Etiam Ven. B. verſum admittit. Omnino veteres in voc. ἕται argutati ſunt. v. ad Z, 239.

297. Τρῳάδας ſcripſi cum Iota ſubſcripto; nam eſt ex Τρωιὰς, Τρῳάς. etſi vſu receptum Τρωάς, et h. l. Τρωάδας, vt lat. Troades. Erat Τρωϊάδας in Flor. Ald. 1. Rom. quod et Townl. Vrat. b. c. vn. Vindob. exhibent; tum Ald. 2. Τρωΐδας intulit, quod et in Moſc. 3. legitur. Mutauit Barnes in Τρωάδας, ſicque cod. Ven. At ſup. Z, 442 vbi haec eadem verba occurrebant, nihil vsquam notatum video; debebat tamen et ibi ſcribi Τρῳάδας.

298. ἅ τε μοι εὐχόμεναι θεῖον δύσονται ἀγῶνα. (ξ—) quod ἀγῶνα dixit *coetum et congregationem deorum*; quia plurium deorum vno in loco ſunt ſigna. Sic Sch. A. nec

multum differt Sch. B. Leid. et Sch. br. cum Porphyr. Eſt igitur ex horum hominum ſenſu θεῖος ἀγὼν pro ἀγὼν θεῶν, et hoc pro templo. Aeſchylum VII ad Th. 225 imitatione hinc reddidiſſe θεῶν πανήγυριν perſuadet Schol. ad e. l. Apud Apollon. Lex. ἀγών. ὁ τόπος, εἰς ὃν συνάγονται — tum laudat: „αὐτόματοι θεῖον δύσονται ἀγῶνα:“ ad quem locum vide. Inepte Euſtath. ἀγῶνα per ἀγωνίαν reddi poſſe cenſet: ἀγωνίως καὶ προθύμως εὔχεσθαι, *cum trepidatione.*

Debuit olim diſertum eſſe ad h. v. Scholion de quinque ſignificatibus vocis ἀγών, quod adhaeſit alteri loco Σ, 376 et iterum ad Ω, 1. Exſcripſit illud Etymol. erat quoque in Moſc. 1. et illud reſpicit Euſtath. et quantum recordor alii quoque.

δύσονται ἀγῶνα. Schol. B. et Leid. „γρ. καὶ θύονται, ὡς Ἡρωδικνός. οὕτω γὰρ ἄμεινον.“ Sic et Leid. Schol. Laudat eadem e cod. Lipſ. Bentleius, nec videt, quid iis faciat. Emendo δύονται, et refero ad controverſiam de forma voc. δύσομαι pro δύομαι, de qua v. ad Γ, 328. Non enim δύσονται eſt futurum, vt Euſtath. quoque accipit, quaſi gratias ſint perſoluturae pro reditu Hectoris; quod non eſſet εὐχόμεναι.

299. δῶρα δ' ἄγ' ἀλλήλοισι. Euſtath. p. 682, 18 pro var. lect. memorat: δῶρ' δέ γ' ἀ. ſicque legitur in Harl. Lipſ. ap. Bentl. δῶρα δ' ἄμ' ἀ. Mori. Vindob.

300. ὄφρα τις ὧδ' εἴπῃσιν peccat in digamma. ὀΓ' Fειπῃσι. Emendauit Bentl. ὡς Fειπῃσιν.

301. ἦ μεν ἐμαρνάσθην ἔριδος περὶ θυμοβόροιο, 302. ἠδ' αὖτ' ἐν Φιλότητι διέτμαγεν ἀλλήλοισι. Priore verſu ἦ μὲν alii ex more. ita ἠμὲν ἠδὲ eſt ſeu ſeu, et et, vt B. 789 ἠμὲν νέοι ἠδὲ παλαιοί. Etymol. in ἀρθμήσαντε, ἠδὲ καὶ αὖ Φ. et Themiſtius recitat οἱ μὲν — οἱ δ' αὖτ'. At poſt ἦ μὲν vel ἦ μὰν non ἠδὲ putes ſubiungi, ſed Homerico more, ἦ τε, quod fere in apodoſi occurrit; vt poſt εἰ μὲν — ἦ τε, vt K, 449, 450 εἰ μὲν γάρ κε — ἦ τε καὶ ὕστερον. X, 49. 50. Od. A, 287, 8. M, 137. 8. cf. ad Ξ, 234. A, 77. Poteſt tamen ἠδὲ pro

copula positum facile ferri, καὶ αὖτε. Omnino post ἦ μὲν fere sequitur, ἀλλὰ, v. c. B, 798 ἦ μὲν δὴ — ἀλλ' οὔπω. Γ, 430. 432. I, 348. 351 et saepe, et ἦ μὲν vel ἦ μὴν — ἀτὰρ vt I, 57. vel ἦ μὰν et δὲ simpliciter, vt P, 429. 432 ἦ μὰν — τὼ δ' οὔτ' — ἠδὲ autem post ἦ μὲν aliud exemplum habet A, 453 ἤδη μέν ποτ' (quod est ἦ δὴ μέν ποτ') ἠδ' ἔτι καὶ νῦν. vt est in Π, 236. 238 ἦ μὲν δή ποτ' — ἠδ' ἔτι καὶ νῦν. etsi non dubito esse debere ἦ δ' vel ἦ τ'. vt est Od. Θ, 383. 4 ἦ μὲν ἀπειλήσας — ἦ δ' ἄρ' ἑτοῖμα τέτυκτο.

ἀρθμήσαντε. Vox solo hoc loco lecta, Sch. B. ἁρμοσθέντες καὶ συμβιβασθέντες. Schol. Leid. addit φιλήσαντες. Et Apollon. Lex. h. v. φιλιάσθέντες καὶ ἄρθμιοι, (οἱ) φίλοι. ἀρθμὸς γὰρ ἡ φιλία. Repetuntur haec aut similia in ceteris, Schol. br. Eustath. Hesych. Etymol. Debuit sensu immanente dici, iungere se, coire in amicitiam. ἀριθμήσαντε Lipsius vitiose. At ἀρθμήσαντες Vrat. b. Eustath. Themist. l. l. quod conuenit cum διέτμαγεν.

διέτμαγεν. vbique hic legitur; excepto Mosc. 1. διέτμαγον quae varietas occurrit aliis locis: v. ad A, 531. vnde Barnes adscripsit „γρ. διέτμαγον."

303. δῶκε ξίφος ἀργυρόηλον. ξ— obseruant nonnulli, quod se ipsum exarmauit Hector dato ense. Ven. A. Excusat Ven. B. et plura ineptit.

304. σὺν κολεῷ τε φέρων καὶ εὐτμήτῳ τελαμῶνι. σὺν κουλεῷ vitium est Flor. Ald. 1. εὐτμήτῳ. Sic Ven. At Schol. A. „εὐδμήτῳ. Ἀρίσταρχος διὰ τοῦ κ, εὐκμήτῳ" *bene elaborato*. Etiam hoc bene. εὐδμήτῳ tamen, quod de domo, vrbe, muro, bene dicendum esset, in codd. tum in Eustath. et in Flor. Ald. 1. Rom. cumque emendatum esset in Ald. 2. repetiit illud Turneb. et Steph. iterum eiecit Barn. adstipulantibus codd. Mori, Baroec. Lipsius cum Ven. A. B. Iidem lapsus in Vindob. codd. et in Ψ, 684 et 825. Pro φέρων coni. Tollius φέρειν, vt ante sollemni vsu: δῶκε φέρειν.

305. ζωστῆρα — Φοίνικι Φαεινόν. ξ quod Φοίνικι est pro Φοινικῷ ἄνθει. (Similia Apollon. Lex. Eust. vide sup. ad Δ, 141. Z, 219.) — Φαεινὸν est κεχρωτισμένον.

306. τὼ δὲ διακρινθέντε, ὁ μὲν κατὰ λαὸν Ἀχαιῶν ἦϊε. ξ quod pro τῶν δὲ διακρινθέντων ὁ μὲν, ὁ δὲ, dictum; et quod ὁ μὲν ad posterius memoratum Aiacem spectat. διμκριθέντε Lipsi. Townl. c. multis ignoratione prosodiae: vt Γ, 98. 102 et alibi. Apud Apollon. IV, 454 est διάνδιχα κριν θέντες. Ceterum versus peccat hiatu, quem iam Bentl. obseruauit, eique medetur vel διακρινθέντ' ὄγε μὲν vel τοὶ δὲ διακρινθέντες, ὁ μὲν, ut hoc verius. Potuit quoque vel sic τὼ δὲ διακρινθέντες esse.

308. τοὶ δ' ἐχάρηταν, ὡς εἶδον — Idem versus E, 515 vbi vide. Inde vs. 516 huc intulerat vn. Vindob.

309. χεῖρας ἀάπτους Barnes „γρ. ἀέπτους." v. ad A, 567.

310. καὶ ῥ' ἦγον προτὶ ἄστυ, ἀελπτέοντες σόον εἶναι — προτὶ et ποτὶ variat; nil interest. ἀελπτέοντες suadentibus viris doctis et in his Ernesti, sine cunctatione reposui pro vulgari ἀέλποντες, quod quidem praefixum quoque est Schol. br. ἀέλποντες, ἀελπίζοντες, οὐκ ἐλπίζοντες. repugnat tamen analogiae, cum ἀελπὴς quidem sit (vt Od. E, 408) et ἀελπίζω; at ab ἄελπτος fit ἀελπτέω. Et legunt sic antiquiores Ven. A. et Schol. A. ἀελπτέοντες, οὐκ ἐλπίζοντες, ἀλλ' ἐπεγνωκότες (leg. ἀπεγνωκότες.) Lipsi. c. Schol. Townl. Vrat. b. Agnoscit differte Etymol. Corruptum fuit in aliis. Eustath. ἀελπέοντες, ἢ ἀέλποντες, δυσελπιστοῦντες. In Mosc. 1. est ἀέλπτοντες. variant quoque codd. Vindob. Est quoque in Hesych. ἀελπέοντες. et in Suida ἀελπέων. Exciderat vox ἀελπτέω in Apollon. Lex. qui habet ἄελπτον et ἀελπτέα. Constat plane ex Herodoto VII, 168 ἀελπτέοντες τοὺς Ἕλληνας ὑπερβαλέεσθαι, vbi et Valk. de hoc loco monuit. Ex Herodoto glossa est in Suida. Laudat Barnes ἀελπεῦντες, quod ipse refinxit ex ἀελπέοντες. quae vnum idemque sunt. vt et ἀελπτεῦντες ex ἀελπτέοντες. Bentleius etiam animaduerterat hiatum, ἄστυ ἀελπ. Itaque

emendat ἄστυ δ' ἀϝελπτέοντες vt εἰς ἄλαδε. Et hoc recte.

σῶον etiam h. l. Barocc. Mori, vt alibi quoque peccatur.

Dubitari poteſt, an totus verſus inſertus ſit ſerius, narrationis nectendae cauſſa, contra ipſius poetae mentem. Dicas enim, Hectorem vrbem non ingreſſum eſſe videri; alioqui interfuiſſet conſilio a Priamo habito de ſumma rerum v. 345 ſqq. Exercitum reductum eſſe ſub moenia, ibique ſub armis habitum per noctem. Sunt tamen verſus, qui exercitum intra moenia receptum arguunt. Verum de his v. inf. ad vſ. 370.

392. κουριδίην ἄλοχον Μενελάου ξ— quod hinc, ex κουριδίην, patet, ſecundum Homerum nulli alii ante Menelaum nupſiſſe Helenam." (Adeoque nec raptam fuiſſe a Theſeo: cf. ad Γ, 144.)

393. Legebatur ἦ μιν Τρῶές γε κέλονται ſc. διδόναι, ἀποδοῦναι. vulgata haec etiam in Euſtath. In Ven. vtroque ἦ μὴν Τρ. et Schol. A. οὕτως ἦ μὴν, βούλεται γὰρ λέγειν· Τρῶές γε μὴν ἔλωνται (κέλονται). Eſt quoque ἦ μὴν in Schol. Porphyrii laudato ad 387. item in Cant. Harl. Townl. Vindob. Simile eſt illi: ἦ μὴν καὶ πόνος ἐστί.

394. καὶ δὲ τόδ'. Barnes ait: „γρ. καὶδὲ τόδ' vt 375."

ἠνώγην Mori. Bentleius ſuſpicabatur ἤνωγον fuiſſe; mutatum in ἠνώγεον, quia ignorabant digamma in ϝειπεῖν, metuebantque metro in ἤνωγον ἔτος. Vidimus tamen ἠνώγει 386. M, 355. cf. ad O, 725.

396. κείομεν et h. l. pro κήομεν reponendum erat: cum ſemel ſupra poſitum eſſet, 333. Et praebet idem

Ven. Lipſ. Vrat. b. ed. Rom. *μάχεσσόμεθ'* quod Rom. Turn. habent, Bentl. praeferebat. v. ad A, 298.

398. 399. ※ *ὁ ἀστερίσκος, ὅτι ἐντεῦθεν μετάπεινται εἰς τὴν ἀποπρεσβείαν.*" Scilicet Il. I, 689. 692 binis aliis verſibus interpoſitis qui reiiciuntur. Forma tamen haec et color orationis aliquoties occurrit.

400. *μήτ' ἄρ' τις νῦν, μὴ γάρ τις* Barocc. Mori. vn. Vindob. nec male.

401. *καὶ ὃς μάλα νήπιός ἐστιν.* indocte *ὃς μάλιστα νήπιος* edd. Flor. Ald. 1. Iunt. et cum iis mſ. Lipſ. in quo emendatum *ὅστις.*

402. *ὡς ἤδη Τρώεσσιν ὀλέθρου πείρατ' ἐφῆπται. ὀλέθρου πέρας, τέλος,* pro *ὄλεθρος*· v. ſup. ad 102. Vnde vero manifeſtum, hoc, extrema Troianis imminere? dicit Schol. B. *καὶ διὰ τὴν παράβασιν, καὶ διὰ τὸ σπεύδειν αὐτοὺς ἐπὶ τὴν τῆς μάχης διάλυσιν,* quaſi ipſi iam Troiani bello ſe impares eſſe ſentiant. Minus ſubtile prius: ex periurio Troianorum in Paridis pugna cum Menelao et Pandarei fraude; iam poena perfidiae debita: Δ, 158 ſqq. 235. 356. Satis tamen erat ad Diomedis iudicium, quod pugna huius diei Troiani fugati ad vrbem ſe receperant.

403. *οἱ δ' ἄρα πάντες ἐπίαχον.* Cum ſit *ϝιαχω*, emendat Bentl. *οἱ δ' ἐπὶ πάντες εϝιαχον.* ſed v. ad B, 316. E, 860.

407. *ὣς ἔτοι ὑποκρίνονται.* ξ quod *ὑποκρίνονται* pro *ἀποκρίνονται.* Quod tamen parum commode a permutata praepoſitione repetit Schol. Peruulgatum nunc eſt *ὑποκρίνασθαι* eſſe Ionicum; frequentatum quoque Herodoto; contra *ἀποκρίνασθαι* Homerus non nouit. Occurrit *ὑποκρίνεσθαι* Od. B, 111. et Il. M, 228. ad quem alterum locum ſpectat Apollon. Lex. *ὑποκρίνοιτο, ἀποκρίνοιτο,* vnde eadem Heſych. Add. Etymol. Euſtath. p. 687, 12.

Porro *ἐμοὶ δ' ἐπιανδάνει οὕτως* pro *καὶ ἐμοί.* Pro δ' opportunius videri poteſt eſſe τ', latet tamen *καὶ* in *ἐπί*, *inſuper* probatur mihi. Heſych. *συναρέσκει* reddit.

408. κατακειέμεν iterum repoſui pro vulgato κατακηέμεν· de quo ſup. 333. Accedit auctoritas ed. Rom. Euſtath. Townl. Vrat. b. Moſc. 1. vn. Vindob. Veneti vtriusque.

409. οὐ γάρ τις Φειδὼ νεκύων κατατεθνηώτων. ſcriptura Ariſtarchea, quam vbique ſeruare conſtitueram: ſup. 89. Eſt quoque h. l. in Barocc. Vrat. b. c. Appoſitum hoc νεκύων κατατεθνηώτων omnino ex otioſa veterum in multis verboſitate eſt iudicandum; vt et illud, ἐπεί κε θάνωσι. Similia alia congeſſit ad h. l. Euſtath. p. 687, 39. In ornatu tamen poetico habita eſſe talia, docet imitatio poetarum, etiam tragicorum, vt in illo, quod Clarke laudat, Sophocl. Antig. 325 ὁ κατθανὼν νέκυς. et apud Euripidem νέκυες φθίμενοι. νέκυες οὐλόμενοι. νεκροὶ θανόντες. add. Brunck. ad Phoeniſſ. 1486.

410. πυρὸς μειλισσέμεν ὤκα. ſc. τοὺς νέκυας διὰ πυρός. Generalis notio eſt χαρίζεσθαι, quam apponunt Schol. A. B. Euſtath. Et gloſſa Heſychii, πυρὸς μειλισσέμεν et altero loco μειλισσέμεναι, προσηνῆ, κεχαρισμένα ποιεῖν. Propius ad verſus ſententiam Sch. br. κηδεύειν, καὶ ταφῆς μεταδιδόναι. ſic quoque Euſtath. et hinc H. Stephan. et al. Eſt quoque in hunc ſenſum Scholion ſub nomine Senacherim ad h. v. ex Cod. Leid. ap. Valken. diſſ. de Schol. p. 132 λέγει δὲ κινδυνεύειν καὶ ταφῆς μεταδιδόναι. emenda κηδεύειν. Legitur μειλήσομεν in mſ. Mori, et μειλησέμεν in Vrat. A. μελησέμεν in duobus Vindob.

411. ὅρκια δὲ Ζεὺς ἔστω, ἐρίγδουπος πόσις diſtinguere licet poſt ἔστω et poſt ἐρίγδουπος; parum intereſt; ad aurem tamen et verſus ſectionem iucundius, Bentleio quoque probatum prius. Repetitur verſus K, 329. Verum nec hic nec Od. O, 112. 180 de interpunctione aliquid ſtatui poteſt.

412. τὸ σκῆπτρον ἀνέσχεθε. praefixum Schol. br. ἀνέσχετο.

413. ἄψορρον δ' Ἰδαῖος ἔβη πρὸς Ἴλιον ἱρήν. ξ quod Ἴλιον ἱρὴν feminino genere " Sch. A.

Super ἄψορρον, quod eſt pro ſimplici ἆψ, multa affert Sch. B. ad h. l. lecta tamen vox erat iam Γ, 313. Δ, 152. Similia ſunt ap. Etymol. et ap. Euſtath. pluribus locis, de etymo; probabilius eſt ceteris ductam eſſe vocem ab ὄρω, κινῶ, ἄψορος, ἄψορρος.

προτὶ et ποτὶ variat, vt alibi. v. ad A, 245. ποτὶ receperat Clarke.

415. προτιδέγμενοι ὁππότ' ἂν ἔλθοι. Mutauerat ποτιδέγμενοι Clarke ſine cauſſa. ἂν ἔλθοι, non ἀνέλθοι. Homericum eſt ἐλθεῖν pro ἀνελθεῖν. Pro ἂν eſt ἄρ in Cant. Harl. Townl. Vrat. c. A. vtroque Moſc. binis Vindob. edd. Flor. Aldd. et placere poteſt per ſe; melius tamen ſeruatur verſui ſequenti. ἆν eſt a Turnebo receptum ex ed. Rom.

416. ὁ δ' ἄρ ἦλθε καὶ ἀγγελίην ἀπέειπε. hoc nunc non eſt ἀπηρνήσατο. ἀποειπεῖν aliquoties eſt libere edicere, vt et ἀποφάναι. Sic I, 309 ſqq. Ψ, 361. Od. Π, 340.

Schol. B. vſus iſtius ignarus: ἀπέειπε, ait, ἀπεδοκίμασε, καὶ ὡς ἀνωφελῆ ἀνήγγειλε, quia Achiui nuntiata haud admiſerant. Alia argutatur Euſtath.

Ceterum ἀπέειπε emendauit Turnebus ex ed. Rom. in Flor. Aldd. erat ἀπόειπε.

418. ἀμφότερον, νέκυάς τ' ἀγέμεν, ἕτεροι δὲ μεθ' ὕλην. Vrat. c. a pr. m. cum vno Vindob. ἀμφότεροι, Moſc. 3. ἀμφοτέρων.

Cum ἕτεροι δὲ ſequatur, neceſſe eſt, antecedere putari ἕτεροι μὲν, vt plena oratio eſſet: ἕτεροι μὲν ὠπλίζοντο, ὥςτε νέκυας ἀγέμεν, ἕτεροι δὲ ὠπλίζοντο (ἰέναι) μεθ' ὕλην pro ὡς ἄγειν ὕλην. nam ὁπλίζεσθαι μεθ' ὕλην vix graece dicitur: etſi Sch. br. μεθ' ὕλην, ἐπὶ ξύλα. et Euſtath. ὡπλίζοντο εἰς νεκύων ἀγωγὴν, ἕτεροι δὲ εἰς ὕλην. ἢ καὶ ἄλλως· νέκυάς τ' ἄγειν ::καὶ ξύλα. At τε quod legitur, poſt νέκυας, nihil habet, quo referatur. Arbitror τ' eſſe inſertum, a grammatico male cauente metro.

420. Vulgata erat ὤτρυνον νέκυας τ' ἀγέμεν, ἕτεροι δὲ μεθ' ὕλην. Memoratur in Sch. A. alia lectio: ὠτρύ-

νοντο νέκυς ἀγέμεν. Ariſtarchea eſt lectio; eaque verior, puto. Nam *feſtinare*, ὀτρύνεσθαι eſt, non ὀτρύνειν. v. c. Od. H, 222 ὑμεῖς δ' ὀτρύνεσθε — ὥς κε με τὸν δύςτηνον ἐμῆς ἐπιβήσετε πάτρης. At Ψ, 111 Agamemnon Οὐρῆας ὤτρυνε καὶ ἀνέρας ἀξέμεν ὕλην. Si ὤτρυνον legitur, eſt ſubint. τοὺς ἄλλους, vel ἑαυτούς. νέκυς pro νέκυας etiam alibi occurrit. Od. Ω, 416 ἐκ δὲ νέκυς οἴκων Φόρεον. Ita vero vitio quoque grammatico occurri poteſt: poſt τε in νέκυας ſubiungi debebat ἕτεροί τε, non autem δὲ, cui reſpondet μέν. Nunc vero poſt νέκυς tolli quoque poteſt τ', quod tam moleſtum eſt, et ortum, vna cum νέκυας, ex v. 418. In Mori erat ὤτρύνοντο νέκυας. recte et hoc vt νέκυας binis moris efferatur. — Ceterum 419. 420 deſunt in Townl. incuria librarii, propter verba extrema μετ' ὕλην. — Debuit olim controverſia eſſe ſuper ἀναιρέσει νεκρῶν, quam Iſter plus quam vna vice factam pronuntiauerat. v. Ven. A. ad Il. K, 298.

421 ſq. Ἠέλιος μὲν ἔπειτα. — Habetur hic dies pro altero poſt Idaei legationem. Si tamen attenta mente totum locum compares, tempora ſic videbis turbari. οἱ δ' ἤντεον ἀλλήλοισι prorſus ſunt eadem cum 417 ſq. τοὶ δ' ὠπλίζοντο μάλ' ὦκα ſqq. per iſtum diem conuehuntur ligna, veſperi corpora cremantur; et de altero die non agitur, niſi inde a vſ. 433. Vt igitur res conueniat, ſtatuendum eſt vſſ. 421 ſq. de die iam adulto eſſe intelligendos: vel ſic tempora valde coanguſtari bene ſentiam. Vide enim, poſt pugnam ſuperiore die factam, et cum die finitam (νὺξ δ' ἤδη τελέθει, 282.) epulantur Achiuorum principes excepti ab Agamemnone, et Troianorum concio habetur. Altero die orto Idaeus ad caſtra Achiuorum profectus, non quidem foedus pacis, inducias tamen ad mortuos ſepeliendos impetrat vſ. 381 ſq. redit ille in vrbem et impetrata renuntiat 413 ſq. accingunt ſe ſtatim vtrinque ad corpora tollenda 417 et nunc 423 ἤντεον ἀλλήλοισι. Vt igitur ratio ſibi conſtet et loci et temporis, dicendum eſt, vſſ. 421. 2. declarari

diem iam ortum et aliquantum prouectum. Intra tam breue tempus omnia haec peragi potuisse, noli mirari in poeta; acerbior essem in scriptore.

421. Ἠέλιος — *νέον προσέβαλλεν ἀρούρας.* De exquisitiore hoc loquendi modo nil monent grammatici. Proprie *βάλλειν ἀκτῖνας* sol dicitur, vnde et *βολαὶ ἀκτίνων*, tum *βάλλειν τι ἀκτῖσι.* Od. E, 479 *τοὺς — οὐδέποτ' ἠέλιος Φαέθων ἀκτῖσιν ἔβαλλε.* Similiter nunc Sol *προσβάλλει ἀρούρας* sc. *σὺν ἀκτῖσι.* Koeppen ex Apollon. I, 365 laudat: *τὸν οὐκ ἐπέβαλλε θάλασσα κύμασι.* In Vrat. A. *προσέβαινεν* male interpolatum.

Versum 421. 422 laudant Strabo lib. I, p. 4 B. vbi editur *προσέβαλλεν ἀρούραις.* et Aristides Quinctil. de Musica II, p. 81. tanquam exemplum epithetorum rem ipsa prosodia exprimentium; vt h. l. tarditatem Solis exorientis inter sepulturam heroum: contra Od. Γ, 1 celeritatem ortus significari ipsis numeris: *ἠέλιος δ' ἀνόρουσε λιπὼν περικαλλέα λίμνην.*

422. *ἐξ ἀκαλαρρείταο βαθυρρόου Ὠκεανοῖο.* ξ — quod Sol Oceano prodit et in eo condi dicitur a poeta „Sch. A. *ἀκαλαρρείταο, ἡσύχως καὶ πρᾴως ῥέοντος. ἀκαλὸν γὰρ τὸ ἥσυχον λέγουσι.* Ita Sch. A. Sch. br. Similia iam in Apollon. Lex. p. 81. add. Hesych. Suidas Eustath. et disertius Etymol. Eodem sensu *ἀκοίμητον* Oceanum dixisse Aeschylum Prom. 139 docet Schol. ad e. l. Strabo I, p. 9 *ἀκαλαρρείτης* de aestu maris accipit.

424. *ἔνθα διαγνῶναι χαλεπῶς ἦν — χαλεπὸν ην* Vrat. b. et vn. Vindob. ex interpolat.

425. *ἀλλ' ὕδατι νίζοντες ἄπο* iubet scribere grammaticus Ven. A. pro *ἀπονίζοντες.* Et hoc sequendum, pro *ἀπὸ*, quandoquidem hoc saepe recoquitur in aliis locis. — *βρότος* per *φόνος* Apollon. Lex. per *αἷμα* Etymol. Hesych. exponunt; melius Sch. br. *τὸ μετὰ ἱδρῶτος καὶ πόνεως αἷμα.*

426. *ἀμαξάων.* adstipulantibus Mori. Cant. recte Barnes. spiritu leni, non aspero: cum, quod etiam Eustath. aliquoties ex priscis grammaticis monuit, Ionicum sit

ἄμαξα, firmaturque id inf. per alia loca M, 448 ἐπ' ἄμαξαν. add. Σ, 487. Et X, 146 κατ' ἀμαξιτόν. vbi v. Euſtath.

427. οὐδ' εἶα κλαίειν Πρίαμος μέγας. Subtiliter quaeſitum eſt de interdicti huius cauſſis a Leſſingio in Laocoonte, a Koeppen et Iacobs (*Biblioth. d. alten Litteratur* Vol. VIII.). Infinita coniectandi materies foret, ſi de ſingulis in Homero tam ſubtiliter et otioſe quaerere vellemus. Poteſt pudor memorari, ne Troiani tanquam luctui nimium indulgentes et imbelles ab Achiuis contemnerentur. In ipſa Troianorum conditione offerunt ſe fere haec: feſtinandum ipſis erat, vt intra vrbem ſe reciperent ante exitum inducarum; et agebatur res ante moenia; nec ex more iuſta perſolui poterant ſollenni ritu, ſed raptim omnia erant curanda. Ergo non indulgeri poterat luctui apud rogum, vt Ω, 709 ſqq. nec de ſolitis lamentis et ſollenni planctu erat cogitandum, qualis in Hectoris funere memoratur ibid. 716. coll. 664 ſq. et in Patrocli funere Il. Ψ. De his igitur ſollennibus lamentis in funere, cuiusmodi exempla in barbarorum moribus frequenter commemorantur, neceſſe eſt hoc accipias quod Priamus dicitur vetuiſſe κλαίειν.

οἱ δὲ σιωπῇ. Sch. Ven. A. ἐν ἄλλῳ. „ἀλλὰ σιωπῇ."

428. νεκροὺς πυρκαϊῆς ἐπενήνεον. πυρκαϊῆς, quod legimus, eſt Ariſtarcheum, docente Veneto A. Erat alia lectio Zenodotea, πυρκαϊὴ, eodem grammatico indice elegantior (vt pendeat caſus ab ἐπὶ in verbo ἐπενήνεον) ὡς τὸ· ἐν δὲ πυρῇ ὑπάτῃ νεκρὸν θέσαν Ψ, 165. quod tamen parum accommodatum ad rem. Tertia acceptio eſt in Schol. br. tertio caſu plur. πυρκαϊῇς, πυραῖς. Etiam hoc bene. Monet Sch. A. legi quoque ἐπινήνεον· καί ἐστιν Ἰακόν. augmento ſcilicet omiſſo. Ductum eſt ἐπινηνέω a νηνέω pro νέω, quod aliquoties in Homero et Herodoto occurrit. ἐπινήεον, quod non minus Homericum eſſet, nusquam lectum vidi, a νηέω. vt Ψ, 139 νήεον ὕλην. At ἐπενήνεον, ἐσώρευον etiam in Apollon. Lex. occurrit, et in Heſych. et Etymol.

429. ἐν δὲ πυρὶ πρήσαντες ἔβαν προτὶ Ἴλιον ἱρὴν ξ— „quod cremabantur cadauera“ Sch. A. Videtur inter veteres hac de re dubitatum esse. „et quod ἡ Ἴλιος est“ „γρ. ἐν δὲ πυρῇ“ Barnes. Iterum quoque προτὶ et ποτὶ variat.

In Vrat. b. aberant tres versus 429—431 oscitantia librarii, propter eundem versus exitum in κῆρ.

433. ἦμος δ' οὔτ' ἄρ πω ἠὼς, ἔτι δ' ἀμφιλύκη νὺξ, ξ— „quod semel h. l. voce ἀμφιλύκη vsus est“ Sch. A. Vtitur voce quoque Apollon. II, 673 vbi cf. Schol. Esse τὸ λυκόφως, diluculum, omnes tradunt certatim, ἀπὸ τοῦ λύκη, seu λύγη, σκοτία, princeps Apollon. Lex. cum Hesych. Etymol. ex Oro. Schol. ad h. l. Eustath. Etiam Pollux I, s. 70. ὑπὸ τὸ λυκηγενὲς, ὅπερ Ὅμηρος ἀμφιλύκην καλεῖ. Sunt qui argutantur ducendo a λύκος, lupus, qui Solis symbolum fuisse traditur: quod memorant Aelian. H. An. X, 26 et Macrob. I, 17. qui plura cumulant, laudati iam a Clarkio. Adde Apostol. Prouerb. XII, 21.

In Sch. B. insertum longum Scholion super ἠὼς, quod Porphyrii esse, intelligo. cf. Schol. ad Θ, 1. Nunc quoque in Excerptis Leid. nomen adscriptum video.

434. τῆμος ἄρ' ἀμφὶ πυρὴν. Barocc. Mori. vn. Vindob. τῆμος δ' ἀμφὶ π.

435. τύμβον δ' ἀμφ' αὐτὴν — de verss. his v. sup. ad vs. 336 sq. ἐξαγαγόντες etiam hic reddunt προελθόντες. de hoc v. ibid.

436. ἄπριτον (τύμβον) ἐκ πεδίου. ξ— „quod πολυάνδριον hic tumulus est; quomodo igitur, pergit Sch. A. ossa reportassent?“ Respiciunt haec sup. vss. 333. 4. 5. vbi v. Obss. ἐκ πεδίου Schol. A. monet etiam ad h. v. Aristophaneam lectionem esse ἐν πεδίῳ et περὶ δ' αὐτόν. Etiam Harlei. περὶ, superscr. ποτί. De his v. sup. ad 337. vbi quoque v. de vss. sqq. 437—440.

437. προτὶ δ' αὐτὸν (τὸν τύμβον) τεῖχος ἔδειμαν, πύργους θ' ὑψηλούς. Abest post πύργους copula θ' in codd. Cant. Vrat. c. in vtroque Mosc. et quatuor Vin-

dob. in Vrat. c. erat Θ' eraſum. abeſt porro a Lipſ. et Veneto, etiam ab edd. non modo Flor. Ald. 1. et Turn. ſed ab omnibus, excepta Rom. e qua Θ' recepit H. Stephanus. Eiectum ibat τὸ Θ' Erneſti; et poſſunt appoſita plura cumulari; nec minus tamen copula potuit excidere, quae per ſe huic loco valde accommodata eſt τεῖχος πύργους τε. Enimuero ex meo iudicio antiquum carmen ſinitum erat cum vſ. 436. et attexti ſunt ſerius vſſ. 437—441 ex ſuperioribus 338 ſqq.

εἶλαρ νηῶν τε καὶ αὐτῶν. vt vſ. 338. Barnes edidit αὐτῶν ſorte ex Cantabr. et Oxon.

438. πύλας εὖ ἀραρυίας. pro εὖ etiam hic lectum eſſe ἕπτ' Euſtath. tradit. v. ſup. ad 339.

439. ἱππηλασίη ὁδός. „γρ. ἱππηλασίης" Barnes. v. ad 340.

440. ἐπ' αὐτῷ τάφρον ὄρυξαν. Cant. ἐν αὐτῷ.

441. ἐν δὲ σκόλοπας κατέπηξαν. De σκόλοψι multa habentur apud Euſtath. Sunt ii valli foſſae lateri impacti. Quaeri enim poteſt, fuerintne valli in foſſae fundo, an in ora foſſae ſuperiore, an interiore fixi. Videtur ex loco M, 54 conſtitui poſſe, in ora foſſae ſumma exterius impactos σκόλοπας fuiſſe: κρημνοὶ, ὕπερθεν δὲ σκολόπεσσιν ὀξέσιν ἀρήρει. Ergo ibid. vſ. 63 ἐν αὐτῇ eſt ἐπ' αὐτῇ. et h. l. ἐν δὲ eodem modo erit accipiendum. Cant. περὶ δὲ cum vno Vindob. nec hoc male. Eſt tamen ἐν δὲ etiam inf. I, vbi vſ. 350 ex h. l. vſ. 441 eſt translatus.

443 vsque ad 464 — ἀθετοῦνται στίχοι κβ'. igitur in Ven. ſingulis verſibus appoſiti ſunt obeli. Incurrit quoque in oculos, inſertos eſſe vſſ. hos XXII. vt iis reſponderent vſſ. pr. Il. M. vbi de euertendo vallo inter deos agitur. Hoc enim omnino declaratum dabitur in locis Iliadis ſingulis: in deorum miniſterio inprimis conſpicuam eſſe operam non vnius, ſed plurium, qui, vt perpetuum et conſtantem rerum ordinem in deorum interuentu inferrent, allaborarunt. Ἀθέτησιν iſtam, quam Sch. A. ad Φ, 446 etiam reſpicit, non famae acceptae

aut fidei narrantium inniti, ſed iudicii grammatici eſſe fructum, colligo e Sch. B. ad v. 452. καθόλου δὲ τὴν τῶν θεῶν ἀγορὰν ἠθέτουν οἱ περὶ Ζηνόδοτον καὶ Ἀριστοφάνη καὶ αὐτὸς Ζηνόδοτος" fuit puto καὶ αὐτὸς Ἀρίσταρχος.

De conſilio huius loci inſerti ita argutantur grammatici in Schol. B. ne proderetur huius commenti de vallo caſtrorum vanitas, cum nulla talis valli veſtigia ad Troiam extarent, poetam probabilem rationem interpoſuiſſe, quomodo dei alicuius opera illud iterum deſtructum ſit. Meliorem rationem a me appoſitam eſſe in nota, vide, an recte cenſeam. In admiratione valli, tanquam rei nouae et inſolitae, verſatur episodii ſumma; et ad hanc admirationem inuidentia; ex ſimplici ſententia ortam: vallum fuiſſe tantae mirationi, quantae ipſe murus Ilii, a diis factus. Ceterum animo dimittendum non eſt, ex Homeri fide vallum et foſſam rem omnino fuiſſe nouam et nondum viſam. Thucydides quidem de hoc vallo ita memorat, lib. I, 11. vt iam ſub primos belli annos extructum illud fuiſſe cenſere videatur: aliter tamen de his ſtatuere poterat vt hiſtoricus qui eo loco de male prouiſo in exercitu Achiuorum victu et commeatu agat: ἐπειδὴ δὲ ἀφικόμενοι μάχῃ ἐκράτησαν, (δῆλον δὲ, τὸ γὰρ ἔρυμα τῷ στρατοπέδῳ οὐκ ἂν ἐτείχισαντο) φαίνονται οὐδ' ἐνταῦθα πάσῃ τῇ δυνάμει χρησάμενοι, ἀλλ' ſqq. ratio iudicii in parentheſi eſt praemiſſa. Solita licentia fingendi Ouidius antiquius caſtrorum vallum in pugna Cygni cum Achille memorat Met. XII, 149 et parum curioſe Epitome Iliadis de huius diei actis agens: v. 651 *Tum renouant foſſas et vallum robore cingunt:* vbi *robore* σκόλοπας in foſſis declarare videtur; aliis in locis, portae valuas.

444. θηεῦντο μέγα ἔργον. ἐθαύμαζον. v. de hac voce ad X, 370. Ω, 418.

446. ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν. argutantur veteres in epitheto, quod ad σφαιροειδὲς σχῆμα terrae referre maluit:

v. ad Ξ, 200. Heracl. Alleg. Hom. c. 47. Euſtath. ad h. v. ἀπείρων γῆ eſt ſimpl. immenſa, magna, lata.

Ceterum ſimilis eſt altercatio Neptunum inter et Iovem Odyſſ. N, 125 ſqq. quae cum h. l. 446 ſq. 454 ſq. comparari poteſt.

447. ὅστις ἔτ' ἀθανάτοισι νόον καὶ μῆτιν ἐνίψει. ξ— „quod ἀθανάτοισι dictum pro ἡμῖν." Sch. A. ἐνίψει redditur a Ven. vtroque et Lipſ. Sch. ἆρα ἔτι τις τῶν ἀνθρώπων κοινώσηται διὰ τῶν θυσιῶν ἃ βούληται, τοῖς θεοῖς. Eſt adeo ἐνίπτειν θεοῖς, ad deos referre, eos conſulere, opem et auxilium expetere. ἐνίπτειν, quod alibi eſt obiurgare, minari, cf. O, 546. nunc eſt ſimpliciter εἰπεῖν, ἐρεῖν, λέγειν. Sic et Sch. br. Heſych. ἐνίψει. ἕξει (Bentl. em. ψέξει) ἐπιπλήξει. καὶ, ἐρεῖ. Paria ſunt in Etymol. in ἐνίψει. Fieri autem illud „referre ad deos" ſacro facto, intelligitur ex vſ. 450 οὐδὲ θεοῖσι δόσαν κλειτὰς ἑκατόμβας. Adde τὰς μαντείας, cum Euſtathio. ἐνίπτειν per ἀνακοινοῦσθαι reddit quoque Schol. B. ἀνακοινώσεται διὰ θυσιῶν συνεργοὺς αὐτοὺς θέλων λαλεῖν (leg. λαβεῖν.) Fuiſſe qui haererent in hoc verſu, et ἐνίψει perincommode exponerent κακολογήσει, diſco ex Euſtath. p. 690, 32. Leniorem verborum iuncturam inferre volebat Bentl. refingendo: ὅς κεν ἔτ' — ἐνίσποι. vt Ξ, 107 νῦν δ' εἴη, ὅς τῆς δέ γ' ἀμείνονα μῆτιν ἐνίσποι.

νόον καὶ μῆτιν, τὸ ἁπλῶς νόημα, καὶ ἐνθύμησιν, ὃ πληροφορεῖται διὰ μαντικῆς ἢ θυτικῆς ἐξ ἐρωτήσεως — μῆτιν δὲ, τὸ βουλευθὲν πρῶτα, εἶτα καὶ ἐρωτηθέν. Euſtath.

448. οὐχ ὁράας, ὅ τε δ' αὖτε καρηκομόωντες Ἀχαιοὶ 449 τεῖχος ἐτειχίσαντο νεῶν ὕπερ. Legebatur: οὐχ ὁράας δ', ὅτι αὖτε, hiatu ingrato; quem intulerat Turnebus, vitio forte operarum, per H. Stephanum propagato; nam edd. antiquiores cum codd. legunt οὐχ ὁράας ὅτι δ' αὖτε. At ὅτε δ' αὖτε eſt in Townl. Lipſ. Ven. In mſ. Lipſ. erat interpunctio: ἐνίψει, οὐχ ὁράας; ὅτε δ' αὖτε. quam haud dubie veram eſſe cenſebat Erneſti. οὐχ ὁράας, inquit, ſolet interrogatiue et nude poni et in parentheſi. Vellem equidem, poſterioris vſus exempla ap-

poſuiſſet! quoties enim in Homero occurrit, eſt: *οὐχ ὁράας, οἷον.* et Od. P, 545 *οὐχ ὁράας ὅ μοι υἱὸς ἐπέπταρε;* Neque apud alios, nec apud Euripidem, interpoſitum in medio vidi *οὐχ ὁράας*, vt nec apud Romanos; ſed vbique adiectum, *nonne vides, quod*, vel *vt.* vt in ipſo Horatio: *nonne vides, vt nudum remigio latus?* et Virgilius in Georgicis, *nonne vides croceos vt Tmolus odores?* vno loco omiſſum eſt Ge. III, 103 *nonne vides, cum* — Hactenus, *οὐχ ὁράας ὅτι δ' αὖτε* erit praeferendum. Apparet tamen etiam *ὅτε* bene locum tueri: modo recte acceperis *ὅ τε*, vt ſit *οὐχ ὁράας τὸ τεῖχος, ὅ τε* (pro *ὃ*) *ἐτειχίσαντο.* vt mox 452 *τοῦ δ' ἐπιλήσονται, ὅ τ' ἐγὼ* ſq. pro *ὅ.* Durior autem illa interpoſitio *τῆς, δὲ*, haud raro occurrit; ſic Θ, 139 *Τυδείδη ἄγε δ' αὖτε. αὖτε* Clarke reddit: „rurſum, poſt noſtrum illud dirutum" atqui murus Troiae nondum erat dirutus. ſed ſimpliciter: aliud vallum poſt noſtrum illud.

449. *νεῶν ὕπερ.* reddunt Schol. *ὑπεράνω.* Apollon. Lex. *ἄνω τῶν νεῶν*, verſu hoc adſcripto, p. 470. Heſych. in *νεῶν ὕπερ. ἤτοι πρὸ τῶν νεῶν. ἢ ὑπὲρ τῆς τῶν νεῶν σωτηρίας.* poſterius hoc perperam. Inf. M, 4. 5. *τεῖχος ὑπερθεν, εὐρὺ, τὸ ποιήσαντο νεῶν ὕπερ.*

ἐτειχίσαντο, cum prosodiae vitio, codd. et edd. ante Barnes. *τεῖχος ἐτεκτήναντο νεῶν ὕπερ* legitur in verſu ab Heſych. adſcripto l. c.

450. *οὐδὲ θεοῖσι δόσαν κλειτὰς ἑκατόμβας.* pro quocunque ſacrificio dictum et h. l. v. ad A, 65. Sacro autem facto conſulebantur dii: *οἱ γὰρ θύοντες εἴσονται παρὰ θεῶν, εἰ δεῖ ἔργοις ἐγχειρεῖν, ἢ οὔ.* cf. Pindari locum Ol. VIII. pr. Duxit hinc ſuum Virgilius: *et quisquam numen Iunonis adoret Praeterea, aut ſupplex aris imponat honorem?*

451. *τοῦ δ' ἤτοι κλέος ἔσται, ὅσον τ' ἐπικίδναται ἠώς.* Ariſtarchea lectio fuit *ὅσην*, hic et vſ. 458. *ἐφ' ὅσην γαῖαν, χώραν.* teſte Schol. A. nam in codd. non occurrit; et potuit tantum in Commentariis Ariſtarchi occurrere. ſta ſaltem *τ'* melius aberat. Vulgata lectio, quam etiam

Ven. B. agnoſcebat, eſt Zenodotea, hoc eſt, ab eo profecta et ſeruata in libris. nec eſt quod in ea displiceat.

Creditum eſt ex h. l. ductum eſſe Herodoti illud VIII, 23 ἅμα ἡλίῳ ἀνιόνταμένῳ ap. Euſtath.

τοῦ δή τοι etiam h. l. vn. Vindob.

452. τοῦ δ' ἐπιλήσονται, ὅ τ' ἐγὼ καὶ Φοῖβος Ἀπόλλων — Rem v. inf. Φ, 441 ſq. vbi quod nunc Phoebo communicat, ſibi ſoli tribuit: ἦτοι ἐγὼ Τρώεσσι πόλιν καὶ τεῖχος ἔδειμα ſqq. Totus autem mythus cauſſas habet ex antiquo ſermone: muri Jlii, vtpote mirabiles pro iſta aetate, erant deorum opus: et quidem Neptuni et Apollinis, tanquam deorum tutelarium; eductus murus Laomedontis aetate, itaque ei ἐθήτευσαν. cf. Apollod. II, 5, 9.

τὸ ἐγὼ ſine τ' Ariſtarchus: hiatus parum curans. In nonnullis Commentariis legi ait Sch. A. τὸ δ' ἐγὼ — non male; pro τοῦτο δὲ, hunc tamen murum. Venetus habet τό τ' ἐγώ. et vn. Vindob. τότ' ἐγώ.

453. ἥρῳ Λαομέδοντι ξ— „quod ἥρῳ pro ἥρωι. vt et in Odyſſea.“ reſpicit, puto Sch. A. (quod et in Suida ἥρως legitur) Od. Θ, 483 vbi lectum ἥρῳ Δημοδόκῳ, non ἥρωι. Hoc tamen ſcribitur in Cant. Barocc.

Ad ſeqq. vsque ad 465 nihil notatum eſt a Schol. A. an quia ἀθετοῦνται verſus?

ἀθλήσαντε. ἀθλήσαντες, Barocc. Mori. Vrat. b. duo Vindob.

454. τὸν δὲ μέγ' ὀχθήσας. Apollon. Lex. p. 520 adſcripto hoc verſu, οἷον μετεωρίσας τὴν ψυχήν. num: ducto alte ſpiritu? an animo valde commoto? De voce v. ad A, 517.

455. οἷον ἔειπες. „γρ. ἔειπας.“ Barnes. Sic ſaltem aliis locis. v. ad A, 106 et h. l. tres Vindob.

456. ἄλλος κέν τις τοῦτο θεῶν δείσειε νόημα. iungenda ἄλλος τις θεῶν δείσειέ κεν. δείσειεν ἄν. Miror Clarkium, contendentem κεν habere vim τοῦ, ſane. ἄλλος κέν τοι Vrat. A.

457. ὃς σέο πολλὸν ἀφαυρότερος. de voce v. ad vſ. 235.

458. σὸν δ' ἤτοι κλέος ἔσται, ὅσην τ' ἐπικίδναται ἠώς. Vrat. b. et A. Mosc. vterque σὸν δήτοι. At Barnes: „γρ. σοὶ δ' ἤτοι et σοὶ δήτοι." ὅσην τ' iterum ex Veneto. v. ad 451.

459. ἄγρει μὰν, Mosc. 3. μὲν. Rem expositam videbis M, 17 sq. Quae a Wood alia affingente disputata sunt, cum aliis aliorum, vide apposita a Koeppenio. add. Lechevalerii Troadem c. 10. (p. 111 sqq.)

460. οἴχωνται, Mori. Barocc. Townl. Vrat. A. vn. Vindob. οἴχονται, vitiose post ὅτ' ἄν.

461. εἰς ἅλα πᾶν καταχεῦαι. Mori. Lips. vn. Vindob. καταχεῦσαι. vn. Vindob. κατάχευε, et alter κατέχευε.

463. ὥς κέν τοι μέγα τεῖχος ἀμαλδύνηται Ἀχαιῶν. ἀμαλδύνηται, ἀφανίζηται. Ap. Apollon. Lex. ἀμαλδῦναι, (quod inf. M, 18) ἀφανίσαι. quod repetunt Hesych. Etymol. a μαλός· μαλερὸν πῦρ. Diserte agit de hac voce Eustath. p. 691, 46. Refertur quoque inter glossas Hippocrateas a Galeno.

465. δύσετο δ' ἠέλιος ξ — „quod δύσετο nonnulli notant dictum pro ἐδύετο." Scilicet ab altera forma δύσομαι. v. ad B, 35. Male δύσσετο ed. Rom. c. Eustath. δύσατο Vindob.

δύσετό τ' ed. Rom. Lips. Ven.

466. βουφόνεον δὲ κατὰ κλισίας. Sch. A. βουφονεῖν notat non esse θύειν τοῖς θεοῖς. absonum enim esset φόνον de sacro dicere; sed est, mactare ad epularum vsum. Sch. A. B. Atqui fuit Athenienssium festum τὰ Βουφόνια. Et altera ex parte ἱερεύειν dicitur de mactatione ad epulas habendas.

467. νῆες δ' ἐκ Λήμνοιο παρέστασαν οἶνον ἄγοντες. Laudatur versus ab Athenaeo I, p. 31. vbi de vinis Thraciae agit. Meminisli vinum Maronеum ex Odyssea et Aeneide.

παρέστασαν ϝοινον. est apertum vitium metricum. quis non videat fuisse παρέσταν οἶνον ἄγοντες. Monuerat iam Bentl. et legitur quoque in vno Vindob.

Dixi in Nota, plura in his verss. notanda esse ex vita priscorum hominum cognitu et iucunda et vtilia. Videmus genus mercatus, cum vina, quorum iam tum fuere μέτρα inuenta, ad exercitum Achiuorum nauibus aduehantur; mercatum fieri permutatione eorum, quae in praedae parte cuique obtigerant; sunt in his aes, ferrum, coria et ipsi boues (pars τῆς λείας praecipua cum captivis) tum mancipia, seu capti in seruitutem venditi. Porro apparet Lemnon insulam ista aetate vinis fertilem fuisse; etsi claritas aliqua praecipua vini Lemnii inde necessario non cogitur; potuerunt quoque vina e Thracia, vitium cultu diuite, in Lemnum adducta esse. Infra I, 72 naues dicuntur quotidie vinum ex Thracia aduehere. In inconstantia quidem rerum humanarum memorari quoque potest vini bonitas: vinum tamen Lemnium nullum vnquam nomen habuit; etsi vites in insula adhuc seruntur: teste Pocock Obss. Vol. II. P. II. p. 22.

468. 9. Euneus, Iasonis f. ex Hypsipyle in animum reuocat Argonautarum appulsum ad Lemnum: quem mythum Homero ignotum non fuisse vel hinc apparet. Multo magis aduertendus est animus ad temporum ordinem, qui ex h. l. colligi potest: si Iasonis et Hypsipyles f. Troianis temporibus vixit, Argonautarum expeditio non nisi aetatem antecedere debuit: id quod valde turbat calculos. De illo appulsu v. Apollon. I, 853. Apollod. I, 9, 17 et ib. Not. porro Sch. br. ad h. l. et Schol. A. qui ad Asclepiadem ἐν τοῖς τραγῳδουμένοις prouocat; quem librum si haberemus superstitem multis in mythis coniectura parum indigeremus. Attigerant ista Tragici in Hypsipyle: quo nomine Euripidis quoque fabula extitit.

470. Ἀτρείδᾳ et Ἀτρείδης vt Cant. nil refert.

471. μέθυ, χίλια μέτρα. incertum num ea, quae solis Atridis fuerant allata, an omnino, quotquot Lemno erant missa Achiuis; ita interpungendum esset aliter. Sed prius probabilius ex verbis. μέθυ antiquum pro οἶνος, hoc versu apposito docet Suidas.

472. ἔνθεν ἄρ' οἰνίζοντο. peccat in digamma ἀρ ϝοινιζοντο. Expedita tamen res eſt, ſuiſſe ἔνθ' ἄρα ϝοινιζοντο. quod et Bentl. adſcripſerat, melius quam ενθεν ϝοινιζοντο. Inf. Θ, 506 οἶνον μελίφρονα οἰνίζεσθε. Eſt enim οἰνίζεσθαι, ὡς ὑδρεύεσθαι. — οἰνίζεται ὁ οἶνον πορίζομενος, vt ait Euſtath. οἶνον ὠνοῦντο Schol. br.

473. ξ— ἄλλοι μὲν χαλκῷ. „quod permutatione non aere emebant" Sch. A. Verſus eſt ap. Apollon. de Syntaxi p. 45, 17.

474. ἄλλοι δὲ ῥινοῖς, ἄλλοι δ' αὐτοῖσι βόεσσι. „quod ῥινοῖς pro βύρσαις dictum:" Sch. A. de coriis detractis. „αὐταῖς δὲ βουσίν· pro ζώσαις." legerat αὐτῇσι βόεσσι. et „quod αἱ βόες, περὶ πλήθους θρεμμάτων κατὰ τὸ θηλυκόν." Similia Schol. Lipſ. ap. Bentl. et Euſtath. οἱ δὲ παλαιοί Φασι καὶ, ὅτι τὰ τῶν θρεμμάτων πλήθη κατὰ θηλυκὸν προφέρονται· αἱ οἶς, αἱ βόες, αἱ ἵπποι, αἱ κάμηλοι, αἱ ἡμίονοι.

Docent haec αὐτῇσι fuiſſe lectum; idque exhibet Venetus et vnus e Vindob. adde his Sch. br. et cum Euſtathio ed. Rom. Dan. Heinſium ad Silium XV, 259 ſic edi voluiſſe notat Erneſti. Non intercedam, quo minus ſiat; verum obſeruatio de grege per ſemininum αἱ βόες declarari ſolito, aliena eſt ab hoc loco: non enim de totis gregibus agitur, ſed omnino de pecoribus: appoſita ſunt coria et ipſi boues. Conſtanter quoque editur et legitur αὐτοῖσι, etiam ap. Maxim. Tyr. diſſ. XXXIX, p. 237.

ἄλλοι δὲ ῥινοῖς. Male δ' ἐν interponunt Mori. Barocc.

475. ἄλλοι δ' ἀνδραπόδεσσι. τίθεντο δὲ δαῖτα θάλειαν. — „ἀθετεῖται verſus; quod recentior vox eſt Homero ἀνδράποδον· (hic ἀνδράπους eſſe debuit) nec apud eos, qui in Homerum commentati ſunt, notatur; offendit quoque repetitio ingrata τοῦ, ἄλλοι." Sch. A. Qui reprobarent verſum, h. e. pro inſititio haberent, fuerunt Zenodotus et Ariſtophanes, vt diſco ex Euſtath. p. 691, 20. Fuere igitur illi ſeueriores nunc Ariſtarcho. Tollendum verſum

esse, et Bentleius censebat, et censebunt facile alii omnes. Pollux lib. IX, 73 locum recitans de permutatione mercium, subsistit in vss. 472. 3. 4.

ἀνδραπόδοισι fuit in Aristarcheis. Sch. A. Laudat quoque ἀνδραπόδοις Etymol. in ἀρνύμενος, ἀντικαταλλασσόμενος.

δαῖτα θάλειαν. exponunt grammatici θάλλουσαν τοῖς ἀγαθοῖς· sic Schol. br. Etymol. Apparet a θάλλω, ductum esse τὸ θάλος, vnde θαλερὸς et θάλειος, θάλεια, etiam θάλιος, vnde θαλίη. vt Il. I, 143 ὅς μοι τρέφεται θαλίῃ ἐνὶ πολλῇ. Exponitur εὐωχία, vt et a Suida, (alia inepte ap. eund. in μέθη) subintell. vbique δαῖς, quod ex h. l. patet. Ergo θάλεια δαῖς, opipara, pinguis; vt de adipe θαλερῇ ἀλοιφῇ, vnguentum, et θαλερῷ μηρῷ. Apud Apollon. Lex. est: θαλείῃ, εὐθηνίᾳ. μεταφράζεται ἀπὸ τῶν καρπῶν. vbi apparet θαλίῃ fuisse scriptum.

476. παννύχιοι μὲν ἔπειτα. pro μὲν est τὴν in Ald. sec. operarum vitio; repetunt tamen aliae hinc expressae

477. δαίνυντο. Ven. vitiose δαίνοντο.

478. παννύχιος δέ σφι κακὰ μήδετο μητίετα Ζεὺς σμερδαλέα κτυπέων. Iouem tonantem auspicia mittere et magnarum rerum expectationem facere bene nouimus; at h. l. Iupiter tonans *mala* portendit Troianis; per se tamen fulmina malum portendere haud memini creditum haberi: nisi aliud quid accessisset. etsi ipsa res ita fert, vt, inprimis religione tacti animi, audito tonitru perterriti placent Iouem tonantem libatione facta. Cur tamen Troiani potius quam Achiui prodigium ad se spectare putauerint, caussam non reperio. Bene meminerat Koeppen loci apud Herodotum VII, 42 quo Xerxis copiae ad Idam castra metatae ingenti tempestate oppressae fulminibus et tonitrubus consternantur. Procellarum et fulgurum terrores frequentes istis locis incidere solere, ipsa locorum natura persuadet; eaque facile adducere potuit vt Iouis sedem in Ida constitutam esse vellent; quemadmodum in simili tractu inter Olympum et mare sedes diis assignata est in Olympo; omni-

noque nullum numen potentius ad hominum animos eſſe potuit quam Iouis Tonantis. Ad 481 v. ſimilem locum in Xenophont. Hellen. IV, 7, 4.

479. τοὺς δὲ χλωρὸν δέος ἧρει. χλωρὸν δέος hinc notat Schol. Apoll. III, 120 vt illuſtret μάργος ἔρως, ὁ μαργαίνειν ποιῶν. et ſic alia: Vſus hic epithetorum ſaepe a philologicis eſt illuſtratus. χλωρὸν δέος eſt ὠχροποιόν. vt gl. Moſc. 1. quod fuit puto in Sch. br. non χλωροποιόν. ſic ſup. Z, 132 μαινόμενος Διόνυσος accipiebatur.

481. οὐδέ τις ἔτλη πρὶν πιέειν, πρὶν λεῖψαι. Pro hoc, pari iure ac vi, πιέμεναι, πρὶν λεῖψαι Ariſtarchus legebat.

482. κοιμήσαντ' ἄρ' ἔπειτα καὶ ὕπνου δῶρον ἔλοντο. (ξ) κοιμήσαντο. ἀνεκλίνθησαν. quod poeta diſtinguit τὸ κοιμηθῆναι (*dormitum ſe conferre*) καὶ τὸ ὑπνῶσαι. Spectat hoc proprie ad verſum in Odyſſ. (Od. Υ, 4) Εὐρυνόμη δ' ἄρ' ἐπὶ χλαῖναν βάλε κοιμηθέντι, ſequitur enim κεῖτ' ἐγρηγορόων. Vt κοιμᾶσθαι, ita dici quoque καθεύδειν ſimpliciter pro ἀνακλινθῆναι notat inſuper Euſtath.

Porro: „Zenodotus hunc vltimum et ſequentis rhapſodiae verſum primum (ad quem vide) ſuſtulerat" (ἧρηκε legendum pro εἵρηκε στίχον). Puto inique hoc dictum; Zenodotus in ſuis exemplaribus temporis notationem non repererat; forte non niſi ab vno et altero rhapſodo inſertam.

ὕπνου δῶρον περιφραστικῶς pro ὕπνος iam ap. Apollon. h. v. eſt notatum. Acute Koeppen monet, Δήμητρος δῶρον, Διονύσου δῶρον, ſic et Ὕπνου δῶρον h. l. dictum videri. Deſinunt in ſimilem verſum Il. I. et Od. II.

EXCVRSVS AD LIBRVM VII

EXCVRSVS I

ad H, 336 ſq. 430 ſqq.

de caſtrametatione et de caſtrorum munitione per Achiuos facta.)*

Prima tacticae et metationis caſtrorum elementa in Homero reperiri, ab antiquitate traditum, nec iniuria; ſi quidem, quicquid in vtraque arte a ſummis ingeniis elaboratum et conſummatum eſt, a paruis et ſimplicibus profectum eſt principiis, quae in Homero vtique deprehendere licet. Itaque, cum *omnis tacticae* initia haec ſint, vt corpora mobilia, certis viribus praedita, ad certam rationem deſcripta moueantur, certo in ſpatio et certa directione, certoque ordine, hoc eſt concinne et compoſite, adeoque cum facilitate et agilitate, in quascunque partes, idque cum quam maxima impulſionis vi et impetu: licet ſane harum rerum ſemina reperire in Homero, eaque magna cum ſimplicitate non minus quam cum auctoritate praecipientis ſparſa. In *caſtris* autem *metandis* cum quaeratur omnino id, vt illa corpora mobilia partim locorum natura, partim operibus ad certam rationem factis, aduerſus hoſtis ſubeuntis impetum ſe tutari, eiusque vim quam diutiſſime propulſare poſ-

* Lineas huius Excurſus duxeram in Commentatione inſerta Commentationum Soc. R. Scient. Gotting. Vol. VI. ad ann. 1783.

ſint, artis huius prima initia non minus in Homero occurrunt. Manifeſtum ſit, poetam haec inuenta popularibus ſuis vindicare tanquam primis auctoribus; narrat enim illa tanquam tum primum animaduerſa ab eo, qui ſapientia et auctoritate omnes anteibat Achiuos, Neſtore. Cum autem omnis rei gerendae tanquam fundus ſit ordo et ratio, qua ea componitur et regitur; haud dubie is, qui primus vidit copias ad certam rationem eſſe deſcribendas, disponendas, collocandas, hoc eſt *aciem* eſſe *ratione certa inſtruendam*, artis belli gerendi pugnaeque faciendae elementa inueniſſe aut monſtraſſe dicendus eſt. Cum autem ea in re multa in comparationem venirent, quae nondum ad idem conſilium parata et inſtructa eſſent, *hominum corpora et ingenia, armorum genera, locorum naturae*: mirari non licet, ſi nec ab ipſis Achiuis Neſtoris iuſſu et auctoritate ſubito omnem belli pugnaeque faciendae rationem mutatam eſſe videmus.

Nouem annos in bello cum Troianis gerendo fuiſſe exactos ante res in Iliade narratas, ex ipſo carmine intelligitur (lib. II, 328). Quae vero res quaue ratione et fortuna per annos hos geſtae fuerint, poeta nusquam diſerte expoſuit; nonnulla tantum paſſim attigit; quae *Anteiliaca* appellare placet potius, quam *Antehomerica*. Monitum autem ſuperiore Excurſu de Acie Homerica, ad lib. IV, debere hoc conſtitutum eſſe iam a principio, ex ipſa rerum natura et ex ipſa Ariſtotelis auctoritate: *de iis in poeta quaeri nec poſſe nec debere*, quae *extra carmen* (ἔξω τοῦ ἔπους) ſunt. Quicquid itaque in his occurrat, quod mirationem faciat, ad poetam non ſpectare. Itaque neque aegre feras, ex eo decerni non poſſe, quo anno, et an nuper demum, obſideri Troia coeperit; fuiſſe iam ante Iliadem praelia facta, colligas ex tela Helenae III, 126 quorum aduerſo euentu in vrbem ſe recipere et ſe muris tutari forte coacti ſunt Troiani. Achiuos, inprimis Achille duce, vicina loca et inſulas eſſe depopulatos ex Homero ipſo IX, 328 ſq.

(Od. III, 105) conſtat; Achillem ex agro Priami filium Lycaonem captum abduxiſſe audimus XXI, 55 ſq. non tamen additum, quo loco ille ager fuerit; longe autem ab vrbe alia eius praedia et armenta abfuere; tentatum quoque iam ſuperiore tempore an vrbs eſcenſis muris capi poſſet; (VI, 433) ſi modo locus fidem certam habet, incluſos vrbe Troianos abſumſiſſe opes congeſtas; (XVIII, 287 ſq.) adde loca lib. III, 126—8. item XX, 90 ſq. XXI, 35 ſq. Sunt alia in Odyſſea, vt de inſidiis ſub vrbis moenia inſtructis XIV, 469 ſq. at ignoramus, an nono demum anno inter Rhoeteum et Sigeum claſſem appulerint et eſcenſione facta, ſubductis nauibus, caſtris eum locum deſignauerint Achiui, in quo eos in Iliade appulſos eſſe videmus. Si nuper demum littus inſederant: multis difficultatibus carebimus; ita enim nec vernam nec hibernam amnium eluuiem experti erant. Verum, vt dixi, ad ipſum poetam haec non ſpectant, multo minus, ſi poetae omnem fidem eleues et inde colligas, commentitia eſſe omnia, quae ab eo narrata ſint; ſed ſpectant ea ad belli Troiani hiſtoriam, quam poeta nec voluit exponere, nec debuit; aliunde autem iſta diſci nequeunt, adeoque nec vera ratio, qua haec geſta fuerint, ſeiunctis et abſterſis iis, quae poetica et mythica elocutio narratioque alleuit; quandoquidem in neutram partem vlla antiqua fama certior hisce de rebus ad poſteritatem eſt propagata; niſi cyclicos, hoc eſt ea, quae ex iis enotata et memorata ſunt, ſequi placet; quibus vtique talis fama innoteſcere potuit; per Tragicos autem et lyricos aliosque poetas, aut ſeriores, qui ex iis ſua hauſerunt, quia narratione variata conſiliis ſuis variis ac diuerſis inſeruierunt, nihil conſtituere licet.

Quando igitur, et, num nono demum anno, claſſis Achiuorum ad hoc littus, in quo Homerus res conſtituit, appulerit, et in littus naues ſubductae fuerint, quae forma loci, quantum ſpatium fuerit, quod et naues et copiae occuparent, poeta nusquam ſatis diſerte appoſuit, liberumque ita reliquit, ex dictis colligere, quantum

quisque illud esse putare vellet. Subductas in terram narrat naues, et quidem satis alte, vt plures essent earum ordines; atque in eo acquiescere satius est. Sunt tamen duo loca, XIV, 30—36. et XV, 653. 4. e quibus statuitur, tam alte in terram esse subductas naues, quia littoris angustia *inter duo promontoria* vetaret ordines late explicare. Illa tamen loca, valde vereor, ne a rhapsodis serioribus inferta sint, et iusta interpretatione ne ista quidem, quae apposui, inde conficias; sed est omnino declaratio littoris, cuius os, h. e. ora, (στόμα μακρόν, simpliciter, *littoris ora*) intra duo promontoria pertinebat (hic est sensus verborum ὅσον συνεέργαθον ἄκραι XIV, 36). Potuere itaque aliae esse causae, quae iuberent naues per plures ordines disponere, ita vt αἰγιαλὸς, εὐρὺς περ ἐὼν, tamen naues haud caperet vno ordine positas. Certe interuallum ab vno cornu castrorum ad alterum non nimis magnum fuisse arguunt nonnulla, quae sigillatim memorantur; v. c. quod Achilles, qui dextra tenebat, audit Hectorem vociferantem ad sinistram: XVI, 77. Rectane an curua fuerit ora maris, et quam longo ab ea spatio abfuerit vallum castris praetentum, nemo dixerit; nam serioris commenti res est, quod ad V, stadia vallum a mari abfuisse tradiderat Aristarchus: ap. Eustath. ad XXIII, 358.

Quae copiarum in ipsis castris dispositio ac descriptio fuerit, definire non minoris difficultatis est, neque video quicquam esse, quod satis tutum ad pronuntiandum habeam. Cum naues aliae post alias subductae pluribus ordinibus starent, (πρόκροσσαι, vt gradus in scala lib. XIV, 35.) copiae ad suas quaeque naues loca sortitae esse videntur, vicina maris aliae, aliae a mari remotiora. Multis tentatis, quas copias in primo, altero ac tertio ordine locarem, nusquam vidi esse fundum satis firmum ad aliquid pro certo statuendum, siue ad discursum Agamemnonis per ordines lib. IV. siue ad ipsum nauium recensum lib. II. loca assignare vellem, ita vt ii, qui primi in eo memorati sunt, primi

quoque appulerint et primos inde a laeua ordines tenuerint; siue loca in vallo tuendo assignata pro norma haberi posse statuerem (quod sequi video Lenzium p. 190—198), satis est, nonnulla rerum capita, quae poeta diserte memorauit, tenere, tanquam rerum cardines, quibus vtaris; reliqua audientium quemque pro phantasiae suae seu ingenii iudicique modulo constituere, liberum esto. In dextro cornu Achillem tetendisse, laeuas partes Aiacem tenuisse satis constat, vel ex Il. XI, 7, 8. etsi quanto interuallo ille a Sigeo, hic a Rhoeteo abfuerit haud liqueat. Constat quoque Achillis stationem ipsum mare attigisse; videtur hoc idem de Aiace pronuntiari posse ex lib. XIII, 681 sq. etsi ἤν' ἐφ' ἁλὸς argumento vix esse potest, quoniam illud aliis quoque locis latiore sensu ponitur, saltem Aiacem non in vltimis, sed in primis ordinibus, ad ipsum vallum, stationem habuisse, multis locis apparet. Est quoque lib. XIII, 675. 681 sqq. enumeratio nauium, quae in sinistra castrorum parte stabant; sunt eae Aiacis et Protesilai, tum Boeotorum, Ionum, Locrorum, Phthiorum, Epeorum; num autem poeta accurate locorum ordinem in nominibus sequutus sit, nolim affirmare. Omissi quoque Cretenses, qui lib. X, 113 cum Aiacis classe longissime, ἐκαττάτω, stabant. Et de totius loci auctoritate dubitari, iam ante monui. Agamemnon autem vix extrema ad mare loca occupare potuit; quis credat imperatorem in auersa ab hoste castrorum parte posuisse praetorium! immo vero anteriora occupare debuit aut media, principia Romanis dicta. Quod ii, qui ab Agamemnone ad Achillem missi παρὰ ἤν' ἁλὸς ἴέναι dicuntur, IX, 182 sq. et I, 329 sq. me non mouet; nam voces istae latiore sensu saepe dicuntur; et, qui ab anterioribus castrorum partibus versus mare missi erant, secundum littus flectere debebant iter, siquidem praeter littus incedendum erat, vt ad Achillem ad ipsam littoris oram tendentem peruenirent. Itaque nec confido locis XIX, 40 et XI, 622. de Vlysse et Nestore, aut XIV,

3o de Diomede, Vlyſſe et Agamemnone remotiſſimum locum in caſtris tenentibus; nam omnino de loco pugnae a caſtris longius remoto h. l. agitur; omninoque iſtis verſibus parum auctoritatis tribuo: v. ad e. l. Obſſ. Porro ſi Vlyſſis nauis in medio ſtetit: (ἐν μεσσάτῳ ἔσχε, lib. XI, 6. qui idem locus VIII, 22 iteratur) ambiguum eſt, ſitne medium inter duo latera caſtrorum, an medium inter anteriores et remotiores ordines nauium; priusque illud videtur eſſe probabilius, quoniam cum reſpectu ad vtrumque caſtrorum latus memoratio iſta eo loco ſit.

Qui ſitus caſtrorum ratione ad duo promontoria et ad amnes Scamandrum et Simoentem habita, fuerit, quaeſtio eſt omnium difficillima, vixque vllo modo ſatis expedienda; multo minus, ſi cum facie locorum praeſentis aetatis comparatio inſtituitur. Ex hac enim Simois cum Scamandro coniunctus per media caſtra in mare exire, aut caſtra intra exiguum littoris ſpatium inter duo amnes, alterum caſtris praetentum, includi debuere, ita vt longo a Rhoeteo ſpatio abeſſent, Sigeum attingerent. Si meam opinionem, poetam vera accepta in maius auxiſſe, ſequeris, potuit alterum locum habere, vt exercitus Achiuorum non tot millibus conſtaret, et anguſtiore ſpatio contineri poſſet; ſin poetam non auxiſſe, ſed vera tradidiſſe contendas, locorum ſitum mutatum eſſe neceſſe eſt; ex praeſenti facie conſtituere locum caſtris voluere viri docti, haud vno modo. *) Verum ſunt haec inter *ea, quae extra epos ſunt;* et acquieſcendum eſt in iis, quae in ipſo carmine habentur; in his Scamandrum videmus curſum ante caſtra habuiſſe, vt is traiiciendus eſſet profecturis verſus vrbem; transuerſimne, per planitiem, ante caſtrorum ora, vt in Simoentem ſe immitteret, et cum eo praeter laeuum caſtrorum cornu in mare perferretur, diſerte memoratum non memini. Ad laeuam tamen caſtrorum Simoentem amnem ad mare

*) *Ueber das Local von Troja* p. 250 ſqq.

contendiſſe, manifeſtum ſit in multis locis; at propiusne ad caſtrorum latus laeuum, an remotius inceſſerit, nusquam ne obiter quidem memoratur.

Interior caſtrorum facies, etſi a Romanorum more et arte longe abfuit, ſatis tamen bene conſtituta fuiſſe videtur, ad diſcurſus liberos et exitus expeditos; *vias* enim habuere caſtra plures: lib. X, 66. Fuit *forum*, ἀγορά, ante ſtationem Vlyſſis memoratum, in eoque *aras deorum*, XI, 805. 6. 7. VIII, 222. 3. 249. Non tamen preſſe et ad certam rationem contiguae inter ſe videntur fuiſſe ſtationes; ſiquidem loca relicta fuere vacua, in quibus ludi funebres poterant haberi: Vid. lib. XXIII, in quo omnino plura ad caſtrorum topographiam occurrunt. Potuit quoque in ipſis caſtris tumulus Patrocli exſtrui; ita vt ſpatium ſatis magnum ei ſuppeteret. Tetendiſſe Achiuos non in tentoriis linteis, ſed in *tuguriis*, iam olim a me eſt monitum Exc. XVI ad Aen. Virg. I. cf. Northmore ad Tryphiod. 139. Erant κλισίαι, ſtipitibus vimine contextis exſtructae, humo ad parietes aggeſta et tecto iunceo munitae. Spatioſiora et melius inſtructa fuiſſe principum tuguria, et per ſe intelligitur, et ex narratione de Achillis habitatione; in qua memoratur αὐλή, ſtipitibus ſepta et incluſa, cum foribus abiegnis validiſſimis, tum οἶκος, αἴθουσα, πρόδομος; aliis locis alia: quae nunc collecta v. ap. Lenzium p. 202.

Ab initio caſtra quaqua verſus adeuntibus patuiſſe videntur, nulla in fronte ducta munitione; vtrumque latus fortiſſimis inter ceteros Achilli et Aiaci aſſignatum pro ſtatione. Cogitandum porro eſt, ante Iliadis tempora Troianos intra muros ſe continuiſſe, nullumque adeo ab iis metum fuiſſe; qui ex quo ſubortus erat, ſtatim de munitione eſt deliberatum. Nullum eſt veſtigium muri ſeu valli antiquioris in Homero: niſi ex Il. XX, 145 vallum, in quo dii conſederant, huc voces: quod parum tutum eſſet. Nam, vt Hercules poſt illud ſe recipere poſſet, bellua marina eum perſequente, haud multum ab ora maris abeſſe illud potuit. Verſus autem

XIV, 32 et XIII, 682. 3. nullo modo ad aliud, quam noſtrum vallum, ſpectare poſſunt. Thucydides in loco vexato I, 11 poetas Cyclicos ante oculos habuit, non Homerum, a quo aliena memorat plura; ex iisdem *Argolicas* foſſas Ouidii Met. XII, 148. ſi proprie loquutus eſt, ductas eſſe arbitror. Potuere ſane pro munimenti genere ipſi nauium ordines haberi; ſaltem pugna in caſtris ſerius facta hoc intellectum eſt; de vera tamen ac proprie dicta munitione cogitatum non eſt, ante datum a Neſtore conſilium, cum Achiui prima pugna facta, vt in caſtra ſe reciperent, compulſi fuiſſent: Il. VII, 327. —343. 434 ſq. Conſtruitur nunc rogus ante naues communis, et combuſtione facta, eodem in loco tumulus in campo; iuxtaque hunc educitur agger, ſeu vallum, e ſaxis, ſtipitibus, humoque aggeſta (cf. XII, 29. 258 ſq.) quod τεῖχος et πύργους appellat poeta, VII, 338. 436 ſq. nam turres illud habebat, quas ligno eductas fuiſſe, e loco XII, 36 male intellecto ſtatuere nolim, verum trabes intertextis ſaxis terraque.

Obſcurior vel ſic eſt munimenti ratio et facies maxime in his: *primo*, quod *haud multum ante naues* rogus ſit, quodque *circa rogum* (ἀμφὶ πυρὴν) *tumulus aggeritur*, et quod *vallum educitur iuxta hunc tumulum* *). Accipio *vltimum* ſic, vt continuatum fuerit

*) lib. VII, 435. 6 τύμβον δ' ἀμφὶ πυρὴν ἕνα ποιεῖον ἐξαγαγόντες ἄκριτον ἐκ πεδίου, ποτὶ δ' αὐτὸν τεῖχος ἐδείμαν. add. 336, 7. *Coenotaphium* declarant illa: τύμβον ποιεῖον ἕνα ἐξαγαγόντες. Paullo ante 336 erat χεύομεν, pro ποιεῖν, quia terra aggeſta tumulus educitur, ἐξάγεται. At quid eſt ἀμφὶ πυρὴν, non, *circa*, ſed *in* rogo, eodem ſpatio in quo rogus fuerat, terra aggeſta occupato. Me recte ita ſtatuere, docet Il. XXIII, 255. 6. 7. de Patrocli rogo: Nec aliud eſt apud Virgil. Aen. VI, 292 *ſepulcrum imponit*, h. e. ponit in illo loco tumulum. Mireris Quintum VII, 163. 4 πυρκαϊὴν καὶ τάφρον in ſimili coenotaphio memorare, ac ſi foſſa circa tumulum ducta fuiſſet. — At quid ſit ἐκ πεδίου, obſcurius eſt; vſ. 337 vulgatum erat ἐν πεδίῳ ex interpolatione. v. Obſſ. Tolerabile ſaltem eſt, eſſe dictum pro ἐντὸς κατὰ τοῦ πεδίου

vallum inde a decliuiore tumuli parte; ita vt partem munitionis ipſe tumulus conſtitueret; *alterum*, vt eodem in ſolo, in quo corpora cremata fuerant, ipſo in rogi loco, tumulus aggeſtus eſſet; *et* vt haud multum ante naues, h. e. ante nauium ſtationem, (XIV, 32.) omninoque in fronte caſtrorum, tumulus, cum eoque ipſum vallum, ſit eductum. Interuallo enim ſatis magno abfuiſſe a vallo naues, ex eo patet, quod in hoc loco inter Troianos, qui in caſtra irruperant, et Achiuos pugnatum eſt. Poteſt forte eo trahi τὸ στεῖνος XV, 426. at alter locus VIII, 476 interpolatori debetur.

Porro tenendum eſt, non tota Achaeorum caſtra vallo circumdata fuiſſe; nam latus dextrum, quod Achilles tenebat, vallo non fuit incluſum; dubito quoque de extremo latere ſiniſtro, quae Aiacis fuit ſtatio; ſed media tantum pars intra Aiacis et Achillis ſtationes, qua Troianorum aditus et impetus maxime erant metuendi. Niſi haec ponas, multa in ipſa pugna, ante vallum et intra vallum vix aſſequi licet. Tumuli mentio in oppugnatione occurrit nulla. vt adeo ad eam partem, tanquam omnium extremam, pugna nulla facta ſit.

In *vallo*, vt dictum eſt, erant *turres*, per internalla eductae, cum *pinnis* (κρόσσαι, XII, 258) pone quas ſtabant propugnatores, vt inferiora corporis tecta eſſent: et in vallo *propugnacula*, ſeu *loricae*, ἐπάλξεις, ad eundem vſum corporum tuendorum, *) et vallum firmabatur paſſim per *proiectas moles*, στήλας προβλῆτας. Nec vero vallum hoc ea altitudine eſſe potuit, vt iuſtam

non interiore verſus caſtra, ſed extrorſum inde a campo. Vix enim dicas, ἐκ πεδίου eſſe ex humo egeſta tumulum eos exſtruxiſſe; pro ἐκ γῆς τοῦ πεδίου. Sed vſum hunc loquendi non teneo.

*) Niſi contendas κρόσσας pinnas fuiſſe in ſumma ἐπάλξεων parte, ſimiles pinnaculis in faſtigiis murorum noſtrorum antiquioribus. Hinc vallum Lycophroni 259 σταυροῖσι κροσσωτὴν πτέρυξ dictum eſt, non κροσωτήν: et in eo τείχεα καὶ ἐπάλξεις ſunt ναυλόχων στομίων πρόβλημα.

hominis ſtaturam multum ſuperaret; certe aliqua parte; nam Sarpedon pinnas manu vellere narratur. Porta erat ſaltem vna. *)

Extra vallum ducta erat *foſſa*, τάφρος, e qua humus egeſta ad vallum educendum ſuppetierat; inque ea defixi *ſtipites*, valli, σκόλοπες· VII, 441. 2. quod ita videtur accipiendum, vt illi in ora foſſae impacti eſſent XII, 54—57. Itaque σκόλοπες ἐν αὐτῇ· XII, 65 et VII, 441. dicti ſunt pro ἐπ' αὐτῇ. Interuallum inter vallum et foſſam fuiſſe, ſatis latum, vt excubialem cohortem reciperet, IX, 67 ſq. apparet; fuit idem ante portam: XII, 131. excubias ante vallum memoratas quoque videmus lib. XXIV, 444. De verſibus VIII, 213 ſqq. v. Obſſ.

Vallum cum foſſa poſtea, Troia capta, terrae motu et aquarum in campos eluuie euerſum et ſolo aequatum ſabuloque obductum eſt, ita vt poetae aetate nullum veſtigium extaret; quam rem ſiue ille ſiue alius ſerior ingenioſe ad Neptuni iras reuocauit XII, 13 ſq. Ceterum in his munimentis prima caſtrorum metationis initia deprehendi iam ante animaduerſum eſt, cum laude inuenti Graecorum; cum contra Troiani in campo patente pernoctentur. Iidem nullis vigiliis ſibi proſpiciunt: lib. X, 416 ſq. contra quam Achiui faciunt VIII, 80. Sed videamus nunc ipſam *oppugnationem*.

Altero igitur die noua pugna (Il. VIII, 1 ſq.) in campo facta, fortuna varia, tandem Achiui intra foſſam et vallum ſe recipere ſunt coacti. (VIII, 213 ſqq.) Iterum egreſſis ſuperuenit Hector; (vſ. 335.) ita pugnatur, donec nox ingruens finem pugnandi facit. Tum Hector copiis verſus Scamandrum reductis (VIII, 490. 556) excubias ante naualia agere iubet, ignibus accenſis, ne Achiui noctu nauibus ſolutis euecti effugiant; altera ex

*) Aditus et portas in aggere fuiſſe relictas plures, ex VII, 339. 340. 438. 9. XII, 340 et al. ſtatuitur vulgo; fallente, puto, voc. πύλαι. Quantum reperio, vna tantum duxit in campum porta, per quam ἱππηλασία erat, h. e. currus agi poterant: XII, 118. 119. cf. inf. ad XII. Exc. de τειχομαχίᾳ.

parte Achiui Neſtoris conſilio inter vallum et foſſam vigilias collocant IX, 67. 87. X, 194. 8. Hac nocte fit legatio ad Achillem; legatisque re infecta reuerſis Vlyſſes et Diomedes ſpeculatum miſſi Dolonem et mox Rheſum iugulant.

Poſtridie Achiui currus intra foſſam tenent, ipſi pedites exeunt. Fit pugna tertia, de qua v. Exc. ad lib. XI. Achiuis autem hac quoque pugna in caſtra fugatis, Hector vallum oppugnat, vnde fit τειχομαχία. de qua v. Excurſum ad Il. XII.

EXCVRSVS II

ad H, 353

ἵνα. μή. ἵνα μή.

H, 352. 353. τῷ οὔ νύ τι κέρδιον ἡμῖν ἔλπομαι ἐντελέεσθαι, ἵνα μὴ ῥέξομεν ὧδε. ἵνα μὴ cum futuro indicativi iunctum a ſollenni vſu recedere obſeruatum eſt. Vt haberem certos canones, ad quos in ſingulis locis de lectione aut interpretatione iudicium facere poſſem: quaeſiui omnino de vſu Homerico harum particularum.

ἵνα quidem de cauſſa *finali* cum *ſubiunctiuo* iungi, obuia res eſt. Quaeritur, num etiam *cum optatiuo?* et an in Homero? Iam primo, *ſi ſententia eſt abſoluta, certa ac definita:* ſac hoc, vt: eo conſilio vt: aut *ſi quid effectum eſt*, cauſſa antecedente, vel adiecta, requiri *ſubiunctiuum*, per ſe patet; at, *ſi ſententia eſt dubitantis, ſi eſt obliqua, aut pendens ab alia ſententia antecedente: optatiuus* videtur locum habere; ita tamen, iudicio meo, vt ſubiunctiuus non minus locum habeat, ſi ſcriptor hoc maluerit. Od. A, vbi praeceſſerat, collocauit hoſpitem ſeorſum a ceteris, ne ſtrepitu offenderetur, μὴ ξεῖνος ἀδήσειεν, — ἠδ' ἵνα μιν περὶ πατρὸς ἀποιχομένου ἐρέοιτο (vt legendum eſſe videbimus) et Γ, 77 Athene Telemacho ἐνὶ φρεσὶ θάρσος θῆκ', ἵνα

μιν περὶ πατρὸς ἀποιχομένου ἐρέοιτο. vbi ſpurius verſus ſubiectus: ἠδ' ἵνα μιν κλέος ἐσθλὸν ἐν ἀνθρώποισιν ἔχῃσιν. Λ, 2 et T, 2 ἠὼς ὄρνυθ' ἵν' ἀθανάτοισι φόως φέροι. vbi alii φέρῃ.

Iam video viros doctos non modo optatiuum praeferre, verum etiam ſubiunctiuo recte ἵνα iungi poſſe negare. Sic Northmore ad Tryphiod. 187 verſum B, 205 εἷς βασιλεὺς, ᾧ δῶκε — ἵνα σφίσιν ἐμβασιλεύῃ corrigendum eſſe contendit ἐμβασιλεύοι. T, 347. 8 ἀλλ' ἴθι οἱ νέκταρ τε καὶ ἀμβροσίην ἐρατεινὴν στάξον ἐνὶ στήθεσσ', ἵνα μή μιν λιμὸς ἵκηται. ſoloecum hoc eſſe et reponendum ἵκοιτο; ſicque iterum mox vſ. 354. Od. Γ, 1 ἠέλιος δ' ἀνόρουσε — ἵν' ἀθανάτοισι φαείνῃ mutandum eſſe φανείῃ. Vereor ne haec critica ab Atticis alienis locis in Homerum ſit illata.

Eſt tandem tertius vſus τοῦ ἵνα cum *indicatiuo*, vt A, 363 ἵνα εἴδομεν ἄμφω. Θ, 18 ἵνα εἴδετε πάντες. Φ, 314 ἵνα παύσομεν ἄγριον ἄνδρα. Varia comminiſcuntur viri docti ad rationem huius formae reperiendam, vide ad A, 363. Atticorum morem eum eſſe ſatis conſtat. Recte hoc; verum Homero nihil commune eſt cum Atticiſmis; ſed antiquae in eo formae et vſus antiqui ſunt quaerendi. Mihi videtur hoc cum aliis ad imperfectam Homerici aeui grammaticam eſſe referendum; et eſſe illud ſerius ſeruatum ab Atticis ita, vt etiam pro elegantiore loquendi modo haberetur. Propagatum inde eſt etiam ad ſcriptores non Atticos.

Reſtat vſus τοῦ ἵνα iuncti cum μὴ, ἵνα μή. Videamus prius de vſu τοῦ μὴ nude poſiti: quem diuerſum eſſe quis miretur, prouti in oratione recta et abſoluta an in obliqua, aliunde pendente, alio regimine, legatur. Si igitur

I. eſt particula *hortantis, dehortantis, monentis ne quid fiat, vetantis, prohibentis, ſuadentis, diſſuadentis, minantis*, μὴ iungitur modo cum *imperatiuo*, A, 131 μήθ' οὕτω κλέπτε νόῳ, modo cum *ſubiunctiuo*: vt fere ſubintelligi poſſit κελεύω, μή. κωλύω. ἀπαγορεύω.

Φυλάσσου μή. ὅρα μή. vt A, 26 *μή σε, γέρον, κοίλῃσιν ἐγὼ παρὰ νηυσὶ κιχείω.* Π, 545 *ἀλλὰ, Φίλοι, πάρστητε, νεμεσσήθητε δὲ θυμῷ, μὴ ἀπὸ τεύχε' ἕλωνται, ἀεικίσσωσι δὲ νεκρόν.* hic vſus latiſſime patet. Iungitur etiam cum infinitiuo: Π, 89 *μὴ σύγ' ἄνευθεν ἐμεῖο λιλαίεσθαι πολεμίζειν* et 839 *μή μοι πρὶν ἰέναι.* obuia eſt in his ellipſis. *μὴ θέλε* aut ſimile quid. Tandem hoc ſingulare eſt, et Homericum, quod *μὴ* cum indicatiuo iungitur: M, 216 *μὴ ἴομεν*, de quo non aliter ſtatuo, quam de *ἵνα* in ſimili vſu.

II. *μὴ* eſt *metuentis, cauentis, prouidentis* ac *curantis*, eoque poſitu modo cum *ſubiunctiuo* modo cum *optatiuo* iunctum. Cum ſubiunctiuo: A, 555 *νῦν δ' αἰνῶς δείδοικα κατὰ Φρένα, μή σε παρείπῃ.* T, 24 *δείδω, μὴ μυῖαι εὐλὰς ἐγγείνωνται, ἀεικίσσωσι δὲ νεκρόν.* O, 163. 4 *Φραζέσθω, μή μ' ἐπιόντα ταλάσσῃ μεῖναι.* ſic Π, 446. X, 358. E, 411 et al. Eodem modo *ἰδέσθαι·* K, 97 *δεῦρ' ἐς τοὺς Φύλακας καταβείομεν, ὄφρα ἴδωμεν, μή τοι μὲν κοιμήσωνται, ἀτὰρ Φυλακῆς ἐπὶ πάγχυ λάθωνται.* videamus, caueamus, ne. Continetur eadem notio in *αἰδέομαι. Φυλάσσω* ac ſimilibus.

Pro *μὴ* etiam *μήπως* ſaepe occurrit, *cum ſubiunctiuo:* vbi optatiuum expectes. E, 250 *μηδέ μοι οὕτως θῦνε διὰ προμάχων (Φυλασσόμενος) μήπως Φίλον ἦτορ ὀλέσσῃς.* ſic K, 347. 8. Υ, 377. 8. Ω, 671. 2. Od. Δ, 395. 6. I, 100. 1. 2. N, 208.

Interdum tamen omne verbum cauendi omittitur, eadem iunctura, vt tamen facile ſuppleri poſſit: vt A, 28 *μή σε γέρον — κιχείω*, (quod eſt vetantis) *μή νύ τοι οὐ χραίσμῃ σκῆπτρον· Ω*, 53 *μὴ — νεμεσσηθῶμεν οἱ ἡμεῖς.* Φ, 563. 4. praecedente quoque alio verbo, in quo vis cauendi tamen latet: A, 586 *τέτλαθι, μῆτερ ἐμή, (Φυλασσομένη) μή σε ἴδωμαι θεινομένην.* Δ, 37. 38 *ἕρξον, ὅπως ἐθέλεις*, (modo id caueas) *μὴ τοῦτό γε νείκος ἀπίσσω γένηται.* Sic Γ, 414. 5. P, 16. 17. Z, 264. 5, de quo v. paullo poſt ſub futuro indicatiuo.

Recedit in his vſus Homericus ab Attico, qui amat vbique optatiuum: e quo tamen Homerus non eſt corrigendus.

Nec minus tamen *optatiuus* locum habet, multo magis, ſi oratio eſt obliqua, aut ſi eſt dubitantis, ſuſpicantis, ſi animus ſollicitudine pendet; tum vero etiam in oratione recta et certa. Et haec fere ſunt loca, in quibus lectio variat, coniunctiuo et optatiuo modo inaequali, modo pari iure locum obtinente. Sic E, 346 τὸν μὲν ἐρύτατο, — μή τις ἐκ θυμὸν ἕληται, alii ἕλοιτο. praetuli hoc; legebatur hoc ſine varietate altero loco vſ. 316. 7. Ψ, 190. 1 κάλυψε δὲ χῶρον ἅπαντα, μὴ πρὶν μένος ἠελίοιο σκήλῃ et σκήλει. Sed manifeſti optatiui ſunt v. c. Φ, 328 Ἥρη δὲ μέγ' ἄϋσε, περιδείσασ' Ἀχιλῆι, μή μιν ἀποέρσειε μέγας ποταμός. Δ, 113. 4 πρόσθεν δὲ σάκεα σχέθον, μὴ πρὶν ἀναΐξειαν — ſic Λ, 508. 9. E, 845. M, 402. 3. Φ, 516.

Saepe hoc poſitu πως adiectum, vt ſit μήπως. Sic Γ, 436 κέλομαί σε παύσασθαι — μήπως ἀχ' ὑπ' αὐτοῦ δουρὶ δαμείης. Ψ, 434. 5. E, 297. 8.

Dixi in hoc poſitu lectionem ſaepe fluctuare inter optatiuum et coniunctiuum; interdum etiam illa haeret, ita vt de emendatione cogites: multo magis, quia notiones prohibendi et cauendi finitimae inter ſe et cognatae interdum iudicium ambiguum faciant vtrum praeferas. Sic Il. Θ, 512 praeceſſerat: ἐκ πόλιος δ' ἄξασθε βόας, ὥς κεν — καίωμεν — μήπως καὶ (an κεν?) διὰ νύκτα — Φεύγειν ὁρμήσωνται. Sequitur: (cauentes) μὴ μὰν ἀσπουδεί γε νεῶν ἐπιβαῖεν ἕκηλοι· ἀλλ' (curemus, prouideamus, vt) ὥς τις πέσῃ, ἵνα τις στυγέῃ τε καὶ ἄλλος (non στυγέοι?) et paullo poſt 521 Φυλακὴ δέ τις ἔμπεδος ἔστω, μὴ λόχος εἰσέλθῃσι πόλιν. (non εἰσέλθοι.) quis auſit hic de praeceptis Atticiſmi cogitare?

Ita quoque notionem cauendi ac metuendi apud Atticos quibus eſt ὅπως μὴ, pro μήπως, *futurum indicatiui* admittere, peruulgata res eſt, ex virorum doctorum obſeruationibus, v. c. Valken. ad Phoeniſſ. 93. p.

35. Videtur hoc quoque, quod subtilitati grammaticae repugnare putes, manssisse apud Atticos ex antiquiore sermone imperfecto, et ex ipsis Homericis: Sic K, 65 niane hic, *αὖθι μένειν, μήπως ἀβροτάξομεν ἀλλήλοιϊν.* Υ, 300. 1 *ἀλλ' ἄγε δ', ἡμεῖς πέρ μιν ὑπ' ἐκ θανάτου ἀγάγωμεν, μήπως καὶ Κρονίδης κεχολώσεται.* et 428 cave, *μή πως ἀμφοτέρους ὀλήσεαι.* similiter Od. Ω, 543. — Indicatiui aoristi vnum exemplum memini Od. E, 300 *δείδω, μὴ δὴ πάντα θεὰ νημερτέα εἶπεν.* — Sed vsum istum futuri aequiparandum esse vsui subiunctiui apparet ex locis, in quibus iuncta est vtraque ratio: E, 233 Aenea, *σὺ μὲν αὐτὸς ἔχ' ἡνία,* (cauens sic) *μὴ τὸν μὲν δείσαντε ματήσετον, οὐδ' ἐθέλητον ἐκφερέμεν πολέμοιο.* Z, 264. 5 *μή μοι οἶνον ἄειρε, — μή μ' ἀπογυιώσῃς, μένεος τ' ἀλκῆς τε λάθωμαι.* vbi altera lectio est: *μή μ' ἀπογυιώσεις,* doctior illa, quia more Homerico sic iterum indicat. futurum cum subiunctiuo copulatur. Hactenus hoc venit in censum eorum, quae attigi Exc. III ad Il. A.

III. Coniuncta cum metu est notio *dubitantis,* an quid euenturum sit: in qua optatiuum, etiam cum κεν, regnare, *μή πώς κεν,* nemo miretur. Habet tamen in his locum quoque subiunctiuus, vt K, 100. 1 *οὐδέ τι ἴδμεν, μή πως καὶ διὰ νύκτα μενοινήσωσι μάχεσθαι.*

IV. Est tandem *μὴ* in formula *precantis, deprecantis, optantis, auersantis.* Ita fere optatiuum apponi, ex ipsa re patet, quae aliquid incerti euentus in se habet: vt in illo: *μὴ τοῦτο θεὸς τελέσειεν.*

Occurrit tamen in his quoque subiunctiui vsus; quem ex hoc genere vix emoueris, nisi aut emendatione aut subtiliore interpretatione adhibita: Ξ, 127 *τῷ οὐκ ἂν — μῦθον ἀτιμήσητε.* non potest subtitui *Φυλασσόμενοι,* cum non sequatur *μὴ,* sed *οὐκ.* ergo necesse est *ἀτιμήσαιτε* legere; et hoc suggerunt pars codd. Π, 30 *μὴ ἐμὲ γοῦν οὗτός γε λάβοι χόλος.* manebimus ne in hoc modo optantis, an putabimus fuisse: *μὴ ἐμὲ γοῦν οὗτός κε λάβῃ χόλος.* prohibeant dii, ne.

Reſtat. ἵνα μὴ, quod eosdem vtique quam ſimplex copula vſus habere per ſe apparet. Sic *ſubiunctiui*: Ξ, 482 caeſus eſt. Promachus, ἵνα μή τι κασιγνήτοιό γε ποινὴ δηρὸν ἔῃ ἄτιτος. *optatiui*: K, 367. 8 Diomedi μένος ἔμβαλ' Ἀθήνη (cauens) ἵνα μή τις Ἀχαιῶν Φθαίη — ὁ δὲ δεύτερος ἔλθῃ. poſſis mutare in ἔλθοι, quod et nonnulli codd. habent, niſi teneas Homericum morem optatiuos et ſubiunctiuos copulandi. Sic variat lectio N, 670 ἀλέεινε, — ἵνα μὴ πάθοι ἄλγεα θυμῷ, alii πάθῃ. *indicatiui futuri*: Od. M, 25. 6. 7 αὐτὰρ ἐγὼ δείξω ὁδὸν ἠδὲ ἕκαστα σημανέω, ἵνα μή τι — ἀλγήσετε πῆμα παθόντες. qui quidem modus cum Attico conuenit, qui omnino indicatiuum cum ἵνα μὴ iungunt; mos ille ad alios quoque ſcriptores transiit v. c. Polyb. XL, p. 417 ἵνα μὴ κατετόλμων.

Iam, ſi redimus ad locum, cuius cauſſa ad haec digreſſus ſum, H, 352. 3 τῷ οὔ νύ τι κέρδιον ἡμῖν ἑλέσθαι ἐκτελέεσθαι, ἵνα μὴ ῥέξομεν ὧδε· haberemus alterum exemplum futuri indicatiui ex Odyſſea paullo ante memoratum. Ita vero ſenſus eſſe deberet: *ne, vt ne, faciamus ita*: qui locum non habet, niſi interpoſueris: *quare cauendum nobis eſt, ne ita agamus*. quod cum durum ſit; veteres in eam opinionem deſcenderunt, vt ex ſententiae nexu; „nihil ſalutare a nobis effectum iri, niſi ita, vt iubeo, fecerimus, et Helenam cum opibus abductis reddiderimus“ ἵνα pro ἐὰν poſitum eſſe clamarent; v. Obſſ. vbi de toto verſu ſuſpicio eſt iniecta.

Conuenit in multis cum vſu τοῦ ἵνα, et τοῦ μὴ, vſus particularum ὡς. ὥστε. ὅπως. ὄφρα. de quibus alio Excurſu potiora, quae ad Homerum ſpectare puto, afferam.

IN LIBRVM VIII. ILIADIS VARIAE LECTIONES ET OBSERVATIONES

Argumenta librorum antiqua omnino parui momenti habeo; ſunt enim plerumque parum idonea; vt et huius libri; ſed eſt in his nomen, κόλος μάχη (male in Ven. A. κῶλον μάχης, verum nomen legitur alibi, vt in Sch. ad E, 734). Cauſſam nominis exponit Euſtath. ex coniectura puto, non ex antiqua fide. κόλος eſt *mutilus, truncatus;* ergo κόλος ſ. κολοβὴ μάχη haec rhapſodia inſcripta fertur, quia prior pugna libris IV. V. VI. VII. et tertia XI—XVIII. diſerte narrantur, nunc autem media interponitur ſecunda vno libro comprehenſa. Nihil hic eſſe truncati dices. Melius videtur ad v. 68 referri, vbi medio die fortuna pugnae mutatur. Verius tamen puto diceret, κόλον μάχην dici, quoniam nocte ingruente vſ. 485 ea dirimitur, Τρωσὶν μέν ῥ' ἀέκουσιν ἔδυ φάος. victoria in neutram partem inclinata, et altero die redintegratur. Ita ſaltem habemus, quod *truncatum*, non abſolutum, dici potuit. In Ven. B. legitur: ταύτην τὴν ῥαψῳδίαν κολοβομάχην καλοῦσι. συντέμνει γὰρ τὴν διήγησιν, συναχθόμενος τοῖς Ἀχαιοῖς. Ducit igitur et hic grammaticus a breuitate narrationis. add. eum ad vſ. 487.

1. Ἠὼς μὲν κροκόπεπλος ἐκίδνατο πᾶσαν ἐπ' αἶαν. Suauitatem verſus etiam in numeris et epithetis laudat Ariſtides Quintil. de Muſica lib. II. p. 81. Inſertum Veneto B. et Leid. Scholion Porphyrii, plenius, quam in Quaeſt. Homer. ſ. 12. ſuper voc. ἠὼς, cuius particula

iam ad Z, 201 et ſup. in Sch. ad B, 48 alibique ab aliis erat allata; ad h. l. etiam in Schol. br. et iterum inf. ad v. 66. item ab Ammon. p. 66. Argutatur homo pro more ſuo. Ἠῶ autem et pro dea et pro die dici, eamque et κροκόπεπλον et ῥοδοδάκτυλον recte dici, quis ignorat? Quod h. l. obſeruari debebat, erat ſaltem hoc: quod ἠὼς κίδναται *ſpargitur*, tanquam *lux*, *dies*; et eadem eſt *dea*, κροκόπεπλος *crocea veſte induta*; niſi dixeris eſſe dictum pro, *crocea lux*. Hoc puta velle quoque Apollonium Lex. h. v. vbi duplicem interpretationem apponit vocis per ſe non obſcurae. Abiit ex h. l. epitheton in vulgarem poetarum vſum, ad declarandum aeris ruborem diluculo orto. v. Koeppen ad h. l. Eſt autem dies hic tertius a priore pugna; etſi temporum et dierum rationem et ordinem in poeta vrgere non licet: v. ſup. ad H, 421 et Excurſ. de temporum in Iliade computo. Vtitur poeta hoc verſu iterum Ψ, 227. Ω, 695.

In Schol. A. Zenodotus tempus matutinum conſtituebat a ſumto cibo; idque procedere volebat non niſi inf. a vſ. 53 οἱ μὲν δεῖπνον ἕλοντο, vt eorum confeſſus noctu factus eſſet: ὅτι Ζηνόδοτος μετατίθησι τὴν ἀνατολὴν κάτω πρὸς τὸ· οἱ δ' ἄρα δεῖπνον ἕλοντο. ὥςτε τὴν τῶν θεῶν ἀγορὰν ὀψὲ γενέσθαι, ἀπρεπές. (f. ἀπρεπῶς.) Suſpicor ab eius exemplari verſum primum abfuiſſe, vt iungerentur noniſſima libri ſuperioris cum initio huius libri: κοιμήσαντ' ἄρ' ἔπειτα καὶ ὕπνου δῶρον ἕλοντο. Ζεὺς δὲ θεῶν ἀγορὴν ποιήσατο.

2. Ζεὺς δὲ θεῶν ἀγορὴν ποιήσατο τερπικέραυνος. Schol. B. cum Leid. praefixum aliud Scholion Porphyrii de voc. ἀγορὰ diuerſiſque eius ſignificatibus: νῦν δὲ, θεῶν ἀγορὴ, τῶν θεῶν ἄγυρις. ἡ συναγωγὴ καὶ τὸ ἄθροισμα. Idem Porphyrius apponit abſurdum etymon τοῦ τερπικέραυνος ἀπὸ τοῦ τρέπειν τοὺς ἐναντίους κεραυνοῖς. quod tamen antiquiores iam admiſerant, ipſe Apollon. Lex. vnde Heſych. duxit et Etymol.

3. ἀκροτάτῃ κορυφῇ πολυδειράδος Οὐλύμποιο. ξ— quod ἐν ἀκροτάτῃ κορυφῇ dictum eſt pro ἐν ἄκρᾳ, et quod ἐπὶ deeſt; et quod de Olympo nunc, tanquam monte, loquitur. Sch. A. Porphyrii argutiae ſunt multae ad h. v. ſuper phyſico ſenſu: eaedem recitantur in Heraclideis c. 36. quae lecta eſſe debuere homini.

Miror nullam iniectam eſſe ſuſpicionem verſus ex A, 499 temere huc traducti. In *ſummo montis vertice* Iupiter *ſedebat*, non autem in eo deorum concilium habet. Forte hoc reputauit grammaticus in Sch. A. qui, vt modo vidimus, dictum eſſe voluit pro ἐν ἄκρᾳ. Inf. Υ, 3 concilium habetur κρατὸς ἔπ' Οὐλύμποιο.

4. αὐτὸς δὲ σΦ' ἀγόρευε. θεοὶ δ' ἅμα πάντες ἄκουον. Ita legebatur in edd. At pro ἅμα eſt ὑπὸ in codd. Barocc. Mori, Harl. Lipſ. Vrat. b, A. Moſc. 1. Ven. vtroque, Schol. A. B. Euſtath. vt ſit ὑπήκουον. monetur quoque eſſe ſcribendum ὑπὸ non ὕπο. Fatendum tamen eſſe hoc alienum ab h. l. obtemperandi enim et obſequendi hic notio locum non habet. Dicendum igitur cum Euſtathio: eſſe dictum pro ſimplici ἤκουον. In Ed. Rom. ἀγόρευε, οἱ δ' ὑπὸ π. ἀ.

5. κέκλυτέ μευ. Alia Porphyrii ζήτησις et λύσις apponitur in Sch. B. et Leid. quod nunc demum Iupiter Troianorum res ſuperiores eſſe iubet ex promiſſo Thetidi dato; recte hoc, niſi alias argutias attexeret.

6. ὄφρ' εἴπω. verſum peccantem in digamma iam vidimus H, 68. 349. 369. et videbimus aliquoties, haud dubie inſertum paſſim a ſerioribus; quod apparet h. l. ex eo, quod ille non legitur in cod. Veneto.

7. μήτε τις οὖν θήλεια θεὸς τόγε, μήτε τις ἄρσην. Pro θεὸς, θεῶν Ariſtarchus legebat; vt eſſet τὶς θεῶν. Sequitur eam lectionem Apollon. de Synt. p. 30, l. 26 vt fere alias, at vulgata eſt ap. Lucian. in Ioue Trag. 6. et θεὸς τόδε Maxim. Tyr. XXXII, p. 129. R.

8. πειρώτω διακέρσαί ἐμὸν ἔπος — διακέρσαι, διακόψαι vtrique Schol. Ven. et Apollon. Lex. h. v. Heſych. addito παραβῆναι. ἀναιρέσαι. — ἐμὸν δὲ ἔπος, τὴν ἐμὴν

φησιν ἐπαγγελίαν, ἣν ὑπεσχόμην Θέτιδι. Schol. B. Atqui, dixeris, hanc non expoſuit Iupiter, nec dii eam edocti ſunt, audiunt tantum minas Iouis. Itaque vereri licet, ne verſus exciderint. Alioqui eſt dicendum, Iouem pluſcula reticeſcere, quam dii noſſe poterant.

9. ὄφρα τάχιστα τελευτήσω τάδε ἔργα. Sch. B. σπεύδει γὰρ ἐξαγαγεῖν Πάτροκλον καὶ τιμῆσαι Ἀχιλλέα. haec ſunt ἔργα. πιθανῶς δὲ οὐκ ἐπεξηγεῖται αὐτά. — αἰνεῖτε, συγκατατίθεσθε Sch. br. quod et Heſychio eſt reſtituendum, firmatur ab Etymologo: αἰνεῖν, συγκατατίθεσθαι παρ' Ὁμήρῳ. Eſt autem ἅμα πάντες αἰνεῖτε pro συναινεῖτε dictum: nec tamen ſimpliciter pro συγκατατίθεσθε, aſſentimini mihi, ſed, placitum, decretum meum, exſequimini.

10. ὃν δ' ἂν ἐγὼ ἀπάνευθε θεῶν ἐθέλοντα νοήσω — Pro ἀπάνευθε Ariſtophanes legerat ἀπάτερθε. Zenodotus μετόπισθε. Sane, notante quoque Euſtathio, ambigi poteſt, ſitne ὃν ἂν θεῶν νοήσω an ἀπάνευθε θεῶν iungenda ſint. Porphyrius (in Schol. B. ad 5) multa arguitur ſuper ἐθέλοντα et iungit ἐθέλοντα ἀρήγειν Τρ. ἢ Ἀ. ἐλθέντα. Itaque Schol. B. τὸ ἑξῆς· ὃν ἂν ἐγὼ ἴδω τῶν θεῶν χωρὶς ἐμοῦ, καὶ δίχα τῆς ἐμῆς ἐπιτροπῆς (absque venia a me data) ἐλθόντα εἰς τὴν μάχην, καὶ θέλοντα τοῖς Τρωσὶν ἢ Δαναοῖς βοηθῆσαι. Poteſt ſane iunctura multis modis fieri, ſenſu eodem; praeſtat: ὃν δ' ἂν ἐγὼ νοήσω ἐθέλοντα ἐλθόντα ἀρηγέμεν. Nam ἐθέλων ἔρχεταί τις ſua ſponte, non coactus: opp. ἀναγκαίῃ. Vid. Δ, 300 ὄφρα καὶ οὐκ ἐθέλων τις ἀναγκαίῃ πολεμίζῃ. B, 391 ὃν δέ κ' ἐγὼ ἀπάνευθε μάχης ἐθέλοντα νοήσω Μιμνάζειν παρὰ νηυσίν. Fatendum tamen ineſſe impediti aliquid in ἐθέλοντα ἐλθόντα. Bentleium ſolum ſenſiſſe video, qui tentabat: Ὃν δ' — ἐλθόντα νοήσω, ἐλθόντ' ἢ Τρώεσσιν ἀρηγέμεν ἢ Δ. (ſc. ὡς ἀφήγεινν) Coniicit quoque ἀρηξέμεν. Ita auxiliatum venit Neptunus N, 10 ſq. Si poeta ἐθέλειν ἀπάνευθε dixit vt βουλεύειν νόσφιν, B, 347. ſenſus ſiniri poteſt poſt νοήσω, et alter verſus ſerius acceſſiſſe.

12. πληγεὶς οὐ κατὰ κόσμον ἐλεύσεται Οὔλυμπόνδε. Est πληγεὶς, κεραυνωθείς. Melius post πληγεὶς interpungi notat vterque Schol. Ven. vt οὐ κατὰ κόσμον referatur ad ἐλεύσεται.

13. ἢ μιν ἐλὼν ῥίψω ἐς Τάρταρον ἠερόεντα. Ad h. v. et 16. et sup. 3. plura annotant grammatici, maxime Porphyrius in Sch. B. et Leid. super situ partium mundi ex mente Homeri. Est terra in medio; (adeoque τὸ κέντρον est Terra; vt Ven. B. ad 16.) supra eam ἀὴρ, et supra hunc αἰθήρ. Infra terram Ἅιδης et subter hunc Τάρταρος. Ita Tartarus et Olympus duo extrema sunt ex aduerso sibi posita, itaque et indoles vtriusque loci contraria; lux in Olympo, in Tartaro caligo, vnde ἠερόεις, h. σκοτεινός. Seriores voluere eum accipere de hemisphaerio nobis obuerso, et notionem terrae σφαιροειδοῦς hic quaesiuere. Similia in Sch. br. Eust. In suam sententiam alio modo haec transtulit Plato Phaedon. p. 112 A. Respicit quoque locum et versus recitat Plutarch. de facie Lunae p. 940. et adu. Stoic. p. 1064 E. versu 14 vtitur.

14. Τῆλε μάλ' ἔστι βάθιστον ὑπὸ χθονός, ἔστι βέρεθρον. Pro ἔστι ap. Eust. ἔνθα, sed ex interpretatione; apud eundem βάθυστον. Versus legitur ap. Plat. in Phaed. p. 112 A. et ex eo in Stobaeo, Ecl. phys. I, p. 139. Cant. vbi non mythice, sed philosophico commento Tartarum describit. — βέρεθρον, τὸ βάθος. Argutantur super etymo grammatici, in his iam Apollon. Lex. h. v. βέρεθρον et δέρεθρον in Hesych. notauit Bentleius. Ceterum vereor vt hi versus omnes sint Homerici. Ad Iouis sensum πύλαι σιδήρειαι vs. 15 nil faciunt. Apud Hesiod. 726 et 732 et 811 aliter res se habet, vbi: Ἐνθάδε μαρμάρεαί τε πύλαι καὶ χάλκεος οὐδός. In eodem vs. 720 habetur alter: Τόσσον ἔνερθ' ὑπὸ γῆς, ὅσον οὐρανός ἐστ' ἀπὸ γαίης, qui facile et hic ad oram allitus aut a rhapsodo insertus esse potest. Suspicionem de v. 15 iam Knoppen protulit. — Hemistichion ἔσσον

οὐρανός ἐστ' ἀπὸ γαίης laudat nullo auctore Strabo I, p. 16.

15. ἔνθα σιδήρειαί τε πύλαι καὶ χάλκεος οὐδός. Memoratur porta munita, quia pro carcere est: „Ven. B, scilicet Titanibus in Tartarum detrusis. Valde tamen suspectum habeo versum, etiam ceteris loco non motis.

16. τόσσον ἔνερθ' Ἀΐδεω, ὅσον οὐρανός ἐστ' ἀπὸ γαίης. ξ πρὸς τὴν καθ' Ὅμηρον τοῦ κόσμου τάξιν. (Vide modo ad v. 13) — et quod ὕπερθε deest, ὅσον ἐστὶν ὕπερθεν. — sc. pro vulgari: ὅσον ἐστὶ διάστημα ἀπὸ τῆς γῆς εἰς τὸν οὐρανόν.) Recitatur versus passim, etiam in Stobaeo Ecl. phys. I, 16 p. 353. Heer. Heracl. Alleg. c. 36. in eum argutatur. Languidius ἔνερθ' ὑπὸ γῆς dixisse Hesiodum Θ, 720 obseruat Clarke. Scilicet hoc volebat monere: multo maius et vastius esse spatium, quod in Homero est, si subter Terra est Hades, et subter Hade Tartarus; quam apud Hesiodum, si subter Terra solus Tartarus. Et in hoc subsistendum erat; enimvero locum vtrumque comparatum etiam ad eundem sensum redigere voluere viri docti: (v. Koeppen ad h. l. Docta est commentatio: *Psychologia Homerica* Auct. *Car. Willi. Halphaet.* p. 76 sqq.) quod factum nolim, nam in his phantasmatibus sensus et ingenii cuiusque libera esse debet ad variandum et ornandum potestas. Variauit hoc iterum Virgil. Aen. VI, 577. 8. 9. Nisi hoc facere liceat poetis, actum est de omni vi et facultate poetica. Locum Homericum recte accipiunt Schol. A. B. Leid. sed adiectis aliis minus probabilibus.

18. 19. εἰδ' ἄγε — σειρὴν χρυσείην ἐξ οὐρανόθεν κρεμάσαντες. ξ „quod de Olympo monte cogitauit poeta, quandoquidem *de caelo*, stans in caelo, Iupiter demittit funem, eumque *in promontorio Olympi* alligat vs. 25. — abundare quoque ἐξ — χρυσῆν ad Solem nonnulli retulere. — Omnino de *Catena Homerica* multa sunt argutati veteres, ratione inde petita, quod a Sole omnis terra et mare et aer pendent. Ita ipse Plato in Theaeteto p. 153. 4 (p. 71. T. II. Bipont.) loco inserto

Eclog. phyſ. Stob. de motu I, 23. p. 43. Cant. (p. 410 Heer.) ludendo tamen verius, quam philoſophando et Stoici ap. Euſtath. p. 695. pr. de quorum coſmologia videndi qui philoſophica antiquorum placita expoſuere; inpr. *Tiedemann. de Syſtem. Philoſ. Stoic.* P. II, p. 78 ſqq. Alla argutatur Heraclid. Alleg. Hom. 36. Pope acutius quoque ſuſpicabatur, latere in his notitiam aliquam veterum de vi Solis attrahendi ad ſe ſidera errantia. Proclive enim eſt ſubſtituere multa ac varia vbique in opinionibus et dogmatibus ad tropos, figuras, allegorias, ſemel renocatis, aut ex iisdem deductis. Si tamen quaeritur, quo ſenſu haec ab antiquo poeta, quisquis ille fuerit, dicta ſint, apparet, redeundum eſſe ad antiquiſſimam ſimplicitatem, quae ex rudi ſenſu et adſpectu res aeſtimabat: neceſſe eſt hominem cogitaſſe de ſitu partium vniuerſi huius: ſubiacere aerem caelo, aeri terram et mare, haecque tanquam catena vincta teneri et nexa e caelo. Hoc ei ſatis eſſe potuit ad comminiſcendum exemplum, quo Iouis vires declararet, qui eam catenam manu tenere videri poteſt. Plura equidem haud requiram; etſi concedam, inuentum eſſe tale, vt materiam ſerioribus facile tribuere poſſet ad elaboratiorem et ſagaciorem ſententiam haud vnam, neque iraſcar, ſi quis in hanc, alius in aliam, concedat. Ridet haec Lucian. D. D. 21.

At voc. χρυσῆ eſt poetice adiectum epitheton; quod et Schol. br. notant. Nicanor interpungebat poſt κρεμάσαντες, vt iungeretur: πειρήσασθε κρεμάσαντες, pro πειρᾶσθε κρεμᾶν. Iunxere alii κρεμάσαντες πάντες δ' ἐξάπτεσθε. Ita δ' perincommode eſt interpoſitum; etſi Erneſti defendit contra Clarkium. Equidem praefero hoc, πειρήσασθε eſſe abſolute poſitum, vnus Vindob. πειρήσεσθε.

„Ἵνα εἴδετε πάντες ὡς λέγετε. (vt ſit indicatiuus) ἢ συστολὰς μὲν τὰ τοιαῦτα (f. εἰς. πρὸς τὰ τοιαῦτα) παραλητέον, ἢ ἐναλλαγὰς ἐγκλίσεων (leg. κλίσεων *flexionum*). Laudantur exempla: ὄφρ' εὖ πᾶσαι εἴδετ' ἀκούετ-

ὄφρα Il. Σ, 52 porro T, 403. P, 452. A, 66." Scilicet est hic modus iungendi τὸ ἵνα et similia, e rudi grammatica, serius in Atticismum recepta. v. ad H, 353. A, 363. cf. Excurs. III ad A. Ignoratione rei metricae Townl. scribit ἵνα εἰδῆτε.

20. πάντες δ' ἐξάπτεσθε θεοί. Schol. Ven. B. praefixum habet ἐξάπτησθε. voluitne pendere ab ἵνα εἴδετε?

21. ἀλλ' οὐκ ἂν ἐρύσαιτ' ἐξ οὐρανόθεν πεδίονδε. Recitat haec Aristot. de animant. motu c. 3. vbi vss. 21. 22. 20. se excipiunt. Barnes inseruerat μ' de suo: οὐκ ἄν μ' ἐρύσαιτ'. est quoque hoc in Mosc. 1. et ἐρύσατ' in Vrat. b. vtrumque in Aristide To. II, p. 376 vbi vss. 17—24 adscripti sunt. In Sch. br. est ἐρύσητε. οὐκ ἂν ἑλκύσητε.

22. Ζῆν' ὕπατον μήστωρ', οὐδ' εἰ μάλα πολλὰ κάμοιτε. „quod Ζῆνα ὕπατον pro ἐμὲ dixit." De μήστωρ v. ad Δ, 328. H, 366. consiliorum auctor. Iupiter μήστωρ, vt Ζεὺς μητιέτης. Melius distinguitur Ζῆν ὕπατον, quam ὕπατον μήστωρα. Prius Plutarchus sequitur de If. et Osir. p. 371 E. ὡς Ὅμηρος τὸν ἄρχοντα καὶ βασιλεύοντα πάντων Ζῆν' ὕπατον καὶ μήστωρα καλῶν ἔοικε τῷ μὲν ὑπάτῳ τὸ κράτος αὐτοῦ, τῷ δὲ μήστορι τὴν εὐβουλίαν καὶ τὴν φρόνησιν σημαίνειν. posterius tamen probauit Apollon. Lex. ὕπατον μήστωρα· τὸν ἐν τῷ μήσασθαι ὕπατον, οἷον πρῶτον. eadem inde Hesych.

κάμητε Vrat. b. duo Vindob.

23. ἀλλ' ὅτε δὴ καὶ ἐγὼ πρόφρων ἐθέλοιμι ἐρύσαι. Aristarchus legebat ἐθέλωμι. de qua ratione scribendi v. dicta ad H, 243 αἴκε τύχοιμι. Et pro πρόφρων Ptolemaeus Oroandis f. πρόσσω. Ernesti recte vertit: *At vero si me lubido capiat.* Scilicet, quoties de voluntate aut consilio agitur, πρόφρων est adiectum vt alias ἑκών, siquis facit aliquid non modo lubens et volens, verum etiam cum animi proclinitate, studio, enixe. cf. inf. ad vs. 40. Sic Ω, 140 εἰ δὴ πρόφρονι θυμῷ Ὀλύμπιος αὐτὸς ἀνώγει. ἀλλ' ὅτε κεν καὶ Aristides l. l. nec male. Vulgatum expressum est ap. Stobaeum Eclog. phys. I, 25.

p. 47. Cant. vbi vſſ. 23—26. appoſiti ſunt. (p. 444 Heer.)

24. *αὐτῇ κεν γαίῃ ἐρύσαιμ'* pro *σὺν αὐτῇ*. Ven. B. Sch. br. Euſtath. quod ſollenne mox Atticis. Solet fere hic verſus pro exemplo omiſſae *σὺν* laudari, vt Sch. Phoen. Eurip. 3.

25. *σειρὴν μέν κεν ἔπειτα περὶ ῥίον Οὐλύμποιο* ※ 26. *δησαίμην· τὰ δέ κ' αὖτε μετήορα πάντα γένοιτο.* ξ- *ἡ διπλῆ, ὅτι Ζηνόδοτος ἀμφοτέρους ἠθέτηκε.* Satisfacit h. l. Zenodotus iudicio noſtro; inſertos enim eſſe verſus, facile credas, cum ad ſenſum et conſilium Iouis nil faciant — *διὰ τῶν δὲ διδασκόμεθα, πᾶσαν τὴν γῆν σὺν τῇ θαλάσσῃ* - - - (ita diſtinguendum Scholion A. in fine truncatum; deeſt *συμπεπλέχθαι* vel *συνερρίζῶσθαι*, aut ſimile quid.) Multae veterum fuere argutiae ſuper h. l. ap. Euſtath. et Heraclid. c. 36. ad Solem iam Plato in Theaet. p. 153 C. catenam retulerat: *τὴν χρυσῆν σειρὰν, ὡς οὐδὲν ἄλλο ἢ τὸν ἥλιον Ὅμηρος λέγει καὶ δηλοῖ.* Fuere quoque qui *μοναρχίαν* hic adumbratam eſſe vellent: v. Ven. A. et Sch. br. Iouem per *εἱμαρμένην* declarauerant Stoici. Euſtath. p. 695 pr. et ad deum ſummum retulit poetae verba Iuſtin. Martyr. Apolog. praeeunte Ariſtide Or. I. p. 5. qui omnia ex deo apta et nexa hinc declarat. Redi ad dicta ad 18. 19. Alii apud eosdem quaeſiuere, quomodo Iupiter in Il. A, 399 vinciri potuerit, qui h. l. tantam ſui potentiam praedicat. Scilicet ibi, aiunt, inſidiis fuit circumuentus. Acute! Debebant dicere: diuerſas poetam diuerſis locis fabulas ſequi et in vſum ſuum adhibere. — *περιῤῥίον* paſſim ſcribitur etiam in Townl.

Ad vſ. 26 notatur in Ven. A. ξ- *δησαίμην. ὅταν θελήσω ἐρύσαι, φησί.* ſatis leue. Pro *γένοιτο* vn. Vindob. *γένηται.* Ex h. l. Herodoteum illud *ἦ δὴ ὅτε οὐρανὸς ἔστι ἔνερθε τῆς γῆς, καὶ ἡ γῆ μετέωρος ὑπὲρ τοῦ οὐρανοῦ* Euſtath. monuit.

Mox 27. *περὶ* et *πέρι* ſcribitur: prius magis conuenit grammatico canoni, ſequente verbo.

28. ὡς ἔφαθ'. οἱ δ' ἄρα — ※ — „Praefigitur vtrumque ſignum, obelus quidem tredecim hinc verſibus vsque ad v. 40. ἐντεῦθεν ἀθετοῦνται στίχοι ιγ'. quia ex aliis locis huc retracti ſunt, (itaque aſteriſcus appoſitus verſibus 28—34 et 39. 40.) et quod in nonnullis voces non recte adhibuit, vt v. 37 τεσσῖο pro σοῦ." Haec Ven. A. quae ſuſpicor ex Ariſtonico περὶ σημείων eſſe petita; attamen vellem ſcire, quo auctore haec dicta ſint. Iudicium non ex codicibus factum eſſe videtur, ſed ex ſenſu et rationibus, iisque ſatis idoneis. Haud dubie magno poeta dignior erat oratio continuata et nexa inde a v. 27 et 41 ὅσσον ἐγὼ π. Ὡς εἰπὼν, ὑπ' ὀχεσφι. Videtur totus locus deberi iis, qui diuerſas carminis partes in vnum corpus conglutinarent, magna quidem cum ſagacitate, inprimisque interuentum deorum iuſto ordine copulatum eſſe vellent; tam illi animo tenebant vſ. 218 εἰ μὴ ἐπὶ Φρεσὶ θῆκε. Ceterum Mineruae perſona dignum hoc, quod, ceteris ſtupentibus, ipſa patri reſpondet, ſed placide ac verecunde. — E Ven. B. nil notatum video.

De ἀκὴν monitum ad Γ, 95.

29. μῦθον ἀγασσάμενοι· ※ — γρ. καὶ Φρασσάμενοι. Sed ἀγασσάμενοι melius conuenit ſequentibus. Ven. A.

μάλα γὰρ κρατερῶς ἀγόρευεν edebatur. Pro hoc eſt ἀγόρευσεν in Cant. Mori. Ven. Vrat. b. c. Moſc. 1. 3. et edd. vsque ad Turn. qui ἀγόρευεν ex Rom. adſciuit; et ex Euſtath. vt et in vno Vindob.

30. ὀψὲ δὲ δὴ μετέειπε — Ἀθήνη. ※ — Schol. B. obſeruat bene Mineruam, et modeſte, reſpondere, non Iunonem, quae iracundis dictis Iouis iram exacerbatura fuiſſet. Eadem Euſtath.

31. ※ — Verſus 31—37 occurrunt iterum inf. 463—468. Obſeruat porro Schol. A. et Sch. br. ex his ac ſimilibus locis, in quibus Iouis tanquam patris Mineruae, nusquam matris mentio fit, apud Homerum et Heſiodum, mythum hinc eſſe ortum, Mineruam ex ſolo Ioue procreatam eſſe.

32. *εὖ νυ καὶ ἡμεῖς ἴδμεν, ὅ τοι σθένος οὐκ ἐπιειικτόν.* ※ — Poteſt iungi *ἴδμεν σθένος, ὅ ἐστί τοι.* ſed et dictum accipi, *ἴδμεν, ὅ*, pro *καθ' ὅ, ὅτι.*

οὐκ ἐπιεικτόν. inuictum v. ad E, 892.

34. *οἵ κεν δὴ κακὸν οἶτον ἀναπλήσαντες ὄλωνται.* ※ — *οἵ κεν — ὄλωνται* pro futuro *οἰχήσονται.* vt et Euſtath. obſeruat. Bentl. corrigebat *αἵ κεν.* Vetat tamen verſus iteratus inf. 354. 465.

κακὸν οἶτον ἀναπλήσαντες. Proprie *πλήθειν, ἀναπλήθειν*, de iis, quae fataliter decreta ſunt et euentum habent. vt Od. E, 206. 7 *ὅσσα τοι αἶσα κήδε' ἀναπλῆσαι.* tum ſimpliciter, perferre. v. c. Il. O, 132 *κακὰ πολλά.* Etiam Apollon. Rh. I, 1034. 5 *μοῖραν ἀναπλήσαντες.* cf. ad Δ, 170. Atque etiam Romani ſic: *explere fatum, labores, aerumnas,* quas tolerat aliquis, tanquam fato decretas. Refert ad h. v. et emendat Bentl. Heſychianam gloſſam: *ἀνατιτήσαντες, πληρώσαντες.*

35. *εἰ σὺ κελεύεις.* — Erat vulgata lectio; *ὡς σὺ* Ven. cum Vrat. b. vho Vindob. etiam Schol. A. qui tamen alios habere *εἰ σὺ* monet. vtrumque recte. alius Vindob. *ἦ σὺ κ.*

36. *βουλὴν δ' Ἀργείοις ὑποθησόμεθ' ἥτις ὀνήσει.* — Vocem *ὑποθησόμεθα* Schol. B. ad conſilium de exorando Achille refert. Atqui hoc longe petitum; nec, ſi bene memini, a deabus datum. Enimuero vſ. 218 Iuno Agamemnonis animo conſilium ſubiicit, vt hortetur Achiuos.

ἥτις ὀνήσει Erneſti coni.

37. *ὀδυσσαμένοιο τεοῖο.* — Etſi h. l. in Scholiis nil monitum occurrit, ſupra tamen ad vſ. 28 grammaticum Ven. A. notare vidimus vſum *τοῦ τεοῖο* pro *σου* tanquam ſoloecum. Vitioſum eſſe hunc vſum poſſeſſiui *τεοῦ* pro *σου* docuit quoque Apollon. de Syntaxi II, 21. p. 164. Dubitandi itaque locus eſt, an verſus ſit Homericus, etſi iterum occurrit inf. vſ. 468 cum quinque antecedentibus: ibi tamen editum *θεοῖο*, quod et in h. l. inferre

volebat Barnes. Saltem mutandum erit in τσεῖο, ne grammatica repugnet.

ὀδυσσομένοιο Vrat. b. A. praesens tamen alibi non occurrit.

39. 40. ※ — Iidem versus leguntur inf. X, 183. 4. ante Hectoris necem. At h. l. repugnare eos ceteris aiunt. Iupiter tamen antea erat iratus et minabatur diis; vt placatum se esse nunc bene dicere posset.

Τριτογένεια. de etymo v. ad Δ, 515. Nunc de eo agunt Schol. A. Schol. br. et Schol. B. cum Schol. Leid. Alia in Eustath. leguntur.

οὔ νύ τι θυμῷ. Rom. et Eustath. τοι male.

οὐ θυμῷ πρόφρονι μυθέομαι. Schol. br. τῷ ἐκ φρονήσεως καὶ διαθέσεως. τῷ εὐνοϊκῷ. Ea sane vis est voci; verum sensus beneuolentiae alienus est ab loco, qui requirit contrarium: non infesto, non alieno in te sum animo. Schol. B. ἀντὶ τοῦ, ὑπέρφρονι. vt πρόφρων nunc sit durus, saeuus, ἀπηνὴς, contra communem vsum. Haec eadem Porphyrius attulerat ad h. l. ap. Eustath. ad alterum locum X, 183. vbi, vt dixi, iidem versus leguntur. Recordatur ibi Ernesti versus Θ, 23 ὅτε — πρόφρων ἐθέλοι. nec tamen apparet, quam commode. Notaui ad eum versum, πρόφρονα dici, qui voluntate et animo est in aliquid inclinato, προπετῆ, adeoque procliuem; dicendum erit, nunc esse cum vi adiuncta, immi. nentem in aliquid, etiam pertinacem, vt flecti se haud patiatur, saeuum: fere quomodo Virgilio est, *Teucris addita Iuno.* Ex vulgari vocis vsu οὐ πρόφρονι θυμῷ ad Troianos referendum esset: nequaquam se animo in Troianos propenso haec dicere. etsi et hoc longius petitum est.

41. ὑπ' ὄχεσφι τιτύσκετο χαλκόποδ' ἵππω. τιτύσκετο, quod alias ἐπὶ στοχασμοῦ dicitur, nunc est ἐπὶ τοῦ ἡτοιμάζετο· Apollon. Lex. h. v. et ex eo Hesych. ὑπεζεύγνυε τῷ ἅρματι. ἡτοίμαζε Sch. br. At Eustathio aqua haerebat. Scilicet τιτύσκειν est τείνειν. equi autem iuncti, ζευχθέντες, *funibus intentis*, tandem et *ipsi inten-*

duntur, τείνονται, ita mox *ipse curſus intenditur*, ἐπιτείνεται, et, ſi hoc ſit in certum locum, eſt idem ac *regere equos*, ſic τείνειν, τανύειν, τιτύσκεσθαι, ἵππους. Nec aliter Latini. De voce τιτύσκεσθαι dictum ad Γ, 80.

Repetuntur vſſ. 41—45 infra N, 23—27.

42. χρυσείῃσιν ἐθείρῃσι κομόωντε. Spectat huc Heſychii gloſſa: ἐθείρῃσιν. θρίξὶ τῆς ἐπιμελείας ἀξιουμένοις, et Etymol. Praeiuit Apollon. Lex. h. v. Similia leguntur in Schol. Theocr. I, 34. *Aurea* autem *iuba* neminem tenere debebat, cum vſus poetarum notus ſit, aurea edere deorum omnia; et equorum ruſorum, ſpadicis vel gilui, iuba facile locum facere poſſit epitheto.

κομόωντες editur ap. Maxim. Tyr. diſſ. XXXII, p. 129. idque vitium eſt in Vindob. codd. in vno mutatum in — ας.

43. χρυσὸν δ' αὐτὸς ἔδυνε περὶ χροΐ. ξ quod χρυσὸν poeta dixit pro χρυσῆν πανοπλίαν. Sch. A. et Sch. br. At Sch. B. reddit αἰγίδα, vt alio loco (Ω, 20) περὶ δ' αἰγίδι πάντα κάλυψε χρυσείῃ. Porro Sch. A. quod, armis a Ioue ſumtis, non licuit Mineruae eadem arma patris induere." Reſpiciunt haec inf. vſ. 387.

γέντο δ' ἰμάσθλην. quod nunc primum occurrit. Sch. A. e contexto ait intelligi eſſe ἔλαβεν. Sic et Sch. br. Et Apollon. Lex. verſu appoſito: τίθεται δὲ λέξις κατὰ συγκοπὴν ἀντὶ τοῦ ἐγένετο. parum docte; quo enim ſenſu hoc adiectum dices? ab aliis tamen repetitum, etiam in Etymol. Melius alii ab ἕλω duxere, vt ap. Euſtath. p. 918, 27. ad N, 25 et p. 756, 31 ad I, 369. quomodo tamen γέντο hinc fieri potuit? Doricum eſſe aiunt: ἕλετο, ἕλτο, ἕντο, γέντο. Malebat Clarke ab antiquato verbo γένω, γέννω, γείνω ducere; nam dorica Homero eſſe ignota. Dices melius τὸ γ eſſe pro aſpiratione, loco digammi, quod ex Heſychio ſatis conſtat. Fuit ergo ἕω. ἕλω. idemque ϝένω, vnde ἕνετο, ἕντο. ϝένω, ϝένεϲθ, ϝεντο. γένω, γένετο, γέντο. vt κέλετο, κέντο apud Alcmanem. Seruata enim forma illa antiqua inter

Dores. Potuit igitur antiquitus in Homericis fuiſſe: *περὶ χροΐ. ϝεντο δὲ* — Incidiſſe iam in hanc ſuſpicionem, laudato Herodiano ex Aldi Theſauro p. 205 video Foſterum (*Accent and Quantity* p. 135) qui et ſimilia ex Heſychio ibi cumulat, in his *τὰ γέντα, τὰ ἔντερα, ϝεντα.* Adde *γεννὸν, τὸ κοῖλον. γέντερ, ἡ κοιλία. ϝεντερ*, vnde *venter.*

44. *χρυσείην, ἐΰτυκτον, ἑοῦ δ' ἐπεβήσετο δίφρου. ἐΰτυπτον* an *ἐΰτυκτον* ſcribas, nil refert; dactylus ſuauior habetur. De *ἑοῦ* v. ad A. Exc. VII.

ἐπιβήσετο omnes edd. et debebat forte hoc ſeruari, tanquam Ionicum. Nouauerat Clarke *ἐπιβήσατο* perperam: v. ad B, 35. Γ, 262. at Ven. cum Cant. Mori *ἐπεβήσετο* hic et aliis locis; et fertur hoc Ariſtarcheum eſſe. Eodem modo verſus N, 26 repetitur. Inuitus itaque ſeruo illud, poſthabita forma Ionica. *ἐπεμείβετο* Lipſ.

45. *μάστιξε δ' ἐλάαν.* Cant. *τ' ἐλάαν. τὼ δ'* Vrat. b. c. *τώδ'.* *τοὶ* vitium eſt ed. Lipſ.

πετέσθην iterum poeta contentus vulgari more loquendi ab alis petito liberum relinquit audientium animis, ſibi fingere modum facti, quem velint ipſi.

46. *μεσσηγὺς γαίης τε καὶ οὐρανοῦ ἀστερόεντος.* ξ— „quod nunquam poeta dicit: *μεσσηγὺς γαίης τε καὶ Ὀλύμπου* (ſcrib. *Οὐλύμπου*) *νιφόεντος*, nec dicit *Ὄλυμπον ἀστερόεντα*; differt enim apud eum *Ὄλυμπος* et *οὐρανός.*“ Sch. A. et ſimilia Sch. B. recte quidem, ſed quorſum haec dicta putabimus? Scilicet fuere, qui *Οὐλύμπου νιφόεντος* h. l. legerent. cf. ad vſ. 68.

47. ξ— quod inſolito more dixit *Ἴδην δ' ἵκανε Γάργαρον. ἀντὶ τοῦ, τῆς Ἴδης ἐς Γάργαρον ἦλθε* Sch. A. At Sch. B. quod *Ἴδην Γάργαρον* per hyperbaton, pro *ἐς Γάργαρον Ἴδην.* leg. *Ἴδης.* Similiter: *ἠδ' ἄρα Κύπρον ἵκανε — ἐς Πάφον.* Od. Θ, 362. pro *ἐς Πάφον τῆς Κύπρου.* Laudat verſum inter exempla *σχήματος* ſeu figurae, qua generi adiicitur ſpecies, Strabo lib. I, p. 68 B. Idae tria promontoria eſſe, inter nota habendum: *Λε-*

κτον. Γάργαρον. Φαλάκρη. In etymo *τοῦ Γάργαρον* inceptiunt grammatici, inprimis in Etymol. add. Eustath. De *Gargaro* v. Macrob. Sat. V, 20 et collecta ab Hemsterh. ad Lucian. D. D. 4.

Ἴδην πολυπίδακα respiciunt passim, etiam Suidas, *πολλὰς ἀναβολὰς ἔχοντα. τουτέστιν, ἀναβλήσεις.*

48. *βωμός τε θυήεις.* notat Apollon. Lex. in *θυώδεα*, et reddit *τεθυμιαμένος*, odoribus impletus. Etymologus ducit vocem a *θύον. θυόεις. θυήεις.*

49. 50. lecti iam sup. E, 775. 6.

50. *κατὰ δ' ἠέρα πουλὺν ἔχευεν.* Pro *κατὰ* est *περὶ* in Cant. Barocc. Mori. Harl. (adscripto altero) Vrat. b. Mosc. 1. vt erat sup. E, 776. at *κατὰ* est in ceteris et in Eustath.

51. *κύδεϊ γαίων.* Ven. B. *τῇ ἑαυτοῦ ἐνηδόμενος δόξῃ καὶ ἀρετῇ.* Est *κυδιῶν. γαυριῶν.* Vide ad A, 405. Virgilius, qui locum latine vertit, Aen. X, 3. hoc non attigit, nisi forte per *arduus adspectat.*

Versus 51. 52 repetiti inf. Λ, 81. 82. Ad hos versus respicere videtur quod de Scipione narratum est ap. Appian. Punic. c. 71. Schw. T. I, p. 397. qui pugnam inter Masinissam et Amilcarem tutus ex alto prospexerat, *ἔλεγέ τε σεμνύνων, δύο πρὸ αὐτοῦ τὴν θέαν ταύτην ἰδεῖν ἐν τῷ Τρωϊκῷ πολέμῳ· τὸν Δία ἀπὸ τῆς Ἴδης, καὶ τὸν Ποσειδῶνα ἐκ Σαμοθράκης* (Il. N, 11 sq.). Ex Olympo pugnam deorum prospicit Iupiter Φ, 388 sq.

Ceterum de prospectu ex hoc montis cacumine, Gargaro, in campum Troianum adeo dubitabat vir doctiss. Iac. Bryant, vt pro fundo quaestionis de Troiae situ faceret eamque quaerendam esse contenderet in locis infra Alexandriam Troadem, sub Lecto promontorio; etsi ita difficultates exsistunt innumerae aliae, et inficianda multa, quorum fides certissima est. Verum de prospectu locorum, quae ipse non adieris, decernere lubricum est, et ex isto Idae cacumine prospectum latissime patere, pronuntiant ii, qui loca adiere. Porro de prospectu, quem dii capiunt, aliter iudicandum esse, quam de ho-

minum, docent alia loca, vt Neptuni prospectus ex Solymorum montibus Od. E, 283. Alioqui liceret quoque argutari in profectione Iunonis, quae Lectum promontorium conscendit, vt ad Gargarum inde perueniat Ξ, 283 sqq.

53. *Οἱ δ' ἄρα δεῖπνον ἕλοντο* ξ — quod Zenodotus orientem Solem ponit ante haec. (v. ad v. pr.) At, pergit ille, ordo rei hic est: die orto Iupiter concionem habet, et interea Achiui cibum capiunt. Addit Ven. B. *δεῖπνον* non vno modo dici, hoc quidem loco *τὰ ἐξ ἑωθινοῦ ἀκράτισμα.* alibi pro *ἄριστον*, vt Λ, 86 (vbi vulgo *δόρπον*. saepe enim haec duo variant inter se vti et *ἄριστον* pro *ἀκράτισμα* positum Ω, 124. ad quem locum vide, et ad Λ, 86) add. Athen. I, p. 11 F.

54. *ῥίμφα κατὰ κλισίας.* Cant. *κλισίης. ἀπὸ δ' αὐτοῦ θωρήσσοντο·* puta, *sumto cibo*, quod, inquit Schol. A. ignorantes nonnulli scribunt: *τοὶ δ' αὐτόθι θωρήσσοντο.* Fuere quoque in Schol. B. qui *ἀπὸ — θωρήσσοντο* iungerent. At *ἀπὸ δείπνου* occurrit etiam ap. Herodotum quod iam obseruauit Koeppen.

55. *Τρῶες δ' αὖθ' ἑτέρωθεν* Harl. probante Bentleio Ven. Vrat. b. Townl. vn. Vindob. Vulgo *αὖ* et *ὡπλίζοντο.* Sed *ὁπλίζοντο* est lectio Aristarchea per *ο*. Schol. A. Townl. Mosc. 1. in marg. vn. Vindob.

56. *παυρότεροι.* ξ — „quod semper Troianos cum sociis facit numero inferiores Achiuis.“ Respiciunt haec notata ad versus reiectos sup. B, 130—133 et inf. ad v. 558 in quo Zenodotus scripserat *μυρίαι δ' ἐν πεδίῳ.* — Adiecta in Ven. B. Porphyrii nota: *καὶ πῶς φησι· πολέων (πολλῶν) ἐκ πολίων?* (B, 131). Soluit: loqui poetam nunc de Troianis proprie dictis (*ἰθαγενεῖς*), itaque adiici *πρό τε παίδων καὶ πρὸ γυναικῶν.* et argutatur plura. Omnino pro diuerso consilio poeta modo multitudinem modo paucitatem Troianorum memorat, etiam comparatione cum copiis aduersis.

57. *χρειοῖ ἀναγκαίῃ.* Legitur *χρειῇ ἀ.* apud Sch. X, 183. Sicque Mori mf. Vrat. b. quod esset vulgare, do-

cente quoque Euſtathio. At eſt χρειώ. vt A, 341 et al. et χρειὼ ἀναγκαίη pro ſimplici ἀνάγκη. Viſum eſt χρειοῖ in Apollon. h. v. huc ſpectare; v. Villoiſ. πρὸ γυναικῶν. πρὸ eſt ὑπέρ.

58. πᾶσαι δ' ὠΐγνυντο πύλαι. ξ— quod πύλαι de vna porta dictae ſunt (vt inf. patet 411. Dictum iam ſup. B, 809) πᾶσαι autem pro ὅλαι, vt Ψ, 135 θριξὶ δὲ πάντα νέκυν καταείνυον. (Conf. ad N, 408.) At Ven. B. cum Leid. ad Achiuos ſimul cum Troianis refert haec; intelligi adeo caſtrorum portas, et ſequi 60 οἱ δ' ὅτε δὴ *Troiani et Achiui.*

59. πεζοί θ' ἱππῆές τε. θ' poſt πεζοὶ omittit Cant.

60. οἱ δ' ὅτε δή ῥ' ἐς χῶρον ἕνα συνιόντες ἵκοντο. ξ— Excidit Scholion, quod forte loci praeſtantiam commendauit. — ῥ non erat in Barocc. et Cant. Extat idem verſus cum ſeqq. 60—65 ſupra Δ, 446 ſq. — Moſc. 1. in marg. γρ. καὶ ἵκανον. quod et vn. Vindob. habet.

62. ἀτὰρ ἀσπίδες ὀμφαλόεσσαι ξ— quod poſt ῥινοὺς iterum ἀσπίδες, quae duo vnum idemque ſunt." (Sane poeta ad ſenſum feriendum bene haec dixit, etſi minus accurate.)

Mox 63 ἔπληντ' ἀλλήλῃσι. Ven. B. bene obſeruat: τὸ δὲ ἔπληντο πρὸς φαντασίαν τῶν ῥηθησομένων. ὅμοιον δέ ἐστι τῷ· ἀσπὶς ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε (N, 131) Scilicet, πελάω, *admoueo*, πλάω, πλῆμι, vnde πλῆμαι, ἐπλήμην. Sed de hoc iam ad Δ, 449 dictum eſt, vbi iidem verſus leguntur. ἔμπληντ' Moſc. 3.

ἀλλήλοισι Cant. vti et Etymol. in ἔπληντ' ἀλλήλοισι.

64. ἐνθάδ'-ἅμ' οἰμωγή τε — Verſum iam Δ, 450 lectum recitat Apollon. Lex. h. v. ἐπὶ δὲ τῆς καυχήσεως. ἔνθα δ' ἅμ' — poteſt enim ſcribi haud vno modo ἔνθα δ', et ἐνθάδ'. ἔνθ' ἅμα et mox ὀλλύντων καὶ ὁ. ſine τ editur in Ammonio voc. ἅμα et ὁμοῦ. v. ad Δ, 450.

65. ῥέε δ' αἵματι γαῖα. ξ— quod ἔῤῥεε pro ἐῤῥείτη ἡ γῆ." Sch. A. (ſollenne hoc poetis, vt in hoc et ſimilibus inuertant vulgare: τὸ αἷμα ἔῤῥεεν ἐν τῇ γῇ dicantque ἔῤῥεεν ἡ γῆ αἵματι. Nec aliter Latini poetae) „et quod

primo mox loco ad poſterius rediit" (ſubtilitas vana, quaſi tantum τῶν ὀλλυμένων ſanguis terram madefeciſſet.)

66. ὄφρα μὲν ἠὼς ἦν, καὶ ἀέξετο ἱερὸν ἦμαρ. ξ „quod ἠὼς tempus matutinum vsque ad meridiem declarat h. l." Sch. A. adde B. et Heſych. in ἠὼς, laudato hoc verſu. cf. ſup. ad 1. —

ἱερὸν ἦμαρ. Ven. B. „quia per priorem diei partem ſacra fiunt; nam tempus poſt meridiem manibus ſacrum" (ſaltem veſpera et nox.) At obſeruatio eſt inepta. repetita ad Λ, 84. Alia non minus aliena ſunt ap. Euſtathium. Vt ſemel moneam, ἱερὰ dicuntur Homero et aliis omnia, non modo quae *ſacra* et *religioſa* ſunt, verum etiam quae aut *auguſta, venerabilia* et *reuerenda* ſunt, aut *magna* et *ſtupenda*, aut *cara* et magno in pretio habita, aut omnino *praeclara* et aliqua *ſui praeſtantia* ac dote ſe commendantia. In multis eſt adeo *carum, clarum, conſpicuum, munificum, benignum*, h. l. quod Romanorum *almus* dies. *alma* nox. νυὸς ἱερὸν inf. Λ, 194 et al. In aliis conuenit τὸ θεῖον cf. ad A, 366 in aliis τὸ σεμνὸν, τὸ κλεινὸν et ſic porro. Similiter ἀμβροσίη νὺξ, B, 57.

ἀέξετο ἱερὸν hiatum faciunt; Bentl. em. ἀέξεται vel ἀέξετ' ἄρ'. Legitur tamen verſus, vt nunc editur, in Heſych. ἠὼς. Schol. Apollon. Arg. III, 806. et iterum inf. Λ, 84. 85 vbi ὅτ' ἀέξεται emendabat Bentl.

68. ἦμος δ' Ἠέλιος μέσον οὐρανὸν ἀμφιβεβήκει. ξ quod poeta Solem ἐν οὐρανῷ, nunquam ἐν Ὀλύμπῳ, conſtituit cf. ad 46. Notat quoque Schol. A. ſcriptum fuiſſe ἀμφιβεβήκειν ea ratione grammatica, qua ſup. Γ, 388 ἥδειν pro ἥδει ſcribi vidimus. v. Obſſ. ad e. v. At Ven. B. argutatur in vocis ſenſu, hac ipſa dicens declarari, Solem eſſe maiorem terra, quoniam ἀμφιβαίνει, *amplectitur*, vt de maiore qui minorem tuetur, dicitur ἀμφιβῆναι (v. Not. E, 21). At eſt ſimpliciter, Solem *obire*, *traiicere caelum*, ad vulgarem oculorum ſenſum dictum. Virgilio eſt, *conſcenderat. medium Sol hau-*

ferat orbem Ge. IV, 425. ſc. curſu, pro, curſum ex hauſerat per caelum.

69. *καὶ τότε δὴ χρύσεια πατὴρ ἐτίταινε τάλαντα.* Appoſitum in Ven. B. Porphyrii Scholion: non, inquit ille, potens quidem fati eſt Iupiter; poteſt tamen illud differre vel accelerare. Prius in Sarpedone, (Il. Π, 433 ſq.) hoc in Achille declaratur. Καὶ h. l. apodoſin facit, vt alibi. Apud Clementem Strom. V, p. 727. Pott. eſt: *Αὐτὸς δὲ χρ.* Ceterum hinc *lances Iouis*, *Διὸς τάλαντα*, et *τὸ ῥέπειν*, et *ῥοπὴ τύχης*, ſunt declaranda; cf. inf. Π, 658. T, 223. X, 209 ſq. Aeſchyl. Perſ. 346 delenit exercitum deus *τάλαντα βρίσας οὐκ ἰσορρόπῳ τύχῃ*. Eſſe *τιταίνειν* et *τείνειν* cum ſimilibus proprie dicta de libra, ex h. l. docet Pollux IV, 171. et quod *τάλαντα* nunc ſunt ipſi *σταθμοί*, lances, lib. IX, 52. notat ex h. l.

70. *ἐν τ' ἐτίθει δύο κῆρε ταναηλεγέος θανάτοιο.* Duae *κῆρες* amborum exercituum fortunam declarant; ſeu *θανατηφόρους μοίρας*, *fata letalia*. Aeſchylus autem *τὰς κῆρας* accepit pro *animabus*, adeoque finxit (nobile drama) *ψυχοστασίαν*, in qua Iupiter Achillis et Memnonis *ψυχὰς* trutinat." Haec Ven. A. cf. Euſtath. Et iam olim obſeruauit Plutarch. de aud. poet. p. 15 A. Subiicitur ex Ven. B. duplex Scholion Porphyrii, quod ad vſſ. ſeqq. ſpectat; aut potius, quod probabilius, alteri loco Il. X, 209 adſcriptum fuit. Multae in iis argutiae ſuper voc. *κὴρ* et *δύο κῆρε*. Incuſatur quoque Aeſchylus, male accepiſſe *ἡ κὴρ*, quaſi eſſet *τὸ κῆρ*, *κέαρ*." (Reſpexit Aeſchylus potius alterum locum de Achille et Hectore Il. X, 209 et *ψυχαὶ* ipſi ſunt vitae fatum ſuum ſubiturae.) Ceterum fatendum eſt, *κῆρας* variis modis a poetis eſſe memoratas, *Κῆρας θανάτου*, *Κῆρας Ἐρινύας* (Aeſchyl. VII ad Th. extr.) et ſic porro, ita vt etiam in locum non modo *Μοιρῶν*, ſed et *Ἐρινύων* ſucceſſiſſe videri poſſint; egit de iis Goens ad Aeſchyli Agamemn. p. 52a ſq.

Ceterum docta nota est ad h. l. Koeppenii, cum diiudicatione inuenti poetici, quod ille tamen nec pulcritudine nec sublimitate se commendare censet. Videtur vir acutus ad nostrorum temporum sensum rem revocasse. Homerica aetas, non pro arbitrio, sed ex Necessitatis et Fati lege, fata dispensare Iouem existimabat; tum Iouis lances vsu loquendi iam erant frequentatae: vnde saepius memorantur Π, 658. T, 223. 4. X, 209. Magna vtique, terribilis et sublimis est rerum species, si duorum exercituum fortunam, alterius victoriam et fugam alterius, trutinae momento constitutum nunc iri cogites.

72. ἔλκε δὲ μέσσα λαβὼν, ῥέπε δ' αἴσιμον ἦμαρ Ἀχαιῶν. αἴσιμον ἦμαρ τὸ εἱμαρμένον interpretatus est iam Apollon. Lex. et εἱμαρμένη ἡμέρα καὶ πεπρωμένη Sch. br. Aliena tamen est ab Homero notio Fati et tragica et philosophica. Euentus, qualis fuerit, declaratus ab eo est notione ab aetatis suae simplicitate petita. — ἕλκειν in trutinando dici nota res, vt et ῥέπειν de lance grauata; alias pondus ἕλκει, καθέλκει. Vnde et ὁλκὴ pro pondere. nunc trutinans ἕλκει, h. τιταίνει. τείνει, lancem μέσσα λαβὼν, adeoque *iustinet lances aequato examine*: Virgil. Aen. XII, 725.

73. αἱ μὲν Ἀχαιῶν κῆρες ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ — 74. ἑζέσθην, Τρώων δὲ πρὸς οὐρανὸν εὐρὺν ἄερθεν. — ἀθετοῦνται duo versus, quod cum antea Achiuorum vna esset κήρ, altera Troianorum, nunc κῆρες Ἀχαιῶν memorantur: Ita Ven. A. Sed praestat, eius verba apponere: ἀθετοῦνται, ὅτι ὑπὲρ ἑκάστου στρατεύματος κῆρα ζυγοστατεῖ ὁ Ζεύς, οὐ πλείους. ὡς ἐπὶ Ἀχιλλέως καὶ Ἕκτορος (sc. etiam duae κῆρες sunt Il. X, 210. 211 ἐν δ' ἐτίθει δύο κῆρε ταναηλεγέος θανάτοιο, τὴν μὲν Ἀχιλλῆος τὴν δ' Ἕκτορος.) ὁ δὲ διασκευαστὴς ἐξέλαβε πολλάς. (Non tam clarum est, vti vulgo putatur, quo sensu διασκευαστὴς dictus sit? h. l. videtur esse interpolator; alibi, is qui vulgarem recensionem constituit; an is qui primus Iliadem ordinauerit, eo nomine designetur, nondum vidi satis ad fidem declaratum; h. l. est, „is qui hos ver-

fas intexuit, intellexit *multas* esse κῆρας, Achiuorum et Troianorum, pro copiarum multitudine. Addit Sch. A. ineptum enim fore, si quis δύο κῆρες Achiuorum, totidemque Troianorum dicere vellet. Simpliciter dicendum erat: in Ἀχαιῶν κῆρες poetam posuisse nunc pluralem pro singulari: quid enim vsitatius? inprimis cum h. l. sit collectiue ἡ κὴρ Ἀχαιῶν. At argutatur et ille et Ven. B. qui comparat δύω δὲ θύραι Od. N, 109 et cum illis Porphyr. in Schol. B. ad 71 miris modis; hic quidem ait fuisse qui ἑζέσθην tanquam duale acciperent de duobus, (quod quis neget recte esse factum?) vnde et nonnulli duas κῆρας in vtraque lance positas intellexerint; at esse pro ἕζοντο, sensu plurali dictum, vt μιάνθην Δ, 146 (ad quem versum similes argutias videbis) et esse adeo habendum idem atque ἕζετθεν pro ἑζέσθησαν. Sane licebit reponere ἕζετθεν, vti sequitur ἄερθεν pro ἀέρθησαν. et testatur Ven. A. ἐν ἐνίοις διὰ τοῦ ε, ἕζεσθεν. Nec aliter videtur in suo codice habuisse Schol. br. auctor, et Mosc. 1. in marg. ἐν ἐνίοις ἕζεσθεν. At poeta ad sensum respiciens, cum in plurali κῆρες duae quoque κῆρε comprehendi possint, verbum duale apposuit; nam est haud dubie dualis ab ἑζόμην; et iunxit mox cum plurali ἄερθεν.

75. 76. Argutantur Schol. B. cum Sch. br. in σέλας δαιόμενον. Scilicet non est merum fulgur; sed fulmen, subsequente tonitru.

76. ἦκε σέλας μετὰ λαὸν — Flor. Ald. 1. κατὰ λ.

77. πάντας ὑπὸ χλωρὸν δεὸς εἶλε. Sch. A. ἐν ἄλλῳ "δέος ἤρει. quod erat sup. H, 479. At ὑπὸ — εἶλε etiam Ξ, 506 occurrit. Vnus Vindob. ἤρει.

Ceterum, h. l. facile assequaris, cur Achiui fulmina Iouis in malum omen verterint potius, quam Troiani id ad se pertinere putauerint, scilicet, quia fulmina mittuntur in castra Achiuorum; vt iterum inf. 132. 3. 4. adde 170. At supra H, 478. 9 ambiguum erat, ad vtros, an ad vtrosque, Troianos et Achiuos, τὸ σφὶν spectaret, nec omnino caussa apparebat, cur tonitru pro ostento habe-

retur: ita vt illis verſibus inſerendis materia petita videri poſſet ex huius noſtri libri verſibus.

78. οὔτ' Ἀγαμέμνων, ed. H. Steph. οὐδ' male poſt οὔτ' Ἰδομενεύς.

79. οὔτε δύ' Αἴαντες μενέτην, θεράποντες Ἄρηος. Promtum eſt incidere animo in δὺ' Αἴαντε μενέτην. et eſt Αἴαντε in Mori (ſed omiſſo δύ', οὔτ' Αἴαντε) Vrat. A. vno Vindob. Schol. Lip. quo permotus Erneſti probabat ſphalma editionis Turnebi θεράποντε Ἄρηος, quod hiatum infert. Bentleius emendabat οὔτ' Αἴαντε δύω μενέτην. Hoc exhibet quoque vn. Vindob.

80. Νέστωρ δ' οἷος — οὖρος Ἀχαιῶν. primo nunc occurrit, ὁ φύλαξ. καθὸ συνήθως οὖρος Ἀχαιῶν. ait Apollon. Lex. h. e. quatenus prouidet, proſpicit, commodis Achiuorum, prudens ac prouidus. Ante οἷος deeſt δ' in Moſc. 1. binis Vindob.

81. οὔτι ἑκὼν ἀλλ' ἵππος ἐτείρετο. In Ariſtide To. II, p. 245 vbi vſſ. 81. 86 recitat, legitur οὗτοι male; nam fuit ουτι ϝεκων. Porro Sch. A. ἐτείρετο. ἔν τισι τῶν ὑπομνημάτων· ἐδάμνατο. Mox ϝελενης hic quoque reſinxerat Bentl.

83. ἄκρην κακκορυφὴν, ὅθι τε πρῶται τρίχες ἵππων. Scribi quoque κὰκ κορυφὴν notauit Barnes; et hoc verius habeo: v. inf. ad vſ. 441. malim tamen vel ſic putare, κατ κορυφην antiquitus ſcriptum eſſe.

ὅθι ταὶ πρῶται in Heraclidis Alleg. Homer. p. 434. (c. 19. p. 66. Schow.) ἵνα τε Ariſtotelis edd. de Generat. Animal. V, 5. vbi hoc ipſum docet, tenuiſſimum eſſe equis os circa cerebrum. ὅθι γε vn. Vindob. πρῶτα ap. Ariſtidem l. c. πρῶται, ἀντὶ τοῦ, ἄκραι Sch. B. τὸ καλούμενον προκόμιον Sch. B.

84. κρανίῳ ἐμπεφύασιν. Ariſtid. l. c. ἐμπεφύκασι cum metri vitio. De voc. καίριον v. ad Λ, 439.

85. ἀλγήσας δ' ἀνέπαλτο. Ita hic et Τ, 424. Ψ, 649. add. Τ, 351 ſcribunt grammatici, et ductum eſſe volunt a πάλλομαι, vt ſit pro ἀνεπάλλετο. v. Euſtath. Etymol. cf. inf. ad Ψ, 692. Quod nullo modo fieri poſ.

ſe cenſeo. Saltem diceres, ita eſſe ἀνεπέπαλτο, et omiſſa reduplicatione ἀνέπαλτο. Ita conueniret in Eurip. Or. 322. Eumenides, αἵ τε τὸν ταναὸν αἰθέρ' ἀμπάλλεσθ', pro ἀνὰ τὸν αἰθέρα πάλλεσθε, πτερωταὶ οὖσαι. Probabilius tamen ductum eſſe ab ἄλλομαι, quod et ἄλμι fuiſſe videtur (cf. ſup. ad H, 260) vnde ἧλμαι, ἤλμην, ἧλτο, ἅλτο. inde ἀνεπᾶλτο ſcribendum erat. Manſit antiqua forma inter Dores. Sic etiam viros doctos ſenſiſſe video ad Heſych. in ἔπαλτο, etiam Barnes cum Clarkio. Eodem ducunt Schol. br. ἀνεχαιτίσθη, ἀνήλατο. et inf. N, 643 et Φ, 140 eſt ἐπᾶλτο. ſupra H, 260 ἐπάλμενος, vbi v. Obſſ. et ad Λ, 192. ἀνεπήλατο praeclare reſtituunt viri docti Moſcho II, 109 pro ἀνεπίλνατο. Erit quoque ſcribendum ἐκκατεπᾶλτο inf. T, 351. Nec aliter acceperunt ſeriores: Apollon. IV, 465 Αὐτίκα δ' Αἰσονίδης πυκινοῖο ἐπᾶλτο λόχοιο. Reiske corrigebat ἀπᾶλτο. Brunck. edidit πυκινοῦ ἐξᾶλτο, quo duxerat πυκινοῦ in binis codd. Etiam ap. Quintum, vt II, 247 Ἀντιλόχῳ ἐπιᾶλτο.

Porro Etymologus in ἀχρής· οἷον· ἀχρὴς δ' ἀνέπαλτο. Videtur itaque lectum aliquando h. l. ἀχρὴς δ' αὖ ἀνέπαλτο, aut verius ἀνεπᾶλτο.

κυλινδόμενος περὶ χαλκῷ. non vno modo poteſt accipi; aut, vt vulgo ſit, equum praecipitatum prae dolore caput volutaſſe, vt ſagittae ferro ſe liberaret, ita vero tanto altius illud intraſſe in cranium: βέλος δ' εἰς ἐγκέφαλον δῦ. niſi dicas δὲ eſſe pro γὰρ, *nam in cranium adactum erat ferrum.* Ita fere etiam Euſtath. accipit, niſi quod vſum τοῦ περὶ inſolentem eſſe ait. Scholia br. de rotis currus accipiunt: περὶ τῷ σιδήρῳ τῶν ἐπισώτρων, ὅ ἐστι, τῶν κανθῶν. Liceret quoque πέρι retrahere ad verbum, περικυλινδόμενος, circumuolutus χαλκῷ, διὰ τοῦ χαλκοῦ, ſagitta. Praeſtat, puto, manere in vulgari interpretatione: in quem modum iam olim verſum Virgilianum hinc expreſſum accepi: equus *eiecto* equiti *incumbit cernuus armo* ſuo: Aen. X, 894.

Ceterum ſimile discrimen adiit Neſtor in Memnonis congreſſu (cuius mentio fit Od. Δ, 187. 8.) v. Pindar.

P. VI, 20 ſqq. Aliter narratio ſe habet ap. Quintum lib. II. Vtrumque confundit Schol. ad Pindari locum.

87. ὄφρ' ὁ γέρων ἵπποιο παρηορίας ἀπέταμνε Φασγάνῳ ἀΐσσων. παρηορίας, τὰς τοῦ παρηόρου ἡνίας ex Schol. A. et Sch. br. eſt tenendum; male aliter Schol. B. In Apollonii Lex. — καὶ παρηορίας τοὺς δεσμοὺς (τοῦ ἵππου παρηόρου ſupple, qui qualis ſit, dictum eſt ad H, 156.)

In ἀπέταμνε Porphyr. in Sch. A. B. br. quaerit notam tarditatis ſenilis. (adiectum tamen ἀΐσσων vides) ſcilicet in eo, quod non ἀπέταμε, ἀπέκοψε dixit, ſed imperfecto tempore, ἀπέταμνε. Valde celebratam hanc obſeruatiunculam fuiſſe, patet etiam ex eo, quod Tatianus ad Gentes 51 eam memorat. Et Euſtath. hinc petiit: τὸ δὲ ἀπέταμνεν ἀστείως εἴρηται.

ἀπέταμνε quod Ionicum eſſe Euſtath. ad h. l. monet eſt ἀπέτεμνε in codd. Lipſ. Ven. Cant. Mori. Vrat. b. c. A. Moſc. 3. Vindob. et edd. praeter Romanam, e qua Barnes recepit; idque ſeruatum eſſe volo, cum Ionicum ſit et Homero frequentatum τάμνω.

89. ἦλθον ἀν' ἰωχμὸν, θρασὺν ἡΐοχον Φορέοντες Ἕκτορα. ξ quod Hectorem παραβάτην dixit poeta ἡνίοχον; improprie.

ἰωγμὸν Bentl. laudat e Schol.

90. Ἕκτορα· καί νύ κεν ἔνθ' ὁ γέρων ἀπὸ θυμὸν ὄλεσσεν. Mori μετὰ θυμὸν ὁ. perperam. ὁ γέρων abſolute etiam alibi de Neſtore, vt E, 24. At otioſe in verſus capite appoſitum Νέστορα· quod verſum refert in numerum verſuum ſuppletiuorum. Senſiſſe hoc videtur Bentleius, qui emendat: Καί νύ κεν ἔνθ' ὁ γέρων Νέστωρ ἀπὸ θυμὸν ὄλεσσε. Sufficiebat ſane θρασὺν ἡΐοχον Φορέοντες. Sic inf. 126 ὁ δ' ἡνίοχον μέθεπε θρασύν.

92. σμερδαλέον δ' ἐβόησεν haud dubie Ionicum fuit, δὲ βόησεν.

94. πῇ φεύγεις, μετὰ νῶτα βαλὼν, κακὸς ὥς, ἐν ὁμίλῳ. Ambigua eſt interpunctio: vel κακὸς ὡς ἐν ὁμίλῳ ſc. φεύγει. vel vt poſui. vel vt iungantur ſeqq. ἐν ὁμίλῳ μήτις τοι φ. Praeſtat quod editur: πῇ φεύγεις ἐν ὁμίλῳ,

μεταβαλὼν τὰ νῶτα, ὡς κακός. Inutilis eſt coniectura Dauiſii ad Cicer. de Or. II, 72 μετὰ νῶτα βαλὼν σάκος, ὡς ἐν ὁμίλῳ μή τις τοι — *reiecto in tergum ſcuto, ne quis in turba* — aut, vt Homerus ſcriberet, ὥς τ' ἐν ὁ. Inciderat in eandem coniecturam Bentl. ex Il. Λ, 544 στῆ δὲ ταφὼν, ὄπιθεν δὲ βάλε σάκος ἑπταβόειον. Verum hoc alienum ab h. l. nam ibi Aiax non vt ignauus, et perterritus fugit, ſed fortiter pugnando recedit, tergum tuendo: at qui fugit, tergum nudat. Haerebat quoque Bentl. in κακὸς ὡς, quod eſſe volebat ἕως. De hoc tamen v. ad Γ, 196. Iterum occurrit Z, 443 αἴ κε κακὸς ὥς, νόσφιν ἀ. et κακὸν ὡς, Β, 190. Ο, 196.

μετὰ νῶτα βαλὼν, Heſych. hinc corrig. μεταβαλὼν νῶτα. Idem in μεταβαλών· μεταβὰς, στραφείς. μεταβαλὼν eſt ſimpl. στρέψας, vt, vertere tergum.

ποῖ Φεύγεις — κακὸς ὡς recitat Maxim. Tyr. (5.) XXII, p. 416. T. I. Reisk.

Ceterum meticuloſi hominis notam ſibi contraxit ex h. l. Vlyſſes apud ſeriores, etiam Tragicos; iterum in pugna ſociorum auxilium implorando, cum ab Aiace fuit ſeruatus; Il. Λ, 461 ſqq. quod opprobrium ipſi factum videbis in contentione de armis Achillis. Alia v. ap. Euſtath.

97. οὐδ' ἐξάκουσε πολύτλας δῖος Ὀδυσσεύς. ξ „quod ambiguum eſt, omninone non audierit Vlyſſes, an audiens non admiſerit dictum. Hoc Ariſtarchus maluit ἀκούσας οὐκ ἐπείθθη. Schol. A. B. et Apollon. de Syntaxi p. 292, 10. repetit ea Sch. br. auctor, cf. inf. ad 266. Schol. A. poetae tamen ſenſui prius magis conuenire arbitror. Ingenioſe ex h. l. petiit Ouidius Met. XIII, 65—69 ea, quae exprobrat Vlyſſi Aiax in armorum iudicio, et Quintus V, 201 ſq. quos ſi compararis, eodem ex fonte ſua hauſiſſe videbis, ſcilicet ex Cyclico aliquo poeta antiquiore.

99. Τυδείδης δ', αὐτός περ ἐὼν — ξ quod αὐτὸς idem ac μόνος. Notant idem Schol. br. Et Schol. Theocr. XI, 12. αὐταὶ ἀντὶ τοῦ μόναι. Ὅμηρος· Τυδείδης δ'

αὐτὸς πονέων, ἀντὶ τοῦ, αὐτόματος καὶ μόνος. vt videri possit ita h. l. legisse. Homericum tamen esset πονεύμενος vt Δ, 374. non πονέων.

100. στῆ δὲ πρόσθ' ἵππων. Bentl. memorat nescio vnde πάροιθ' ἵππων. Sane et hoc bene, nec minus tamen illud, vt iam vidimus E, 107 πρόσθ' ἵππουν καὶ ὄχεσφιν.

103. χαλεπὸν δέ σε γῆρας ὀπάζει. „Est haec Aristarchea lectio. At Ixion legebat ἐπελγει. in alio libro erat ἱκάνει." Sch. A. Similis varietas occurrit et alibi: vt Ψ, 623 ἤδη γὰρ χαλεπὸν κατὰ γῆρας ἐπείγει. vbi vide. cf. Od. Λ, 195. 496. Ἱκάνει, aliquoties in Homero obuium, erat in Cant. Townl. Vrat. b. et Mosc. 1. in marg. cf. inf. ad 147. At ὀπάζει defenditur auctoritate Mori, vtriusque Veneti, et plurium codd. tum Apollonii Lex. h. v. Lucianus qui vss. 103. 104 suauiter vtitur de sene oratore, παραφράζει, Σὴ δὲ βίη λέλυται, χαλεπὸν γῆρας κατειληφέ σε.

104. ἠπεδανὸς δέ τοι θεράπων. ἠπεδανὸς, ἀσθενὴς ἢ ἄτεχνος. in hoc conueniunt Sch. A. B. br. Etymol. Hesych. tum in etymo a πέδον, vt sit ἀπεδανὸς, contrarium τοῦ ἔμπεδος *firmus*. Manebo in priore, quae vocis vis est, *imbecillus*. Od. Θ, 311. nam robur in regendis equis non minus spectatur, quam ars: hanc ex contexto inferre videntur grammatici. Versum apponit Erotian. in Lex. Hippocr. in κατηπεδανὸν, κατησθενηκός.

θεράποντα quomodo de equo funali intelligere potuerint viri docti, miror. Nestoris θεράπων et auriga erat Eurymedon, de quo mox memoratur 114. vide Λ, 619 vbi Ἵππους δ' Εὐρυμέδων θεράπων λύε τοῖο γέροντος.

105. 6. 7. Iidem versus iam supra ex Aeneae persona ad Pandarum.

105. Ἀλλ' ἄγ' ἐμῶν ὀχέων ἐπιβήσεο, ὄφρα ἴδηαι Bentl. adscripserat ἐπιβήσεαι. At ἐπιβήσεο iam lectum sup. E, 221. Λ, 512. et κατάβησεο, E, 109. cf. ad B, 35. Γ, 262. At alia quaestio est de hiatu ἐπιβήσεο ὄφρα, de quo vide ad E, 221. In Vrat. b. est ἐπιβήσεαι. Sic est

ſet refingendum ἐπιβήσαι· ὄφρα. Metum tamen vanum eſſe intelliges, ſi — σεο vna ſyllaba pronuntiandum eſſe audieris.

106. ἐπιστάμενοι πεδίοιο ξ— quod deeſt διὰ πεδίοιο. At alius in eodem Sch. A. iungere maunlt cum ἔνθα καὶ ἔνθα πεδίου. vt πολλὰ δ' ἄρ' ἔνθα καὶ ἔνθ' ἴ. θυσε μάχη πεδίοιο. (Il. Z, 2. ac ſi non in his quoque διὰ ſit intelligendum!)

107. διωκέμεν ἠδὲ φέβεσθαι. ξ— quod φέβεσθαι ſemper apud Homerum, nunquam φεύγειν. Vnde et Φόβον Ἄρηος Φορέουσαι (pro Φυγὴν B, 767.)

108. οὓς ποτ' ἀπ' Αἰνείαν ἐλόμην μήστωρε Φόβοιο. — „Verſus ἀθετεῖται, quandoquidem abſurdum eſt narrare haec haud ignaro; et in tanto diſcrimine; et quod πότε de heſterno die.“ Sch. A. At Sch. B. ἠθικῶς ait „rem heri geſtam memorari, (puto, vt gloriabundus Diomedes haec repetat) vt Od. X, 290. Philoetius: τοῦτό τοι ἀντὶ πυθοῦ ξεινήϊον.“ Habemus hic exemplum manifeſtum ἀθετήσεως ex mero grammaticorum iudicio profectum, non ex auctoritate aut varietate lectionis. Nec tamen adeo mirum videri debebat in poeta, tempus paullo ſolutius declarari. Etiam inf. Ξ, 45 ὅς ποτ' ἐπηπείλησε pro Χθές. v. Obſſ.

μήστωρα Φόβοιο. lectio erat vulgata inde a Turnebo, duce ed. Rom. cui adſtipulabantur edd. Flor. Ald. 1. Eſt ſane epitheton ſollenne heroum, tanquam fugae auctorum, hoſtem fugantium; vt Diomedis Z, 97. 278. Hectoris M, 39. Patrocli et al. Sic quoque Cant. et pars codd. h. l. Et Aeneam μήστωρα Φόβοιο appellat Plato in Lachete p. 19 B. vt iam tum aut hic aut ſup. F, 272 ita lectum eſſe appareat.

At enim Ald. 2. μήστωρε Φόβοιο intulerat, vt ad equos referretur; idque ſequuti ſunt editores vsque ad Turnebum. Pronuntiat Euſtathius: οἱ δὲ γράψαντες, μήστωρε Φόβοιο, ἤγουν μήστωρας, πάνυ σφάλλονται τοῦ ὀρθοῦ. At fallitur ipſe; epitheton equis tributum, a fuga hoſti currum incurſu inlecta, multo magis h. l. in

equos cadit, quam in Aeneam; eratque illud praelatum alteri iam ſup. E, 272 vbi v. Obſſ. Firmant hanc lectionem Mori. Townl. Moſc. 1. Lipſ. Ven. fuitque ideo recipienda. De voc. *μήστωρ* v. Obſſ. ad Δ, 328.

109. *τούτω μὲν θεράποντε κομείτων.* ξ „quod duales ſeruauit, nullo admixto plurali: *τούτω* et *θεράποντε*." cum alias iungat dualem et pluralem.

κομείτων. ita quoque Ven. „curanto." At Schol. A. memorat, „Ariſtarchum legere *κομείτην*" idemque habet Vrat. b. Moſc. 1. a m. pr. vn. Vindob. Ferrem, ſi eſſet *κομοίτην*. Occurrit quidem mox vſ. 113 *θεράποντε κομείτην*. ſed ibi eſt pro *ἑκομείτην*.

τώδε δὲ νῶϊ. Quod *τώδε* acuitur, non circumflectitur, obſeruatur in Sch. A. ex Herodiano *ἐν τῇ ζ'*. ſcilicet *τῆς Ἰλιακῆς προσῳδίας*.

110. *Τρωσὶν ἐφ' ἱπποδάμοις ἰθύνομεν.* Ita leginus ex emendatione Barneſii, nunc quoque e bonis codd. Mori, Vrat. a. b. Moſc. 1. Ven. cum alii codd. et edd. ante Barnes. habeant *ἱπποδάμοισιν ἰθύνομεν*, vitio prosodiaco. Lipſ. cum aliis *ἱπποδάμοισι ἰθ.* Peccatum plerumque in priore ſyllaba huius vocis.

ἰθύνομεν. ex accurata loquendi ratione erat *ἰθύνωμεν*. reſtat et hoc ex vetere ſermone nondum ſatis grammatice conſtituto. cf. ad H, 39.

111. *εἴ καὶ ἐμὸν* — Ven. et Townl. *ἦ καὶ*, neque hoc temere; ſcripſere enim ſic veteres, vt Γ, 215 vbi v. Obſſ. vbi Euſtath. hunc ipſum verſum ita lectum excitat.

114. *καὶ Εὐρυμέδων ἀγαπήνωρ.* ξ „quod hic Neſtoris auriga eodem nomine eſt, quo Agamemnonis" ſupra Δ, 228. *Εὐρυμέδων υἱὸς Πτολεμαίου Πειραΐδαο. ἀγαπήνωρ* primo nunc occurrit: Apollon. Lex. h. v. *ἀγαπῶν τὴν ἡνορέην. ἀνδρεῖος*, ex eo idem alii. In capite verſus Ἰφθιμοι Σθένελός τε Ven. Ἴφθιμος. et *τε* abeſt a Flor.

115. *τὼ δ' εἰς ἀμφοτέρω Διομήδεος ἅρματα βήτην.* Mirum poetae placuiſſe durius hyperbaton; mitigatur tamen ſi cogites iungenda eſſe *εἰςβήτην*.

Bentleius versum recidit; puto propter hanc transpositionem; forte et, quia versus abesse potest.

116. Νέστωρ δ' ἐν χείρεσσι λάβ' ἡνία σιγαλόεντα. lectio a Turnebo propagata ex ed. Rom. nam antea edd. inde a Flor. Aldd. ἡνία Φοινικόεντα quod habent quoque codd. Cant. Harl. Vrat. b. c. Mosc. 3. duo Vindob. Par. et Ven. A. adiecto Scholio: ἐν ἄλλῳ· σιγαλόεντα. (de qua voce sup. ad E, 226.) Forte hoc retractum ex 137. Habent tamen illud etiam Codd. vt Mori. Eustath. vtrumque agnoscit. Si Φοινικόεντα praefertur, pronuntiandum illud quatuor syllabis, vt ει contractum sit, nam Φοινι producitur; vt alibi Φοινικόεσσα. — Tandem χερσὶ Mori. Ita scribi debuit: ἐν χερσὶ λάβεν ἡνία.

119. καὶ τοῦ μὲν ῥ' ἀφάμαρτεν. ὁ δ' ἡνίοχον θεράποντα — ῥ' otiosum esse obseruat Ern. et μὲν potuisse per se produci. Recte; sexcenties tamen ῥα sic interponitur: vtique, sane; etsi expletiue. Forma ὁ δ', mutata structura, frequentissima est in Homero pro vulgari τὸν δὲ θεράποντα βάλε.

121. βάλε στῆθος παρὰ μαζόν. vn. Vindob. στήθευς.

122. ὑπερώησαν δέ οἱ ἵπποι. ὑπερώησαν, ὑπεχώρησαν. Apollon. Lex. h. v. Suidas et Hesych. ὑπανεχώρησαν.

123. τοῦ δ' αὖθι λύθη. αὖτ' ἐλύθη Mosc. 1.

124. Ἕκτορα δ' αἶψα κάχος πύκασε Φρένας ἡνιόχοιο. ξ quod deficit περὶ Ἕκτορος. et quod pro Φρένας Ἕκτορος. (Quis in antiquo grammatico, Ven. A. tam vulgaria expectet!) — ἄχος πύκασε Φρένας, petitum a caligine, nocte, quae obumbrat, obducit; recte hactenus ἐσκέπασε, περιεκάλυψεν. ἀπὸ τοῦ πυκάζειν, ὅ ἐστι καλύπτειν Ven. B. similiter Sch. br. Etymol. Idem versus iterum P, 83. Sic quoque Il. P, 581 τὸν δ' ἄχεος νεφέλη ἐκάλυψε μέλαινα.

125. καὶ ἀχνύμενός περ ἑταίρου. ξ quod περ non est περὶ sed particula aduersatiua et enclitica. (sc. est καίπερ) — εἴασσε male et h. l. Barn.

126. οὐδ' ἄρ ἔτι δὴν — De forma οὔτ' ἄρ' ἔτι δὴν δευέσθην v. Not. B, 708. 709.

128. Ἰφιτίδην Ἀρχεπτόλεμον ξ quod Zenodotus Ἐρασιπτόλεμον ſcribit, at in ſeqq. (v. 312) Ἀρχιπτόλεμον reliquit.

130. ἔνθα κε λοιγὸς ἔην καὶ ἀμήχανα ἔργα γένοντο ξ „quod ἔργα γένοντο, verbo plurali, vt σπάρτα λέλυνται B, 135." Sch. A. „γρ. ἔργ' ἐγένοντο" Barnes.

ἀμήχανα Sch. br. πρὸς ἃ οὐκ ἄν τις σχοίη μηχανὴν εὑρεῖν. ἐξ οὗ, δεινὰ καὶ χαλεπά, bene. Similia apud Etymol. add. Heſych. h. v.

131. καί νύ κε σήκασθεν κατὰ Ἴλιον, ἠΰτε ἄρνες. ξ „quod τὸ σήκασθεν ipſe interpretatur poeta, adiecto ἠΰτε ἄρνες, ὡς εἰς σηκὸν κατεκλείσθησαν. Idem Scholion habet Euſtath. Sch. br. Etymol. add. Heſych. in ἐσήκασθεν, et σηκάσθησαν. quod non eſt mutandum; fuit enim in eius codice, quod in Townl. eſt: καί νύ κ' ἐσήκασθεν. hoc et Apollon. Lex. h. v. agnoſcit p. 305. etſi idem σήκασθεν quoque habet, verſu hoc ipſo laudato p. 600. in σηκοί, αἱ ἐπαύλεις. cf. Porphyr. ad E, 137.

ἠΰτέ γ' ἄρνες Cant. et Bentl. ἠΰτ' ἄρ' ἄρνες. non animaduerſo digammo ϝαρνες. de quo v. ad Γ, 193. Δ, 158. ἠΰτε ἄρνες diſerte Etymol.

Supplendum eſſe οἱ Τρῶες, intelligitur ex ipſa re. At Barnes verſum excidiſſe putabat.

133. βροντήσας δ' ἄρα δεινὸν, ἀφῆκ' ἀργῆτα κεραυνόν. Barnes ex Euſtath. δεινὰ καθῆκ' conficit; luſiſſe eum putes. βροντήσας δὲ δεινὸν legi vult Knight p. 62. cf. ad H, 117.

ἀργῆτα Apollon. Lex. λευκὸν καὶ λαμπρόν. addit tamen idem eſſe poſſe, velox fulmen. Priora repetiit Heſych. add. Etymol.

134. καὶ δὲ πρόσθ' ἵππων. vt verſus fluat lenius, Bentl. tentat: καδδὲ πάροιθ' ἵππων vel καδδέ γε πρόσθ' ἵππων.

135. δεινὴ δὲ Φλὲξ ὦρτο θείοιο καιομένοιο. haud dubie de ſulfure ignis fulminei; vnde et θείοιο γίνεται ὀδμὴ, Il. Ξ, 414. Od. M, 415. 6. 7. θέειον quidem idem quod θεῖον eſſe potuit, ab originis diuinae opinio-

ne ductum: nunc tamen τὸ θέειον eſt ſulfur; et male grammatici nonnulli accipiunt pro θείου ſc. κεραυνοῦ in Sch. A. Sch. br. Alia tentata in Etymol. perperam.

136. τὼ δ' ἵππω δείσαντε καταπτήτην ὑπ' ὄχεσφι. Καταπτήτην, Sch. br. κατέπτηξαν. ἐφοβήθησαν. Sic et Heſych. h. v. δυϊκῶς. Male contractum eſſe voluere ex κατεπτηξάτην. Fuit enim forma πτέω. πτῆμι, vnde ἔπτην, ἐπτήτην. Alia forma fuit πτήσσω. et πτοέω, πτώσσω. eadem notione τοῦ conſternari. Alio ſenſu fuit πτῆμι, ἵπτημι, de volatu.

137. Φύγον ἡνία σιγαλόεντα. legebatur ſic iam in edd. Flor. et Aldd. Φύγεν in Rom. et Euſtath. vnde intulit Turneb. Sane nil refert vtrum retineas: tuentur tamen Φύγον codd. potiores Cant. Harl. Barocc. Mori. Townl. Moſc. 3. Vrat. A. tres Vindob. Lipſ. Ven. Et Schol. A. „Ariſtarchea lectio: Φύγον, alii Φύγεν." Addit: „in alio φοινικόεντα" vt et in vno Vindob. puto ex vſ. 116. De σιγαλόεις v. ad E, 226.

139. Τυδείδη, ἄγε δ' αὖτε Φόβονδ' ἔχε μώνυχας ἵππους. ξ. „quod Zenodotus pro δ' αὖτε legerat νῶϊ, quod ſenſu caret; nam νῶϊ eſſet ἡμεῖς aut ἡμᾶς. porro" quod iterum Φόβος pro Φυγή. Φόβονδ' ἔχε, εἰς φυγὴν ἔλαυνε.

Dicas: atqui equos regebat Neſtor, (vt ſup. 116.) non Diomedes. Scilicet huic communicat, quod eo conſentiente eſt factum.

140. ἦ οὐ γιγνώσκεις, ὅ τοι ἐκ Διὸς οὐκ ἔπετ' ἀλκή. Variat γιγνώσκεις et γινώσκεις etiam h. l. vide ad B, 468. ὅ τοι adoptatum a Barnes ex Euſtath. et ipſa ed. Rom. tum e Cant. adde Vrat. a. c. Lipſ. Ven. Editum antea ὅτι, quod et codd. pars agnoſcit, vt Mori. Harl. Vrat. b. a m. pr. nec id male poſt γιγνώσκω. Verum h. l. hiatus exſiſteret. praeferendum igitur ὅ τοι, eodem vſu, καθ' ὅ. δι' ὅ. pro ὅτι. ſolere et ὅ poſt γινώσκω adhiberi, obſeruauit Erneſti ad E, 433.

ἀλκὴ, a Sch. B. redditur βοηθή. fuit puto βοήθεια, quod et Sch. br. habent. Eſt ἀλκὴ h. l. eius qui ſupe-

flor est, vincit, victoria: cuius arbiter est Iupiter; idem fere ἄνδος.

143. ἀνὴρ δέ κεν οὔτι Διὸς νόον εἰρύσαιτο. Mirifice variat scriptura in extrema voce: εἰρύσαιτο, vno sibilo, exaratum in ed. Clark. et iam ante a Turnebo, puto ex Eustathio, quem sequutus est Stephanus: nescio consilio an casu; nam in Flor. Aldd. ἐστ εἰρύσαατο, quod reductum a Barnes. Est quoque σσ in Venetis; at εἰρύσαιτο in Townl. Barocc. trinis Vrat. nisi quod in Vrat. b, correctum σσ. Sch. A. reddit οὐδεὶς ἀνὴρ τὸν τοῦ Διὸς νόον ἐπισπάσαιτο ἢ φυλάξαιτο, ὥστε τὰ συμφέροντα αὐτῷ γενέσθαι. Sch. B. λείπει τὸ μετά. (vt sit pro μετεισρύσαιτο.) redditque: ἀνὴρ δὲ τὸν Διὸς νοῦν, παρ' ὃ θέλοι αὐτὸς ὁ Ζεύς, οὐκ ἂν μεθελκύσῃ οὐδὲ μετακθήσει. vterque perperam, et cum iis Eustath. Ignoratio prosodica viros doctos fugit, esse duo verba alterum ϝερυω, media breui, traho, alterum ῥύω vel ἐρύω, longa, observo, tueor, caueo, auerto. v. Exc. IV ad A. Est h. l. εἰρύσαιτο ab ἐρύω, ἐρύομαι, ῥύομαι, a notione τοῦ φυλάξασθαι, custodiendi, progressus factus ad notionem τοῦ inhibendi, coercendi, βιάζεσθαι. vnde etiam ἐρύκειν. Ita nec εἰρύσσαιτο h. l. (nam ῡ per se producitur) nec ab ἐρύω traho νοον ϝειρυσσαιτο, vti nec χόλον οὐκ ἐρύσαιτο Ω, 584 scribi potest. Melius itaque ad sensum Sch. br. κατάσχῃ, κρατήσειεν, ἐκφεύγῃ. et tamen εἰρύσσαιτο praefixum, etiam in Ed. pr. Etymol. in εἴρυτο, versu hoc laudato subiicit: κατάσχοι. κρατήσειεν. ἀπὸ τοῦ ἐρύω. An Hesychii glossa εἰρύσαιτο, γνοίη, ad h. l. spectet, dubito; at notio illa occurrere creditur Od. Ψ, 81. 82.

144. ἕπεσθαι πολὺ φέρτατός ἐστι. sic legebatur in edd. At φέρτερος Barocc. Ven. A. B. Lips. C. H. M. Townl. Mosc. 1. Editum erat φέρτατος; parendum fuit codd. auctoritati: etsi parum refert. Varietas et alibi occurrit, vt A, 581.

146. κατὰ μοῖραν ἕειπες. ἔειπας Barocc. Mori. duo Vindob. de quo v. ad A, 106.

147. ἀλλὰ τόδ' αἶνον ἄχος. τόγ' αἶνον Barocc. Morivn. Vindob. Aliquoties repetitur versus inf. O, 208. Π, 52.

148. 9. Laudat versus Aristot. Ethic. Nicom. lib. III, c. 11, vt probet, viros fortes apud eos populos reperiri, inter quos honoris et pudoris ratio habetur. Est oratio affectus plena, vnde figura Ἕκτωρ γάρ, pro τόδε ἄχος ἰκάνει, ὅτι Ἕκτωρ φήσει.

149. Τυδείδης δ' ὑπ' ἐμεῖο φοβεύμενος — ξ quod aperte φοβεύμενος pro φεύγων" Sch. A. φορεύμενος vnus Vindob.

150. ὥς ποτ' ἀπειλήσει· τότε μοι χθόνι εὐρείῃ χθών. ξ ἀπειλήσει. καυχήσεται. κομπάσει. Ita enim ἀπειλεῖν dici solet, alibi pro εὔχεσθαι, vt Ψ, 863 οὐδ' ἠπείλησεν ἄνακτι. et de ira O, 179 ἠπείλει κἀκείνος etc. Eadem leguntur in Sch. br. cf. Eust. et primo loco Apollon. Lex. in ἀπειλεῖς.

εὐρείῃ pro εὐρέως etiam h. l. accipit Ven. B. vide ad Δ, 182.

152. οἷον ἔειπες. „γρ. ἔειπας" Barn. vt 146. sic duo Vindob.

156. τῶν ἐν κονίῃσι βάλες θαλερούς παρακοίτας. h. e. ἐνέβαλες κονίῃσι. Clarke argutias captat in tertio casu, cum proprie sit εἰς κονίας seu κόνιν.

157. Φύγαδε τράπε Ionica forma, quam restitui, cum editum esset Φύγαδ' ἔτραπε· quam Ven. B. seruauerat; et Sch. A. τράπε. οὕτως διὰ τοῦ α, τράπε, αἱ Ἀριστάρχου. etsi expressum est in ed. Ven. ἔτραπε. Non igitur Aristarchus vsus Ionici satis certam rationem habuit; nam aliis in locis eam deserit.

Φύγαδε Sch. A. „vt ἄλαδε. vt adeo vel fuerit Φυγήν, Φύγα, vt σκέπην, σκέπα. vel dictum sit vt οἶκον, οἴκαδε." Eadem repetita alibi; vt ad Λ, 446. Π, 697. et in Etymol. Non viderunt grammatici fuisse formam primitiuam, Φύξ, σκέψ, οἴξ, οἰκός, οἶκα, vnde οἴκαδε, vt ἄλαδε ab ἅλς. Ascalonita tamen, si recte ex Eustath. ad Π, p. 1080, 14 et Sch. A. ad Π, 697 colligo, viderat.

158. αὖτις ἀν' ἰωχμὸν, sic pars codd. Mori. Ven. et al. αὖθις al. et edd.

161. περὶ μέν σε τίον. Ita est περιτίω. Alii πέρι, quia esse potest, ὑπὲρ ἄλλων πάντων. v. ad Δ, 375. Monet Sch. A. esse σε h. l. enclitice positum; ergo non μὲν σὲ, et patet quoque lectum fuisse μέν σ' ἔτιον.

162. ἔδρη τε κρέασίν τε ἰδὲ πλείοις δεπάεσσι. Ita editum fuerat cum vitio metri: quod iam Bentl. sustulerat. Emendatius hic versus legitur inf. M, 311.

163. γυναικὸς ἄρ' ἀντ' ἐτέτυξο. haec erat lectio vtriusque Veneti. Lips. cum stigme in Ven. A. ξ— κακῶς ὅσοι ἀναστρέφουσιν (scribendo ἄντ') ἡ γὰρ ἀντὶ ἀναστρέφεταί ποτε. Pergit εἰ δὲ τὸ ἄντα ἐπίρρημα ἐκδέχονται, (vt ἄντ' sit pro ἄντα) ἐναντίον τῇ διγοΐᾳ παραλήψονται. Ita Sch. A. alio Scholio adiecto: „Ἀρίσταρχος ἀντιτέτυξο. et Sch. B. cum Lips. „διὰ τοῦ ῑ εἶχον αἱ ἐκδόσεις ἀντιτέτυξο, ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς διὰ τοῦ ε ἐξέθετο." Equidem nullus dubito fuisse ἀντὶ τέτυξο, quod Aristarchus solito studio decompositorum in vnum verbum contraxit: ἀντιτέτυξο. quod est quoque in Mosc. 1. et vno Vindob. Edd. omnes, quas vidi, cum ipso Eustath. et Suida: (qui reddit ἴσος γυναικὶ κατεσκευάσθης) habent ἀντετετυξο, quae Herodiani scriptura fuit; in Ald. 2. non ἀντιτέτυξο, quod Ernesti asseuerat, sed vitiose expressum est ἀντέτιτυξο. Pessime edit. H. Stephani γυναικὸς δ' ἄρ' ἀ.

164. 165. 166. — ἀθετοῦνται στίχοι τρεῖς quod sunt exiles structura, et quod τοὶ δαίμονα δώσω prorsus non est Homericum, et quod nec personae dicentis conueniunt. Improbauerat quoque versus Aristophanes. "Haec praeclare Schol. A. At Sch. B. ineptit in interpretatione, nec fraudem odoratur. Interpolatio iam a rhapsodis proficisci debuit.

164. ἔρρε, κακὴ γλήνη. ἔρρε, φθείρου, h. l. et Od. K, 75 iam Apollon. Lex. h. v. interpretatione dignum habuit, inde alii. abi in malam rem. Inde ἔρρειν omnino eo sensu accipi coepit: vt inf. 239. I, 364. Σ, 421. ἔρρω ex ῥέω factum esse patet; argutantur tamen gram-

matici, multa de etymo, nemo aut doctius aut ineptius Heraclide ap. Euſtath. ad I, p. 756, 28.

γλήνη proprie de pupilla aut imagine ei obiecta dici, notum eſt. Pollux II, 70 κόρη — ἧς ἡ αὐγὴ, γλήνη. At h. l. varie exponitur non ex vſu ſed e contexto: in Sch. br. Etymol. Heſych. Addit inepte alia Sch. B. Simpliciſſimum eſt dicere: vt κόρη, ſic γλήνη, eſt quoque puella, mulier.

166. πάρος τοι δαίμονα δώσω. Zenodotus legerat πάρος τοι πότμον ἐφῆσω. Haud dubie melior lectio: vt ſup. Δ, 396 Τυδεὺς μὲν καὶ πᾶσιν ἀεικέα πότμον ἐφῆκε. Contra δαίμονα δώσω eſt inſolens forma et damnata grammaticis. Quid tamen, ſi Zenodotea lectio ex emendatione profecta eſt? Cur enim proximi ab eo grammatici lectionem adſciuerunt tam parum probabilem? Euſtathius verſus et lectionem vulgatam agnoſcit cum Schol. br. Ienſius inter antiqua vocabula Homeri hoc referebat, de Stilo Homer. p. 267. Sane comparari poſſunt: ἄλγεα, κήδεα, κακὸν δοῦναι. et I, 567 παιδὶ δόμεν θάνατον. Etiam Latini, malum dare; vt in illis: *Et Naeuio poetae dabunt malum Metelli.* Heſych. c. Schol. ſupplet κακὸν δαίμονα.

167. Τυδείδης δὲ διάνδιχα μερμήριξε. ※ ſignum appoſitum ſpectare debuit ad διάνδιχα μερμήριξε, quod et alibi occurrit, vt N, 455 et iam A, 189. μερμήριζε Cant. Mori.

168. ἵππους τε στρέψαι. ξ — „quod quaeſitum eſt, ſi διάνδιχα, in vtramque partem ambigebat, quidnam alterum ſit, cum vnum tantum ſequatur. Sch. A. „vnum, inquit, tantum eſt, de quo deliberatur in vtramque partem“ (ſcilicet, εἰ — ἢ εἰ μή.) argutius etiam Sch. B. Euſtath. Simpliciſſimum erat dicere, breuitatis ſtudio nos ita loqui in re per ſe aperta; cum plenum ſit, faceretne an non faceret; obuiamne procederet in Hectorem an non.

170. τρὶς δ' ἄρ' ἀπ' — Aberat a Flor. et Ald. 1. acceſſit in Ald. 2. Locum hunc inter inſigniores referebat Pope XVI.

171. σῆμα τιθεὶς Τρώεσσι, μάχης ἑτεραλκέα νίκην. Sch. A. B. νίκην, per appoſitionem, σημαίνων νίκην. pro vulgari σῆμα νίκης. cf. Euſtath. Quae ſit ἑτεραλκὴς νίκη, vidimus H, 26.

173. Τρῶες καὶ Λύκιοι. Saepius hoc verſu vtitur, vt N, 150. O, 425 et al. vtroque. 173. 4. iterum Λ, 286. 7. O, 486. 7. P, 184. 5.

174. ἀνέρες ἑταῖροι. Φίλοι. praeter loca modo notata, adhibitus idem verſus Π, 279. et ſup. Z, 112.

177. νήπιοι, οἳ ἄρα δὴ τάδε ταίχεα μηχανόωντο. οἳ ἄρα. refingebat Bentlei. τάγε Barocc. μηχανόωνται Townl. a pr. m. cum binis Vindob.

178. ἀβλήχρ' οὐδενόςωρα. τἀδ' οὐ μένος ἀμὸν ἐρύξει. Scripſi ἀβλήχρ', non ἀβλῆχρ', quod correctum iam erat a Turnebo et Barnes, eſt enim prō ἀβληχρά. Fuiſſe qui et ἄβληχρ' ſcriberent, ibidem notatum eſt; et eſt ad h. l. doctum Scholion Ven. A. et in Euſtath. ex Herodoro et Apione; Orion exſcripſerat idem, ex quo Etymologus petiit. In eo Scholio Heraclides Mileſius ita ſtatuiſſe fertur, vt βληχρὸς ſit ἰσχυρὸς, et ἀβληχρὸς pro ἀσθενὴς, vt ἄκακος ex κακός. Eſt etiam ἄβληχρ' in Vrat. b. in ceteris ἀβλῆχρ', vt quoque ſcriptum in Apollon. Lex. Actum eſt de hac voce ad E, 337.

οὐδενόςωρα. οὐδὲ μιᾶς Φροντίδος ἄξια iam Apollon. Lex. h. v. vnde Etymol. Heſych. Sch. br. Sch. B. ab ὥρα, Φροντίς.

τἀδ' οὐ μένος ἀμὸν ἐρύξει. poteſt ſcribi τάδ' pro ἅ, et τὰ δ', τὰ δέ. ἀμὸν editum erat, quod in aliis ſcriptis et editis ἀμόν, de diſſenſu grammaticorum monui ad Z, 414. cumque ibi ſit ἀμὸν editum, ſeruandum id erat hoc quoque altero loco. ἀμύξει, ſed ſuperne adſcripto ἐρύξει erat in Harlei.

181. μνημοσύνη — γενέσθω. Townl. γένηται.

182. ὡς πυρὶ νῆας ἐνιπρήσω, κτείνω δὲ καὶ αὐτούς. parum accurate conſtituta eſt temporum ratio, ſiue vt ſint modi coniunctiui, ſiue vt ſint futurum et praeſens indicatiui. In Cant. eſt κτενέω. recte, ſi ſit futurum indicatiui.

183. Ἀργείους παρὰ νηυσὶν ἀτυζομένους ὑπὸ καπνῷ. Abeſt verſus a Ven. et a Townl. Harlei. tribus Vindob. Lipſ. nec in Scholiis eius mentio ſit, ſenſit quoque ſic Erneſti. Eſt verſus ex genere eorum, qui interpretamenti ſpeciem prae ſe ferunt; et hic quidem transſcriptus ex I, 243 ἐλάσειν παρὰ νηυσὶν ἀτυζομένους ὑπὸ καπνοῦ, in aliis ὀρινομένους et variat ὑπὸ καπνῷ. In loco noſtro editum erat περὶ καπνῷ, inſolens loquendi forma, vt ſaltem ſcribendum eſſet πέρι. Intulerat lectionem Turnebus ex ed. Rom. vbi Euſtath. περὶ καπνῷ, ἤγουν ὑπὸ καπνοῦ. At ὑπὸ καπνῷ edd. Flor. Aldd. et hinc profectae, ſicque codd. Mori. Cant. Vrat. a. c. A. Moſc. I, 3. Ex iisdem codd. Mori. Cant. Barocc. miror Barneſium laudare ὑπὸ καπνοῦ. quod etſi grammatice recte ſe habet, videtur tamen veniſſe in ſedem doctioris lectionis ὑπὸ καπνῷ. vt Φοβεῖσθαι ὑπό τινι, pro ὑπό τινος, vt O, 637 ἐφοβήθην ὑφ' Ἕκτορι καὶ Διὶ πατρί. Sic E, 93. 699. H, 129. Λ, 121 et al. Inf. Ξ, 46. 47 ſimpliciter poſitum πρὶν πυρὶ νῆας ἐνιπρῆσαι κτεῖναι δὲ καὶ αὐτούς.

184. ἐκέκλετο Φώνησέν τε. Vrat. A. in marg. „γρ. μακρὸν ἄϋσας.“

185. Ξάνθε τε καὶ σύ, Πόδαργε καὶ Αἴθων Λάμπε τε δῖε. ξ ἀθετεῖται ὁ στίχος, vtroque Veneto Leid. et Lipſ. grammatico monente: „quia Homerus nusquam quadrigas inducit“ ſcilicet nec quadrigarum vſus in pugna eſſe potuit. „et quia mox duales ſequuntur, et quia inepta eſt allocutio.“ Sch. A. Reprehendit praeterea Schol. B τὸ σύ, et nomina equorum; „*Lampum* enim eſſe Aurorae, *Xanthum* Achillis, (v. Il. T, 400) *Podargum* Menelai, *Aethen* Agamemnonis, pro qua nunc *Aethon* eſt“ vltima duo nomina ducta ſunt ex Il. Ψ, 295 vt ad e. v. monent Scholia. „quadrigas non occurrere niſi in certamine Od. N, 81.“ Notatum hoc eſt multis; etſi Tra-

gici interdum temporum rationem, in hoc quoque, neglexerunt; quod passim obseruatum, vt a Valken. ad Phoeniss. p. 19. vbi tamen Philostrati locum Imagg. I, 27. non bene tentat; nam is hunc ipsum versum in suo exemplari legerat, vt ex ipsa re apparet. Pergunt Schol. A. „fuisse, qui nomina quatuor ad duo reuocarent, et bigas constituerent; quod tamen, etsi Clarkio probatum, ex Eustathio, qui veteres grammaticos ad h. l. exscripsit, haud procedit, non magis, quam quod duo nomina sint pro epithetis habenda. Fuere qui ita tuiti sunt versum vt dicerent, Hectorem nouasse hoc ipsum, quod pro bigis vsus est quadrigis, binis forte iugalibus, et binis παρηόροις. duales autem vs. 186 pro pluralibus poni; quod et alibi fieri volunt Θ, 67 et Ε, 487. At prius parum est accommodatum, et alterum vitiosum.

Habemus itaque et hic exemplum critices, non ex lectionis vel παραδόσεως, inde a rhapsodis, auctoritate, sed a ratiociniis ductae; quam tamen iustam esse arbitror, versumque esse eiiciendum, tanquam insertum a rhapsodis, qui, vt Achillem, sic Hectorem, equorum nominibus illustrare vellent. Infra quoque ad Τ, 400 diserte Sch. A. docet, notasse nonnullos, versum hunc ex illo loco ductum esse.

At enim alia eaque grauior dubitatio animo meo insidet, an totus hic locus et episodium auctorem antiquiorem habeat; nimium redolet interpolatoris operam male sedulam; nullam vim ad narrationem habet, et loco sublato a vs. 184 ad vs. 212. ὡς εἰπὼν ad ὡς οἱ μὲν, narratio multo magis epica structura et grauitate procedit. Verum haec res est sensus, qui cuique suus est relinquendus.

186. νῦν μοι τὴν κομιδὴν ἀποτίνετον ξ— quod ἀποτίνετον de duobus, non de quatuor, accipi potest vt et vs. 191. ἦν μάλα πολλὴν — Bentl. emendat ἦ μάλα πολλὰ — πυρὸν ἔθηκεν. Sane et hoc bene; nec minus tamen ἦν pro κατ' ἦν bene, et Homericis proprium.

188. *ὑμῖν πὰρ προτέροισι μελίφρονα πυρὸν ἔθηκεν.* Andromaches cura herilis obſeruatur hic et P, 208. vbi ea maritum reducem liberare armis narratur. At quod *πυρὸν triticum* equis apponit, *πυρὸς φύσιν* fieri ait Sch. B. Vixerat adeo homo in noſtris terris; nam ſi de Aſiae, Aegypti, Africae, rebus aliquid audiiſſet, non ipſi hoc nouum et incredibile viſum eſſet. Etiam Diomedis equi veſcuntur tritico K, 569. Schol. br. *πυρὸν* pro generali vocabulo accipiunt: *κριθὴν, σῖτον, ἐνταῦθα, καταχρηστικῶς.* Alii *τίφην* intellexere, tritici exilis genus, quo equi poſſunt veſci, apud Galen. de aliment. fac. I, 3. vbi etiam pro *ὑμῖν πὰρ προτέροισι* eſt *ὑμῖν μὲν πρ.*

189. *οἶνον τ' ἐγκεράσασα πιεῖν, ὅτε θυμὸς ἀνώγοι, — ἀθετεῖται καὶ παρὰ Ἀριστοφάνει.* Sch. A. et Schol. Moſc. 1. et Schol. Leid. Cauſſas addit Sch. B. quod inſolens hoc, vinum praeberi equis, (hoc per ſe non ignotum inter Arabes Aegypti et Africae) et quod frigidum hoc: *ὅτε θυμὸς ἀνώγοι* de equis; voluere itaque alli per hyperbaton referre ad Hectorem. Lenius fuiſſet, ad Andromachen referre. Tradita ſunt ſimilia, corrupte tamen in Schol. br. diſertius in Euſtathio. Vtique ad *οἶνον τ' ἐγκεράσασα πιεῖν* repetendum eſt *ὑμῖν προτέροις παρέθηκεν ἢ ἐμοί.* Verſum tamen eſſe a rhapſodo inſertum, ipſa res arguit, et ſtructura eum reſpuit. Venerat homini in mentem Hecaba Hectori vinum apportans Z, 264. eadem libandum vinum afferens Ω, 284.

Aliam rationem inierat Bentlei. qui vſ. 189 ſublato, pro *πυρὸν* ſubſtituerat *οἶνον*, quia *μελίφρονα ſoinon* ſaepius occurrit; vt Z, 264. Θ, 506. 546. Ω, 284 et in Odyſſ. H. K. N. O. Non eum ſequar.

ὅτε θυμὸς ἀνώγει. „γρ. ὅ τι" Barnes. *ἀνώγῃ* Cant. a m. pr. *ἀνώγει* ed. Rom. c. Euſtath. Baroce. Cant. a m. ſec. Vrat. b.

190. *ἢ ἐμοί, ὅς περ οἱ ὅσπερ* Lipſ. „γρ. ὅς περ ἑοί" Barneſ. e Schrevel.

191. ἀλλ' ἐφουαρτεῖτον καὶ σπεύδετον. ξ quod dualis et hic positus est adeoque delendus est vs. 185. Sch. A. v. paullo ante.

ὄφρα λάβωμεν. Sch. A. „sic Aristarchus; alii αἴ κε λάβωμεν.“ Eadem in Schol. Mosc. 1. est quoque αἴ κε in Sch. br. ad Ξ, 11. et in vno Vindob.

192. 193. ἀσπίδα Νεστορέην. Sch. A. et Sch. br. αὐτὸν τὸν Νέστορα, περιφραστικῶς. inscite.

τῆς νῦν κλέος οὐρανὸν ἵκει. ἵκει Sch. br. ad Ξ, 11. Mosc. 3. Vrat. A. Vindob.

πᾶσαν χουσείην ἔμεναι, κανόνας τε καὶ αὐτήν. Vnde tanta clipei Nestorei fama fuerit: quaeras forte. Varia commenta afferuntur in Schol. saltem liquet ex h. l. clipeum eum insignem fuisse. Potest ille fuisse et Ereuthalionis spoliis, quae sup. H, 136. 149 sq. vidimus. In quod et Sch. B. incidit.

κανόνες sunt ῥάβδοι, virgae, transuersae, in interiore clipeo, quibus apprehensus tenebatur clipeus. Verba sunt diserta Schol. B. (quae deprauata sunt in Sch. br. et in Etymol. repetuntur) κανόνας· ῥάβδους, αἷς ἐκράτουν τὰς ἀσπίδας. οὔπω γὰρ ἐχρῶντο τοῖς πόρπαξιν, οὓς ὄχανα ἐκάλουν. ὕστερον γὰρ οὗτοι ἐπενοήθησαν ὑπὸ Καρῶν. Nescio quomodo haec conciliem cum noto loco Herodoti I, 171. nec omnino omnem rem expedio. Video in clipeo confundi balteum, e corio factum, quo ille gestatur et lorum coriaceum, in interiore cauo, quo clipeus apprehensus regitur; prior ille ex humero dextro versus laeuam descendens clipeo ab vtraque ora illigatus erat; at in cauo memorantur pro ansa tria quae in vsu habita sunt: ὄχανα, et πόρπαξ seu τελαμών, et κανών. quale autem discrimen et cuiusque forma ac ratio fuerit, non satis teneo. Ansas in clipeis multa monimenta veterum exhibent: sunt eae in medio cauo transuersae et quidem binae, altera, cui brachium, altera, cui manus adaptetur. Fuere eae modo e loris coriaceis modo virgae transuersae ex aere, quas in Homero per κανόνας declaratas esse arbitror: duo κανόνας memorat inf. N, 406. 7. An-

tiquitus pro binis ſeu loris ſeu virgulis vnam fuiſſe video; et quidem ex ferro quoque et ligno in iis, quae a Caryophilo de Clipeis p. 28. 29. congeſta ſunt; videtur quoque, rudiore vtique aeuo, in medio cauo nil niſi κίρκος, *orbiculus*, ſeu annulus, fuiſſe, quo teneretur clipeus; et hic quidem proprie πόρπαξ dictus fuiſſe videtur; Euſtathius autem, qui ad h. v. p. 707, 60 οἱ νῦν ἐξ ἱμάντων πόρπακες ἤγουν τὰ ὄχανα, δι' ὧν αἱ ἀσπίδες ἔχονται καὶ ἀναβαστάζονται, ſcripſit, improprie, cum grammaticis ad h. l., voce vſus eſt; videtur quoque hic vſus improprius frequentatus eſſe; non enim modo gloſſa Heſychii eſt: πόρπαξ. ἡ λαβὴ τῆς ἀσπίδος, verum etiam Sophocles Ai. 575 πολύβρακτον πόρπακα dixit. Neſcio an ſic quoque intelligendus ſit verſus Ariſtophanis hac in re laudatus Equ. 845. vbi clipei αὐτοῖσι τοῖς πόρπαξιν dedicati memorantur. Niſi omnino vſus in clipeis tractandis variauit, quod fere ex eo quoque colligas, quod in Plutarcho p. 809 E. Cleomenes docuit ſuos τὴν ἀσπίδα φορεῖν δι' ὀχάνης, μὴ διὰ πόρπακος. vti etiam ὄχανα non vna ſpecie videntur eſſe facta; ſic decuſſatim lora cauum transcurrunt in Mamertinorum numo, quem etiam ap. Caryophilum videas de Clipeis p. 23. qui tamen rei, de qua adhuc egimus, notitiam parum explicitam appoſuit. In loco Herodoti laudato inter trina Carum inuenta memorantur: ὄχανα ἀσπίσι οὗτοί εἰσι οἱ ποιησάμενοι πρῶτοι. τέως δὲ ἄνευ ὀχάνων ἐφόρεον τὰς ἀσπίδας πάντες, οἵπερ ἐώθεσαν ἀσπίσι χρέεσθαι, τελαμῶσι σκυτίνοισι οἰηκίζοντες περὶ τοῖσι αὐχέσι τε καὶ τοῖσι ἀριστεροῖσι ὤμοισι περικείμενοι. A viris doctis non video doceri, nec aſſequi poſſum, quinam ipſis habiti ſint τελαμῶνες hi, *collo humeroque ſiniſtro circumpoſiti;* in ipſo clipeo quaeri non poſſunt, ſed loquitur nunc Herodotus de balteo e quo clipeus pendebat; is tamen ambiebat *humerum dextrum*, a quo verſus ſiniſtram a pectore et tergo transuerſim tendebat; non autem *ſiniſtro* humero circumdatus erat; niſi forte, quoties in tergum reiectus eſſet, dixeris, morem antiquiorem fuiſſe, vt ex loro collum circumdante ap-

penſus eſſet alio loro clipeus; de quo tamen nihil mihi aliunde notum; probabilius itaque Herodotum minus accurate pendentem e loro a laeuo latere clipeum iis verbis, deſignaſſe. Certe τελαμὼν de balteo accipiendus eſt, vt et inf. Π, 803 αὐτὰρ ἀπ' ὤμων ἀσπὶς σὺν τελαμῶνι χαλκὶ τέσε τερμιόεσσα. add. Λ. 38. Turbat Heſych. κανόνες, αἱ τῆς ἀσπίδος ῥάβδοι. hactenus recte: addit tamen: ἀφ' ὧν ὁ τελαμὼν ἐξῆπτο. hoc male. balteus erat appenſus ex clipei oris. Melius in τελαμὼν inter alia eſt ὁ ἀναφορεὺς τῆς ἀσπίδος. Videntur itaque ad Homericam aetatem referri poſſe haec: e balteo pependiſſe clipeum, *binis virgulis* inſtructum; at *binis loris* inſtructum clipeum, Carum inuentum, in Homero non memorari, vt nec nomen ὄχανα.

195. δαιδάλεον θώρηκα, τὸν Ἥφαιστος κάμε τεύχων. Fuit ergo Diomedis clipeus Ἡφαιστότευκτος: cuius generis multa artis opera occurrunt apud antiquiores: v. ad Apollodor. Not. et Ind. Schol. A. thoracem ex armis Glauci fuiſſe, cenſet ex permutatione facta ſup. Z, 235. Ibi tamen clipeus ſolus videtur intelligendus eſſe: tum nec magis conſtat, eum thoracem a Vulcano factum eſſe. Apparet e Schol. fuiſſe quoque, qui allegorice haec arma interpretarentur, reſpectu auri, ſuſpicor ex Euſtathio, quod εἰς τὴν τοῦ γέροντος πολυτίμητον Φρόνησιν interpretati ſunt. Ad h. v. ſpectat gloſſa Apollonii: δαιδαλόεν, τῇ κατασκευῇ ποικίλον. Leg. δαιδάλεον.

196. εἰ τούτω κε λάβοιμεν, ἐελποίμην κεν Ἀχαιοὺς — auctoritate codd. in κεν conſentientium recepi, etſi ingrato ſono poſt εἰ τούτω κε. pro eo quod editum erat ἐελποίμην ἄν, non tamen niſi inde a Turnebo ex editt. Rom. Similiter ſup. E, 273 εἰ τούτω κε λάβοιμεν, ἀροίμεθά κε κλέος ἐσθλόν. etiam duplici κε.

197. αὐτονυχεὶ νηῶν ἐπιβησέμεν. αὐτονυχὶ ab Apione et Herodoro lectum tradit Euſtathius: ſicque expreſſum ex mſ. Veneto, conſentiuntque codd. Townl. Vrat. b. Moſc. 1. a pr. m. duo Vindob. Heſych. et Apollonius ipſe in αὐτονυχὶ, αὐτῇ τῇ νυκτί. memoratum quoque a

Schol. Lipſ. Similiter inf. 512 ἀστουδί. Vulgo tamen obtinet εἰ in his et ſimilibus: αὐτοβοεί, αὐτολεξεί, et alia. Contra in τι deſinentia ἀμαχητί, ἀβοητί, et ſimilia.

198. ὣς ἔφατ' εὐχόμενος. Beuil. malit ὣς φατ' ἐπευχόμενος. ſed et alterum frequentatur: B, 597 et ſaepe. Vulgatum legitur in Plutarcho de aud. poet. p. 19 D.

Sequitur 198—212 episodium, cuius intexendi conſilium manifeſto eo ſpectat, vt nexus narrationis ſeruetur in iis, quae ad miniſterium deorum ſpectent: quae ſagacitatem produnt non poetae, ſed ſubtilioris critici.

199. σείσατο δ' εἰνὶ θρόνῳ· ἐλέλιξε δὲ μακρὸν Ὄλυμπον. ⊱ quod iterum Olympum dixit, vt mons ſit: quia μακρὸν dixit. Sch. A. De ἐλέλιξεν eiusque ſcriptura v. ad A, 530. Verſum recitat Strabo VIII, p. 543 B. vbi εἴσατο legitur.

203. οἱ δέ τοι εἰς Ἑλίκην τε καὶ Αἰγὰς δῶρ' ἀνάγουσιν Sch. br. Αἰγὰς λέγει τὰς ἐν Πελοποννήσῳ. Recte, ſic quoque Pauſan. VII, 25. p. 590 extr. v. inf. ad Il. Υ, 404. Appoſuerunt verſum Schol. Apollonii Arg. I, 831. et Schol. Pindari Nem. V, 67. qui ad Aegas inſulam maris Aegaei referunt: atqui iunguntur h. l. cum Helice, quae Achaiae fuit. Noſtrum locum ad Aegas Achaiae, alterum Il. N, 21 ad inſulam refert Strabo VIII, p. 592 B. C. Cogitandum autem eſt de Achaiae conditione, qualis tum ea fuit, ab Ionibus habitatae mixtis Achaeis: v. ſup. ad B, 573. p. 326. De Neptuni religione in his locis nihil in ſerioribus memorari, haud mirum: cum Helice terrae motu concuſſa, Aegae autem ab incolis deſertae eſſent.

οἱ δὲ καὶ Vrat. b. in quo etiam ἐνάγουσι. Verſum vt recte ſcriptum habemus, recitat quoque Apollon. Lex. p. 256.

204. σὺ δέ σφισι βούλεο νίκην. accipio pro ἐβούλεο. Vulgo pro imperatiuo habent, duce Euſtathio. βούλεσθαι cum caſu quarto deſtinare: vt ſup. H, 21 et al.

206. καὶ ἐρυκέμεν εὐρύοπα Ζῆν', αὐτοῦ κ' ἔνθ' — ⊱ In Veneto vtroque ſcriptum εὐρύοπα Ζῆ — Ν', αὖ-

τοῦ. et multis de hoc agunt Schol. vtriusque codicis, cum Schol. Lipſ. Townl. Parum tamen refert, vtro modo ſcripſeris. Iterum idem occurrit Ξ, 265. In Schol. Lipſ. Bentl. repererat εὐρυόπα Ζῆν, ἀντὶ τοῦ Ζεύς. quod tamen grammatici acumen redolet. De εὐρύοψ v. ad A, 498. Caſum quintum ab εὐρυόπης pro caſu quarto poſitum dixerat Barnes, exploſus a Clarke.

207. αὐτοῦ κ' ἔνθ' ἀκάχοιτο καθήμενος οἷος ἐν Ἴδῃ. ξ- quod Zenodotus ſcripſerat: αὐτοῦ κ' ἔνθα κάθοιτ' ἀκαχήμενος. quod eodem redit. Modo teneas poetam iunctim dixiſſe αὐτοῦ ἔνθα pro alterutro vnico. αὐτόθι. Monuit quoque hoc Euſtath. Habet tamen verſus neſcio quid impediti. Bentlei. ex correctione Scholii Lipſ. modo memorata, refingebat, interpunctione poſt ἐρυκέμεν poſita: Εὐρυόπα Ζῆν αὐτοῦ κ' ἔνθ' ἀκάχοιτο. Iupiter hic ſederet. Verum ἐρυκέμεν Ζῆνα requiritur; is enim coercendus erat, quo minus Troianis auxiliaretur.

208. μέγ' ὀχθήσας v. ad A, 517.

209. Ἥρη ἀπτοεπὲς, οἷον τὸν μῦθον ἔειπες. ξ- quod aſperant ἀπτοεπὲς, καθαπτομένη τοῖς ἔπεσιν, Ariſtarchus autem lenit ἀπτοεπὲς, quod magis emphaticum eſt. Sch. A. Sic ille iudicat, vt ductum ſit a πτοεῖσθαι, ἢ ἄγαν πτοοῦσα. ἢ παρὰ τὸ ἄπτον (f. ἄκπτον) τὸ ἰσχυρὸν, ὥςτε εἶναι δεινοεπές. Schol. B. ἁπτομένη, ἢ ἀκάπτους λέγουσα λόγους, ἢ ἀπτόητε. Alia iis adiungunt Sch. br. Etymol. Suid. Heſych. et primus eorum fons Apollon. Lex. ἀπτοεπὲς, ἄπτωτε, ἢ ἀπτόητε τοῖς λόγοις. ἢ καθαπτομένη διὰ τῶν λόγων. καὶ χαλεπὴ καὶ τραχεῖα. Vides ariolationes grammaticorum; nihil quod fundum et auctoritatem habeat. Probabile prae ceteris, ἄπτοεπὲς, quod rationi grammaticae conuenit, vt ἁμαρτοεπὴς, ἀμετροεπὴς cet. alia. Et ἄπτεσθαί τινος ἔπεσιν eſt obuium. Eſt ergo καθυβριστικὴ, τραχεῖα, aſperis verbis vſa.

In codd. et edd. non minus variat aſpiratio: vsque ad H. Stephanum edebatur ἀπτοεπὲς, qui ex ed. Rom. adſciuit ἀπτοεπές. In Townl. vterque ſpiritus ap-

poſitus eſt, ἀπτοεπὲς, vt ſolent veteres ſcribere in ſimilibus.

τοῖον τὸν μῦθον ἔειπες. Sch. B. „ἀντὶ τοῦ· τὸν τοῖον Ἀττικῶς.“ Immo vero τὸν eſt pro τοῦτον.

ἔειπας etiam h. l. Mori. Barocc. v. ad A, 106.

210. οὐκ ἂν ἔγωγ' ἐθέλοιμι. Mori ἐγὼν. Sch. B. attamen; inquit, „facit hoc Neptunus in pugna ad naues.“ Repugnat vtique N, pr. Scilicet, tunc ſummum Achiuorum diſcrimen ad miſerationem et ad ſuppetias ferendas Neptunum adducit.

211. ἐπειὴ πολὺ φέρτερός ἐστι. Primo ἐπειῆ ed. Rom. cum Euſtath. v. ad A, 156. Tum φέρτερος adſcitum ex iisdem, Barocc. Harlei. Vrat. A. vn. Vindob. Ven. Townl. vti ſup. vſ. 144.

213. τῶν δ' ὅσον ἐκ νηῶν ἀπὸ πύργου τάφρος ἔεργε. Ariſtarchi edd. et ἔεργε et ἔρυκε habebant teſte Sch. A. περιώριζε reddebat vnus e grammaticis.

Grauior eſt diſputatio de ſenſu, pluribus excerptis per Schol. A. B. Sch. br. ſparſa; nam Euſtathii acumen ad haec non adhaereſcit. Redigam ea ad certum ordinem.

Scilicet quaeritur, quodnam ſpatium deſignatum ſit in verbis ὅσον ἐκ νηῶν ἀπὸ πύργου τάφρος ἐέργει. Quod primo ſtatim obtutu ſe offert, expeditum ſenſum habet, vt ſit: ſpatium inter foſſam et vallum, repletum eſſe Achiuorum copiis fugientibus. Sic quoque Sch. B. et Sch. A. priore loco. At caliginem obiicit, quod adiectum eſt „ἐκ νηῶν.“ Nunc ad varias rationes confugerunt viri docti: Alii (in Sch. A.) duplex interuallum denotari putarunt, alterum extra vallum verſus foſſam, aliud intra vallum verſus naues. Nicanor, amplexus hoc, omiſſum eſſe καὶ aiebat, vt eſſet ἐκ νηῶν καὶ ἀπὸ πύργου. quod nec cum grammatica nec cum vſu conſentit.

Alii iunxere ὅσον ἀπέεργεν ἡ τάφρος ἐκ τοῦ πύργου τῶν νεῶν, h. e. πύργου τοῦ διὰ τὰς ναῦς γενομένου et ἡ τάφρος ἐκ τοῦ πύργου, foſſa ducta extra murum. Contorta omnia.

Poteſt quoque τάφρος πύργου iungi: ὅσον τάφρος πύργου ἀπέεργεν ἐκ νηῶν· quod Koeppen ſequutus eſt. Ita vero debebat ſequi ἀπὸ νηῶν, non ἐκ νηῶν. tum manifeſte ſpatium inter vallum et foſſam prius obiiciebatur Troianis, cum caſtris imminebant. nec τάφρος πύργου alibi occurrit.

Teſte Schol. A. alia eſſe debuit lectio Zenodotea, male tamen deſcripta ſeu in codice Veneto, ſeu in apographo prelis excuſo: ponuntur enim eadem verba quae nunc leguntur. (nam quod ἔεργε ſcribitur, varietatem non facit.) Suſpicor tamen fuiſſe eam, quam in alio Scholio latere video: ἀπὸ τάφρου πύργος ἐέργει. Nunc ſententia haec exſurgit: Cogita fuiſſe ſpatium inde a nauibus ad foſſam, quod intercipiebat murus tanquam in medio ductus; Achiui e fuga vtrumque interuallum et exterius a vallo ad foſſam, et interius ad naues repleverant; ita ſenſus eſt: repletum fuiſſe ab Achiuis omne ſpatium, *quod inde a nauibus vallum dirimit a foſſa.* Nam intra vallum partem Achiuorum ſe recepiſſe, docent ſequentia de Agamemnone vſ. 220 ſq. Ita quoque vox ἔεργε vel ἀπέεργε ſenſum ſuum habet: *vallum dirimit* ſpatium omne, quia in medio ductum eſt. At ſi *foſſa dirimit*, ἀπείργει, non ea poteſt dirimere niſi hoſtes a Troianis. Videtur adeo hic ſeu imperitia ſeu odio Zenodoti antiquior lectio male eſſe deſerta.

Sin malumus vulgatam mordicus tenere: ſtatuam ſic: Ante omnia de vſu τοῦ ἐκ νηῶν eſſe quaerendum; reſpondet ille alteri quod legimus, ἐκ πεδίου, ſup. H, 436 et 337 vbi vide. *a parte verſus planitiem camporum ſpectante*; ergo ἐκ νηῶν eſt *a parte verſus naues.* ἀπείργεν nunc eſt, *includebat*; quantum ſpatium foſſa includebat inde a vallo, a parte nauium, replebant Achiui.

Ita fere vnus e grammaticis in Sch. A. ἐκ νηῶν λέγει, ἀπὸ τοῦ κατὰ ναῦς τόπου. Hoc multo magis locum habet, ſi Troianos ſpectantes verſus mare cogites. Con-

trario reſpectu inde a mari capto verſus campum τεῖχος ἐτειχίσσαντο νεῶν ὕπερ H, 449.

Poſt haec omnia animo meo inſidet Nicanoris ratio ſupra memorata, ſed ſcriptura, paululum mutata: ὅτον ἐκ νηῶν, πύργου τ' ἄπο, τάφρος ἔεργε *quantum includebat foſſa inde a mari* (ad vallum) *et a vallo* (ad foſſam.)

Ceterum inter vallum et foſſam ſpatium ſeu intervallum relictum fuiſſe, dubitari non poterat; etſi non multum tribuam Nicanoris ſubtilitati in Sch. A. qui docet, inter naues et vallum fuiſſe ſpatium in latitudinem plethri, et extra vallum vsque ad foſſam pertinuiſſe aliud interuallum, in iactum teli. Poeta ipſe ſpatium neutrum definiuit, ne in locis quidem praecipuis. Sane M, 35. 36 a Troianis foſſa nondum ſuperata vallum miſſilibus pulſari videmus; et H, 341 foſſa ἐγγύθι prope ad vallum ducta eſt, et H, 440. I, 349 ἐπ' αὐτῷ τῷ τείχει, et M, 63 προτὶ τείχει. Verum ex his nihil recte definias, multo minus ex voce στεῖνος inf. Θ, 476. aut M, 66. vt nec de interiore interuallo ex Ξ, 32 ἐπὶ πρύμνησι. Fuit tamen extra vallum ante portas ſpatii tantum, vt ibi excubiae agerent: v. I, 66. 67. coll. K, 180. 194. 198. inprimis I, 87 καὶδὲ μέσου τάφρου καὶ τείχεος ἔξον ἰόντες.

214. πλῆθεν ὁμῶς. „γρ. πλῆϛθεν" Barnes. neſcio an ex aliis locis, vt P, 211. 696 et al. at eſt id alienum ab h. l. vbi ὅσον, τόσον ἔπληθε requiritur numero ſingulari.

215. εἱλομένων. Scribitur in codd. et εἱλομένων et εἰλομένων, vt mox εἵλει et εἴλει. Fuit ſcilicet ϝειλεω. de quo v. in Excurſu de digammo.

De voce κῦδος 216 dictum ad A, 405. B, 579. et νῆας ἑίσας vide ad A, 468.

217. καί νύ κ' ἐνέπρησε πυρὶ κηλέῳ νῆας ἑίσας. Vulgata lectio erat καί νύ κεν ἔπρησεν. Supra iam vſ. 182 ὡς πυρὶ νῆας ἐνιπρήσω erat, et eſt hoc ſollenne. ἐμπρῆσαι in aliis locis, et legitur h. l. ἐνέπρησεν in Cant. Harl.

Vrat. b. vn. Vindob. Townl. Lipſ. probantibus Erneſti et Bentleio.

πυρὶ κηλέῳ. Venetus: κηλεῷ. Addit Sch. A. ἐν ἄλλῳ· κηλέῳ, παροξυτόνως. cf. Etymol. Heſych. et primo loco Apollon. Lex. Nimirum fuiſſe plures formas apparet: κηλὸν, κηλειὸν, et κήλειον, κηλεὸν et κήλεον, in Sch. A. eſt κήλιον, vitio puto, et haec quidem a καίω, quod fuit quoque κάω, κείω, ἔκηα.

219. αὐτῷ ποιπνύσαντι. de voce v. ad A, 600. Eſt idem quod πονεῖσθαι K, 70 et alibi.

220. νῆας Ἀχαιῶν. Vrat. b. νῆας ἑίσας cum gloſſa: „γρ. Ἀχαιῶν.“

221. πορφύρεον μέγα φᾶρος ἔχων ἐν χειρὶ παχείῃ ξ— „Quaeritur, quid τὸ ἔχειν ἐν χειρὶ ſibi velit:“ h. e. quorſum purpuream veſtem, nos pannum dicimus, manu tenuerit Agamemnon. „Apollodorus (forte, Athenienſis ἐν τοῖς περὶ νεῶν) minandi cauſſa factum dixerat: ἀπειλήσας εἶχεν ἐν χειρί. Dionyſius (ὁ Θρᾷξ) ad vibrandum, vt Achiuorum oculos in ſe, dicturum, conuerteret.“ Addunt Schol. br. quia vox eius in tantis clamoribus audiri nequibat. Simpliciter dici poterat: quia iſto tempore ſignorum militarium nullum aliud inuentum extabat.

222. Ὀδυσσῆος μεγακήτεϊ νηΐ. Notum nunc eſt dici ſimpliciter pro μεγάλῃ. τὸ κῆτος enim deſignat quicquid magnum et capax eſt: vt iam monitum ad B, 581. docuerat hoc, Erneſtio quoque laudante, Hemſterh. ad Lucian. T. I, p. 159. (Timon. 26) ſicque iam veteres, Etymol. Heſych. Euſtath. Schol. etſi admixtis aliis. Permutatur vox cum τῷ, κύτος.

223. ἦ ῥ' ἐν μεσσάτῳ ἔστε, γεγωνέμεν ἀμφοτέρωσε. (ξ—) „obſeruanda verba propter ordinem nauium; et propter τὸ γεγωνέμεν, quod non eſt ſimpliciter φωνεῖν, ſed ἀκουστὸν φθέγγεσθαι“ Sch. A. vnde Heſych. cf. Etymol. et al. cf. inf. M, 337. Putabatur vox haec etiam cum vi occurrere in Eurip. Hippol. 586.

ἀμφωτέρωσε. Intulit hoc Turnebus, ſequace, vt in aliis, H. Stephano, antea erat ἀμφοτέρωθεν in Flor. Aldd. quod et codd. habent, Vrat. c. Moſc. 3. Vindob.

224. 225. 226. Manifeſtum ſunt emblema rhapſodi: etſi res ipſa vera eſt, Aiacem et Achillem tenuiſſe cornua, hunc ad Sigeum illum ad Rhoeteum. Achillis memoratio aliena eſt a re; non enim aut Achilles erat auditurus, aut Agamemnon eum inclamaturus. Abſunt quoque hi tres verſus a codd. Mori. Barocc. Harlei. Townl. Vrat. b. Moſc. 1. Lipſ. Ven. nec verſuum vllum veſtigium in Scholiis ſeu Venetis ſeu Sch. br. ſeu Lipſ. At Euſtathius eos agnoſcit; ſed is nullos antiquos codices inſpexit: Leguntur iidem verſus vna cum vſ. 222. 223. inf. Λ, 5—9. vbi de Eride eadem narrantur; verſus quinque omnes Bentleius pro inſititiis habebat translatos ex Il. Λ. at in altero hoc ne quidem tres 7. 8. 9. locum habent: nam nec ibi ad Achillem res ſpectabat. Leguntur tamen ex his 8. 9. qui h. l. ſunt 225. 226. ἠδ' ἐπ' Ἀχ. et εἴρυσαν, apud Themiſtium Or. XIII, p. 179. opportune ad Gratiani laudem.

224. ἐπ' Αἴαντος κλισίης. inf. Λ, 7 eſt κλισίας.

225. ἠδ' ἐπ' Ἀχιλλῆος, τοί ῥ' — Obſeruat Tollius ad Apollon. Lex. p. 733. τοί cum cura poſitum eſſe pro οἱ; etſi per metrum licebat; poterat per caeſuram οἱ ferri.

τοὶ ῥ' ἔσχατα νῆας ἐίσας. Editum ἔσχατοι ap. Themiſt. l. c. quod et codd. habent vt Vrat. c. A. et edd. Flor. Ald. 1. correxerat ἔσχατα Ald. 2. quis credat tamen tam parum metri curioſos fuiſſe viros doctos, Turnebum et H. Stephanum, vt illud reuocarent, ex Romana puto editione, cui tantum tribuebant.

227. ἤϋτε δὲ διαπρύσιον. primo nunc loco obuium. Apollon. Lex. reddit διάτονον. ſic quoque Schol. br. Alii propius ad etymon, quod πέρυς eſt, διαπεράσιμον, vox quae penetrat in remota. v. Sch. B. h. l. et ad M, 439. Sch. A. ad N, 149. Videndi Etymologus Heſych. et ad eum Intpp. Aberat et hic verſus a Lipſ. Erat ta-

men ſcriptus in margine, et Schol. interpretabatur *τὸ διαπρύσιον*.

228. *Αἰδὼς, Ἀργεῖοι*. Idem verſus legebatur ſup. E, 787.

229. *πῆ ἔβαν εὐχωλαὶ, ὅτε δὴ Φάμεν εἶναι ἄριστοι*. Sch. A. obſeruat, neceſſe non eſſe, vt ſcribatur *δὴ Φάμεν*. vti A, 277 *μήτε σὺ, Πηλείδη, θέλε*. nunc enim augmentum abeſſe poſſe et ſcribi *Φάμεν*. (pro *ἔΦαμεν*) Eſſe adeo ſimile illi: *Τηλέμαχος δ', ὡς εἶδεν Φάμεν δέ οἱ*." Locus eſt Od. Π, 347 *Τηλεμάχῳ ὁδὸς ἥδε· Φαμὲν δέ οἱ οὐ τελέεσθαι*.

A Turnebo et Barnes editum *Φαμὲν*, minus bene. Nam non eſt praeſens h. l. ſed *ἔΦαμεν* ſine augmento *Φάμεν*. Ceterum ſatendum eſt, non ſatis commode interpoſita eſſe iſta, *ὅτε δὴ Φάμεν εἶναι ἄριστοι*, in media ſententia *πῆ ἔβαν εὐχωλαὶ, ἃς — ἠγοράασθε*.

Barnes: „γρ. *πῇ*" vnde hoc ei in mentem venerit, non aſſequor; forte ex Etymologo. De iota ſubſcripto dictum ad Γ, 400. B, 339.

230. *ἃς, ὁπότ' ἐν Λήμνῳ, πενεαυχέες ἠγοράασθε*. ⟵ „quod poeta hoc ex memoria rerum ante Iliadem geſtarum repetit." Ita enim interpretor Scholion A. *ὁπότ' ἐν Λήμνῳ*. Sch. B. cum Sch. Lipſ. Sch. br. Euſtath. accipiunt *ὁπότε* pro *ποτέ*. Alii melius ſupplent *ὁπότε ἐν Λήμνῳ ἦμεν*. quo et Sch. A. ſpectat: *ὁπότε* pro *ὅτε*. Occurri poteſt, ſi legas: *ἅς ποτ' ἐνὶ Λήμνῳ*, vel vt Bentl. coni. *ἄσσα πότ' ἐν Λ*. In Schol. Leid. ſcribitur *ὡς ὁπότ'* vt ſolent veteres, et in his ille Schol. ſaepe.

ἃς ἠγοράασθε — στήσεσθαι. pro *καθ' ἃς, αἷς*. Schol. A. ait in alio eſſe *εὐχετάασθε*. non male.

231. *ἔσθοντες κρέα πολλὰ βοῶν ὀρθοκραιράων. — περιττὸς ὁ στίχος*, ait Schol. A. non enim ex cibo, ſed a potu proficiſcitur gloriatio." Repetit hoc grammaticus ad Υ, 84. Fuiſſe Ariſtarchum inter eos, qui verſum tollerent, diſcitur ex Athenaeo II, p. 39 B. quem exſcribit quoque Euſtathius ad Υ, 84. p. 1198, 15. vt adeo ex Ariſtarcheis commentariis Scholion A. ſupereſſe intelligas.

Non ſatis grauem cauſſam eſſe ad tollendum verſum cenſebat Erneſti: Interpolationem tamen arguit vel defectus copulae. Nec verſum legerat auctor Schol. breu. ἄς τινάς ποτε ἐλέγετε ἐν Λήμνῳ καυχώμενοι, πίνοντες οἶνον πλεῖστον καὶ κάλλιστον. Apollonius quidem in Lex. agnoſcit ὀρθοπραιράων, ὀρθοκεράτων, at illud ad alia loca ſpectare poteſt Il. Σ, 573. Od. M, 348. De voce hac v. ad Σ, 3 et 573.

232. πίνοντες κρητῆρας ἐπιστεφέας οἴνοιο. Apollon. Lex. πλήρεις. v. de hoc ad A, 470.

233. Τρώων ἄνθ' ἑκατόν τε διηκοσίων τε ἕκαστος — ξ— ἡ διπλῆ πρὸς τὴν ἀνάγνωσιν. ὅτι οὕτως προσενεκτέον. Sch. A. quo ſenſu hoc dictum ſit, προσενέγκειν, προσφέρειν χρὴ, ſatis non aſſequor. Verum in ſeqq. diſcimus, veteres ἄνθ' pro ἄντα accepiſſe: inque his fuiſſe Demetrium Γονύπεσσον. (hic et ad N, 137 laudatum, cetera ignotum) Herodianum addit Ven. B. Probat quoque grammaticus Ven. A. diſerte, vt ſit pro ἄντικρυς dictum; et Sch. br. ἀντὶ τοῦ· κατέναντι τῶν ἑκατόν, et στήσεσθαι, μαχήσεσθαι. Etiam Euſt. ἔναντι, et ἄντα. Laudat hic ſimile ἀλαζονικὸν Vlyſſis Od. N, 390 καί κε τριηκοσίοισιν ἐγὼν ἀνδρεσσι μαχοίμην.

At Ariſtarcho placuit ἄνθ' eſſe pro ἀντί, v. Etymol. in ἀντί, Apollon. Lex. in ἀντί. nec aliter Porphyrius, (in Schol. Ven. B. et Quaeſt. Homer. 25.) qui ait στήσεσθαι eſſe ἀντίσταθμοι καὶ ἀντιβαρεῖς ἔσεσθαι, vt ductum ſit a libra, vt alibi ἱστάναι. στήσασθαι. Et ſane ſequitur οὐδ' ἑνὸς ἄξιοί εἰμεν. Comparatur quoque de Hectore dictum X, 351 vbi ἐρύσασθαι eſt στῆσαι.

ἄνθ' ſcripſi: quod et ed. Rom. habet; quo enim iure ἀνθ' ſine accentu vulgo edatur, mihi non liquet, etiamſi pro ἀντί accipiatur; nam retrahitur accentus.

Ante ἕκαστος τε exciderat ed. Flor. Ald. 1.

Verſus 233 ſq. imitatum eſſe Xenophontem de Expedit. Cyri, lib. IV, notaui; locum tamen nunc non reperio.

234. *νῦν δ' οὐδ' ἑνὸς ἄξιοί εἰμεν Ἕκτορος.* Scribitur paſſim *οὐδενὸς* Townl. Vrat. a. b. Moſc. 3. Ven. rectè hoc: ſi modo ſequens verſus eiicitur. „χρ. *ἐσμὲν*" Barnes. Variat quoque ſcriptura ap. Plutarchum qui verſum apponit de discrim. adulat. p. 72 A. ad illuſtrandam obſeruationem vulgarem in reprehendendo, quod Agamemnon prima perſona vtitur pro ſecunda vel tertia.

235. — Appoſitus obelus, quia verſus infirmat et obtundit opprobrium; praeſtat enim *quemcunque* virum nominari." Ita recte ſcribi poterat vſ. 234 *οὐδενός. νῦν δ' οὐδενὸς ἄξιοί εἰμεν.*

Adiicitur in Ven. A. alind Scholion, in quo obſcure dicta illa ſunt: *ἧττον ἄν φασιν Ἀρίσταρχον* (f. *φησιν Ἀρίσταρχος*) *ὀνειδιστικὸν εἶναι, εἴπερ οὕτως ἐγέγραπτο· Ἕκτορος, ᾧ δὴ κῦδος Ὀλύμπιος αὐτὸς ὀπάζει.*" Fuitne ergo etiam ita olim lectum? an Ariſtarchi haec emendatio eſt? petita ex ſup. 141 *Νῦν μὲν γὰρ τούτῳ Κρονίδης Ζεὺς κῦδος ὀπάζει.* Additur in fine: *ἠθέτητο δὲ καὶ παρὰ Ἀριστοφάνει.*" Videtur hoc de toto verſu accipiendum eſſe, qui ſane ſapit emblema rhapſodi.

236. *ἦ ῥά τιν' ἤδη.* *ἤδη* excidit ed. Steph. *τινὰ* dictum pro *ἄλλον τινά.*

237. *τῇδ' ἄτῃ ἄασας.* Ven. Lipſ. Vrat. b. vn. Vindob. *ἄτας* rectè et hoc. v. inf. ad I, 116. *ἀπηῦρας* et *ἀπηύρας* ſcribitur: rectè ſi illud ab *ἀταύρω*, hoc ab *ἀταυράω* ducitur. Iam autem h. l. aoriſtus requiritur, igitur prius verius: vnde et *ἀπούρας* et *ἀπηύρατο.* cf. ad A, 356. Mox 238 *οὐ μὲν γάρ ποτε* Townl. vn. Vindob.

238. *νηὶ πολυκληῖδι παραλθέμεν ἐνθάδε ἔρρων.* ξ quod *ἔρρων* non eſt ſimpliciter *παραγινόμενος*, ſed *μετὰ φθορᾶς.* — Ita quoque Ven. B. Sch. br. Euſt. cum Etymol. et Heſych. et primo loco Apollon. Lex. h. v. Repetunt idem ad I, 364. Od. Δ, 367. Aliud eſt *ἔρρε* ſup. 164. Aliena tamen haec ab h. l. vbi eſt ſimpl. *ἐλθών. πολυκληῖδι* et h. l. ſcribitur, vt in Vrat. b.

240. *βοῶν δημὸν καὶ μηρί' ἔκηα.* *δημόν.* De acuto et etymo ad h. l. Sch. Ven. A. diligenter monet, et Ety-

mol. Heſych. Euſtath. Praeiuit iam Apollon. Lex. in re nunc tam vulgari; δημός. ἐπίπλους ἱερείου. Tum ἄκρον Ven. tres Ven.

243. Verſum hunc poſtponi alteri (vt ſit: Ἀλλὰ Ζεῦ. Μήδ' οὕτω. Αὐτοὺς δή περ) teſtatur Barneſ. in Mori et Barocc. Sic quatuor Vindob. At Bentl. v. 244 in Mori mſ. omiſſum ait; idemque eum tollit. et habet vtique verſus 244 tautologiam; et ingratum eſt ἕα poſt ἕκαστον.

245. τὸν δὲ πατὴρ ὀλοΦύρατο δακρυχέοντα. Sch. A. ἐν ἄλλῳ· ὀλοΦύρετο. quod et Vrat. b. a m. ſec. et Vrat. A. habent. Prius tamen Homero ſollenne eſt.

τὸν δ' ὁ πατὴρ editum erat, quod intulerat Barnes e mſ. Mori et Barocc. quibus accedit Vrat. a. vn. Vindob. Male factum. Nam reſpuit vſum articuli Homerus, Ergo reuocatum, quod libri habent τὸν δὲ πατήρ. Sicque ſemper in hac quoque voce, vt A, 544. Δ, 68.

246. νεῦσε δέ οἱ λαὸν σόον ἔμμεναι, οὐδ' ἀπολέσθαι. „Ariſtarchea lectio οὐδ' ἀπολεῖσθαι" Sch. A. Niſi alii legerant ἠδ' ἀπολέσθαι vt A, 117. vbi v. Obſſ.

σόον ἔμμεναι. σῶον Mori. Vindob. ſaltem deb. σῶν. Eadem varietas vſ. 117 et al.

247. αἰετὸν ἦκε τελειότατον πετεηνῶν. Memorabile epitheton, repetitum Ω, 315. duplicem admittit interpretationem, aut vt aquila per ſe ſit τελειότατος, praeſtantiſſimus inter alites: τὸν ἀξιώματι ὑπερέχοντα. ὡς λέων τελειότατος θηρῶν. τουτέστι κυριώτατος καὶ βασιλικώτατος. Sic Callim. in Iou. 68 θήκαο δ' οἰωνὸν μέγ' ὑπείροχον, ἀγγελιώτην σῶν τεράων. aut potius h. l. reſpectu augurii, quod per eam redditur, quodque ſummum ac princeps in toto hoc genere eſt. Errant inter duo hos ſignificatus grammatici, cum Euſtathio, hic et ad Ω, p. 1352. Schol. A. μέγιστον· ἢ ἐντελῆ σήματα Φαίνοντα. ἐντελεστικώτατον Sch. B. τελεστικώτατον ἢ μέγαν. Similiter Schol. br. et Heſych. qui ἐπιτελεστικώτατον reddit cum iisdem: quatenus aquila augurium euentus certi (ἐπιτετελεσμένον) reddit. Addunt grammatici mythum, aliun-

de notum, de aquilae augurio in Gigantomachia; vnde a Ioue aquilae is honos impertitus eſt, vt inter aues augurales ſit praecipua.

πετεηνῶν. Supra B, 459 ſcripturam variari non vidi, at h. l. πετεεινῶν Mori et Barocc. et ſic aliis locis quoque.

Ceterum profecerunt ex h. l. Virgil. Aen. XII, 274. VI, 190. Apollon. III, 542 ſq.

248. νεβρὸν ἔχοντ' — cf. Od. T, 228 ſq.

250. ταναμφαίῳ Ζηνί. — quod πανομφαῖος non eſt generale Iouis epitheton, (ſed) ὁ κληδόνιος, καὶ πάσης κληδόνος παρχίτιος; et quod hoc vno loco vox occurrit. Schol. A. Quod ad prius attinet, reſpexit grammaticus interpretationem ὁμφῆς per φωνῆς paſſim fieri ſolitam, vt eſſet ὁ πάσης φωνῆς ἄξιος; immo vero eſt Iupiter omnium ominum omnisque vaticinii auctor: οἱ γὰρ ἄλλοι πάντες ὑποφῆται Διός εἰσιν, εἴτε δαίμονες εἴτ' ἄνθρωποι, vt Euſtath. ex antiquioribus. Praeiuerat Apollon. Lex. h. v. ἐπίθετον τοῦ Διός, εἰς ὃν πᾶσα ὁμφὴ ἀναφέρεται. Similia ſunt in Sch. br. Euſtath. Etymol. Heſych. Alia quaeſtio moneri poteſt, ſitne h. l. πανομφαῖος appellatiuum Iouis epitheton, an proprium iſtius aras: βωμὸς τοῦ Διὸς Πανομφαίου. de qua ſunt verſus Myrus poetriae ap. Athen. XI, p. 491 A. et Euſtath. ad Ω, p. 1351, 32. Wolf. Poetr. gr. p. 28. Add. Eratoſthenem ex Naxiacis Aglaoſthenis c. 30. Petiit quoque hinc Ouid. Met. XI, 198 *Ara Panomphaeo vetus eſt ſacrata Tonanti.* Adiecta ſunt alia in Ven. A. tum B. vnde intelligitur laboraſſe grammaticos mirum in modum in voce hac interpretanda: dum volebant eſſe: τῷ ὑπὸ πάντων φωνουμένῳ, qui *appellatur* ab omnibus Iupiter, ſecundum Arateum: μεσταὶ δὲ Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαί, πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ἀγοραί. Contra monetur recte, Homerum nunquam ὅτταν vel ἐμφὴν de voce humana dicere, ſed ſemper de omine.

251. οἱ δ' ὡς οὖν εἶδον, ὅτ' ἄρ' legebatur in edd. praeter Rom. in qua εἶδονθ' ὅτ' ἄρ. Sic quoque Eu-

Rath. alludunt εἴδονθ' codd. Cant. Mori. Barocc. Harl. Vrat. b. duo Vindob. Ven. Townl. et receperat Barnes, quia hoc idem occurrit Π, 278. P, 724 εἴδοντο pro εἶδον. cf. ad Γ, 154. Sane pro vtraque lectione ratio critica afferri poteſt; mutari potuit εἴδον, ὅτ' quod ignoraretur ον produci caeſura; potuit quoque εἴδονθ' quod ignoraretur etiam εἴδοντο pro εἶδον ap. Homer. occurrere. Similis dubitatio exoritur ſuper Scholio Lipſ. γρ. ἤσθονθ'.

255. τάφρου τ' ἐξελάσαι. Legitur τάφρον τ' ἐξελάσαι Mori ap. Bentl.

257. Φραδμονίδην Ἀγέλαον· ὁ μὲν Φύγαδε τράπεν ἵππους. ξ „quod Φύγαδε vt οἴκαδε.“ A. Haec iam vidimus ſup. 157 cum Ionica forma. Φραγμονίδην Vrat. c.

258. τῷ δὲ μεταστρεφθέντι — μεταστραφθέντι Mori. Verſus 258. 9. iterantur alibi E, 40. 41. Λ, 447. 8. De στήθεσφι v. inf. ad 300.

260. ἤριπε δ' ἐξ ὀχέων, ἀράβησε δὲ τεύχε' ἐπ' αὐτῷ. In alio: „ὑπερώησαν δέ οἱ ἵπποι.“ Sch. A.

261. τόνδε μετ' iubent ſcribere Sch. br. Et Barn. iterum inſerit ſuum τοῖσίδ' ἔπ'.

262. θοῦριν ἐπιειμένοι ἀλκήν. Mori θοῦροι. De modo loquendi v. ad A, 149. Et ὀπάων vſ. ſequ. 263 qui θεράπων alias. cf. ad Z, 18.

264. Ἐνυαλίῳ ὑορεφόντῃ aut ſcribendum aut pronuntiandum eſt. v. ad B, 651.

266. ξ Quod, omnibus reuertentibus, Vlyſſes apud naues remanet; eoque manifeſtum fit, ſup. 97 οὐδ' ἐπάκουσεν eſſe ἑκουσίως παρεπέμψατο. (vbi vide) A. Addit B. Vlyſſem intus manere, vt copias cogat; non vero ignauiae cauſſa; nam etiam Thoantem remanere, virum fortiſſimum.

παλίντονα τόξα τιταίνων. Teucer Sch. Ven. A. εἰς τοὐπίσω τεινομένων· ἐστὶ δὲ εἶδος τοξείας. Reſpiciunt h. v. eadem Schol. ad 325 vbi eſt αὖ ἐρύειν τὰ τόξα. Non eſt interpretatio; ſed obſcuratio. — εἰς τοὐπίσω τεινόμε-

να etiam Sch. br. interpretantur; similiter Eustath. ἐπισθότονα Hesych. in quo adiectum ἢ τὰ ἐπὶ θάτερα τρεπόμενα, in alteram partem. Il. Vossius ad e. l. ait opponi τὰ εὐθύτονα.

Videntur viri docti duo inter se diuersos significatus confundere. Est παλίντονος epitheton cuiuscunque arcus, quatenus *tenditur, inflectitur, curuatur*, in alteram vtique partem, *neruo* ad corpus *adducto:* sic est epitheton poeticum; etiam ap. Apollon. I, 993. Vide sup. Δ, 122. 3. 4. Hercules παλίντονον αἶψα τανύσσας τόξον. At est etiam genus arcuum, qui tendi et curuari possunt *in vtramque partem* prouti arripienti arcum commodum sit. Huius generis arcus gestabant Arabes ap. Herod. VII, 69. quos recte interpretatus est Valken. Possint et cornua arcus reflexa quodammodo dici παλίντονα; sed vix τόξα per se.

267. στῆ δ' ἄρ' ὑπ' Αἴαντος σάκεϊ. Venetus: στῆ δὲ παρ' Αἴ. At Sch. A. adscriptum habet: γρ. στῆ δ' ἄρ' ὑπ' Αἴ.

268. Αἴας μὲν ὑπεξέφερε σάκος. Schol. Ven. B. ἔμπροσθεν αὐτοῦ ἔφερε. Male hoc, etsi in eundem sensum et alii acceperunt: quos refellit Clarke et recte reddit: *scutum submouebat, vt locum haberet Teucer ad iaculandum.* Nec vis vocis ὑπεκφέρειν alia esse potest. Ernesti iterum turbat. Verum manifestae sunt notiones in poeta: sub scuto, pone scutum, Aiacis stat Teucer; quoties is arcum intenderat, Aiax scutum *eleuat*, seu remouet, quocunque modo et Teucer progressus sagittam emittit; sagitta emissa recipit se Teucer pone scutum, ne ab hoste petatur.

269. ἐπεὶ ἄρ τιν' ὀϊστεύσας — Vix serio adscriptum putes Sch. br. ἐπίαρτιν. ἤτοι ὄνομα κύριον, ὁ ἐπίαρτις. ἢ ἀντὶ τοῦ, ἐπί τινα δή. Sic ed. pr. Ald. Barnes. lusum ineptum continuat ἐπ' Ἰαρτιν et ἐπὶ Ἄρτιν. Porro ἐπεὶ ἄν τ'. Harl.

270. „βεβλήκει. γρ. βεβλήκοι." Ven. A. Etiam Harlei. habet superscriptum. Mox ὁ μὲν dictum copulatiue

pro ſollenni ὁ δὲ vel pro καὶ ὁ μὲν — ὄλεσσε. Poterat ſane totum hoc abeſſe. ὄλεσκεν duo Vindob.

271. αὐτὰρ ὁ αὖτις ἰὼν. Bentl. emendat ὅ γ' αὖτις.

272. ὁ δέ μιν σάκεϊ laudat verſum ſuo more Plutarch. de amore frat. p. 486 B.

276. καὶ Πολυαιμονίδην Ἀμοπάονα. ξ „Eſſe Ἀμοπάονα legendum, et vna voce, vt nomen proprium ſit" docet Schol. A. Fuerunt enim, qui pro appellatiuo acciperent ἅμ' ὀπάονα. *et ſimul comitem eius ſuſtulit Polyaemonidem.* hoc diſcas quoque ex Euſtathio et Schol. Moſc. 1. Erat quoque ſic ſcriptum in cod. Lipſ. et Harlei. vno Vindob. (In Vrat. b. a pr. m. ἅμ' Ὀπάονος.) Nec abſurdum hoc. Placebat quoque Bentleio. Alii Opaonem eſſe voluere nomen viri: in quibus Apollon. Lex. ὀπάων. ἀκόλουθος. — ἔστι δὲ καὶ κύριον ὄνομα· ἅμ' Ὀπάονα καὶ Μελάνιππον. Ex vulgari ſcriptura Amopaon eſt Polyaemonis filius. Spiritu aſpero ediderat Ἀμοπάονα H. Stephanus ex edit. Rom. lenis ſpiritus regnat in edd. Flor. Aldd. et in Codd. Mori. Townl. Ven.

277. πάντας ἐπασσυτέρους. Abeſt verſus a mſ. Mori. Harlei. Townl. Vrat. b. Moſc. 1. a pr. m. et a Veneto; tacent quoque Scholia. Et potuit verſus a rhapſodo inferri ex aliis locis: M, 194. Π, 418.

282. βάλλ' οὕτως, αἴ κε τι Φόως Δαναοῖσι γένηαι. Eſt φῶς omnino ὄφελός τι. cf. ad Z, 6. In Schol. br. per σωτηρίαν, ab Euſtathio per νίκην redditur. Recte Scholia br. quatenus ad Danaos ſpectat; non aeque bene, quatenus hoc idem ad Telamonem patrem eſt referendum: quod etiam Koeppen ſenſit: acutiſſimus interpres. Potius de laude et gloria erit accipiendum, vt iam innueram ad Virgil. Aen. II, 281 *O lux Dardaniae.* Saltem is, qui tres verſus inſeruit, (nam vſ. ſeqq. 283. 4. 5. a rhapſodo, ſed valde antiquo, profectos eſſe ſuſpicor) ita acceperat, quandoquidem ſubiecit: εὐκλείης ἐπίβησον. Verſibus trinis reſciſſis ſenſus vocis Φόως redit ad ſollennem: ὄφελός τι vel σωτήρ.

Vſus eſt verſu Lucianus Nigr. 37. vbi eſt, *αἴ κεν τι φόως ἄνδρεσσι γένηαι.* Et vſſ. 282. 283 in compellando amico Plutarch. de adulat. p. 55 B. Si in Attico ſcriptore verſaremur, coniiceret aliquis *βάλλ' οὗτος*, heus tu! ſyllaba per caeſuram producta.

283. *πατρί τε σῷ Τελαμῶνι, ὅ σ' ἔτρεφε τυτθὸν ἐόντα.* Schol. A. B. Lipſ. notant, ὁ h. l. eſſe pro ὃς dictum. voluere ſorte occurrere ſcripturae ὃς ἔτρεφε, quae etiam reperitur in Euſtath. et ed. Rom. in Mori mſ. Deterius etiam H. Stephanus: ὅς σ' ἔτρεφε. vnde σ' eiecit Barnes, et laudat X, 480. Od. Λ, 67.

Eſt alia moleſtia in hiatu, qui forte ferri poteſt in caeſura medii verſus. Bentleius tamen tollit: Τελαμῶν', ὅ σ' ἔτρ. quod et Barnes neſcio vnde attulit. Equidem praeferrem ὅς σε τράφε. Regnat tamen in codd. quod vulgatum eſt ὅ σ' ἔτρεφε. etiam in optimis.

284. *καί σε, νόθον περ ἐόντα, κομίσσατο ᾧ ἐνὶ οἴκῳ* — „Verſus nec apud Zenodotum lectus, et *ἠθέτητο* ab Ariſtophane. Intempeſtiua eſt generis memoratio; nec habet exhortationem, ſed potius exprobrat et deprimit. Scilicet fuit inter *ζητήματα*, quomodo, cum laudare vellet Teucrum, *νόθον* tamen appellaſſet. Non meminerant docti homines, heroica aetate nullum fuiſſe opprobrium *τοῦ νόθου*. Ab aliis apud A. B. verſus defenditur. Recte quidem, quod ad voc. *νόθον* attinet; verum verſus tota ſua iunctura prodit intempeſtiuam interpolationem, vna cum ceteris.

In iisdem Scholiis, etiam in Sch. br. narratio de Teucro repetitur ex Apollodoro *περὶ νεῶν* (non ex Apollonio *περὶ γενῶν*) vt Not. ad Apollodor. p. 1125.

285. *τὸν καὶ τηλόθ' ἐόντα, ἐϋκλείης ἐπίβησον.* Editur *ἐϋκλείης* inde a Turnebo pro *εὐκλείης*. Reſtat tamen vel ſic hiatus. Manifeſtum fit, fuiſſe *ἐόντ' ἠϋκλείης*, vt alibi ſcribitur; ſic quoque Bentl. emendauerat. De forma loquendi monitu vix opus. Nam *βάω*, *βιβάω*, *βιβάσκω*, transitiue, ſollennia Homero. Et tropus conuenit cum *προσπελάσαι*, *μίξαι*, in Pindaro, *μιχθῆναι νίκῃ*,

admoueri, victoria, laude potiri. Tropum in phantaſma poeticum mutauit Pindarus I. V, 57 τετείχισται δὲ πάλαι πύργος ὑψηλαῖς ἀρεταῖς, ἀναβαίνειν. cf. fragm. inc. IV. p. 81. Propius ad Homerum idem Pindar. I. I, 55 πότμος αὐτὸν ἐπέβασεν εὐαμερίας.

τηλόθ' ἐόντα pro τηλόθι. vt et in Hymn. in Apoll. 330 pro τηλόθεν ὄντα reponi poterat, ſi modo ſententia loci ſic reſtituta eſſet; enimuero manet repugnantia: nam vſſ. 331. 345 vere dea μέτεστιν ἀνδράσι, et ἀπὸ νόσφι θεῶν κίε, quibus illa adhuc interfuerat', μετῆν, nunc autem abſuturam ſe eſſe ſignificat; quomodo ergo, ſi erat τηλόθ' ἐοῦσα, dicere poterat: θεοῖς μετέσσομαι? niſi contortas ariolationes ſequare?

286. σοὶ δ' ἐγὼ ἐξερέω, ὡς καὶ τετελεσμένον ἔσται. Mori. Barocc. ὃ καὶ — „γρ. τόδε" Barnes. Ita deb. τὸ δὲ.

287. Ζεύς τ' αἰγίοχος καὶ Ἀθήνη. Additum τ' ex Barocc. Harlei. vno Vindob. Ven. inuitante vſu ſollenni τε — καί.

288. Ἰλίου ἐξαλαπάξαι. pro hoc ἐκπέρσαι Mori. Barocc. Moſc. 1. Ex Mori mſ. etiam Ἴλιον enotarat Bentl.

289. πρώτῳ τοι μετ' ἐμὲ πρεσβήϊον ἐν χερὶ θήσω. πρεσβήϊον, τὸ ὑπὲρ τιμῆς διδόμενον δῶρον Schol. A. et bri. cum Etymol. Etiam Heſych. πρεσβήϊον, πρεσβεῖον, κατὰ τιμὴν, τίμημα. ſorte τίμιον quod etiam eſt ap. Euſtath. Nam πρέσβυς eſt etiam τίμιος. Verbo: eſt idem quod γέρας. ἀριστεῖον.

μετ' ἐμέ. Apud Heſych. eſt μετ' ἐμεῦ. nec male, ſicque iam ap. Apollon. Lex. p. 276 in πρώτῳ ῥυμῷ.

θήσω. in marg. Vrat. b. οἴσω.

290. ἠὲ δύω ἵππους αὐτοῖσιν ὄχεσφι. ξ — „quod bigis vtebantur." Monitum puta reſpectu ad vſ. 185. Zenodotus et Ariſtophanes ἵππω legebant, quod Townl. habet.

293. Ἀτρεΐδη κύδιστε, τί με σπεύδοντα καὶ αὐτὸν ὀτρύνεις appoſita ſtigme ξ — ſed Scholion excidit. Odyſſ. Ω,

468 ὤτρυνε πάρος μεμαυῖαν Ἀθήνην. Alludit ad h. l. Lucian. Nigrin. 6. et alii alibi.

294. οὐ μέν τοι, ὅση δύναμίς γε πάρεστι, παύομαι. Cant. Townl. Ven. οὐ μέν μοι. Sic erit interpungendum, οὐ μέν, μοι ὅση. minus ſuauiter.

295. παύομαι. Vrat. b. a m. ſec. παύσομαι. Et Euſtath. παύομαι, ἢ, παύσομαι. Mox ποτὶ, προτὶ, vt alibi, variat. v. ad A, 245.

296. ἐκ τοῦ δὴ τόξοισι δεδεγμένος ἄνδρας ἐναίρω. „δεδεγμένος per γ. ſic αἱ Ἀριστάρχου. At Herodianus δεδεχμένος.“ Mirum, grammaticum in hoc haerere potuiſſe; vſus enim ſatis probauit alterum: v. Etymol. „Diogenes ἐν τοῖς ὑπομνήμασι (iterum inf. ad vſ. 441 memoratus, Cyzicenusne an Tarſenſis?) per ironiam dictum eſſe volebat pro δεξιούμενος τοῖς τόξοις. τὸ γὰρ δεδέχθαι, Φιλοφρονεῖσθαι. δεξιοῦσθαι. en acumen grammaticum, in quo Euſtathius quoque ſibi placet, atque etiam Schol. A. B. „οὐκ ἄχαρις ἡ διήγησις. leg. ἐξήγησις.“ Relinquamus hominibus hoc χαρίεν. δεδεγμένος eſt dictum vt ſexcenties, etiam Latinorum excipere, quoties aliquem telo, inſidiis, petimus, attinginus.

ἐκ τοῦ δὴ Cant. αἰεὶ δὴ τόξοισι. et pro ἐναίρω mſ. Mori ἀναιρῶ.

297. τανυγλώχινας εἰστούς. Apollon. Lex. τανυγλώχινας. τεταμένας τὰς γλωχῖνας ἔχοντας. τουτέστι, τὰς γωνίας. vnde profecere Heſych. Etymol. Schol. br.

299. τοῦτον δ' οὐ δύναμαι βαλέειν κύνα λυσσητῆρα. ξ „κύνα, διὰ τὸ θρασὺ καὶ πολύλαλον (ſufficiebat prius) Sic Λ, 362 ἐξ αὖ νῦν ἔφυγες θάνατον, κύον.“

λυσσητῆρα. ἢ λωβητῆρα. Euſtathius: qui etiam difficultatis ab aliis motae meminit, quatenus dicere poſſit, ſe Hectorem ferire non poſſe? cur enim eum non petiit? aut ſi petiit, cur in eo aberrauit? Mira ſubtilitas! Supererat tertium: non potuit eum ſagitta attingere, ſeu caſu ſeu quia longius aberát.

βαλέειν. Suid. βάλλειν. laudato hoc ipſo verſu.

300. ἄλλον ὀϊστὸν ἀπὸ νευρῆφιν ἴαλλεν. νευρῆφιν scribendum esse, non νευρῇφιν, videbis in Excursu ad h. v. de φι paragogico.

301. Ἕκτορος ἀντικρὺ, βαλέειν δέ ἑ ἵετο θυμός. ξ „πρὸς τὸ βαλέειν" scil. quod est, eminus ferire, οὐτᾶν cominus. obseruatiuncula ad fastidium repetita. Eodem iterum spectat stigme versui 303 apposita.

ἀντικρὺς etiam h. l. em. Bentl.

302. Γοργυθίων ex Γόργυθος, vt Ἡφαιστίων ex Ἥφαιστος, est ap. Etymol. memoratus.

304. τόν ῥ' ἐξ Αἰσύμηθεν ὀπυιομένη τέκε μήτηρ. Schol. A. notat: „Aristarchum, Zenodotum et Aristophanem scribere Αἰσύμηθεν" non ergo veram rationem intellexere; cum ipsum ἐξ declaret, esse pro εξ Αἰσιμηςθε. quod modo in νευρῆφι vidimus.

Αἰσύμη, πόλις Θράκης, laudato hoc versu, Stephanus Byz. add. Etymol. p. 39, 30. Eustath. et corrupte Hesych. πόλις Τρωϊκὴ pro Θρακικὴ. Berkel. ad Stephan. Byz. confundit Oesymen, quae Thasiorum colonia fuit, in littore Thraciae, insulae Thaso obuerso: de qua v. Harpocrat. h. v. et Maussac. e Thucydide. De Aesyma Homeri nihil aliunde constat.

ὀπυιομένη. primo nunc vox occurrit: de qua grammatici agunt ad Σ, 383. Spectat huc Etymol. μεμνηστευμένη. γεγαμημένη.

305. καλὴ Καστιάνειρα δέμας εἰκυῖα θεῇσι. Mori et Eustath. οἰκυῖα ex ἐοικυῖα.

θεῇσι. θεοῖσι Cant.

Apud Athen. XIV, p. 632 E. inter versus μειούρους memoratur: καλὴ Κασσιέπεια θεοῖς δέμας ἐοικυῖα (saltem εἰοικυῖα) ex h. l. confictus videtur.

306. μήκων δ' ὡς ἑτέρωσε κάρη βάλεν — 307. 308 ὣς ἑτέρωσε κάρη βάλεν — ξ „quod duplici modo iunctura fieri potest: Gorgythion ἑτέρωσε κάρη βάλεν, ὡς μήκων. (Ita est interpungendum: μήκων δ' ὡς, ἑτέρωσε κάρη βάλεν) vel, ὡς δὲ μήκων βάλε (pro βάλλει) κάρη, ἑτέρωσε, ὣς ἑτέρωσε ἤμυσε κάρη.

Porro in Schol. A. notatur, quod in verbis: ἤτ' ἐνὶ κήπῳ καρπῷ βριθομένη ſubintell. ἐστί. Nicanor participium pro βρίθεται acceperat: (quem ſequuntur Schol. br. in quibus Aeolicum hoc eſſe pronuntiatur) vel aſſumendum: ἤτε βριθομένη κάρη βάλλει. Quidni dicas: eſſe hoc orationis minus elaboratae, vt participium omiſſo ἐστί ponatur. Ad Atticiſmum refert alius grammaticus in Schol. br. quicum conuenit Schol. Thucyd. I, 25. h. 26. Alia tamen ratio eſt in hoc, cum participium occurrit in deſcriptione aut alia oratione, in qua ab vno verbo pendent omnia. Sic v. c. in Anacr. 52 eſt explicatio tabulae pictae.

Verſum 307 adſcripſit Apollon. Lex. in βριθύ, βαρύ. ἀπὸ τοῦ καὶ· καρπῷ βρ.

νοτίῃσι τε εἰαρινῇσιν. ad νοτίῃσι, νοτίαις, Euſtathius ſupplet πνοαῖς, vel ὑγρότησι, vt a νότος, auſter, ductum ſit. Immo vero eſt ἡ νοτία, humor. Potuit tamen initio δρόσος, ψεκὰς, ſubintelligi.

Ad 308 Scholion excidit, ſpectans, ſuſpicor, ad voc. ἤμυσε de quo v. ad B, 148. quod non eſt: *ille inclinauit caput*, nam ἡμύειν habet vim intransitiuam; πεσεῖν. Ergo eſt, quod N, 543 ἐκλίνθη δ' ἑτέρωσε κάρη. Recte Virgil. qui Aen. IX, 434 locum expreſſit: *in humeros ceruix collapſa recumbit* et ibid. *laſſo papauera collo demiſere caput*, μήκων κάρη βάλεν. Et Apollon. III, 1399 ἔρνεά που τείως, Διὸς ἄσπετον ὀμβρήσαντος, Φυταλιῇ νεόθρεπτα κατημύουσιν ἔραζε, κλασθέντα ῥίζηθεν, ἀλωήων πόνος ἀνδρῶν etc.

310. ἀντικρὺς Bentl. ſcribit et hic, vti modo 301.

311. ἀλλ' ὅγε καὶ τόθ' ἅμαρτε· παρέσφηλε γὰρ Ἀπόλλων. Duplex ſcriptura in Ven. A. notatur: ἀλλ' ὅγε τοῦ μὲν ἁ. et ἀλλ' ὅγε καὶ τόθ' ἁ. Hoc in Ven. quoque expreſſum. παρέσφηλε. σφαλῆναι καὶ ἀποτυχεῖν ἐποίησε. Sch. br. melius quam Euſtath. add. Heſych. h. v.

312. Ἀλλ' Ἀρχεπτόλεμον — ξ· „quod Zenodotus hic reliquerat Ἀρχεπτόλεμου, cum tamen ſupra 128 intuliſſet Ἰφιτίδην Ἐρασιπτόλεμον.“ quem amiſſo auriga

Enopeo Hector adſciuerat, vt nunc iſto caeſo Cebrionen aſſumit.

313. *βάλε στῆθος παρὰ μαζόν.* ξ— „quod *βάλε* pro *ἔπεισε*. (cf. ad 301.) Praefixa ſtigme — ξ— etiam ſequentibus verſſ. 314—317. nec tamen in Scholiis Ven. quicquam monitum, niſi quod v. 317 *ἡνιόχοιο* deficit *περὶ ἑ*.

316. *ἄχος πύκασε Φρένας* vt ſup. 124.

319. *ἵππων ἡνί' ἐλεῖν.* „γρ. *ἔχειν*" Barn.

321. *ὁ δὲ χερμάδιον λάβε χειρί.* ξ— quod *ὁ δὲ* tanquam de altero dictum ſit, cum tamen ſit idem Hector" (quaſi hoc vno aut primo loco illud occurrat!)

In *αμερδαλέα ἰάχων* Clarke miratur hiatum: qui tamen nullus eſt: nam fuit — *ἑα ϝιαχων*.

322. *βαλέειν δέ ἑ θυμὸς ἄνωγεν.* Ita vulgatum erat. Eſſe hoc ex *ἄνωγον*, recte monet Clarke. Conſentiunt tamen in *ἀνώγει* codd. optimi Barocc. Cant. Townl. Ven. Lipſ. adde Vrat. b. a pr. m. et c. Moſc. 3. bini Vindob. cum edd. Flor. Aldd. adſciuerat *ἄνωγεν* Turnebus ex ed. Rom. Si *ἀνώγει* adoptamus, eſt propoſitio interiecta: agitabat enim animo eum ferire, pro *ἠνώγει* vt ſaepe: Δ, 301. B, 280.

Stigme huic verſui 322 appoſita haud dubie ſpectat *τὰ βαλεῖν*.

323. Eſt in Ven. B. Porphyrii *ζήτημα* ad h. l. cuius non niſi pars e cod Leid. erat a Valken. Diſſ. de Scholiis p. 140 vulgata grammatico acumine dignum: Scilicet dubitatum eſt, *vtra manu* vulneratus fuerit Teucer; porro dubitatum, num neruum ad humerum adduxerit; vtque adeo iungendum ſit *αὖ ἐρύοντα παρ' ὦμον* v. 325 an *παρ' ὦμον βάλε*. Neoteles, *ὅλον βιβλίον* (non *βίον*) *γράψας περὶ τῆς κατὰ τοὺς ἥρωας τοξείας*, Scythas facere hoc docuerat, vt ad humerum adducant arcum, cum Cretenſes ad mammam adducere ſoleant: videturque, ſi Sch. A. et B. comparo, remouiſſe ab h. l. morem Scythicum, et alterum probaſſe *παρ' ὦμον βάλε*. Etſi non conuenit cum his Euſtathius, qui cetera repetit. Sane ſi v. 329 iactu ſaxi percuſſa manu arcus excidit *νάρκησε δὲ χεὶρ*

— *τόξον δέ οἱ ἔπεσε χειρὸς*, *siniſter* vtique humerus eſſe debuit, qui percuſſus eſſet; quia ſiniſtra arcum tenuit.

325. *αὖ ἐρύοντα*. ξ quod *αὐερύοντα* (nam vna voce et hic ſcribitur in Ven. A. B.) manifeſto eſt *εἰς τοὐπίσω ἕλκοντα* et hinc *παλίντονα τόξα*. (v. ad 266.) Probat quoque Schol. A. iuncturam damnatam a Neotele: *αὖ ἐρύοντα παρ' ὦμον*. De *κληῖς* cf. ad B, 74. E, 146. *ἡ κατακλείς*. Tum *αποϝεργει* (*αποέργει*) fuit, ex *αποϝέργει*.

327. *λίθῳ ὀκριόεντι*. De hoc v. ad Δ, 518. M, 380.

328. *νάρκησε δὲ χεὶρ ἐπὶ καρπῷ*. ξ ſtigme ſpectat ad disputationem de humero: ſiniſtrum eſſe intelligendum, Ven. A. B. affirmant. Porro *χεῖρ'* nonnulli pro *χεῖρα*. Aſcalonita tamen tuitus erat *χεὶρ* caſu recto.

ῥῆξε δέ οἱ νευρήν. Nihil video moueri, quomodo *νευρὴν* acceperint veteres, arcusne ſit neruus, an brachii tendo. Recte obſeruatum eſt de tendine frequentari aliam vocem *τένοντα*. *ῥῆξε τένοντε*, Δ, 521. E, 307. et *τένοντε τεϛ' ἀγκῶνος* Υ, 478. Contra *νευρὴν* dicit de arcu, vt paullo ante hoc idem vſ. 324 ſagittam *θῆκε δ' ἐπὶ νευρῇ*. Sic quoque inf. O, 463 Teucro Iupiter *ἐϋστρεφέα νευρὴν ἐν ἀμύμονι τόξῳ ῥῆξ' ἐπὶ τῷ* (in Hectorem) *ἐρύοντι*. Ita tamen acceptum quaeras quomodo cum ipſo vulnere conueniat: ſaxum non arcui eiusque neruo impactum eſt, ſed humero Teucri, *ἐν κατακλῇδι*. Locum enim accurate declarauit poeta; *παρ' ὦμον, ἔνθι κληὶς ἀποέργει αὐχένα τε στῆθός τε, μάλιστα δὲ καίριόν ἐστι*, h. e. ea parte, qua os omoplatam ſterno iniungit; oſſe hoc fracto vulnus eſſe letale, norunt Hippocratis filii. Inf. X, 324. 5 Achilles Hectorem haſta transfigit, in gutture, qua parte clauiculae dirimunt ceruicem ab humeris, *ᾗ κληῖδες ἀπ' ὤμων αὐχέν' ἔχουσιν, ἵνα τε ψυχῆς ὤκιστος ὄλεθρος*, et ſane haſta tum infixa reſcidit arteriam. Solent itaque hos locos inter ſpecimina Anatomiae Homericae referre; vti quoque Haller. Biblioth. anatom. p. 7. Statuendum igitur erit, Hectorem nunc ſaxo iniecto tendinem brachii rupiſſe, ſicque *νευρὴν* eſſe accipiendam. Occurrunt quoque ſemel *τὰ νεῦρα* dicta

de tendine crûris Il. Π, 316. Bene haec. Tum autem alia difficultas exiſtit: ſi Teucro tendo brachii ruptus eſt, omni illum pugnae inhabilem et inutilem in poſterum redditum eſſe nemo dubitet. Atqui vide poetam parum ſui memorem; altero die in oppugnatione valli Teucrum iterum in pugnam prodire videbimus Il. M, 336 ſq. Vt pudori poetae conſulamus, neceſſe erit ſtatuere: *ῥῆξε δέ οἱ νευρὴν*, non eſſe de *abrupto* tendine accipiendum, ſed *rumpi* dici ea quoque, quae percuſſa ſoluuntur, labefactantur, vi priuantur, debilitantur; brachium itaque neruo percuſſo debilitatum altero die iterum firmatum ſatis eſſe putandum eſt, vt arcum tractare poſſet. Simpliciter *ῥήσσειν* percutere terram pedibus videbimus Σ, 571.

331. *ἀλλὰ θέων περίβη* ξ — „quod *περίβη* ab animantibus ductum eſt, quae pro pullis pugnant.“ De hoc v. ad A, 37.

καί οἱ σάκος ἀμφεκάλυψε. Ionicum *ἀμφικάλυψε* nusquam memorari video. Eſt autem ratio loquendi exquiſitior pro vulgari *αὐτὸν ἀμφεκάλυψε σάκει*. Sed *ἀμφικαλύψαι τινί τι* etiam N, 420. P, 132 et *νύκτα γαίῃ* iam ſupra E, 506. 507. *ὄρος πόλει* Odyſſ. Θ, 569. Etiam occurrit *τινά τι*, duplici accuſatiuo vt vidimus Γ, 442 *οὐ γάρ πώ ποτέ μ' ὧδε ἔρως Φρένας ἀμφεκάλυψε*, vbi v. de hac voce. In Vindob. ab interpolatrice manu *καί ἑ σάκει ἀ*.

Mox 332. *ἐρίηρες ἑταῖροι*. v. ad Γ, 47.

337. *Ἕκτωρ δ' ἐν πρώτοισι κίε*. Ariſtarchus legebat: *Ἕκτωρ δὲ πρώτοισι κίε*. quod eſt *ἐπὶ τοὺς πρώτους ὥρμα*. atqui hi quos adortus eſt, non erant *πρῶτοι* ſed *ὕστατοι*, nam fugiebant Achiui.

σθένει βλεμεαίνων. De vi et etymo vocis multa a grammaticis disputantur: v. Euſtath. Etymol. Heſych. et ipſa Lexica. a *βλέπειν* non bene duci aiunt, quia Homero vox haec nota non eſt (attamen, quod mireris, *βλέφαρα* ille norat). Inter cetera praeſtat, ductam eſſe vocem *ἀπὸ τοῦ βρέμειν, βρεμεαίνην, βλεμεαίνην*. Alii a

φλέειν ebullire. In Schol. br. redditur ἐπιῤῥωνύμενος, ſcilicet ex adiuncto σθένει. ſic quoque Apollon. Lex. vbi addita ſunt nonnulla de βλέννα, aliena iſta, niſi de φλέειν cogitauit. Optime Etymol. τῇ ἑαυτοῦ δυνάμει γαυριῶν καὶ ἐπαιρόμενος, μαργαίνων καὶ ἐνθουσιῶν, σφοδρῶς ἐπιῤῥωνύμενος. cf. Euſtath. ad M, p. 893, 2. Prorſus ſic Lat. fremere.

338. ὡς δ' ὅτε τίς τε κύων. Argutantur veteres ap. Schol. A. B. in impugnanda et defendenda comparatione: „primo, quod canis vnam tantum feram h. l. perſequi dicitur, cum Hector multos perſequatur; tum quod fugientes Achiui cum apro et leone, non cum animante imbelli, comparantur.“ atqui comparatio non in his, ſed in canis ſtudio feram aſſequendi vertitur.

339. περὶ ταχέεσσι πεποιθώς. Pro vltima voce eſt διώκων in Townl. et Ven. At in Schol. „γρ. πεποιθώς.“ vtrumque bene. de altero hoc v. ad B, 588.

340. ἰσχία τε γλουτούς τε, ἑλισσόμενόν τε δοκεύει. Scholion in priore parte non ſatis integrum declarat duplicem interpunctionem fieri poſſe, vt aut iungantur ἅπτηται ἰσχία γλουτούς τε, aut ἰσχία γ. iungantur cum δοκεύει. Si prius: eſſe σχῆμα, vt E, 748 Ἥρη δὲ μάστιγι θοῶς ἐπεμαίετ' ἄρ' ἵππους pro ἵππων.“ Praeſtat dicere ſuppleri ἅπτηται (αὐτῶν κατ') ἰσχία. In edd. inde a Flor. et Aldd. erat ἑλισσόμενος, quod duce Rom. tandem emendauit H. Stephanus. Fuit tamen vitium etiam in codd. vt in Mori mſ. Vrat. c. et A. cum gl. συστρεφόμενος. duo Vindob. et in vno — μενον eſt corr. — νου. Porro in Harlei. erat δὲ δοκεύει. vnde Bentl. haud ineleganter refingit: — γλουτούς τε. ἑλισσόμενον δὲ δοκεύει. Ita quoque emollitur oratio, cum alias iunctim ſe excipiant: ὅτε ἅπτηται — καὶ — δοκεύει. etſi non ſine exemplo eſt grammatica haec minus ſubtilis. ὅτε cum ſubiunctiuo alias adſciſcit ἄν vel κεν. vnde et fit ὅταν. De voc. γλουτὸς v. Euſt. et Gloſſaria. δοκεύει, ἐπιτηρεῖ in Apollon. et Heſych. ad h. v. ſpectat, vbi vide. Variat quoque τε et δὲ ante δοκεύει.

341. ὡς Ἕκτωρ ὤπαζε — Ἀχαιούς. Docte ad h. v. reuocat Bentl. Scholion Heſychii. ὤπαζε, κατόπιν ἐπάγων ἐδίωκε. quod ductum ex Apollonio Lex. cf. Sch. br. Idem Heſychii τὸν ὀπισθότατον ex h. l. factum cenſet. cf. Euſtath.

342. οἱ δὲ Φέβοντο Cant. Harlei. duo Vindob. Ven. Lipſ. Vrat. b. Townl. Sicque neceſſe ſcribere pro οἱ δ' ἐΦέβοντο ſi nobis conſtare volumus.

343. διά τε σκόλοπας καὶ τάφρον. v. Excurſ. ad M, pr.

346. Grammaticus in Ven. A. obſeruat, nunc interpungi poſt κεκλόμενοι, adeoque iungenda eſſe ſequentia: καὶ εὐχετόωντο· Forte tamen fuiſſe μέγα δ' εὐχετόωντα." Sane liberior ſic oratio, et valde probanda.

349. Γοργοῦς ὄμματ' ἔχων ἠδὲ βροτολοιγοῦ Ἄρηος. ξ— (fuit puto ξ÷) Sch. A. B. Lipſ. et Euſtath. vna cum Sch. Leid. ap. Valken. ad Phoen. p. 168 docent Zenodotum ſcripſiſſe Γοργόνος ὄμματ' ἔχων. quod et Schol. Lipſ. et Leid. praefixum habent. At, inquit Schol. A. Homericum eſt Γοργώ, Λ, 36 Γοργὼ βλοσυρῶπις. Addit B. ſic quoque eſſe apud Heſiodum Sc. H. 224. Scilicet fuit antiquior forma, Γοργώ, Γοργόος, poſtea factum quoque Γοργών, όνος. neque in hoc quicquam quod mireris; miror potius, vnde Γοργείη κεφαλὴ E, 741 ductum ſit, cum eſſe deberet Γοργοίη.

Porro Γοργοῦς οἴματ' ἔχων legerat Ariſtarchus: vt eſſent τὰ ὁρμήματα, (vt Achilles irruit αἰετοῦ οἴματ' ἔχων, Φ, 252.) Video quoque hoc probaſſe Bentleium. Addunt Sch. A. plures tamen vulgatae (πλείους τῶν δημωδῶν) habebant Γοργοῦς ὄμματ' ἔχων, cui adſtipulatur Λ, 36 Γοργὼ βλοσυρῶπις. Addit χαλεπὸν οὖν τὸ σαφὲς εἰπεῖν. Et ſimilia habet Ven. B. Atqui ſatis apertum eſt, οἴματ' ex Φ, 252 huc illata eſſe prorſus aliena; in Gorgone enim non *impetus* irruentis, ſed *oculorum truculentia* notabilis erat. Γοργοῦς ὄμματ' habent praefixa quoque Sch. br. addunt tamen, ἢ οἴματα ἀντὶ τοῦ ὁρμήματα. Per γοργότητος male explicant Γοργοῦς Sch. br.

et Etymol. Fuit antiquum ſymbolum Formidinis ſeu Terroris in perſonam mutati Gorgo: expreſſum per caput horrendi adſpectus. cf. ad E, 741. — Supereſt vt moneam, non ἠδὲ, ſed ἠὲ hic eſſe legendum, quod tamen nusquam notatum video, niſi in Sch. A. in Zenodotea lectione. Requiritur *vel*, non *et*.

352, 353. οὐκέτι νῶϊ ὀλλυμένων Δαναῶν κεκαδησόμεθ' ὑστάτιόν περ; Barocc. οὐδέ τι haud male per ſe. Verum οὐκέτι ſaepe pro ſimplici οὐκ. aut poteſt eſſe dictum pro, ne nunc quidem.

νῶϊ aiunt Schol. A. „eſſe idem quod ἡμῖν.“ Immo, quod ἡμεῖς. compara inf. 377. Λ, 766. ad O, 437. X, 216. nec tamen niſi de duobus. v. Sch. br. In ed. Rom. et Euſtath. legitur οὐκέθ' ἡμεῖς. ex interpretatione, cum vitio metri; deb. ſaltem οὐκέτ' ἄρ' ἡμεῖς.

κεκαδησόμεθα. Fuit κεκάδω, vel κεκαδέω, χωρίζω. Ab hoc ducunt κεκαδησόμεθα h. l. grammatici, v. Etymol. Heſych. Sch. A. ἀποστησόμεθα. Ita erit ſenſus: non derelinquemus, non deſeremus, Danaos, ὑστάτιόν περ, vltima ſaltem vice iis aderimus. Fuit primo χάω, χάζω, capio, contineo; vnde χάζεσθαι et ἀναχάζεσθαι vi reciproca, recipere ſe, recedere; etiam refugere, cunctari: vt Apollon. IV, 190 μηκέτι νῦν χάζεσθε, φίλοι, πάτρηνδε νέεσθαι. Sed video bene de hac voce iam egiſſe H. Stephanum. Inde κέκαδα, κεκαδέω, facio aliquem recedere. Nunc κεκαδέσθαι, recipere ſe, recedere: Sic Δ, 497 ὑπὸ δὲ Τρῶες κεκάδοντο ἀνδρὸς ἀκοντίσαντος ad q. v. vide Obſſ. Quī facit recedere, idem ſeparat, alterum altero priuat: hinc eſt κεκαδέω priuo. Inf. Λ, 334 θυμοῦ καὶ ψυχῆς κεκαδὼν, et Od. Φ, 153 θυμοῦ καὶ ψυχῆς κεκαδήσει πολλούς.

Poſt haec omnia praefero alteram vocis interpretationem in Sch. B. Leid. Sch. br. Etymol. Φροντιοῦμεν. vt ſit pro κηδήσομεν. a κηδέω, κέκαδα, factum κεκαδέω. Ita ſententia interrogatiue effertur; vt et Euſtath. facit: an non curam habebimus? ſuſcipiemus? ſaltem poſtre-

ma hac vice? ὑστάτιόν περ. quod alibi: ὕστατα καὶ πύματα.

Pro ὀλλυμένων Δαναῶν Sch. A. memorat ſcribi quoque Ἀργείων Δαναῶν. perperam.

354. κακὸν οἶτον ἀναπλήσαντες. In Lipſ. ἀνατλήσαντες erat in litura. Sed alteram vocem iam vidimus ſup. 34 et Δ, 170. cf. inf. 465.

355. ὁ δὲ μαίνεται οὐκέτ' ἀνεκτῶς. Ariſtarchus monuerat ἀνεκτῶς ſcribendum circumflexe, et remiſerat ad A, 573 vbi ἔργα οὐκέτ' ἀνεκτά.

358. καὶ λίην οὗτός γε μένος θυμόν τ' ὀλέσειε — Sequitur ἀλλὰ πατὴρ — οὔμός. Schol. B. ſenſum alienum, puto, infert: καὶ μὲν περὶ τούτου μὲν οὐδέν μοι μέλει, φησίν· ἀπολεῖται γὰρ ὅσον οὐδέ πω. ὁ πατὴρ δὲ ὁ ἐμός ἐστιν αἴτιος. Eſt enim λίην ſaepe in Homero πάνυ. μάλα. v. ad A, 553. cf. Heſych. in μάλα. vtique *Hector dudum periiſſet, niſi Iupiter prohiberet.* ἀλλὰ pro εἰ μὴ ſaepe ex antiquo ſermone.

360. πατὴρ — Φρεσὶ μαίνεται οὐκ ἀγαθῇσι. Sch. B. ἐνθουσιᾷ. ὡς τό· μαίνετο δ' ὡς ὅτ' Ἄρης" O, 650. quod non aſſequor. Conueniret obſeruatio verſui 355. At h. l. haud dubie eſt, male inſanit; non recte iudicat, ſtatuit, κακὰ Φρονεῖ. ſcilicet hoc ipſo, quod Hectorem et Troianos ſuperiores pugna reddit et a caede tuetur.

361. σχέτλιος, αἰὲν ἀλιτρὸς, ἐμῶν μενεάων ἀπερωεύς. „ſtigmen apponunt nonnulli, quod ἀλιτρὸς h. l. ſit ἀγνώμων, ingratus, in Mineruam. Schol br. cum Etymol. ἁμαρτωλός. ἄδικος. quod eſt latius. cf. Heſych. in quo ἀλατρίας Bentleius emendat ἀλιτρίας. Ter occurrit vocabulum in Homericis, et habet difficultatem interpretatio vbique; proprie eſt ἀλιτήριος, ἀπὸ τοῦ ἀλιτεῖν, notione ſatis explicita, peccans, ſceleratus, improbus. Inf. Ψ, 595 non vult δαίμοσιν εἶναι ἀλιτρὸς, in deos impius, violando debitam Menelao, natu maiori, reuerentiam; quippe cuius rei Erinnyes ſunt O, 204. In Od. E, 182 Calypſo Vlyſſem inter blandiendum appellat ἀλιτρὸν, vt Latini, improbum, quippe verſutum, falla-

cem. Etiam h. l. ex ſententia nihil amplius eſſe poteſt ἀλιτρὸς, quam indignatis, ὁ κακοῦργος, aduerſa et ingrata Mineruae conſilia agitans.

De σχέτλιος v. ad B, 112.

ἀπερωεὺς, κωλυτής. iam Apollon. Lex. huius loci reſpectu. plura inde addunt Heſych. in ἀπερωεὺς, et in ἐμῶν μενέων ἀπερωεύς. Etymol. Schol. br. ἀλιτρὸς ἀπερωεὺς nemo iunxit; ſed vtrumque ſeorſum.

Acutum eſt quod ad ſeqq. monent Sch. B. Herculis mentionem fieri parum commode a Minerua coram Iunone, cui illa norat eum eſſe infeſtiſſimum. Atqui non Iunonis, ſed ſui cauſſa et reſpectu Minerua haec memorat. Ceterum de Minerua Herculis in laboribus adiutrice locus hic eſt notabilis; etiam ad illuſtranda priſca anaglypha.

362. οὐδέ τι τῶν μέμνηται, ὅ οἱ μάλα πολλὰ — antiqui ſermonis eſt τῶν ὅ pro καθ' ὅ, τοῦ καθ' ὅ. ὅτι.

363. σώεσκον ὑπ' Εὐρυσθῆος ἀέθλων. Euſtathius male ἀπὸ vel ὑποσώεσκον iungit. Eſt ὑπὸ pro ὑπὲκ, vel pro ὑπ' ἀέθλοις, in periculis, periculoſis laboribus ab Euryſtheo impoſitis.

365. τῷ ἐπαλεξήσουσαν ἀπ' οὐρανόθεν προΐαλλε. Schol. br. legerant ἀπαλεξήσουσαν. reddunt tamen recte ἐπικουρήσασαν. βοηθήσουσαν.

366. εἰ γὰρ ἐγὼ τάδε ἤδε' ἐνὶ Φρεσὶ πευκαλίμῃσιν. εἰ γὰρ, nam ſi, reſpondet 369 οὐκ ἂν ἐγώ. Non tamen male Koeppen: vtinam hoc nouiſſem.

πευκαλίμῃσι. πυκναῖς. ἐξείαις. et alia ap. Heſych. in quo Bentleius vidit πεικάμμαις eſſe vitioſam lectionem τοῦ πευκαλίμαις. A πεύκη, picea, ducunt vocem grammatici, in Etymol. et Euſtathius, vt ſint Φρένες δριμεῖαι καὶ σώφρονες, vel πικραὶ καὶ συνεταί. Praeſtat tamen pro πυκναῖς dictas accipere; nam πύκα, πυκάλιμος, πευκάλιμος. vtrumque habet Sch. B. ad Ξ, 165.

Recitat verſus quatuor Pauſan. VIII, 18. p. 635.

367. εὖτέ μιν εἰς Ἀΐδαο πυλάρταο προΐπεμψεν. Bene Schol. A. πυλάρταο. ἰσχυρῶς συναρμόζοντος (ἐπαρτῶν-

τος eſt in Suida) καὶ κλείοντος τὰς πύλας· (ἀπὸ τοῦ ἄρω, ἁρμόζω) διὰ τὸ μηδένα ὑποστρέφειν ἐξ ᾅδου. Adde Schol. br. h. l. et ad N, 415 cum Euſtathio. Argutati tamen ſunt ſuper hac voce veteres, vt Apion quidem apud Apollon. Lex. h. v. At ſimplicius vocem explicat Etymol. in ἄρδις et πύλη.

προύπεμψεν ſeu Iupiter ſeu Euryſtheus: hoc alterum melius. Poterat et Minerua προπέμψαι, eum comitando.

368. ἐξ Ἐρέβευς ἄξοντα κύνα στυγεροῦ Ἄϊδαο. ξ— „quod e pluribus Herculis laboribus vnum hunc memorat poeta, tanquam ceteris potiorem; et quod nomen Cerberi non apponit: quod recentiores faciunt.“ Scilicet Homerus omnino nomen illud ignorat: quod etiam alii monuerant; v. Pauſan. III, 25. p. 275.

Ceterum Schol. B. intexuit totum caput 40 ex Palaephato, inepto fabularum interprete. Aliud Scholion in Sch. A. B. et br. inſertum eſt ex Apollodoro II, 5, 12 ad quem cf. Notas p. 428 ſqq. Ineptas allegorias condiderunt alii: vt Heraclid. c. 33.

Ἔρεβος proprie eſt interuallum caliginoſum, inter Terram et Haden, infra Haden eſt Tartarus. Tum omnino de inferis adhibetur. Scripſerunt olim ἐξερέβευς vna voce. v. ad O, 4.

369. Στυγὸς ὕδατος αἰπὰ ῥέεθρα. ardua. aliquoties occurrunt; poſſunt αἰπὰ eſſe vel ab arduis littoribus dicta, vel traiectu difficilia; aiunt quoque, vt Schol. B. et Leid. ex altis ſcopulis deſcendentia. Sch. br. cum Heſych. ὑψηλὰ, ἐξ οὗ καὶ χαλεπά. Etymologus ὑψηλὰ ἢ δύςβατα. ἀπὸ μεταφορᾶς (leg. καταφορᾶς) τῶν ἀκρωτηρίων. Non itaque eodem modo dicuntur Latine *alta fluenta*, profunda, etſi res eodem redit, vt ſint periculoſa.

Pauſanias, quem verſus 366—369 recitare iam monui lib. VIII, 18 vbi de Styge agit, confundit res diuerſas. Nam alia eſt Styx Arcadiae, alius amnis mythicus Orco attributus, quo is finiretur, nomine ducto ex eo, quod rem auerſandam declarat: ἀπὸ τοῦ στυγεῖν. Eadem

aqua, ἡ Στὺξ tanquam Nympha, inter deas memoratur apud Heſiodum in Theogonia: ſed in eadem Styx eſt in Tartaro.

370. νῦν δ' ἐμὲ μὲν στυγέει. Apollon. Lex. in στυγεῖν. ἐπὶ δὲ τοῦ μισεῖσθαι· νῦν δ' ἐμὲ μὲν στυγέει. Aliena tamen eſt notio τοῦ odiſſe. Verum tenendum eſt animo ex antiquo ſermone *odiſſe* dici pro poſthabere, poſtponere; vt etiam in litteris ſacris odiſſe et amare hoc modo iunguntur, vt ſint praeferre et poſtponere. Igitur h. l. praeferri Thetidem, ſe autem negligi ait Minerua. Ad animorum affectus referunt homines rudiores etiam mentis iudicia; dicitur aliquis amare ea, quae probat; odiſſe, quae minus probat.

371. — 372. — „ἀθετοῦντι, quia neceſſe non erat narrare haec ſigillatim, et quidem ei, quae illa iam norat; nec verſus erant apud Zenodotum." Altera haec ratio validior. Ad Ἀχιλλῆα πτολίπορθον nihil monitum video h. l. At ex Schol. ad O, 56 patet ab Ariſtarcho eos locos notatos fuiſſe, in quibus Achilles πτολίπορθος dictus eſſet; conuenire enim nomen hoc Vlyſſi proprio aliquo modo, cuius maxime opera Troia fuit expugnata. Quidni tamen vel ſic Achilles quoque, qui tot vrbes et inſulas praedatus erat, πτολίπορθος appellari potuiſſet? Occurrit quoque πτολίπορθος Oileus B, 728 et Otrinteus Υ, 384. Quid ſit τιμῆσαι, dictum ad A, Exc. VI.

373. ἔσται μὰν, ὅταν αὖτε Φίλην Γλαυκώπιδα εἴπῃ. ξ „propter loquendi figuram, ὅταν εἴπῃ pro futuro; vt ὅταν ὀλώλῃ pro ὀλεῖται Z, 448. ὅτ' ἄν an ὅταν nil refert: ſi tamen ὅτε εἴπῃ ἄν iunxeris, non male fiet. ἔσσεται ἦμαρ ὅτ' αὖτε interpolatum in Mori et Barocc. ἔσται μάλ' Lipſ. ὅτε αὖτε Cant.

374. νῶϊν ἐπέντυε μώνυχας ἵππους. ἐπέντυνε, quod codd. pars habet, vt Vrat. c. eſt quoque in edd. Flor. et Aldd. 1. 2. Emendauit Turnebus ex Romana. v. ad Ε, 720.

375. 6. ὄφρα — ϑωρήξομαι ἄν — ὄφρα ἵκωμαι. v. Excurſum ad I, 112.

376. ὄφρα ἴδωμαι, εἰ — Sch. A. „γρ. ὄφρα ἴδωμεν“ ſicque Vrat. b. et e correct. Moſc. 1. et vn. Vindob. a m. pr.

377. εἰ νῶϊ — Ἕκτωρ. ÷ quod Zenodotus ediderat νῶϊν, quod eſſet ἡμῖν vel ἡμῶν, adeoque repugnaret reliquis“ Sch. A. In hac voce et duali quidem trepidaſſe veteres grammaticos et confudiſſe νῶϊ, νῶϊν, vt et σφῶϊ, σφωέ, σφῶϊν, (v. ad A, 8) aliis quoque locis videbimus. Eſt quoque νῶϊν in ed. Flor. et vno Vindob. Sed videnda ſunt notata ad v. ſeq.

378. εἰ νῶϊ — γηθήσει προφανείσα ἀνὰ πτολέμοιο γεφύρας. ÷ ſtigme ad lectionem Zenodoteam ſpectat, de qua ſtatim dicam. Nos antiquam ac veram lectionem non habere, ſed meras correctiones, mihi perſuaſum eſt. Ariſtarchea lectio erat προφανέντε, hanc recipiet, qui Ariſtarcheam lectionem exhibere profitetur; exhiberem et ipſe, quia haud dubie doctior eſt: nam genus potius etiam de feminis vſurpatur; et inf. 455 de deabus πληγέντε κεραυνῷ quoque occurrit; vt ſup. laudabatur E, 778 τὼ δὲ βάτην. Enimuero reuocat me hiatus qui ita infertur, προφανέντε ἀνὰ, quem alii poetae admittunt, Homerus refugit; niſi feras eum in caeſura verſus medii. „At Zenodotea lectio erat, Γηθήσει προφανεῖσας ἰδὼν ἐς δοῦπον ἀκόντων.“ Ita enim exarare neceſſe eſt, προφανεῖσας, vltima breui, non — εἴσας. Reliqua in Scholiis ſunt turbata. Pergit enim Ven. A. „συστέλλων τὴν τελευταίαν, παροξυτόνως προφερόμενος μετ' ἐκτάσεως τοῦ α (male adiectum poſtremum hoc τοῦ α et ab alia manu; nam penultima producitur — νεῖσας, vltima corripitur; alioqui erat — νείσας) ἐστὶ δὲ ἄκρατον Δώριον (mere Doricum, ſcil. ας quarti caſus corripi) σπάνιον δὲ τοῦτο παρὰ τῷ ποιητῇ.“ immo prorſus alienum ab Ionico poeta. Cum hoc eſt aliud, quod Zenodoteam lectionem damnat: peccat ea in digammum; eſt enim προφανεισας ϝιδων.

Subiicitur in Ven. B. (et Lipſ. ap. Bentl. cum Leidenſi ap. Valken. Diſſ. p. 129) aliud Scholion „προφανείσα δὲ γράφει Ἀρίσταρχος (hoc repugnat Scholio ſuperio-

ri; ſcribebat ille προφανέντε) ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς προφανεῖσας βούλεται, συστέλλων Δωρικῶς τὸ α. ᾧ καὶ πειθόμεθα." Male hoc, quod in eo acquieſcere vult; nam aut προφανέντε erat retinendum, aut προφανείσα, per dualem, (cuius vltima per ſe longa corripitur ſequente vocali) ſcribendum, προφανείσα ἀνὰ π. hoc et Townl. a pr. m. Etſi vtrum vere Homericum ſit, nemo dixerit; prius tamen praeferam, vel cum hiatu: προφανέντε ἀνά. Antiquae tamen lectionis veſtigia ſuſpicari licet latere in vtraque lectione, et fuiſſe aliquando recitatum: προφανέντε ϝιδὼν ἐς δοῦπον ἀκόντων. Ex his nata eſt primo lectio Zenodotea προφανεῖσας ἰδὼν, ignorato digammo, et cum doricam rationem alienam eſſe viderent alii, mutarunt alterum et ſcripſerunt προφανέντε ἀνὰ, donec ſucceſſit tertia lectio, προφανείσα ἀνά. Lectioni quam propoſui tanto magis confidam, quia perpetuum fere eſt ἰδὼν iunctum cum γηθεῖν· Sic A, 330 οὐδ' ἄρα τούς γε ἰδὼν γήθησεν Ἀχιλλεύς. et ſaepe τὸν δὲ ἰδὼν γήθησεν. τοὺς δὲ ἰδὼν γήθησεν.

Verum perſequamur reliqua: Habemus nunc lectionum auctores hos: Ariſtarchum, ſi προφανέντε ἀνὰ, Herodianum cum antiquiore Zenodoto, ſi προφανεῖσας, et hunc quidem, ſi προφανεῖσας ἰδὼν, iſtum, ſi προφανεῖσας ἀνὰ reſpexeris. quis vero tertiae, quae vulgata eſt, προφανείσα ἀνὰ auctor ſit, non traditur. Habuerat eam in ſuis libris Euſtathius, etſi male per σχῆμα σολοικοφανὲς dictum eſſe vult, eique occurri poſſe ait, aut per antiptoſin, vt ſit pro: εἰ νῶϊν προφανείσαιν, ἡμῶν προφανεισῶν γηθήσει, aut ſuppleto εἰς vel διά. Poſtremum hoc recte: aut enim νῶϊ προφανείσα ſunt caſus abſolute poſiti, ſine regimine, *nobis in conſpectum prodeuntibus*, (ἐπὶ) ἡμῶν προφανεισῶν, aut ſubintelligendum διὰ, εἰ γηθήσει (διὰ) νῶϊ προφανείσα. vt in illo: τίς ἂν τάδε γηθήσειε; Il. I, 77.

Videamus nunc de codd. et edd. Quod praefixum eſt Schol. Ven. B. et Sch. br. προφανείσας, ὀφθείσας, habent Baroce. Mori. Cant. Townl. a m. ſec. etſi mani-

feſto cum vitio metri. E cod. Mori Bentleius laudabat *προφανήσας*. *προφανέντε* non apparet niſi in Moſc. 1. e correct. et in Moſc. 3. a pr. m. *προφανεῖσαν* Vrat. c. quod etiam H. Stephanus legiſſe profitetur; puto natum aut ex *προφανείσαιν*, aut ex *προφανείσα*. *προφανείσα* in ceteris, etiam, quod credere licet, in Lipſ. et in Vindob. codd. In Vrat. A. eſt *προφανεῖσα* a m. pr. ſed rubro ſubſcriptum Iota, addito: *δοτική*. indocte. Contortum eſſet, ſi quis *ὄφρα ἴδωμαι — προφανεῖσα* ſc. *ἐγώ*, iungere vellet.

In Ed. Flor. eſt excuſum *νῶϊν — προφανείσαιν*. Prius eſt Zenodotea lectio, ad grammaticam veram redacta, vt ſint genitiui abſoluti. Mutauit Ald. 1. *εἰ νῶϊν — προφανέντε ἀνὰ*, deb. ſaltem edere *νῶι*: retinuere tamen illud edd. Ald. 2. et hinc ductae, ipſe Turnebus. In Romana erat: *εἰ νῶϊ προφάνείσα ἀνὰ*, quod reuocauit H. Stephanus.

379. *ἤ τις καὶ Τρώων κορέει κύνας*. *ἤ τις*. ſic editur, et ita Venetus ſcribere iubet, aſſeueratiue. poteſt tamen *ἦ* non minus locum habere, ſi iunxeris: *εἰ γηθήσει ἤ (εἰ) τις καὶ κορέει*. quod Euſtathius amplecti videtur. male vn. Vindob. *ὅς τις καὶ —*

κορέσει Mori. Barocc. Harlei. vn. Vindob. In his tamen verbis duplex eſt flexio futuri: nec refert, vtram ſequaris: ſimiliter N, 831. P, 241.

381. *ὣς ἔφατ', οὐδ' ἀπίθησε* — Locus qui ſequitur, repetitus eſt magna ex parte ex E, 719 ſq. vbi eaedem deae eodem modo in aciem ſe inferunt. Probabile fieri poteſt, ſeriorem locum ex priore aut natum aut locupletatum eſſe.

382. *ἔντυεν ἵππους*. Vrat. c. *ἤντυεν*. ſup. E, 720 erat *ἔντυεν*.

383. *Ἥρη, πρέσβα θεὰ*, verſus abeſt a Townl. a m. pr.

385. 386. 387. — „*ἀθετοῦνται* verſus tres, quia *ἐν τῇ Διομήδους ἀριστείᾳ* (E, 734. 5. 6) recte legebantur, ad rerum actum; (*πράττεται γάρ τινα*. etſi non video, quomodo ibi magis quam hic) nunc vero otioſi ſunt. „Etiam Ariſtophanes eos damnauerat; Zenodotus ne ſcripſe-

rat quidem.“ Proceſſerat itaque rhapſodorum recitatio ſic: *αὐτὰρ Ἀθηναίη, κούρη Διὸς αἰγιόχοιο, τεύχεσιν ἐς πόλεμον θωρήσσετο δακρυόεντα.*

385. *πέπλον μὲν κατέχευεν ἑανὸν* — dictum de hoc eſt ſupra E, 734. vbi idem verſus iam lectus eſt, et de *ἑανὸς* ad Γ, 385. Si *ἑανὸς* eſt adiectiuum, et deſignat peplum tennem, rectius ſcribitur *κατέχευεν ἑαννόν.* Sin appoſite dictum eſt *πέπλον, ἑανὸν*, peplum, amictum, ſcriptum eſſe debuit *κατέχευε ϝεανον.* Probabilius mihi eſt prius.

laudatur in Schol. Heſiodi Θ. p. 135. b. Similiter legitur ap. Etymol. in ὀρθογόη p. 631, 5. Πρὶν ὄρθαι, διεγέρθαι ἀπὸ τοῦ ὦρθαι ἀπαρεμφάτου, καὶ συστολῇ, ὄρθαι. quod ſpectat ad h. l. Debet Ionicum videri omiſſo augmento; aut dicas potius ex antiqua ſcriptura id ſuperfuiſſe, cum eadem littera ο et ω deſignaret. Apud Heſych. eſt ὦρθεν, ὥρμησεν, ἀνέστη ἢ ἀνέστησεν. παρὰ ναυσὶ v. ad M, 225.

475. — 476. — ἀθετοῦνται. Cauſſas varias leues affert Ven. A. Verior eſt, quod ſaltem 476 eiiciendus eſt, rerum veritati repugnans: nam Patroclus non caeſus eſt *apud naues*, vbi pugnabatur ἐν στεῖνει. Il. O, 426. Quod ſi defendas ex Π, 500. vbi ipſe Patroclus moribundus ſe dicit νεῶν ἐν ἀγῶνι πεσόντα, primum, eſt ibi pugna eius diei ad naues pugnari coepta; tum vero videtur non ſatis conuenire oeconomiae carminis, vt *iam nunc* Iupiter omnem modum eius, quod futurum ſit, exponat. Tenendi erant animi ſuſpenſi; vt in vaticiniis.

476. περὶ Πατρόκλοιο πεσόντος. Ex interpretatione θανόντος Barocc. Mori. vn. Vindob. margo Vrat. M. cum ipſo Veneto. Porro στεῖνει ἐν αἰνοτάτῳ conuenit cum ἴδει ἐν αἰνοτάτῳ, in aeſtu *grauiſſimo* in Sc. Herc. 297. et cum eo quoque comparatur a grammaticis.

479. γαίης καὶ πόντοιο, ἵν' Ἰαπετός τε Κρόνος τε. πόντοιο ἵν' facit hiatum; qui ab Homeri more abhorret. Ei iam Bentlei. occurrebat: πόντοιό γ', ἵν' (occurrit et ἵνα τε. ἵνα τ' vt Υ, 478. vt poſſit legi: γαίης καὶ πόντοι', ἵνα τ') aut γαίης τε πόντοιο θ', ἵν'. Obſeruant A. B. quod poeta h. l. docet aquam terrae circumfuſam σφαιρικῶς, eaque occuli terram, niſi qua continens eminet. — Scholion de Iapeto Ven. A., quod et in Sch. br. habetur, confundit Gigantes cum Titanibus: vt ſaepe faciunt ſeriores.

480. οὔτ' αὐγῆς ὑπερίονος Ἠελίοιο. primo nunc loco epitheton occurrit, varie ad etymon reuocatum, a Schol. Ven. A. Sch. br. Etymol. Heſych. et iam ab Apollon.

Lex. add. inf. ad T, 398. Antiquiſſima interpretatio petitur e verſu Xenophanis Colophonii Ἠέλιός θ' ὑπερ-ἑμενος γαῖάν τ' ἐπιθάλπων. Dictum ergo eſſe τὸν ὑπερι-έμενον ἀεὶ τῆς γῆς, *perpetuo ſupra terram meantem* cenſebat Heraclid. Alleg. c. 44. Sane ſubeſt notio, quod ſuperiora caeli loca ſol permeat. Alibi tamen eſt nomen patris ὁ Ὑπερίων, vnde Sol ὁ Ὑπεριονίδης, vt Od. M, 176 et Heſiod. Θ. 371. 2. Putatur itaque ab aliis Sol Ὑπερίων dictus eſſe, Hyperionis filius, quaſi Ὑπεριονίων. Prior ratio videtur praeferenda eſſe.

Sole et aura caret Tartarus; cum contra in Inſulis Beatorum Sol perpetua luce colluſtret omnia auraque recreet ap. Pindar. Ol. II, 109. 129. Alio modo ventus eſt in Tartaro, quo Ixionis rota mouetur, apud Virgil. Ge. IV, 483.

481. βαθὺς δέ τε Τάρταρος ἀμφίς. In Lipſ. et edd. Flor. Ald. 1. τε aberat: βαθὺς καὶ τ. Turnebus. non video vnde.

483. ἐπεὶ οὔ σεο κύντερον ἄλλο. κυνότερον, ἀναιδέστερον. ὁ δὲ Ἀπίων, ἀγριότερον. Apollon. Lex. h. v. Inde alii repetierunt. Alibi autem ſimpliciter eſt μεῖζον. δεινότερον. χαλεπώτερον. v. c. K, 503. Addit Heſych. χεῖρον. ſcil. Od. Υ, 18 Τέτλαθι δὴ, κραδίη. καὶ κύντερον ἄλλο πότ' ἔτλης.

484. οὔ τι προςέφη λευκώλενος Ἥρη. profectus hic verſus et intercalatus a ſeriore rhapſodo: primo propter neglectum digammi in Ἥρη. de quo v. Excurſ. II. ad A. tum, quod ſaepe numero θεὰ λευκώλενος Ἥρη occurrit, nusquam θεὰ abeſt, praeterquam h. l. et Ω, 55. forte et Φ, 512.

485. ἐν δ' ἔπεσ' Ὠκεανῷ λαμπρὸν φάος Ἠελίοιο. ξ-quod Homerus Solem Oceano occidere et oriri ait: ἐξ ἡρωϊκοῦ δὲ οὐκέτι. Ven. A. (an, poſt heroicas aetates amplius hoc creditum non eſſe? In Homero ſaepe occurrit: v. c. Σ, 239. 240. nec minus tamen in omni poetica oratione.) Priora etiam Strabo ex hoc verſu lau-

dato probat lib. I. p. 4. Laudat quoque vtrumque verſum Heraclid. Alleg. c. 45.

ἐν δ' ἕπεσ' Ὠκεανῷ. Ionicum ἐν δὲ πέσ' notatum non reperio.

485. 486. duo verſus recitat Strabo lib. III, p. 222. inter fabuloſa Homeri de occidente.

487. Τρωσὶν μέν ῥ' ἀέκουσιν ἔδυ Φάος. Ex hoc verſu ſuſpicor ductum eſſe, quod liber hic inſcriptus olim fuit κολομαχία, pugna diremta; Eo quoque ſpectare arbitror Scholion B. βραχεῖαν τὴν μάχην ἐποίησεν — οὐδεὶς μέρος μάχης καλεῖται. hic itaque putauit eſſe non κόλον μάχην, ſed κῶλον μάχης, cum μέρος reddat.

Τρωσὶ μέν ῥ' Townl. cum aliis; idque fuit antiquius; modo per totum Homerum ſimilia eodem canone refingere liceret!

488. ἀσπασίη, τριλλιστος ἐπήλυθε νὺξ ἐρεβεννή. „quod tria epitheta cumulauit poeta" Sch. A. proprie tantum duo, nam ἐρεβεννὴ ad naturam noctis ſpectat, tanquam proprium.

τριλλιστος. πολυλιτάνευτος. Schol. Apollon. Lex. et Etymol. Scribitur quoque τρίλιστος, recte e more antiquo; ſed a librariis indocte. Super τρὶς, etſi re vulgatiſſima, Scholion eſt in Euſtathio.

ἐπήλυθεν eſſe ex ἐπήλυθον, non ex ἐπήλυθα, monet Clarke. Laudat hemiſtichium Strabo I, p 75. inter exempla vſus poetici in τρίς. At Schol. Theocriti ad Idyll. XV, 86. vbi: ὁ τριφίλατος Ἄδωνις. ὁ πολυφίλητος. ὡς καὶ παρ' Ὁμήρῳ· ἀσπασίη. τριφίλητος ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν. vidimus iam ad B, 548.

489. Τρώων δ' αὖτ' ἀγορὴν. — Abeſt δ' in Townlei.

490. νόσφι νεῶν ἀγαγὼν, ποταμῷ ἔπι δινήεντι. Erat editum inde a Flor. ἔνι. num e codd. an operarum vitio non apparet. Eſt tamen ἐνὶ in Vrat. c. Recepit ἔπι Barnes, quod iam ed. Rom. cum Euſtathio exhibuerant, accedentibus codd. Cant. Mori. Add. noſtros, cum Ven. Lipſ. Defendit Erneſti ἐνὶ exemplo aliorum ſcriptorum. At enim deſidero exempla ex Homero;

cuius contra vſus perpetuus eſt τοῦ ἐπί. De ceteris v. Notam.

491. ἐν καθαρῷ· ὅθι ἐὴ νεκύων διεφαίνετο χῶρος. ξ „quod nondum cadauera ad ſepulturam ablata fuerant; contra Iſtrum“ Sch. A. πρὸς Ἴστρον. Debuit ergo Iſter aſſeuerare id iam factum eſſe. Scilicet heſterno die. H, 421. At hodierno die noua facta erat caedes.

493. 494. 495. ξ quod Zenodotus tollit (περιγράφει) vſſ. quatuor ſeqq. 493. 4. 5. 6. quia iidem (ſaltem tres) alio iam loco leguntur: ſupra Z, 318. 319. 320. vbi v. ad hos vſſ. Male nos habet, quod non ſubtiliter ſatis tradiderunt grammatici, ipſe ne ſuſtulerit, critico iudicio, an non ſcripſerit, quia in ſuis exemplaribus ſcriptos non repererat.

494. ἔγχος ἔχ᾽ ἑνδεκάπηχυ. Barnes: „γρ. ἔχεν δεκάπηχυ. ſorte ex Z, 319 vbi vide. Geminata menſura τὸ ξυστὸν δυωκαιεικοσίπηχυ Il. O, 678.

496. ἔπεα Τρώεσσι μετηύδα. repoſitum e Ven. et Schol. adde vn. Vindob. quia melius conuenit loco, quam vulgatum ἔπεα πτερόεντα προσηύδα. Schol. A. γρ. ἔπεα πτερόεντ᾽ ἀγόρευε. ita quoque legitur in Cant. Vrat. b. et A.

499. ἆψ ἀπονοστήσειν προτὶ Ἴλιον ἠνεμόεσσαν. ξ quod τὴν Ἴλιον iterum dixit. Variant quoque iterum προτὶ et ποτί. Monent Clarke et Erneſti ἐφάμην, νῦν ἀπονοστήσειν iungenda eſſe.

501. Ἀργείους καὶ νῆας ἐπὶ ῥηγμῖνι θαλάσσης. ξ quod Zenodotus alterum hemiſtichion ſic legerat: ἐπεὶ Διὸς ἐτράπετο φρήν. Sed, pergit Schol. A., aliunde hoc illatum (forte ex K, 45) et ab h. l. alienum; non enim nox Iouis voluntate ſuperuenerat.

503. ξ „quod Zenodotus legebat ἐφοπλίζεσθον.“ Debuit ergo et ἀτὰρ legere. — In Ven. et Sch. A. B. Lipſ. Cant. Townl. Vrat. A. vitioſe exaratum ἐφοπλισόμεσθα· ἀτὰρ κ. In Mori mſ. autem, vt in Rom. et Euſt. ἐφοπλισόμασθα. αὐτάρ, et vitioſius etiam Flor. Aldd. an-

te Turneb. ἐφοπλιζόμεσθα, αὐτάρ. Vrat. c. ἐφοπλιζόμεσθ' et b. ἐφοπλισόμεθα. Adeo metri omnino incurios esse vides librarios. Quod sane confidentiam addere potest in vitiis metricis vel sine libro corrigendis. Infra tamen I, 66 idem versus repetitur sine varietate.

504. λύσασθ' Townl. putes fuisse λύσασθ' ἐξ ὀχέων. Sane Ψ, 7 μὴ δή πω ὑπ' ὄχεσφι λυώμεθα μώνυχας ἵππους, et vs. 11 ἵππους λυσάμενοι. sed perpetuum λύειν, λῦσαι, ἵππους. Tum variant ὑπὲξ, ὕπ' ἐξ. ὑπ' ἐξ.

505. ξ — „quod ἄξασθε non de tempore futuro accipiendum, sed pro ἄγετε." debuit ergo legere ἄξεσθε. (De voce ἴφια v. ad E, 556) πόλεως Barocc.

507. σῖτον δ' ἐπὶ μεγάρων. Monent A. B. non ἄξασθε repeti posse, οὐδὲν γὰρ τῶν ἀψύχων ἄγεται. Φέρεται δὲ μᾶλλον. Esse adeo subintelligendum φέρετε. — Scilicet hoc inde eliciendum est, aut potius ex οἰνίζεσθε. Hactenus ad τὸν ἀπὸ κοινοῦ τρόπον hoc recte refert Porphyr. ad K, 165. Eiusdem ζήτημα, Qu. Hom. 2. hic in Ven. B. male insertum ad Λ. K, 418 spectat.

509. ἤκῃ ap. Porphyr. l. c. ἵκει Lips.

510. διὰ νύκτα. quod διὰ νυκτὸς est communi vsu. Schol. At Clarke: esse etiam, *noctis beneficio* fugere. Iterum K, 101.

511. μή πως — ὁρμήσονται Cant. Mori. Recte vero ὁρμήσωνται. Sequitur alia iunctura μὴ μὰν ἐπιβαῖεν. v. Excurs. II ad H. In vno Vindob. ὁρμήσωσι.

512. μὴ μὰν ἀσπουδί γε νεῶν ἐπιβαῖεν ἄκηλοι. ξ — quod ἀσπουδὶ, ῥᾳδίως. μή πως χωρὶς σπουδῆς. Sch. A. At Sch. br. ἄνευ κακοπαθείας. ἄνευ πόνου. Iterum vox occurrit inf. O, 476 et X, 304. Interpretantur eam simili modo Apollon. Lex. h. v. Hesych. Eustath. ἀσπουδὶ scriptum cum Veneto in hoc et ceteris locis; similiter ac sup. 197 αὐτονυχί· — vulgo frequentatum ἀσπουδεί, quod et scribit Apollon. Lex. cum ceteris grammaticis. Idem tamen alio loco, p. 611 in σπουδῇ — ὅθεν καὶ τὸ ἀσπουδῇ· οἷον ἄνευ κακοπαθείας. quod non potest corrigi; siquidem alii ita scripserunt. Suidas: ἀ-

σπουδεῖ, χωρὶς σπουδῆς. ἀσπουδῇ δὲ, διὰ τοῦ η, χωρὶς κακοπαθείας. ὡς τὸ· μὴ μὰν ἀσπουδῇ γε. In Homero eſt hoc vnicum ſui generis aduerbium; quae alibi occurrunt, ſcribuntur per ει, vt ἀμοχθεί.

ἐπιβαῖεν ἕκηλοι contra digammi vſum. Nam ſcriptum fuit ϝεκηλοι. Vt ſup. E, 759 οἱ δὲ ϝεκηλοι. Vide Excurſum de Digammo. Mihi verſus eſt inſititius, otioſus et interpellat reliqua. Bentlei. tamen maluit tentare: ἐπιβῶσι ϝεκηλοι. vt Od. Ξ, 85 οἵ τ' ἐπὶ γαίης ἀλλοτρίης βῶσι.

μὴ μὰν et ἀλλ' ὥς τις pendent a ſubintellecto Φυλαξόμεθα, cauebimus, caueamus, ne.

513. ἀλλ' ὥς τις τούτων γε βέλος καὶ οἴκοθι πέσσῃ. ξ — „quod βέλος dixit pro vulnere" Sch. A. Comparat Sch. B, Λ, 269. vbi eſt de dolore parturientis. Admittam hoc hactenus, vt βέλος dicam eſſe pro dolore ex vulnere dictum; ita enim accommodatius eſt τὸ πέσσειν. de quo v. ad B, 237. Eſt quoque inter Heſychiana in βέλος. καὶ τὴν ἀλγηδόνα βέλος λέγει. Eoilem referri poteſt Ξ, 439 βέλος δ' ἔτι θυμὸν ἐδάμνα. vbi Sch. B. laudat h. v. ὥς τις — πέσσοι. quod et Schol. A. memorat in Ariſtophane fuiſſe. Bentl. tentarat pro τούτων γε βέλος, τούτων ἕλκος.

Pro τούτων, ἀλλ' ὅς τις κείνων γε tanquam Ariſtarcheum protulerat Parmeniſcus ἐν τῷ ιά πρὸς Κράτητα. vtinam aliud quid paullo memorabilius ex eo ſeruatum eſſet!

514. ἦ ἔγχει ὀξυόεντι. Suſtuli diaereſin ἔγχεϊ ne hiatus eſſet. de voc. ὀξυόεις dictum ad E, 50.

515. νηὸς ἐπιθρῴσκων. conſcendendo nauem ad diſcedendum. Sch. A. „ἐν ἄλλῳ· ἀποθρῴσκων." ſicque Cant. et vn. Vindob. quod alienum; at locum habebat B, 702. vn. Vindob. νηῶν ἐκθρῴσκων.

ἵνα τις στυγέῃσι καὶ ἄλλος. vidimus formulam iam A, 186 στυγέῃ τε καὶ ἄλλος ἴσον ἐμοὶ φάσθαι.

517. κήρυκες δ' — ἀγγελλόντων. ξ — quod pro ἀγγελλέτωσαν. Sch. A. notant idem Heſych. Etymol. Euſtath. de re tam vulgata inter nos.

518. πρωθήβας. vn. Vindob. πρωθήβους.

519. παῖδας et γέροντας — λέξασθαι περὶ ἄστυ. ξ — „quod τὰ λέξασθαι pro ἐγκοιμηθῆναι.“ Sic Ven. A. cum Etymol. At Sch. B. videtur accipere pro, deligere. Euſtath. συναχθῆναι. Quis putet ita aberrari poſſe! λέξασθαι eſt vel eligere et disponere, vel collocare: quod ſi ordine ſit, redit ſententia eodem. At iunctura duplici modo inſtitui poteſt, vnde et duplex ſenſus prodit: praecipiunto, λέξασθαι παῖδας, disponere pueros, vel, τοὺς παῖδας λέξασθαι περὶ ἄστυ vt pueri collocent ſe, excubent muris circa vrbem. v. ad I, 66. 67.

λέξασθαι προτὶ ἄστυ vn. Vindob. et Venetus: c. Schol. „γρ. περὶ ἄστυ.“ Aliud eſt in ſimili loco Σ, 260 ἀλλ' ἴομεν προτὶ ἄστυ.

θεοδμήτων ἐπὶ πύργων, muros Ilii a diis factos. Sch. A. et Sch. br. in memoriam reuocant.

520. θηλύτεραι δὲ γυναῖκες. Ineptiunt in epitheto grammatici; in his Porphyrius, cum in Scholiis Venetis, etiam Schol. br. et Etymol. tum alibi, ipſe quoque Apollonius Lex. h. v. vbi cf. Tollii doctam notam: dubitant enim, ſintne mulieres θηλύτεραι dictae libidinoſiores comparatiue, ſiue reſpectu beſtiarum: quo ſpectant mira commenta ducta ab ἄνδρες ἀλφησταί ap. Etymol. p. 451. 2. et p. 72 f. v. Apollodori Fragmenta p. 1140. ſine virorum reſpectu; an ſint per ſe θήλειαι, fecundae, quae liberos pariunt: hoc eſt, quod Apollonius ait, ἀντὶ τοῦ αὐτρόφων, actiue, quae nutriunt. Haud dubio θηλύτεραι ſimpliciter habendum eſt pro alia forma, quam θήλειαι, vt dictum ſit eodem modo, quo παρθενικαὶ (κόραι) pro παρθένοι epitheto forte otioſo, ornante tamen in priſco ſermone et vſu frequentato. cf. dicta inf. ad Φ, 454 vbi in nonnullis lectum νήσων ἐπὶ θηλυτεράων.

521. πῦρ μέγα καιόντων. ξ — „quod καιόντων pro καιέτωσαν.“ Sch. A. vt modo 517.

524. 525. — „ἀθετοῦνται duo verſus: μῦθος δ' ὃς μὲν νῦν et τὸν δ' ἠοῦς. quia in ſequenti carmine de altero ſermone nil memoratum occurrit; et quod ὃς μὲν dictum

eſt pro ὁ μὲν" Sch. A. Laudatur idem Schōlion e Cod. Leid. a Valken. ad Ammon. p. 242. 3. Habemus et h. l. criticam ex iudicio grammaticorum; nihil de librorum et lectionis auctoritate. Iudicium autem leue eſt; nam vt conſilium altero die captum cum loci huius reſpectu memoretur, neceſſe non erat; poteſt enim in animo habere conſilium de inferendo nauibus igni; et ὃς μὲν νῦν quod et a grammatico ad calcem Ammonii p. 201 inter ſoloeca refertur, accipiendum eſt, ὃς μὲν νῦν ἐστιν ὑγιής.

ὃς νῦν μὲν Vrat. b. et in marg. „γρ. μὲν νῦν."

In Schol. br. iuncta ſunt μῦθος δ' ὃς μὲν νῦν. h. e. οὗτος μὲν δὴ ὁ λόγος. Sic et iunxerat Schol. B. Bentlei. emendabat ὡς, voluitque, quantum aſſequor, dictum eſſe: et ſic quidem conſilium dictum eſto, μῦθος δ' ὡς μὲν — εἰρημένος ἔστω. Eſt quoque in vno Vindob. ὡς.

ὑγιὴς λόγος Schol. A. accipit τετελεσμένος. Schol. B. ὁ ἀπαραποιητὸς καὶ ἀπαραβατικός. h. e. cui omnes parento. Sic et Sch. br. et Euſtath. qui duriora etiam admiſcet. At nemo docet, quo more et vſu vis illa in voce ὑγιὴς lateat; et miror grammaticos non in ſuſpicionem adduxiſſe ipſam vocem, quae omnino non eſt Homerica. Seriorum hominum, maxime Atticorum, vſus eſt τοῦ ὑγιὴς pro bonus, vtilis, probus, prudens: ὑγιές τι λέγειν, οὐδὲν ὑγιὲς ἐργάζεσθαι, nil quod ſit rationi conſentaneum: nec aliter accipio in Phalaridis Ep. CXIV, etſi Lennepio contra ſtante. Ita ſane ſenſus loci poſtulat et h. l. accipere λόγον ὑγιῆ. conſilium quod in praeſens bonum et vtile eſt, dictum nunc eſto: h. e. ſatis de hoc. Quae cras agenda erunt, cras quoque in concione exponam.

Nunc igitur iudicio veterum grammaticorum lubentem accedere me profiteor, ſed aliis de cauſſis. Verſus ſunt ieiuni, otioſi, ſine neruo, et ſunt e cenſu eorum, qui, quae breuiter et potenter dicta erant, explanando diluunt; tum vox ὑγιὴς vocabulum non Homericum occurrit.

Ceterum cum illis μῦθος εἰρημένος ἔστω conuenit formula, ipsi Herodoto iam frequentata: καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα.

525. ἀγορεύσω vn. Vindob. ἀγορεύω.

526. εὔχομαι ἑλπόμενος, vulgo lectum. Appicta ex „quod Zenodotus legerat: ἕλπομαι εὐχόμενος.“ At Hectoris arrogantiae melius conuenit alterum: καυχῶμαι ἐλπιδοφοιούμενος ὑπὸ τοῦ Διὸς καὶ τῶν ἄλλων θεῶν.“ Sic Schol. A. Argutatur grammaticus, nec versum non fiare posse vidit, si scribitur ευχομαι ϝελπομενος. Nec ἐλπεσθαί τινι dictum memini: Iungitur cum infinitiuo vel cum quarto casu. Scribendum vtique ϝελπομαι ευχομενος Διΐ τ'. Viderat hoc Bentleius sine libro. Nunc antiquiorem lectionem retraxi, cum ante Zenodotum ita recitatum fuisse appareat, simulque inde hoc constet, vsum et vim τοῦ Digamma iam a Zenodoto ignoratam fuisse. Repetitur Zenodotea lectio a Schol. A. inf. ad Ξ, 45, et extat in vno Vindob.

527. ἐξελάαν ἐνθένδε κύνας κηρεσσιφορήτους vltimum hoc vna voce Ven. A. B. vti alii. „Ita legebat Aristarchus et plerique. Forte (nam Veneti A. verba appono) quia ipse poeta mox resoluit οὓς κῆρες φορέουσι? vt saepe solet verba resoluere; quoties scilicet vis aliqua iis inest et ἐνάργεια. vt inf. I, 124 equos ἀθλοφόρους, οἳ ἆεθλια ποσσὶν ἄροντο. O, 526 Λαμπετίδης, ὃν Λάμπτος ἐγείνατο, Φέρτατος ἀνδρῶν. P, 5 bos πρωτοτόκος, οὐ πρὶν εἰδυῖα τόκοιο. Nec tamen, inquit, solet Homerus verba componere ita, vt datiuus syllaba interposita extentus *ab initio* positus sit (sc. κηρεσσιφ. duplicato sibilo.) Ita πασιμέλουσα (Od. M, 70) non παντεσσιμέλουσα. Ναυσικάα. Ναυσίθοος. ἐγχεσίμωρος. τειχεσιπλήκτης. *Ab initio* diximus, κατ' ἀρχήν, ait Schol. quia apud Epicharmum in fine compositum est: γυναῖκ' ἀνδρέσσι ποθεινόν.“ Obscurum hoc est: ex grammatici sententia iungendum esse debuit; γυναικανδρέσσι ποθεινόν. Putes tamen in Epicharmo fuisse ἀνδρεσσιποθεινόν vna voce acceptum: vt forte lectio esset, γυναῖκ' ἀνδρεσ-

σιποδεινὴν, vel tertio casu γυναῖκ' ἀνδρεσσιποδεινῇ. etsi hoc putidum est; quidni enim pro binis vocibus habeantur! „Si haec, pergit Ven. A. vera sunt: rationi consentaneum non est, vna voce scribere; obtinuit tamen Aristarchea scriptura." Doctum scholium; argutius tamen, quam opus est. Exscripsit illud quoque Eustath. Explicationem breuem iam Apollonius dedit in Lex. h. v. τοὺς ὑπὸ τῆς εἱμαρμένης ἐνηνεγμένους vel μετενηνεγμένους, quod Hesych. habet, admixtis aliis ineptis, vt et Etymol. cum Sch. br. Etiam Koeppen pronus in illud erat, vt sit: *a Parcis abripiendos.* Miro modo Suidas: κηρεσιφόρητος, ὁ τὸν θάνατον φέρων.

κηρεσσιτρόφους Vrat. A. κύνας. Apollon. in κύων. — ἐπὶ δὲ τῶν ἀναιδῶν κύνας κ.

528. οὓς Κῆρες Φορέουσι μελαινάων ἐπὶ νηῶν — „ἀθετεῖται versus tanquam inutilis post antecedentem κύνας κηρεσσιφορήτους. Neque Zenodotus scripsit." Sch. A. Sane, si quis alius, versus hic interpretamentum, idque frigidissimum, sapit. Verum, vt hominum iudicia diuersa sunt, Ruhnken. in Epist. crit. nouae edit. p. 56. defendit versum similibus ex Homero laudatis. (v. talia ad vs. antec. 527.). Scilicet ambiguitas manet inexpugnabilis, quoties iudicium in poeta vetere inter haec duo erat: abundare aliquid, et esse otiosum, viderique ad eo seriore opera interpolatum; et altera ex parte, hoc idem, quod reprehendas, se tueri ipsa temporum hominumque simplicitate et rudiore sermone. Mirabar a Bentleio ad h. vs. nihil monitum esse. Extat quoque versus ap. Themist. XV, p. 199.

529. ἀλλ' ἤτοι ἐπὶ νυκτὶ φυλάξομεν ἡμέας αὐτούς. Contendit Clarke ἡμέας esse pronuntiandum binis syllabis ἡμᾶς. Cur tamen vltima in ἡμέας non sit pro breui habenda, non docuit; rationem nullam se videre, etiam Ernesti monuit ad K. 211.

Aliud est, quod de versu moneas: repugnat sententia consilio Hectoris, et supra memoratis; non enim, vt se custodiant ἕρσοι, custodias facere Troianos iussit

Hector, sed vt *hostes* obseruent abituros. Videtur itaque mihi subesse vitium vetus, et scriptum fuisse ἡμέας. Φυλάξομεν ἡμέας αὐτούς, nos per noctem obseruabimus ipsos.

530. πρωὶ δ' ὑπηοῖοι. πρωὶ non est h. l. ὄρθρου βαθέος, aut mature; vt apud Atticos; qui etiam τὸ Iota subticuerunt, ita vt πρῷ, πρῶ, πρὼ, forte etiam πρῳ, scriberetur; de qua voce multa sunt dicta ap. grammaticos, Hesych. Etymol. Eustath. Timaeum, ad quem cf. Ruhnken. sed simpliciter est mane, omisso αὔριον, quod vs. 535 adiicitur.

Adiicitur ὑπηοῖοι pro quo scribebatur vulgo ὑπ' ἠοῖ. et hic et alibi, vti Od. Δ, 656. quod grammatici, v. c. Schol. br. acceperunt dictum pro ὑπ' ἠοῖ. sub diem ortum, vt ipse Etymologus in ἑώιειν. putarunt adeo esse ὑπ' ἠοῖ productum ὑπ' ἠοῖοι. Scripserunt quoque ὑπ' ἠοῖ, claudicante versu, nonnulli apud Eustath. et Vrat. b. c. A. et edd. Flor. Ald. I. In Ven. est ὑπ' ἠοῖ οἱ. Dicendum saltem erat, πρωὶ esse tertium casum antiquae vocis πρώς, πρωὸς, πρωΐ. vt sit: ὑπὸ πρωΐ, tum ipsi ἠῷοι, vel ἠοῖοι.

Verum scripturam esse corruptam, et scribendum esse ὑπηοῖοι, monuere plures, etiam Toup. quibus obtemperauit Wolfius. Sane τὸ ὑπηοῖον vna voce dici, patet vel ex Od. Δ, 656 Mentorem vidisse χθιζὸν ὑπηοῖον. et P, 25 μή με δαμάσσῃ στίβη ὑπηοίη. etsi ibi quoque aberrat scriptio; et ex Apollonio IV, 841 ὥς κεν ὑπηῶιοι μνησαίατο νόστου ἑλέσθαι. In eundem modum refingendum est in aliis, vti in Argonaut. Orphicis 656 pro ἐπ' ἠῷοι, ὑπηῷοι. Bis adhuc peccatum videbimus Il. Σ, 277. 303. Vt καινύχιος, sic ὑπηοῖος vsurpatur; vt nocturnus et matutinus, pro noctu et mane. — ὑπηῶιοι erat in Cantabr. verum poeta Ionicam formam sequitur.

σὺν τεύχεσι θωρηχθέντες. — Praestat iungere σὺν τεύχεσιν ἐγείρομεν, quod monuit iam Clarke. Nam θωρηχθῆναι τεύχεσι dicitur, non σὺν τεύχεσι. cf. sup. 376. 388. dubitant tamen grammatici ad M, 77.

531. *ἐγείρομεν ὀξὺν Ἄρηα.* pro *ἐγείρωμεν.* ex grammatica Homerica. Iunguntur *Φυλάξομεν, ἐγείρομεν.*

532. *εἴσομαι, αἴ κε μ' ὁ Τυδείδης — ἀπώσεται, ἦ κεν ἐγὼ — Φέρωμαι* ξ— „quod *εἴσομαι* est *γνώσομαι*" Schol. A. cum Apollonio l. v. Schol. Ariſtoph. Acharn. 331 et al.

Obſeruat praeterea Sch. A. vſum *τοῦ ὁ* T. quod adiectum eſt cum vi: Diomedes ille.

εἴ κε Cant. vn. Vindob. et Schol. ad M, 118. Contra mox 533 in binis Vindob. et mſ. Mori. eſt *αἴ κεν ἐγὼ τόν.* prorſus eodem loco habenda.

Mil monent de iunctura: *αἴ κε — ἀπώσεται — Φέρωμαι.* eodem loco hos modos haberi, apertum eſt; in Odyſſ. X, 7 eſt etiam optatiuus: *εἴσομαι, αἴ κε τύχοιμι, πόρῃ δέ μοι εὔχος Ἀπόλλων.* quo vel vno exemplo conſicitur, Atticiſmos in Homero non eſſe quaerendos. De his, vt paullo poſt 521. 533 *Φυλάξομεν — ἐγείρομεν* et 533. 4 *ἀπώσεται ἦ Φέρωμαι,* v. Exc. III. ad Il. A.

534. *ἦ κεν ἐγὼ — ἔναρα βροτόεντα Φέρωμαι.* poſt *αἴ κεν ἀπώσεται* ſequitur *ἦ Φέρωμαί κεν.* Sch. A. in alio codice *Φεροίμην* legi memorat; quod et locum haberet, niſi Homero ſollenne eſſet coniunctiuum cum *ἄν* vel *κεν* pro futuris ponere. Itaque *Φέρωμαί κε* eſt pro *ἀποίσομαι.* cf. Excurſ. III ad Il. A.

χαλκῷ δηώσας. Barnes: „γρ. *δηιώσας.*" Sicque Lipſ. Townl. alii. recte, fuit ea antiquior ſcriptura; iota ſubſcribere ſerius inualuit. At in codd. noſtris modo hoc modo illud occurrit.

Ceterum verſum interpolationis veſtigia prodere iunctura docet impedita, et quod ad explendam ſententiam antecedentis *ἦ κεν ἐγὼ τόν.* ſcil. *ἀπώσομαι,* adiectus eſſe videtur.

535. 536. 537. ξ— Obſeruarunt veteres grammatici hos verſus, cum iis tribus qui ſequuntur, 538. 539. 540. eſſe eiusdem ſententiae. Appoſuere itaque, vt e Schol. A. intelligo, ſigma כ, praeter diplen, ſequentibus autem vſſ. 538. 539. 540. ב, vt declararent alteruros eſſe tol-

lendos. Ariſtarchus poſteriores potiori iure locum tenere dixit, tanquam Hectoris gloriabundi perſonae conſentaneos; Zenodotus autem priores tres ne ſcripſit quidem. Scholion hoc ex Ariſtonici libro *περὶ σημείων* erat ductum, eique concinebat Didymus." Sic Sch. A.

Fuit itaque Zenodotea lectio ſic conſtituta: 532. *εἴσομαι, αἴ κε μ' ὁ Τυδείδης κρατερὸς Διομήδης πὰρ νηῶν πρὸς τεῖχος ἀπώσεται, ἦ κεν ἐγὼ τὸν χαλκῷ δηώσας ἔναρα βροτόεντα Φέρωμαι, ἠελίου ἀνιόντος ἐς αὔριον. αἰ γὰρ ἐγὼ ὣς* ſqq.

535. *αὔριον ἦν ἀρετὴν διαείσεται.* Vocem per ſe notabilem Sch. br. interpretantur *γνωρίσει, διαγνώσεται.* Eadem Etymol. et addit *γνώσει. μαθήσεται.* Heſych. *διαγνώσεται.* qui et hemiſtichium laudat in *ἦν. διαείδομαι* eſt media forma, facio videre, declaro, ab *εἴδειν, διαείδειν,* perſpicere, cognoſcere. Altero loco N, 277 *ἔνθα μάλιστ' ἀρετὴ διαείδεται ἀνδρῶν,* redditur paſſiue, *δείκνυται, Φαίνεται.* forte reciprocam vim habuit, virtus facit videre ſe; ita eſt idem ac, cernitur, paſſiue redditum. Sic quoque Apollon. Arg. I, 546 *ἀτραπὸς ὡς χλοεροῖο διειδομένη πεδίοιο.* Callim. in Del. 191 *ἐστὶ διειδομένη τις ἐν ὕδατι νῆσος.* vbi cf. Notam.

δαείσεται Townl.

εἴ κ' Aldd. Mutauit Turnebus ex ed. Rom.

Tandem prius hemiſtichium peccat in digamma: *αυριον ϝην.* Bentl. tentabat: *αὖθις ἔην ἀρετήν,* vel *αὐτίχ' ἔην* — At nunc ex veteribus didicimus, interpolatum hunc locum eſſe a variis rhapſodis.

538. *αἰ γὰρ ἐγὼν ὣς* — Venetus *εἰ.* (cum vno Vindob.) et Schol. A. addit „*οὕτως διὰ τοῦ εἰ.*" Redit tamen vtrumque ad idem; et aliis locis *αἰ* ſine variatione legitur, etiam in his vſſ. repetitis N, 825. Similis locus M, 323 *ὦ πέπον, εἰ μὲν γὰρ* ſq. *ἐγὼν* hic et alibi a ſerioribus illatum pro *ἐγὼ ὣς.* Solent quoque *ἐςαύριον* vna voce pingere.

539. εἴην ἀθάνατος καὶ ἀγήραος ἤματα πάντα. Venetus et Sch. A. cum Mori mſ. et Vindob. tres ἀγήρως. At Sch. B. ἀγήραος cum ceteris.

540. 541. repetiti inf. N, 827. 828.

541. κακὸν Φέρει. Mori et duo Vindob. κακὰ Φ.

543. οἱ δ' ἵππους μὲν λῦσαν ὑπὸ ζυγοῦ ἱδρώοντας. Iungenda ὑπέλυσαν ζυγοῦ. v. ſup. ad 504 notam. non ἱδρώοντας ὑπὸ ζυγοῦ. In vno Vindob. ἀπὸ ζυγοῦ. Verſus aliquoties iteratur.

544. δῆσαν δ' ἱμάντεσσι παρ' ἅρμασιν οἷσιν ἕκαστος. Ineſt difficultas metrica in ἱμάντεσσι priore nunc producta, quae alioqui breuis eſt in ἱμάς. Sic Γ, 371 πολύλιστος ἱμάς. item I, 371. Ξ, 219. 214. Od. Δ, 802 παρὰ πληῖδος ἱμάντα. Si itaque prima occurrit producta, dicendum erit μ eſſe geminatum pronuntiando ſeu ſcribendo δῆσαν δ' ἱμμάντεσσι. et inf. K, 475 πυμάτης ἱμᾶσι δέδεντο erit ἱμμᾶσι. nec neceſſe eſt acquieſcere in vulgari doctrina, primam eſſe ancipitem. Ergo quoque ſic ſtatuere licet ap. Apollon. II, 67 οἱ ἐπεὶ οὖν ἱμᾶσι — ſcrib. ἱμμᾶσι.

547. σῖτον τ'. vn. Vindob. δ' Euſtath. memorat veteribus displicuiſſe σῖτον δ' ἐκ μεγάρων καὶ ξύλα λέγοντο. ἤτοι συνῆγον. Atqui vſu perpetuo ex λέγοντο, aut potius ex οἰνίζοντο, vox propria ad alterum eſt elicienda.

547. Poſt hunc verſum Barneſ. inſeruerat quatuor verſus hoc modo:

Ἔρδον δ' ἀθανάτοισι τελήεσσας ἑκατόμβας.
νίσσην δ' ἐκ πεδίου ἄνεμοι Φέρον οὐρανὸν εἴσω
ἡδεῖαν· τῆς δ' οὔτι θεοὶ μάκαρες δατέοντο,
οὐδ' ἔθελον. μάλα γάρ σφιν ἀπήχθετο Ἴλιος ἱρὴ,
καὶ Πρίαμος καὶ λαὸς ἐϋμμελίω Πριάμοιο.

Leguntur apud Platonem Alcib. II, p. 249 D. Εὑρήσεις δὲ καὶ παρ' Ὁμήρῳ παραπλήσια τούτοις. Φησὶ γὰρ τοὺς Τρῶας ἔπαυλιν ποιουμένους Ἔρδειν ἀθανάτοισι τελήεσσας ἑκατόμβας· τὴν δὲ νίσσαν ἐκ τοῦ πεδίου τοὺς ἀνέμους Φέρειν οὐρανὸν εἴσω ἡδεῖαν, τῆς δ' οὔτι θεοὺς μάκαρας δατέεσθαι οὐδ' ἐθέλειν. μάλα γάρ σφιν ἀπήχθετο Ἴλιος ἱρὴ —

Suſpicatur Barneſ. ſublatos eſſe verſus ab Ariſtarcho, quod vel barbarorum pietati inuideret, vel quod deo paſſiones, (cupiditates et iras vir doctus voluit dicere) imputare (tribuere) videntur. Clarke verſus non ineptos eſſe aiebat; Erneſti autem verſum primum ἔρδον vix abeſſe poſſe videri. „Nidoris enim, inquit, mentio deſiderat praegreſſam mentionem ſacrificii.“ Atqui nihil alienius ab h. l. quam ſacrificii mentio; veſperi e pugna recedunt, quae tandem poteſt hoc tempore et in exercitu a pugna feſſo eſſe hecatombarum aut omnino ſacrificii cura? Porro cur *nidor* non potuerit prouenire niſi ex ſacris factis? Satis erat βόας καὶ ἴφια μῆλα, quae adduxerant, mactata paſſim per campum torreri. Porro vix Homerica ſunt illa: τῇς δ' οὔτι θεοὶ μάκαρες δατέοντο, οὐδ' ἔθελον. Nec δατεῖσθαι eſt veſci ac frui, ſed eſt miniſtrorum, qui carnes diuidunt per menſas, καὶ προτίθεντ' ἤδὲ κρέα πολλὰ δατεῦντο Od. A, 112. Ab Homero verſus non eſſe, vix dubito. Verum nolim pronuntiare, ſintne memoriae vitio ab Platone recitati, an a rhapſodis aſſuti: hoc tamen probabilius, quia ſunt, vt eorum mos fert, e pluribus locis Homericis conſuti, Il. B, 306. Ω, 27. Δ, 46. 47. Quod in primis ſtatim Iliadis recenſionibus fuerunt omiſſi, pro ſpecimine eſſe poteſt iudicii critici haud improbandi. Platoni eos potuiſſe probari, haud miror; criticum enim eius acumen non aequabat ſummam ingenii ſubtilitatem. Ita equidem iudicabam de h. l. Aliter nunc video Wolfium iudicaſſe qui verſus recepit in contextum. cf. Prolegom. p. XXXVII.

Secundum haec video a Koeppenio noſtro locum alio modo impugnatum. Conuenit in hoc, quod nec hecatomben, nec omnino ſacrum noctu potuerit inſtitui; alienum quoque eſſe ab h. l. displicuiſſe diis ſacrificium, cum Iupiter Troianis nunc ſtuderet. Haeret tamen ille in κνίσσην, quae *neceſſario ſacrum* requirat; ideoque reponit pro κνίσσην καπνόν; poteſt ſane et hoc locum tueri. At cur κνίσσαν tantum de victimarum carnibus dictam affirment viri docti, ſruſtra cauſſam idoneam cir-

cumſpicio. κνίσσῃ (ſcribunt κνίσῃ et h. l. Townl. Ven. et al.) eſt *odeps* et *adipis nidor*, quo ſane dii dicuntur delectari e victimis: atqui cuiusque carnis toſtae et aſſatae nidor κνίσσα talis eſt. Sic Vlyſſes vbi caeſis bobus accedit Od. M, 369 καὶ τότε μὲ κνίσσης ἄμφ' ἤλυθεν ἡδὺς ἀϋτμή. Et de adipe porci in lebete Il. Φ, 363. Vel ſic tamen pronus ſum in ſuſpicionem, verſum 548 Κνίσσην δ' ex rhapſodorum emblematibus adhaeſiſſe.

549. οἱ δὲ, μέγα φρονέοντες, ἐπὶ πτολέμοιο γεφύρας εἵατο παννύχιοι. Vulgata erat lectio γεφύρῃ, haud dubie corrupta; nam Homerus ſingularem haud nouit. γεφύρας habent libri Barocc. Mori. duo Vindob. Ven. cum Schol. item Schol. Il. I, 88. Sic et ſupra 378 ἀνὰ πτολέμοιο γεφύρας. Euſtathius memorat γεφύρῃ ἢ γεφύραις. debuit dicere γεφύρῃς. quod et ipſum bene ſe haberet; eſt tamen nec minus bene dictum εἵατ' ἐπὶ πτολέμοιο γεφύρας, eodem modo, quo ἐπὶ θρόνου ἕζετο, et Od. Z, 236 ἕζετ' ἔπειτ' ἐπὶ θῖνα θαλάσσης. Ait Schol. A. „duplicem fieri poſſe iuncturam; aut οἱ δὲ εἵατο ἐπὶ πτολέμοιο γεφύρῃ, et eſſe locum pugnae factae, vel ipſos diſcurſus ſeu vias, quibus in pugna diſcurritur; aut iungi μέγα φρονέοντες ἐπὶ πτολέμοιο γεφύρῃ, pugna ſuperbi; vtpote victores." Hoc alterum quis putet homini graece docto in animum venire poſſe! Et ſuſpicor ab alio, quam a Grammatico Scholiorum auctore profectum eſſe, quia lectione γεφύρῃ vtitur. πολέμου γέφυρα eſt locus inter vtramque aciem, in quem procurritur, inprimis a promachis, et pugnatur: v. ſup. ad Δ, 371. At veteres in voce interpretanda ineptiunt, eorumque exemplo Euſtathius; qui etiam addit nouam huius loci interpretationem: forte eſſe ἐπὶ γεφύρῃ de porta caſtrorum intelligendum, quam vnam tantum fuiſſe Ariſtarchus ſtatuebat: (v. Excurſ. de Caſtrametatione ad lib. H, 336.) aut etiam ex alia ſcriptura ἐπὶ γεφύραις (leg. γεφύρῃς) de pluribus caſtrorum portis ex aliorum interpretum ſententia, per quas in caſtra irrumpere altero die confidunt Troiani.

551. ὡς δ' ὅτ' ἐν οὐρανῷ ἄστρα φαεινὴν ἀμφὶ σελήνην φαίνετ' ἀριπρεπέα. ξ — „Lunam appellat φαεινὴν non, nunc maxime lucentem; alioqui ſtellae cerni oculis non poſſent; ſed epitheto, perpetuo ornante ex eius natura.“ Monent haec Schol. A. B. et Porphyr. cuius ζήτησις et λύσις appoſita eſt in Schol. B. adde Schol. br. et pleniora in Euſtathio. Fuit autem doctrina haec ab Ariſtarcho profecta, vt diſco ex Apollon. Lex. in φαεινὴ p. 683 et ex Euſtathio. Hic etiam narrat ex Apione et Herodoro, fuiſſe, qui pro φαεινὴν legerent φάει νῆν ἀμφὶ σελήνην, h. e. φάει νέην. plus quam acute! vt eſſet nouilunio, luna nondum lucente.

552. φαίνετ' ἀριπρεπέα, ὅτε τ' ἔπλετο νήνεμος αἰθήρ. occurrit hiatus, ſed in medii verſus caeſura; et producitur vltima in ἀριπρεπέα, vt ſit in his neutrorum caſibus; facile mutatu erat ἀριπρεπέα, πέλεται δέ τε νήνεμος αἰθήρ. ſed ſollenne in hoc poſitu ἔπλετο vbi πέλεται locum habebat ſuum, vt B, 480. Z, 434. Od. H, 217.

553. 554. ※ — vterque verſus ἀθετεῖται, ſcilicet inſerti ex Π, 299. 300 vbi melius locum habent ad declarandam repentinam ex conſpectu Patrocli rerum conuerſionem. Neque erant verſus apud Zenodotum; damnati quoque ſunt ab Ariſtophane. a' Nec certius quicquam eſſe poteſt, quam verſus hic eſſe ſpuritios; inferunt enim tautologiam.

553. ἐκ δ' ἔφανεν πᾶσαι σκοπιαί. Legebatur ἐκ δ' ἔφανον parum grammatice; nam ἔφανον, ſi eſſet, haberet vim actiuam, nec eſt in vſu. Tum ſollenne eſt Homero φανῆναι. ἐφάνην, et ſic in compoſitis quoque. Ergo et h. l. eſſe debuit ἔφανεν pro ἐφάνησαν, quod et Pindaro reſtitui Ol. XIII, 25. Eſt quoque Od. Σ, 67 φάνεν δέ οἱ εὐρέες ὦμοι. Subuenere correctioni codices Cant. a m. pr. Mori. Harl. Townl. a pr. m. et nunc quoque Venetus. ſic quoque altero loco Π, 299. In vno Vindob. ἔφανε.

πρώονες ἄκροι. Cant. et vn. Vindob. ἄκραι.

554. καὶ νάπαι. Apollon. Lex. νάπαι. αἱ ὀρεινοὶ τόποι. bene addit ὑλώδεις Etymol. adde Heſych. Eſt Latinorum *ſaltus*.

555. πάντα δέ τ' εἴδεται ἄστρα. Illatum eſt τ' ignoratione digammi; eſſe debuit antiqua lectio πάντα δὲ ϝεί δεται ἄστρα.

γέγηθε δέ τε Φρένα ποιμήν. Aiunt Schol. br. ποιμὴν poſitum pro βουκόλος. noctu enim boues, non oues, paſci. " Reponas, noctu tamen oues in caule haberi, etiam in agris.

556. τόσσα μεσηγὺ νεῶν ἠδὲ Ξάνθοιο ῥοάων. ξ (f. ξ) quod in comparatione poſt ὡς (ὡς δ' ὅτ' ἐν οὐρανῷ ἄστρα 551) ſubiicitur nunc τόσσα, quod quantitatis eſt, cum ὡς eſſet qualitatis; fuere itaque qui ſcriberent ὡς τὰ μεσηγὺ νεῶν. alii τοῖα μεσηγὺ νεῶν." Hoc tandem eſt argutari! licuit poetae variare in his, vt ſaepe ſit in comparatione vocibus ὡς, ὅσος, οἷος. οὕτως, τόσος, τοῖος.

558. χιλί' ἄρ' ἐν πεδίῳ πυρὰ καίετο· πὰρ δὲ ἑκάστῳ εἵατο πεντήκοντα. ξ „Zenodotus legebat μυρί' ἄρ'. ſic eſſent πεντήκοντα μυριάδες. Atqui Troiani numero erant inferiores Achiuis: (quod ſupra profeſſus erat Agamemnon B, 123 ſq.) Ergo ſatis numeroſae ſunt Troianorum copiae πέντε μυριάδες." Nec tamen ita viſum eſt aliis, apud Schol. B. et Euſtath. qui ſocios ab hoc numero ſegregarunt, vt ſoli Troiani numerum L millium explerent. Tam impudenter mendax haud fuit Homerus. Alii ſimili modo ex h. l. et K, 418 Achiuorum numeram ingentem confecere, haud digni, vt iis immoreris; vt in Certam. Homer. et Heſiodi p. XXIV extr. ed. Barnes. cf. ad B, 493. Omnino non magna ſagacitate opus eſt ad odorandam malam ſedulitatem alicuius rhapſodi in lacinia attexenda.

ἐν δὲ ἑκάστῳ ſcripſum erat in Zenodotea; cum hiatu poſt καίετο. cuius ſenſum non habuiſſe Zenodotum apparet.

559. πὰρ δὲ ἑκάστῳ εἵατο πεντήκοντα, σέλας πυρὸς αἰθομένοιο. Iunxere veteres πὰρ δὲ ἑκάστῳ σέλας πυρὸς·

quod quis expectet! ita tamen Zenodotus, Schol. A. Schol. br. Euſtath. vt ſit παρ' ἑκάστῳ σέλᾳ πυρὸς pro παρ' ἑκάστῃ πυρᾷ. Ieiunum hoc eſſe recte pronuntiat Clarke. Haud dubie ſeiungendum hoc eſt, ad ſingulos ignes excubabant quinquaginta, σέλᾳ, ἐν σέλᾳ πυρὸς αἰθομένοιο. Sic quoque Od. Ψ, 246 θάλπων (τόξον) ἔνθα καὶ ἔνθα, σέλᾳ πυρός.

Pro σέλᾳ erat σέλα. εἵατο πεντήκοντα σέλα in Flor. Ald. 1. tum in codd. Cant. Harlei. trinis Vindob.

Ald. 2. intulit σέλας, quod retinuere editores vt eſſet pro πρὸς σέλας, παρά. admodum duriter. nec extat σέλας in libris; niſi quod in Heſychio occurrit h. v.

At σέλᾳ eſt codicum lectio iam e Barnes. nota; qui Cant. Mori. Barocc. laudat (at Bentl. e Cant. σέλα) Sch. br. Euſtath. et ed. Rom. add. Vrat. A. Lipſ. nunc Ven. vterque cum Schol. Reſpuebatur tamen lectio, quod male interpungebatur iungebaturque παρ' ἑκάστῳ σέλᾳ. quod etiam factum in ed. Rom. et in ed. pr. Flor. in qua σέλα vitium operae fuiſſe videtur pro σέλᾳ. Recte σέλᾳ reuocauit et recte interpunxit Wolf. ſic quoque nunc ed. Ven. etſi Schol. A. antiquum παρ' ἑκάστω σέλᾳ ſeruat.

Schol. B. σέλαι δὲ γραπτέον, οὐ σέλας." nil voluit haud dubie aliud quam σέλᾳ, ſed antiquo more ſcripſit.

560. ἵπποι δὲ κρῖ λευκὸν ἐρεπτόμενοι καὶ ἑλύρας. verſus aliquoties obuius, vt E, 196. Schol. Pindari P. IV, 426 verſum hoc apponit et addit: κυρίως δὲ τὸ ἐρέπτειν ἐπὶ τῶν ἀλόγων ζώων τάττεται, ὅτι ἐπὶ τῇ ἕρᾳ, τῇ γῇ, ἐσθίουσιν. v. ſup. ad B, 776. E, 196.

561. εὔθρονον Ἠῶ μίμνον. Barnes: „γρ. ἠόα" quaeras, vbi tandem ita ſcriptum vidit? melius dixeris, non in vſu fuiſſe ἠόα, ſed ἠῶ. Clarke in ſpondeo moram et expectationem quaerebat. Videtur ita vſus tuliſſe; nam et Λ, 722 ὄφθι μείναμεν Ἠῶ δῖαν. Σ, 255 μὴ μίμνειν ἠῶ δῖαν. et al. alias facile efferri poterat ἔμιμνον εὔθρονον Ἠῶ. In vno Vindob. corrupte εὔθρονον.

EXCVRSVS AD LIBRVM VIII

EXCVRSVS I

ad Il. Θ, 18 sqq.

de mythis Homericis.

De Homericorum mythorum natura, origine et cauſſis egi a. LXXVII. in Commentatione recitata in Conſeſſu Soc. R. Scient. inſerta Vol. VIII. Nouor. Commentar. Soc. R. G. neque nunc habeo, quod me eorum, quae ibi disputata ſunt, poeniteat. Saltem ea, quae illic vniverſe de toto hoc mythorum genere propoſui, ipſo rerum vſu per tot annorum continuata ſtudia vidi firmata. Disputata ab eo inde tempore ſunt alia, tum de mythis Heſiodeis, tum de mythorum natura, vniuerſe, de mythis hiſtoricis, et philoſophicis; (Commentat. Soc. R. G. To. XIII et XIV.) iudicio meo ipſe parum confiſus coepi comparare aliorum iudicia, etiam commenta; digladiari de his, aut pugnare pro meis, a perſona mea, loco, aetate alienum eſſe duxi; defendere ſigillatim appoſita quomodo tandem auſim, cum verſentur pleraque in opinando et coniectando! Viſus tamen mihi ſum recte animaduertiſſe ſumma rerum principia, a quibus omnis mythorum, inprimisque Homericorum, iudicandorum et interpretandorum ratio ſit ducenda.

Videtur itaque mihi recte poni poſſe: mythos, quos attingit poeta aut quibus ad conſilia ſua vtitur, iam ante ipſum fuiſſe inuentos et frequentatos; (ἐκ μηδενὸς δὲ ἀληθοῦς ἀνάπτειν καινὴν τερατολογίαν, οὐχ Ὁμηρικὸν,

Strabo ait I, p. 38. Polybio idem ſtatuente: quem locum nunc vide inter Polybiana libri XXXIV, 2. at auget Homerus et ad miraculum extollit accepta; ἐκτραγῳδεῖ, vt ait Aelian. V. H. VII, 2.) nec eſſe eos vnius eiusdemque generis; ſubeſſe pro fundo mythos antiquiores alios aliis, partim res et facta a maioribus ad poſteritatem tradita repetentes, partim opinata et de rerum naturis ſenſu percepta, phantaſiae ope in rem factam aut geſtam mutata, exponentes; vtrumque ſermone antiquo ac more; plerosque huius generis mythos iam ante in variis carminibus, variatos quoque plurium ingeniis, innotuiſſe; hos ipſum acceptos conſiliis ſuis accommodaſſe; et hiſtoricos quidem mythos commemorare multos, interdum obiter, aut alludendo attingere, alterum autem genus, quod opiniones de rebus phyſicis ac religioſis complectitur, ſeu exemplo aliorum, ſeu nouo inuento, ita in ſuam rem vertiſſe, vt, quae in illo eſſent animo cogitata, rerum proprietates, naturae phaenomena, vires, effectus, in perſonas mutata, a quibus peragerentur res intelligentia ſola et iudicio animi collectae et notatae, ipſe nunc hiſtorice vteretur, hoc eſt, vt hi, dii dicti et habiti, rebus agendis et gerendis, quas narrare volebat, intereſſent, efficerentque id, quod in narratione epica eſt ſummum, vt mirationem res narratae facerent: quod ſine interuentu deorum conſequi nequiiſſet. Nouum genus in Odyſſea conſtituit adſciſcendo inter Vlyſſis errores et fata carminum aliorum argumenta a mythis ethicis ducta, vt de Circe. Hanc tanquam rerum ſummam hic appoſuiſſe ſatis eſto; non enim Excurſus accuratam expoſitionem capere aut admittere poteſt.

Spectat ad hunc locum illud tantum mythorum genus, quo hominum antiquorum aliquam de rebus phyſicis opinionem, philoſophema appellare liceat, a ſuperioribus vatibus in phantaſma mutatum, et carmine expoſitum, ipſe arripuit ſic, vt tanquam factam ac geſtam rem illud adhibeat, ita quidem, vt aut rebus Troianis illud inſerat cum ceteris ad Troiam geſtis, aut vt inter anti-

quorum temporum hiſtorias id commemoret, inter cetera euenta, aut vt quacunque alia ratione tale aliquid reſpiciat, ad illud alludat, inprimis inter deorum acta illud referat, tanquam hiſtoriam ac rem hominum memoria geſtam, fama acceptam et ad poſteritatem propagatam. Haec negare velle Homero eſſe antiquiora, carminibus ſuperiorum poetarum tractata et ornata, ab ipſo Homero epico ſermone diuerſo modo ac conſilio narrata, pertinacis eſſet animi ad lubitum repugnantis iis quae per ſe ſunt euidentiſſima in hoc genere, quod vltra probabilitatem aſſurgere nequit.

Ad declarandam Iouis potentiam viribus omnium ceterorum deorum ſuperiorem quomodo hoc poetae in animum venire potuiſſet, vt catenam memoraret e caelo demiſſam, e qua penderent omnes dii deaeque, ita quidem vt Iouem detrahere loco non poſſent, a Ioue autem vna cum terra et mari ſurſum tractis in aere ſuſpenſi ſe librarent! Eſt hoc tam alienum ac remotum, tam abhorrens a ſolenni cogitandi more, vt non appareat, quomodo aliquis in id incidat. At ſuane hoc eſt et argutum, ſi ſumſeris, fuiſſe mythum antiquiorem, quo Homerus in rem ſuam, tanquam re vere ita geſta, vſus ſit. Conſtat autem, priſcam hanc fuiſſe commemorationem de ordine, quem vniuerſi huius partes obtineant, terra marique in imo poſitis, aere et aethere ſeu caelo ſuperiora tenentibus, coniuncta tamen et nexa vt omnia inter ſe ſint, vt nec loco cedere poſſint; eſſe itaque omnia tanquam mole ſua librata. Nihil magis conuenire potuit huic viſo, quod pro priſcorum hominum ingeniis non ineptum videri potuit, quam ſi illud per catenam deſuper demiſſam declararetur, in Iouis manu habitam et ex Olympi parte aliqua religatam. Nunc video aliquid in iſto commento, quod non omnino ſit abſurdum; et probo poetae ingenium, quod ille tam commode inuento hoc vſus ſit in Iouis verbis h. l.

Conuenit cum eo alterum illud de Innone ex aere ſuſpenſa, appenſis ex pedibus binis maſſis ex ferro, in-

cudes appellat poeta, Ξ, 18—22. quem quidem mythum a physico sensu auocatum iam alterius poetae exemplo adhibuit, qui eo vsus erat in carmine suo de Herculis rebus. Spectant eodem iurgia inter Iouem et Iunonem memorata A, 518 sq.

Spectasse haec ad illud carminum genus, quod sub nomine cosmogoniarum et theogoniarum comprehendimus, manifestum fit comparatione Theogoniae Hesiodeae, nisi contendere malis, omnia haec loca esse serius inserta; hoc autem esset, arripere quicquid in manus venerit, potius quam acquiescere eo, quod iam manu teneas. Eiicienda ita essent loca de Tartaro, hoc libro Θ, 13—16, loca de Titanibus cum Crono in Tartarum detruso et incluso Θ, 478 sq. Ξ, 274. 279. 203. O, 225. de Thetide auxiliante Ioui cui vincula minabantur dii; A, 398 sq.

Fabulae ex Heracliis petitae produnt se toto habitu modoque narrandi, vt Ξ, 249 sq. O, 18 sqq. de naufragio ad Con insulam facto in reditu a Troia. E, 392 sq. de pugna ad Pylum, et de expugnata ab eo Troia E, 637 sq. de iurgiis cum Iunone ortis ex his in Herculem odiis deae l. c. Ξ, 18. et A, 590 cum ira Iouis in Iunonis filium, Vulcanum, exardescret succurrentem matri. Ex Heraclia petita fabula de Ate et narratio de Iunonis dolo inuento ad morandum partum Alcmenae Il. T, 91 sq. de Minerua comite Herculis et auxiliatrice in adducendo Cerbero Θ, 362 sq. Ex his luce clarius est, ante Homerum fuisse carmina, quibus Herculis res essent narratae, antiquo sermone et mythico more exornatae. Debuit quoque carmine aliquo exposita esse fabula de Aloidis, quam ille ita attingit, vt inter exempla referat, obscure tamen memoret E, 385 sq. repetita fabula ab Antimacho, vt ex Schol. discimus. Dubito de Veneris cestio. Num autem primus vsus sit Minerua comite Diomedi data, caligine ab eius oculis remota, in pugna cum Marte ac Venere, ambigere licet; mihi imitari potius antiquiorem poetam in his videtur, quandoquidem Minerua

Herculi comes data fuit a poeta antiquiore. Haec et alia nonnulla ex antiquis carminibus petita esse apparet; non enim in hunc censum voco alia, quae auditu accepta esse poterant ex hominum narratione; vt de Tydeo Thebas misso; Δ, 372 sq. E, 800 sq. K, 285 sq. Ξ, 113 sq. et de Oeneo Z, 216 sq. aut de Nestore: A 262 sq. Δ, 319 sq. H, 132 sq. Λ, 672 sq. Ψ, 629. Pugna Curetum et Aetolorum ad Calydonem I, 524 sq. de Bellerophonte, Z, 152 sq. add. Π, 328. 9. de pugna Centaurorum et Lapitharum B, 743. add. Od. Φ, 295 sq. Phoenicis res et casus I, 448 sq.

Sunt certae formae loquendi, narrandi, et fingendi mythicae, quas ex antiquioribus mutuatas esse probabile sit; sic de diis ad Aethiopes profectis Il. A, 423 sq. item eum, qui aliqua re excellit, edoctum esse a deo aliquo: esse viros praestantes ex diis natos. Dederunt ea locum nouis narrationibus de amoribus deorum dearumque et mortalium virorum feminarumque: qui enarrati erant potissimum in carmine *τῶν ἡρώων*. Ex iisdem antiquis mythis et mythico sermone ad poetas manarunt epitheta illa antiqua, inprimis deorum, quorum vera vis ac notio, vna cum vero etymo, nos plerumque fugit, vt Minerua Tritonia, Mercurius Acacetes, Argiphontes, Iupiter Aegiochus, Apollo *Φοῖβος*, Hades *πυλάρτης*; sicque alia. Cum poetae ad sensus oculorum quicquid commenti essent, reuocarent, constitutae sunt mature certae deorum formae, aetates, species, attributa; materia parata iis, qui signa deorum exprimerent; eaque postea inter artium et elegantiae incrementa ingeniis, quae formam deorum ad formae alicuius praestantissimae mente conceptae speciem effingerent praeclare inseruiit: sic *βοῶπις Ἥρη. λευκώλενος Ἥρη. Ἀθήνη, κούρη Διὸς, γλαυκῶπις, ἠΰκομος. Ἀφροδίτη, θυγάτηρ Διὸς, φιλομμειδής. Ἑρμείας, Διὸς υἱός, διάκτορος, χρυσόῤῥαπις* et al.

EXCVRSVS II

de φι paragogico seu in fine adiecto.

Θ, 300. ἀπὸ νευρῆφιν ἄλλε. Frequens est in Homericis vsus τοῦ φι in fine nominum, vi tamen et significatu nil mutato. Videtur hoc φι ortum esse ex antiquiore vsu τοῦ σφισι, vel σφι, otiose interpositi, vt solet μοι, σοι et αἱ vacare. v. c. E, 249. 250 μηδέ μοι οὕτω θῦνε διὰ προμάχων. Aut dicendum est natum illud esse ex vetere vsu τοῦ ϝι in fine adiecti, cum esset νευρηϝι. στηθεϝι. conf. de his Slothouwer de orig. et caussis casuum p. 101. Quicquid est, vsum τοῦ φι in fine nominum passim reperimus; interdum etiam nomen, quod φι adiectum habet, inter praepositionem et verbum est interiectum, vt in eo, quod supra apponitur ἀπὸ νευρῆφιν ἄλλε. Quod negotium faceſſat, est tantum hoc, vt doceatur, quo casu nomen illud positum videri debeat.

Scribitur νευρῆφι et νευρῆφι. Si prius sequimur, iunctura molesta est ἰόντὸν ἀπίαλλε, (σὺν, ἐν) νευρῇ, h. e. διὰ, ἐκ νευρῆς. Sin cum ἀπὸ iungitur, dicendum erit νευρῆφιν esse pro νευρῆςφι, ἀπὸ νευρῆς ἄλλεν ἰόντόν. Atque haec et scripturae varietas et duplex expediendae rei ratio vbique occurrit, cum in νευρῆφι, vt Ψ, 113. Π, 773. O, 313 et al. tum in similibus, v. c. τὸν δ' ἐξ αὐνῆφι θοροντα Il. O, 580. ὦρνυτ' ἄρ' ἐξ εὐνῆφιν Od. B, 2. At in B, 363 ὡς Φρήτρη Φρήτρηφιν ἀρήγῃ de tertio casu nemo ambigat.

Aliud nominum genus, cui φι adiici solet, est, cum antecedit sigma. Expeditum est I, 568 ἔκλυεν ἐξ Ἐρέβευςφι. At si illa legas: διὰ δὲ στήθεσφιν ἔλασσε, E, 41. Λ, 374 θώρηκα αἶνυτ' ἄπο στήθεσφι. Δ, 452 χείμαῤῥοι κατ' ὄρεσφι ῥέοντες, et similia, dubites, sitne pro διὰ ἐλασεν (ἐν) στήθεσίφι, an pro διὰ στήθεόςφι, sicque ὄρεόςφι.

Atque hanc alteram rationem praeferendam esse haud dubito; inprimis cum satis constet, non modo ter-

tio, ſed et ſecundo et quarto caſui, et vero caſibus omnibus, τὸ φι adiectum reperiri. v. Etymol. in ὄχεσφι p. 645 et in φρήτρηφι p. 799. 800. Etymol. Gudian. mſ. in νόσφι. Sch. A. ad Il. N, 588. Ex Euſtath. nihil diſcas, quod frugi ſit. Facile autem enaſci potuit illa contractio στήθεσφι ex στήθεός φι, ſi cogites fuiſſe στήθευς φι. Simili modo ſtatuendum erit de ceteris: ἀπὸ χαλκόφι Λ, 351 pro χαλκοῦφι. Et N, 588 ἀπὸ πλατέος πτυόφι, pro πτυοῦ, Φ, 295 Ἰλιόφι pro Ἰλίου. ἀπὸ στρατόφιν K, 347 pro ἀπὸ στρατοῦ eſt elliſio: fit eodem modo, quo οὐρανόθεν pro οὐρανοῦθε. ἐξ Αἰσύμνηθεν, pro — ηςθεν. Quartum caſum obſeruare licet in ἐπὶ δεξιόφιν ἢ ἐπ' ἀριστερόφιν N, 307. 8. pro ἐπὶ δεξιόνφι. Ita quoque in Excerpt. ex Apollon. Dyſc. ad calc. Maittaire p. Reiz. 434. οὐρανία. οὐρανιόφιν παρὰ Ἀλκμᾶνι. δεξιὸν, δεξιόφιν. ἀριστερὸν, ἀριστερόφιν. Priora ſic emenda οὐρανία, ὠρανίαφι. Nam Alcmanis verſus fuit: Μῶσα, Διὸς θυγάτηρ ὠρανίαφι, λίγ' ἀείσομαι. in Sch. A. ad Il. N, 588. Sicque facile expedias alia: nec haereas niſi in ναῦφι, de quo v. ad M, 225. ἐπ' ἐσχαρόφιν Od. E, 59. niſi fuit ἔσχαρον pro ἐσχάρα. De πράτεόφι v. ad K, 156. παρ' αὐτέφι pro αὐτοῖς v. ad M, 302. θεόφιν pro θεοῖςφι H, 366. ὀστεόφι pro ὀστέοις Od. Π, 145: at ὀστεόφιν Od. Ξ, 134 habetur pro ὀστέων.

IN LIBRVM IX. (J) ILIADIS VARIAE LECTIONES ET OBSERVATIONES

Inſcriptus olim liber Λιταί — vt iam in Platone in Cratylo p. 428. C. propter tentatam Achillis exorationem, et propter verſus 498 ſq. καὶ γάρ τοι Λιταὶ εἰσι. Reperitur quoque Ἀπόπειρα, male repetitum e lib. B. nam nunc libri huius principio non tentat animos Agamemnon, verum ex animo fugam ſuadet. Tandem inſcribitur ἔπαυλις Τρώων ex vſ. 223, declaranda ex fine ſup. libri.

Ceterum ad hunc librum habemus Scholia Victoriana, e P. Victorii codice olim a Caſelio exſcripta et ab Hornejo Helmſtadii 1620. edita. Sunt ea fere eadem, quae e Veneto B. et e Lipſ. notata vidi; rhetorica potius quam critica aut poetica; Lipſienſis codicis ſcholia nactus Villoiſonus adiunxit ſuis Venetis. Quibus omnibus inter ſe comparatis ſatis apparet, Scholia in Iliadem ſeruata, etiam antiquiora, etſi duas fere ſectas, ſeu duo riuulos in diuerſa tendentes facile agnoſcas, ſic ſatis tamen inter ſe conuenire; nec vero tantam, quantam expectabas, lucem poetae verbis affundere. Scholia breuia modo cum Sch. Ven. A. modo cum B. conſpirant. A Barneſio Victoriana adiuncta et vtraque interpolata ſunt.

2. Ἀχαιοὺς ἀθεσπεσίῃ ἔχε φύζα. — quod φύζα, quae eſt fuga cum metu, nunc eſt ἔκπληξις, *terror*, tanquam cauſſa fugae. Bentleius ex h. l. emendat Heſychii ἐχέφυζα et ἐφύζα. Tum Φόβος κρυόεις, ψυχρὸς, qui ge-

lidos facit terrore, nam *Φόβος* eſt ipſa fuga. Sic Sch. A. B. L. *Φόβου ἑταίρη*. Sic ventum ſecundum appellat *ἐσθλὸν ἑταῖρον* Od. Λ, 7.; quomodo Horatius *hiemis ſodalem Eurum* dixit Carm. I, 25 extr.

3. *ξ— πένθεϊ βεβολήατο πάντες ἄριστοι.* quod nonnulli et in his Zenodotus legerunt *βεβλήατο*. At de animi dolore, ait Ven. A. ſemper prius, de corporis vulnere hoc alterum, *βέβλητο*, poeta adhibuit. Eadem in Etymol. h. v. p. 193. l. 43. Et Apollon. Lex. in *βεβολημένος*, quod ad v. 9. pertinet: *ὥςπερ ἐκ βολῆς τὴν ψυχὴν βεβλημένος*. Quod ſi occurrit in eodem: *βεβλήατο, βεβλημένοι εἰσί*· primo emend. *βεβλήκται*, tum ſpectat Scholion ad Il. Λ, 656. Apud Heſych. eſt *βεβόλητο, τέτρωντο*. repone *βεβολήατο*. Bene Sch. br. *βεβολήατο — ἐλυποῦντο*. Occurrit quoque vox ap. Apollon. I, 262 *μήτηρ δ' ἀμφ' αὐτὸν βεβολημένη* Scholia accipiunt, *λύπῃ βλαβεῖσα ἢ δυσθυμοῦσα*. Scilicet, ſi eſſet idem, ac *περιβαλοῦσα, amplexa* filium, deberet eſſe *ἀμφ' αὐτὸν βεβλημένη* II, 411. (402.) III, 892 et *τίπτ' ἀμηχανίῃ βεβόλησαι* IV, 1318 et 1390. vbi Br. Eſt hoc idem paſſim ap. Quintum, v. c. XIV, 496. Ergo id quod legitur de proiecto humi boue III, 1309 *μιῇ) βεβολημένον ὁρμῇ* ex grammaticorum obſeruatione eſſe debebat *βεβλημένον*. h. e. *πληγέντα*.

4. *ἄνεμοι δύο*. Ariſtophanis lectio fuit *ἀνέμω δύο*. ſane e grammatica ratione. Ven. A. L. Vict. — Eſt autem in Porphyr. Quaeſt. Hom. 5. quae inſerta eſt Schol. Ven. B. et Leid. ap. Valken. Diſſ. p. 141 *ζήτησις* et *λύσις*, cur duo ventos commemoret poeta; ſcilicet vt reſpondeant duobus illis, quae Achiuos agitabant: terror et dolor. Hoc vero eſt argutari plus quam neceſſe eſt. Referenda eſt comparatio ad v. 8. Dubitant Achiui, ſitne redeundum an manendum: adeoque in diuerſas partes trahitur animus; atque hoc illud eſt, quod maris a duobus ventis agitati comparationem facit. — Nec minus inſcite haerent grammatici in *vtroque* vento e *Thracia*

flante. v. Notam ad h. v. ὀρύνετον. δυϊκῶς ὥρμων. ἐκίνουν. Apollon. Lex. h. v. et Heſych.

126. οὐδέ κεν ἀκτήμων ἐριτίμοιο χρυσοῖο. Verſus hic, ita interpoſitus, vt ſententiam et ſtructuram perimat, facile ſuſpicionem mouet emblematis rhapſodici. Eo eiecto ſententia grammatica et ſenſu melioro procedit: οὔ κεν ἀλήϊος εἴη ἀνὴρ, ᾧ τόσσα γένοιτο, ὅσσα μοι ἠνείκαντο ἀέθλια μώνυχες ἵπποι. Bentleii ſenſum et elegantiam hoc non fugerat. Haeret ille praeterea in voce ἀλήϊος, et coni. οὐκ ἀνιαθλιος εἴη ἀνὴρ — vt membra melius ſibi reſpondeant. Reminiſcendum tamen erat, nos in poeta antiquo verſari, qui non vbique orationem teretem et terſam ſectatur. Ceteroqui verſus etiam ab Apollon. Lex. memoratur, in ἐριτίμοιο, μεγαλοτίμου. ἐριτίμοιο χρυσοῖο.

127. ὅσσα μοι ἠνείκαντο ἀέθλια μώνυχες ἵπποι. ingratus auribus ad Homerica factis hiatus, etſi in medio verſu forte excuſandus. Ei emendando iam Bentleius prouidit, ἠνέγκασιν ἀέθλια. Infra 269 variata eſt oratio: ὅσσ' Ἀγαμέμνονος ἵπποι ἀέθλια ποσσὶν ἄροντο. In Barocc. Mori. Cant. eſt ἠνέγκαντο. μώνυχες ἵπποι. ſolidis vngulis. Apud Virgilium, *ſolido vngula cornu.*

128. δώσω δ' ἑπτὰ γυναῖκας ἀμύμονα ἔργ' εἰδυίας. Ita pro eo quod vulgo editum γυναῖκας ἀμύμονας, legitur in Veneto; et Schol. A. ſic ſcribendum contendit; „agi enim nunc de operum praeſtantia; de pulcritudine nox vſ. 130. Ariſtarchum ſubſtituiſſe ἀμύμονας.“ cuius lectio nunc vbique obtinuit; etiam in Schol. br. Iterum ab Ariſtarcho lectio haec eſt interpolata; infra vſ. 270. atque in hoc manifeſtum habemus ſpecimen ignorati ab eo digammi; emendauit enim, aut emendatiorem eam lectionem eſſe putauit, cum non videret αμυμονα ϝεργα antiquitus ſuiſſe. At nec viderunt ceteri grammatici, ἔργ' εἰδυίας, non magis ab Homero proficiſci potuiſſe, eſſet enim hoc: εργ' ϝειδυιας. Monitum iam eſt a Bentleio legendum eſſe ἔργα ἰδυίας. εργα ϝιδυιας, quod aliis locis retinuerunt grammatici, vt Od. H, 92 οὓς Ἥφαιστος ἔτευξεν ἰδυίῃσι πραπίδεσσι. add. Il. Υ, 12 et Σ, 380 ἐπονεῖτο ϝιδυίῃσι πραπίδεσσι. At corruperunt iterum Il. Τ, 245 pariter vt h. l. Alio modo corruperunt locum Il.

Ψ, 263 ἀγλά' ἄεθλα θῆκε, γυναῖκα ἄγεσθαι ἀμύμονα ἔργ' εἰδυῖαν, hiatu insuper illato; antiqua lectio haud dubie fuit: θῆκε, γυναῖκ' ἀγαγέσθαι ἀμύμονα ἔργα ἰδυῖαν. Per se quidem recte dixeris ἀμύμονας γυναῖκας, vt Andromachen ἀμύμονα ἄκοιτιν dixit Il. Z, 274 et Nausicaan ἀμύμονα κούρην, Od. H, 303. nec minus tamen bene ἀμύμονα ἔργα, vt eadem sunt ἀγλαὰ, χαρίεντα, Od. K, 223. N, 289. περικλυτὰ Il. Z, 324. Etiam Hesiod. Theog. 284 agnoscit ἀμύμονα ἔργ' εἰδυῖαι vbi etiam leg. ἔργα ἰδυῖαι.

129. Λεσβίδας, ἃς ὅτε Λέσβον εὖ πτιμένην ἕλεν αὐτὸς, ἐξελόμην. Expugnata ab Achille fuit Lesbos sub ipsa belli initia, cum arma circumferrentur per plagam littoralem et per insulas: quo tempore Achilles, quod ipse memorat inf. 328. 9 narrat se classe XII vrbes, terra XI vrbes expugnasse. v. ad e. l. Disertius haec exposita fuere in Carmine Cyprio, exiliter in Dicty II, 16. Inter insulas erat Tenedos; inf. Λ, 624. Ex Lesbo Achilles captiuam abduxerat Diomeden, Phorbantis filiam, inf. 660. 1. vti Iphin ex Scyro sub idem tempus expugnata 663. 4. In Schol. Ven. A. et Schol. br. ad h. v. narratio apposita est, apud Lesbios certamen pulcritudinis inter mulieres habitum esse in templo Iunonis: παρὰ Λεσβίοις ἀγὼν ἄγεται κάλλους γυναικῶν, ἐν τῷ τῆς Ἥρας τεμένει, λεγόμενον καλλιστεῖα. Nolo suspicari, effictum hoc esse videri e verbis: αἲ κάλλει ἐνίκων φῦλα γυναικῶν.

Λεσβίδας — Versum recitat Strabo XIII, p. 875 vbi docet Lesbum fuisse videri in ditione Troianorum.

130. ἃς ἐξελόμην Aristarchea est lectio; Zenodotus ἐξ ἑλόμην ediderat. Atqui inf. 246 memorantur septem puellae ad Achillem adductae: ἐκ δ' ἄγον αἶψα γυναῖκας — ἑπτ', ἀτὰρ ὀγδοάτην, Βρισηΐδα καλλιπάρηον.

αἲ κάλλει ἐνίκαν. In Mori erat: αἲ κάλλεϊ νίκων. numeris haud suauioribus.

131. ἓν quod ex h. l. (scilicet cum semel μετὰ δ' ἔσσεται accepisset, *in eo numero erit*, non, *cum his*)

Zenodotus Briſeidem in ſeptem puellis numerauit et ſcripſit primum h. l. ἓξ ἑλόμην, tum inf. ἔκ τ' ἄγεν ἓξ, ἀτὰρ ἑβδομάτην Βρισηίδα — (T, 245. 6. vbi nunc legitur, ἕπτ', ἀτὰρ ὀγδοάτην Βρ. Habemus adeo exemplum emendationis a Zenodoto ex prauo iudicio factae). Repetitur hoc Ven. A. Scholion inf. ad 271. (vbi additur, id quod grauiſſimum erat, quod Briſeis fuit Lyrneſſo, non Lesbo oriunda) et 634. at deſideratur T, 245. Meminit quoque Euſtathius.

„ἀγρ. τὰς μὴν οἱ et τὰς μὲν ἑοῖ. vt Il. N, 495. O, 183." *Barn.* male. Nam fuit τας μεν ϝοι. Porro ἦν ποτ' ἀπ. Lipſ. c. Euſt. idque vix dubito verum eſſe. Nam τότε falſam rem prodit; non enim Briſeis eo tempore abducta fuit, quo expugnatio Lesbi facta eſt; nec ſatis iuuat, ſi dicas, τότε eſſe per ellipſin dictum, *tum, cum hoc factum eſt.* Nam hoc ipſum eſt ποτὲ.

132. κούρην Βρισῆος. κούρη, vt cum μετὰ δ' ἔσσεται iungatur, Ariſtarchus legerat; ſicque erat in Ven. B. L. Vrat. b. praeferebat hoc Bentleius. Suſpicor Ariſtarchum quoque κούρη Βρισηΐς legiſſe; quod ſaltem altero loco, quo hi verſus repetuntur, occurrit 274. Etiam in eius recenſione erat ἐπὶ δὲ μ. ὀ. ὀ. pro καὶ ἐπὶ μέγαν ὅρκον ὀμοῦμαι. Norat haec quoque Euſtath.

133. μήποτε τῆς εὐνῆς ἐπιβήμεναι. ξ— quod τῆς non eſt articulus, verum pro ταύτης ponitur; nam eſt τῆς εὐνῆς, ταύτης (ſc. τῆς κούρης. Eadem ſunt apud Suidam. bene hoc grammaticus obſeruauit.)

Laudat vſſ. 133. 134 Ariſtides Quintil. de Muſica lib. II, p. 83. comparatis aliis locis, quod hic rem veneream nec cum laude nec cum reprehenſione memorauit.

134. ἢ θέμις ἀνθρώπων πέλει, ἀνδρῶν ἠὲ γυναικῶν. Erat ἦ θέμις — quod eſſet, vt v. 33 quatenus, vel quomodo, quod alienum eſt. E Schol. A. B. L. apparet, fuiſſe quoque ſcriptum ἦ, et habet diſerte Townl. *more inter vtrumque ſexum ſollenni.* Poteſt ſane videri totus verſus a rhapſodis ſubiectus; redolet tamen

ille priſci aeui ſenſum et vitam. Repetitur quoque inf. T, 177.

186. εἰ δέ κεν — θεοὶ δώωσ' ἁλαπάξαι. Barocc. δῶσ' ἐξαλαπάξαι. alludit Vrat. b. δ' ὅσ' ἐξαλαπάξαι. et Mori δῶ ὡς ἐξαλαπάξαι.

137. νῆα ἅλις χρυσοῦ καὶ χαλκοῦ ἠησάσθω ξ — „quod in νῆα νησησάσθω etymon vocis ἀπὸ τοῦ νῆσαι, σωρεῦσαι apponere voluit poeta.“ Nihil dici poteſt abſurdius! habet tamen hoc idem Etymol. At Apollon. Lex. νησήσας. σωρεύσας. ἀφ' οὗ καὶ αἱ νῆες. Corrigit ex h. l. νησάτω ap. Heſych. Bentleius.

νῆα ἅλις reduxeram ſine codd. inſpectione, quia digammum hoc poſtulat νηὰ Ϝαλις vt B, 90 αἱ μέν τ' ἔνθα ἅλις πέτεται et al. Monuit quoque Bentl. Mox vidi Barneſium νῆας ἅλις primum induxiſſe, quia Achilles plures naues, non modo vnam, ad Troiam adduxerat. Irrepſerat νῆας in Ald. 2. in altero loco inf. 279 caſu, vt apparet. Ceterae edd. νῆα, cum codd. omnibus quos noui, etiam Ven. Townl. Vrat. et cum Euſtathio.

χαλκοῦ καὶ χρυσοῦ, mutato ordine, Harlei. Vrat. c. Moſc. 3. Flor. et Aldd. vsque ad Turnebum, qui e Rom. ed. vulgatum repetiit.

139. αὐτὸς ἑλέσθω. Barnes: „γρ. ἑλέσθαι“ forte ex vſ. 281.

140. αἴ κε μετ' Ἀργείην Ἑλένην κάλλιστα ἔωσιν. ξ — quod alii verſum ſubiiciunt: τὴν γὰρ ἀπ' αὖτις ἐγὼ δώσω ξανθῷ Μενελάῳ.“ Saltem hoc exemplo mos antiquorum interpolandi verſibus aliunde repetitis illuſtratur.

αἴ τε μετ' Cant. Si in ſcriptore Attico verſaremur, hoc vnice verum eſſet: αἴ τε — ἔωσι. v. Exc. II. ad lib. E et ad A, Exc. III.

141. εἰ δέ κεν Ἄργος ἱκοίμεθ' Ἀχαιϊκόν, οὔθαρ ἀρούρης ξ — „quod Peloponneſum per Ἄργος Ἀχαϊκὸν declarat.“ (Hoc et Strabo lib. VIII, 568 B. verſu hoc laudato docuit; ex eoque Euſtath.) „et per Ἰασὸν (Od.

Σ, 245) Theſſaliam autem per Πελασγικὸν Ἄργος." De his v. ad B, 684.

Ἀχαϊκὸν vulgo editum correxit Barnes.

οὔθαρ ἀρούρης. nil ſatis diſerte docent grammatici; niſi quod Schol. B. τὸ τρόφιμον τῆς γῆς. Schol. br. τὸ γονιμώτατον καὶ κάλλιστον τῆς γῆς, καὶ κάρπιμον. Etymol. τὸ λιπαρώτατον καὶ κάλλιστον τῆς γῆς· — σημαίνει δὲ τὸν μαστόν. add. Euſtath. Praeiuit Apollon. Lex. οὔθατα. — ὅταν δὲ λέγῃ· οὔθαρ ἀρούρης; μεταφορικῶς, λέγει τὸ κάρπιμον τῆς γῆς. Ex eo Heſych. τὸ πιότατον τῆς γῆς, ἤτοι τῆς χάρας. vbi v. Not. De ſenſus ratione dixi in Nota ad h. v. Ariſtarchus τὸν ἀργινόεντα μαστὸν ap. Pindar. P. IV, 14 etiam ex Homero interpretabatur. Argolidem aliquando in fertilitatis laudem ſucceſſiſſe terrae Mycenaeorum Ariſtoteles teſtatur Meteorol. I, 14. quando horum agro iam ſole exſiccato Arginorum ager antea paludoſus recenti ſolo eniteſcere coepiſſet. Haec enim eſt illa fertilitatis terrarum viciſſitudo aquarum et cultus ſeu copia ſeu defectu: vt bene ibi philoſophus exponit.

142. γαμβρός κέν μοι ἔοι· τίσω δέ μιν ἶσον Ὀρέστῃ. Cant. γαμβρὸς μέν μοι ἔοι. ſed κεν ἔοι ex vulgari ratione; quae non minus ap. Homerum occurrit. γαμβρός κέν μοι ἔῃ Vrat. b. et Euſtath. et hoc recte, tanquam Homericum.

τίσω δέ μιν ἶσον Ὀρέστῃ. Manifeſtum vitium: ὃς μιν ϝισον, aduerſatur metro; manifeſta tamen nec minus cauſſa corruptelae: μιν illatum eſt pro ἑ ab iis qui ignorabant hoc fuiſſe ϝε. Reſtituendum ergo eſt τίσω δέ ἑ ἶσον Ὀρέστῃ. vt paullo poſt 155 οἵ κέ ἑ, vbi relicta eſt antiqua vox ſimili poſitu. Bentl. emendabat τίσω δέ γε ϝισον.

143. ὅς μοι τηλύγετος τρέφεται θαλίῃ ἐνὶ πολλῇ. ξ- „quod τηλύγετος eſt ἀγαπητός. μονογενής." Schol. A. item B. L. Vict. qui addunt μεθ' ὃν οὐ παιδοποιεῖ τις. Monent quoque ſupplere nonnullos ὡς ad τηλύγετος. De voce hac v. ad Γ, 175 et E, 153. Eſt ea de re loc. claſſ. ap. Polluc. II, 20 vbi et hic vſ. laudatur: ex quo vſ. etiam

docent veteres, fuiſſe Oreſtem vnicum filium ex Clytaemneſtra ab Agamemnone ſuſceptum.

ἀγαπητὸς vidimus Z, 401.

θαλίῃ ἐνὶ πολλῇ. Sch. ἐν πολλῇ εὐωχίᾳ. ἐν πολλοῖς ἀγαθοῖς. Apollon. Lex. θαλίη. εὐθηνία· μεταφέρεται ἀπὸ τῶν καρπῶν. An θαλίη dicatur de fructibus, ignoro. Proprium eſt lautarum epularum.

144. θύγατρες. Lipſ. vitioſe θυγατέρες. τρεῖς δέ μοι εἰσὶ θύγατρες. Tres ab Homero Agamemnonis filiae memorantur, *Chryſothemis, Laodice et Iphianaſſa*; pro quibus Tragici plerumque *Iphigeniam* et *Electram* memorant. *Chryſothemis* tamen et *Iphianaſſa* ab Sophocle memorantur in Electra, 162. at ab Euripide in Or. 23 *Chryſothemis, Iphigenia et Electra*. Schol. br. ad h. l. aiunt in Laodice latere Electram, Iphigeniam in Iphianaſſa, quam etiam Lucretius laudauit lib. I, 86. Iphigeniam pro Iphianaſſa memorari, etiam ap. Heſych. eſt notatum. At Iphigenia iam in Cyprio carmine locum ſuum obtinuerat, vt e Procło diſcere licet; ſi Schol. Sophoclis ad l. c. ὡς ὁ τὰ Κύπρια ποιήσας τέσσαράς φησι, vera tradit, Iphigeniam ille ceteris tribus adiunxerat. Disputantur haec eo, vt appareat, in his ac ſimilibus poetas diverſa ſequutos eſſe pro conſilii diuerſitate. Etymologus ex antiquo ſcriptore memorat in voc. Χρυσόπολις Agamemnonem e Chryſeide ſuſcepiſſe Chryſen et Iphigeniam, a Chryſe dictam eſſe vrbem Chryſopolin: quae illuſtrari poſſunt e Scholio Tzetzae ad Lycophr. 143. 183 et ad Antehom. 194. p. 29. Iphigeniae nomen alioqui proprium erat filiae a Theſeo ex Helena ſuſceptae; vt ex Steſichoro et aliis memorat Pauſan. II, 22. add. Etymol. in Ἰφις. vnde alii a Clytaemneſtra adoptatam tradiderant. Vides licentiam poetarum, inprimis tragicorum in mythis variandis, vt fabularum tragicarum argumentis conſentanei eſſent.

145. καὶ Ἰφιάνασσα — „quod Iphigeniae mactationem a recentioribus memoratam ignorat Homerus.“ Sch. A.

146. τάων ἥν κ' ἐθέλῃσι, φίλην ἀνάεδνον ἀγέσθαι. ξ „quod ἔδνα dedere puellis ſponſi.“ Apollon. Lex. ἀνάεδνον. ἄνευ ἐδνων τῶν διδομένων ὑπὸ τῶν μνηστήρων ταῖς μελλούσαις γαμεῖσθαι laudato hoc verſu. Res nunc nota ex libris Antiqu. Graec.

Ceterum vocis ἀνάεδνος inſolens eſt forma, vulgo non obſeruata. Verum omnino de ea voce dicendum eſt. τὰ ἔδνα, ϝεδνα olim fuiſſe pronuntiatum dubitari nequit, cum μύρια ἔδνα, ἀπερείσια ἔδνα ſaepe recitentur; quod ſi ἔεδνα fuiſſe dixeris, μύρι' ἔεδνα, hoc eodem redit; nam vel ſic εϝεδνα fuiſſe probabile ſit. Quaeri poteſt, fueritne etiam ϝεϝεδνον; nam ambiguum eſt Od. A, 277, et B, 196 ſitne καὶ ἀρτυνέουσιν ἔεδνα, an — ουσι ϝεϝεδνα item Od. O, 18. Z, 159. Conficitur tamen res ex Od. B, 53 Ἰκαρίου, ὅς κ' αὐτὸς ἐεδνώσαιτο θύγατρα. Θ, 318 ἀποδώσει ἔεδνα. Π, 391 et Φ, 161 μνάσθω ἐέδνοισι. et Il. N, 382 ἐπεὶ οὗτοι ἐεδνωταί. Conſtat hinc eſſe ϝεδνον et εϝεδνον, non ϝεϝεδνον.

Nouam difficultatem facit vox compoſita ἀνάεδνος, quae analogiam non habet. Euſtath. ad h. l. et inf. p. 937, 50 ἄεδνος fuiſſe ait, vnde factum ſit ἀνάεδνος vt ἀνάγνωστος ex ἄγνωστος. qſ. λίαν ἄγνωστος. Ex analogia tamen debuit eſſe αϝεδνος, vel ἀεϝεδνος, et interpoſita ν ανεϝεδνος. Atque hoc etiam Bentleium adſcripſiſſe video. Videtur adeo ſerioribus deberi ἀνάεδνος, quod fuerat ἀέεδνος vel ἀνέεδνος.

Tentat quoque Bentl. in priore hemiſtichio: τάων ἥν κ' ἐθέλῃσι φιλεῖν, ἀ. In Townl. Vrat. b. ἥν κε θέλῃσι. male. θέλω Homerus haud agnoſcit.

147. ἐγὼ δ' ἐπὶ μείλια δώσω. ξ „quod et parentes filiabus munera dant, non modo ſponſi.“ Sch. A. pergunt: μείλια δέ εἰσιν, οἷς μειλίσσονται οἱ τῶν νυμφῶν πατέρες τοὺς ἄνδρας. τὴν προῖκα δὲ λέγει, τὴν ἡδέως διατεθειμένην τὴν ψυχήν. Eſt enim μειλίσσειν placare, gratiam alterius ſibi conciliare, alium ſibi deuincire.

In Edd. vbique erat olim ἐπιμείλια iunctim lectum; ſicque plerumque codd. etiam Ven. B. Lipſ. Vict. habet.

quoque Etymol. et praefixum Schol. br. etsi Scholion alterum interpretatur; Item Ven. A. cum Scholio, quod docet Aristarcheam hanc esse lectionem, ἐπιμείλια, vt ἐπιθέρνια dicuntur. Eum sequebatur Alexio. At Apollodorus diuisim scribebat ἐπὶ μείλια δώσω. vt sit ἐπιδώσω μείλια. vt sit; addam insuper munera sponso dari solita. Sic quoque Apollon. Lex. in μείλια· — λέγει δὲ οὕτως καὶ τὴν προῖκα· ἐγὼ δ' ἐπὶ μείλια δώσω. τὸ γὰρ ἐπὶ πρὸς τὸ δώσω. ἔνιοι δ' ἐπιμείλια, συνθήκας, ἤκουσαν. quod et Schol. B. Lipsi. Vict. cum Eustath. memorant. Paria fere sunt in Etymol. voc. μείλια. etsi interpretatur esse ea, quae dantur praeter προῖκα, dotem: ἐξώπροικα.

Quaestio est haud absimilis ei, quam lib. A. vidimus, ἐπήρα Φέρων an ἐπὶ ἦρα Φέρων scribendum sit. Mihi videtur controuersia dirimi hoc, quod vs. sequ. est ἐπέδωκε, ὅσσ' οὔπω τις ἑῇ ἐπέδωκε θυγατρί, debuit ergo etiam esse ἐπιδώσω οἱ μείλια. Recte itaque mihi videtur, praeeunte Ernestio in Addendis, diuisisse Wolfius, eumque etiamnum sequor. ἐπιδοῦναι est quoque Il. Ψ, 559 et τὰ μείλια sunt ap. Apollon. Arg. IV, 1549 δαίμοσιν ἐγγενέταις, νέστῳ ἔπι μείλια θέσθαι, pro ἐπὶ νόστῳ. et III, 594 de eo, quo satisfacit quis alteri pro iniuria. Ibid. III, 146 μείλια sunt τὰ παίγνια. ad quem locum Schol. locum Homericum accipit ἐπὶ τῶν ξενίων, non de muneribus dotalibus. Ibid. IV, 1190 sunt μειλιά τε χρυσοῖο καὶ ἀλλοίην ἀγλαΐην de mundo muliebri. Vnde Hesych. plura coaceruauit: μειλίγματα. χαρίσματα. ἀπάργματα. (ita enim legendum esse, manifestum fit e Schow) δῶρα καὶ ἡ πρόἵξ. In Luciani carmine Anal. To. II, p. 314 manet ambiguum, vtrum ille probauerit: καὶ πόσιν αὐτὸν θῆκε θυγατρὸς ἑῆς, πόλλ' ἐπὶ μείλια δούς.

Tandem Sch. A. copiose exponit dissidium de tono e Tryphone, sitne μείλια, an μειλία, vt τὰ παιδία scribendum. Vsus probauit prius, et in eo acquieuerunt Apion et Herodorus ap. Eustath.

πρὸς οἶκον Πηλῆος est in capite versus. Longinus in fragm. n. IV. notat πρὸς h. l. ἐν τόπῳ πεῖσθαι μα-

κρᾶς. non itaque nouit fuiſſe προς ϝοικον. Similis cauſſa eſſe debuit, cur moliretur Barnes: οἶκον πρὸς Πηλῆος, vel πρὸς Πηλήϊον οἶκον.

148. ὅσσ' οὔπω τις ἓῆ ἐπέδωκε θυγατρί. ξ— appoſita eſt ſtigme, ſed ſine Scholio. τις ἓῆ debuit eſſe τις ϝ. v. Exc. VII ad Il. A. Etſi totum verſum rhapſodo ſeriori deberi arbitror.

ἐπ' ἔδωκε notabilis ſcriptura eſt ap. Euſtath. ex Apollodoro, ſi recte video. Ita eſt δοῦναι μείλια ἐπὶ τῇ θυγατρί. pro filia, propter filiam elocatam.

149. ἕπτὰ δέ οἱ δώσω εὖ ναιόμενα πτολίεθρα. In Schol. B. Lipſ. Vict. quaeritur: ſintne hae vrbes in dote, an praeter dotem, ἐκτὸς Φερνῆς. Ait Clarke „perperam dubitari; nam ſi doti has vrbes annumeraſſet, eum dicturum fuiſſe non ἕπτὰ δὲ, ſed ἕπτὰ ἄρ' οἱ δώσω." Atqui hoc cum duplici metri vitio dictum eſſet! nec ita dicere neceſſe fuiſſet, δὲ enim poetae pro γὰρ ponitur. Ita nihil vetaret, eſſe has vrbes ipſa illa μείλια. Enimvero aduerſatur hoc ſenſui et mori antiquorum hominum in notione munerum dandorum, v. c. ſi hoſpiti, genero, dantur: ſunt res pretio vel arte ſe commendantes, vaſa, veſtes, ornamenta; non vrbes pro dote numerantur.

εὐναιόμενα vna voce paſſim ſcriptum dirimitur: v. Exc. V. ad lib. A.

150. Καρδαμύλην, Ἐνοπήν τε, καὶ Ἶρην πτοιήεσσαν. Meſſeniae has ſeptem vrbes, eamque illo tempore ſub Menelao fuiſſe conuenit; poſt eius mortem ceſſit Meſſenia poſteris Nelei, vsque ad Heraclidarum aduentum. Haec diſerte narrat Strabo VIII, p. 549. 550. vnde petiit ſua Euſtath. At quomodo Agamemnon eas Achilli promittere potuit, ſi Menelao paruere? Varia coniectant grammatici in Schi Ven. B. L. Vict. cf. ad 155. Simpliciſſimum erat reſpondere: cum reliquus Meſſeniae ager Menelai eſſet, Agamemnonem has ſeptem vrbes tenuiſſe; et quidem belli iure: alioqui in poſſeſſione tali, vt dono dare poſſet, non habuiſſet. Suſpicio tamen haud va-

na ſuboritur huic toti loco acceſſiſſe nonnulla a ſeriori-bus ex ea aetate, cui iſta magis eſſent accommodata. cf. ad 155. Fuere autem hae vrbes ad Sinum Meſſeniacum et Aſinaeum ſitae. Agit de iis Strabo p. 553. diſſentiente paſſim Pauſania, qui etiam Enopen pro Gerenia, lib. III, 26. p. 278 et Iren pro Abia habet lib. IV, 30. Recitatae quoque vrbes ſunt a Stephano Byz.

Ἴρην. variatur in ſcriptura. Ἰρὴν Ariſtarchus ſcripſerat. Traditum de hoc erat etiam ab Herodiano. Nam inf. ad 292 Ven. A. οὕτως ὀξυτόνως· ὡς ἐν τῇ καθόλου. Alii Ἴρην. fuiſſe quoque qui ἰρὴν Ποιήεσσαν ſcriberent, indocte vtique, a Kuhnio et Barnes traditum video. Canon tamen obtinet, in iis quae propria nomina ſunt, tonum mutari, adeoque Ἶρην eſſe ſcribendum. Ita et Ἐνόπην, non ἐνοπήν. et Αἶπειαν, non αἰπεῖαν. cf. Schol. ad B, 606. Ἶρην quoque editur in Strab. VIII, p. 550. B. vbi tres hi verſus recitantur, etiam ap. Stephan. Byz. in Ἰρη. Ἴρην editum a Barnef. inde, neſcio an primo; ſed nil refert; etiam in Euſtathio, et ſic ap. Pauſ. IV, 30. Non autem confundenda vrbs cum Εἶρα, Meſſeniae monte ad expugnandum difficillimo. — Prius hemiſtichium recitat Steph. Byz. vt 152. in Αἶπεια.

Repetuntur quoque nomina inf. 292. Ex 151 emendat Bentl. βαθύλιμον in Heſych.

153. πᾶσαι δ' ἐγγὺς ἁλὸς νέαται Πύλου ἡμαθόεντος. — „quod νέαται pro νέονται, οἰκοῦνται. vt κέαται pro κεῖνται· a νῶ, vnde ναίω“ Schol. A. addunt Schol. B. L. V. νῶ. νέω. νεάω. fuiſſe idem quod ναίω, οἰκῶ. cuius tamen ſenſus eſſe debet: ad habitandum colloco, οἰκίζω non οἰκῶ. Male Etymol. immiſcet νέω, σωρεύω. Euſtathius ait „formatum eſſe ex νεναίαται.“ Immo νεναίαται pro νένηνται, Ionica forma. Ita vero et κέαται, κεῖνται erit pro κεκέαται, κέκειναται, a κεῖμαι. Quod vix neceſſe ſtatuere. Ven. A. etiam legi ait νάεται, praue. Alii νεῶται ſcripſerant, male pro νέαται, quod voluit quoque ſcribi Nicanor, h. e. ἔσχαται. nec aliter Euſtath. Vtrumque Sch. br. ἤτοι ἔσχατα, ἢ κατῳκισμένοι εἰσίν. add. Euſt. De-

fendes hoc ex aliis locis, Λ, 710. 11 ἐστὶ δέ τις Θρυόεσσα πόλις — νεάτη Πύλου ἠμαθόεντος et ſic aliquoties νείατος. Verius eſt alterum, vt ſint νέαται, quae in extremis terrae partibus ſitae ſunt. Nec ſatis procedit νέαται, habitantur, ἐγγὺς ἁλὸς Πύλου. Nam ἅλς Πύλου non dici putem a poeta; etſi Strabo ita ſtatuiſſe videtur; nam τὴν θάλατταν τὴν Πυλίαν e poeta memorat, et verſu laudato addit: τοῦτο γὰρ ἴσον τῷ, ἐγγὺς ἁλὸς τῆς Πυλίας. Occurrit huic naeuo Lipſ. e quo notatum video Πύλον ἠμαθόεντα. vt ſit διὰ, κατὰ Πύλον.

Tandem fuit qui κέαται ſcriberet. Apollonium memorat Schol. A. at Lipſ. cum Vict. Apollodorum, verius arbitror. Saltem in Apollonii Lexico nil occurrit.

At nunc de *Pylo* exoritur quaeſtio, quam, quantum memini, nemo attigit. *Neſtoris Pylum* Homero eſſe Triphyliae alibi vidimus: v. ad B, 591. at h. l. de Meſſenia agi nemo dubitet. Eſt itaque ſtatuendum: ipſum Homerum duplicem Pylum agnoſcere, alium Triphyliae, Neſtoris, alium Meſſeniae terrarum tractum, vtrumque ἠμαθόεντα; etſi et vrbs Meſſeniae fuit Pylus, antiqua, ad mare ex aduerſo Sphacteriae, de qua Strabo VIII, p. 550 C. Quae ſi obſeruata ſunt, tollitur omnis difficultas de Pylo Neſtoris, quae Pauſaniam et alios exercuit. Manet tamen vel ſic mirum, quod hoc tantum loco Pylus Meſſeniae memoratur; eſtque magna ſuſpicio, hunc verſum, et forte plures, rhapſodis deberi.

154. ἐν δ' ἄνδρες ναίουσι πολύρρηνες. Ven. (cum Townlei.) addit Schol. A. „γρ. πολύῤῥηνες — et, duplici ῥ Ariſtarcheae.“ Patet adeo ex hoc ac ſimilibus Ariſtarchum veterem ſcribendi rationem ad ſeriorem morem geminandi litteras ſcriptura, non ſola pronuntiatione, deflexiſſe. Addunt Sch. br. ῥῆνες γὰρ αἱ ἄρνες. cf. Etymol. in ἀρήν.

ἔνθ' ἄνδρες Barocc.

155. οἵ κέ ἑ δωτίνῃσι θεὸν ὡς τιμήσουσι. Nihil ad hunc et ſequ. vſ. afferunt grammatici quod operae pretium ſit. — ὡς θεῷ προσάγονται τὰς ἀπαρχὰς τῶν ὄντων

aiunt Schol. B. L. V. At enim θεᾷ ὡς antiquo more dictum eſt de eximio honore, et agitur de muneribus regi oblatis: quo ipſo hi verſus notabiles ſunt, ad iura regum iſtius aeui illuſtranda; et iuris publici veterum caput conſtituendum. Afferuntur enim regibus munera ab iis quibus imperant, quae ſerius videntur in tributa abiiſſe, ſimili fortunae exemplo, qua noſtrae Germaniae aliarumque terrarum ciuitates vſae ſunt, vt *preces* (*Bäten*) mutarentur ſenſim in tributa a principe imperata. Notabile porro illud, quod iſta aetate regum opibus et iuribus tantopere circumſcriptis, vrbes tamen aut dono dare aut promittere Agamemnon potuit. Mirum et hoc, quod Theſſaliae rex iſta aetate vrbes Peloponneſi in poteſtatem accipere et retinere poſſe videri potuit, tot aliis terris aut regnis interiectis. Ad prius illud ſimilis locus memorari poteſt Od. Δ, 174 ſq. vbi Menelaus Vlyſſi vellet vrbem habitandam dare — *μίαν πόλιν ἐξαλαπάξας*. Videtur adeo belli iure occupata vrbs alia conditione habita eſſe. Etiam inf. 479 Phoenici aduenae Peleus *λαὸν πολὺν ὄπασσε*, vt habitaret in Phthiae finibus *Δολόπεσσι ἀνάσσων*.

Pro *τιμήσουσι* Ven. habet *τιμήσωσι*. Nec tamen in Schol. aliquid monetur; et iterum infra repetito hoc loco 297. vbi Schol. agnoſcunt quoque *τιμήσωνται*, turbata tamen ſunt: vide ad h. v. 297. Videtur adeo Scholion h. l. excidiſſe. Praeferam tamen *τιμήσουσι* poſt *οἵ κε*, ex vſu Homerico; vt A, 139. ſup. 75. etſi in Homero non minus ſubiunctiuus cum ἄν et *κεν* occurrit, qui more Attico eſſet optatiuus: *οἵ κέ ἑ τιμήσειαν*. In Townl. hic et 297 erat *τίσουσι*

„γρ. *οἵ κέν ἑ* et *οἱ καί ἑ*.“ Barneſ. At enim fuit *οἵ κε ſε*.

156. *καί οἱ ὑπὸ σκήπτρῳ λιπαρὰς τελέουσι θέμιστας*. ξ „quod *τελέουσι* pro *τελέσουσιν* eſt mutato tempore.“ Dicas potius futurum antiquum eſſe, *τελῶ*, quod pro fut ſecundo habent, in *τελέω* reſolutum. — B. et L. pro *ἀεὶ τελοῖεν* accipiunt. — *τελέσουσι* eſt in Vrat. b.

Ceterum verba Sch. A. reddidit: *καὶ ὑπ' αὐτοῦ βασιλευόμενοι εἰρηνικῶς βιώσονται* — Paria in B. L. V. Vix aſſequaris, quomodo hoc ex verbis effecerint. *τελεῖν Θέμιστας* videntur accepiſſe, *imperata facere* et *λιπαρὰς λιπαρῶς feliciter.* — Aliter mox in Ven. A. et Sch. br. *ὑποταγέντες αὐτῷ κατὰ τὸ δίκαιον, λαμπροὺς Φόρους τελέσουσιν.* Ita *Θέμιστας* ſtatuendum eſſet nunc aliter dictas ac Il. A. 238. 9. et I, 99 et al. vbi *imperium* ſeu *ius* eſt; nunc eſſe tributa ſeu quae praeſtanda ſunt a populo: *τὰ δίκαια.* Ita *Θέμιστας* ſtatuendum eſt nouo prorſus ſenſu dictas eſſe, pro *Φόρους* tributa.

Si alia loca conſulimus, videmus *Θέμιστας* eſſe iura, hinc imperia, et imperium: vt A, 288. 9 *οἵ τε Θέμιστας πρὸς Διὸς εἰρύαται*, regnum tenent a Ioue. Et ſup. I, 99 *οἷς Ζεὺς ἐγγυάλιξε σκῆπτρόν τ' ἠδὲ Θέμιστας*, poteſtatem regiam, et ſic alibi. Simili modo Virgilio ius, iura, pro imperio. At repugnant huic ſenſui *τελεῖν* et epitheton *λιπαρός.* Hoc idem aduerſatur ceteris ſignificatibus, vti ei, qui apud Heſych. eſt: *Θέμιστας, νόμους. δίκας.* quod ad h. l. ſpectat, quod petitum eſt ex Apollonio Lex. *Θέμις — ἐπὶ δὲ τῶν νόμων· λιπαρὰς τελέουσι Θέμιστας.* at quae ſunt leges *λιπαραί?* et quid eſt *τελεῖν νόμους?*

Praeſtabit ſaltem dicere *Θέμιστας* eſſe *τὰ δίκαια, quicquid facere par eſt, τὰ προσήκοντα, praeſtanda:* ideoque *τελεῖν τὰς Θέμιστας praeſtare ea quae praeſtanda ſunt*, h. e. *imperata.* quae haec ſint, anteriore verſu declaratur: *δωτίνῃσι τιμήσουσι*, igitur vt eodem ſenſu accipiendum ſit, determinatur *τελεῖν Θέμιστας, munera* pro *tributis* ferri ſolita. Hoc vno ſenſu etiam accommodatum eſt epitheton *λιπαρὰς Θέμιστας.* Sane *λιπαρὸς* eſt pinguis, nitens, fertilis; diues; ſplendidus, clarus; laetus, pulcer, beatus. nihil ex his conuenit, niſi ſunt *munera lauta, praeclara.* Euſtath. reddit *λιπαρὰς λιπαροποιοὺς καὶ εὐδαιμονεῖν ποιούσας* interpretatur; quo tamen ſenſu *Θέμιστας* accipiat, additum non video. Verſum nemo veterum in ſuſpicionem adduxit.

ὑπὸ σκήπτρῳ. ὑπὸ τῇ βασιλείᾳ Hesych. Sic Il. Z, 159 Ζεὺς γάρ οἱ ὑπὸ σκήπτρῳ ἐδάμασσεν Argiuos.

157. ταῦτά κέ οἱ τελέσαιμι μεταλήξαντι χόλοιο. μεταλλήξαντι vulgo editur et scribitur geminato λ. Aristarcheum esse aiunt Schol. A. ad vs. 299. et hoc est, quare Venetum hoc seruasse putem. Haud dubie antiquius fuit scriptum vna littera μεταλήξαντι, quod et codd. meliores habent Lipsr. Townl. Vrat. b. add. vn. Vindob. quodque reuocaui; etsi bene video, me mihi sic non satis constare, cum non alibi quoque in similibus idem placitum seruem, nec seruare possim. Sed habet nescio quid quod offendit, si μεταλλάξαι et μεταλῆξαι non distincta video. Itaque inf. quoque O, 31 ἵν' ἀπολήξῃς ἀπατάων scribam, etsi ἐλλίσσετο et similia relinquenda esse video. Est quoque μεταλήξαντι h. l. in ed. Flor. Fecit idem Brunck. in Apollonio, in quo est ἀπολήξας. μεταλήξας. et III, 110 μεταλήξει γὰρ ὀπίσσω. μεταλλήξαντι. λήξαντι. παυσαμένῳ, Schol. br. vt appareat eum μεταλήξαντι scripsisse, quod diserte expressum in eodem Scholio apud Suidam h. v. Auctor glossae ap. Hesych. duo verba confudit: μεταλλάξαντι. παυσαμένῳ. μεταβληθέντι.

ταῦτα καί οἱ Mori et Barocc. male.

158. Δμηθήτω. Zenodotus et Aristophanes legerant Καμφθήτω. bene et hoc. Alterum tamen sollennius Homero: et potest interpretamentum videri τοῦ δμηθῆναι.

159. τοὔνεκα καί τε βροτοῖσι θεῶν ἔχθιστος ἁπάντων. Versus, quos Schol. et Eust. ex Aeschylo laudant: Μόνος θεῶν γὰρ Θάνατος οὐ δώρων ἐρᾷ etc. sunt apud Stobens. Serm. CXIX. ex Niobe Aeschyli.

καί τι Mori. Otiosum τε etiam offendebat Iacobs nostrum. Poterat scriptum esse: τοὔνεκα καὶ θνητοῖσι. Praestabit τούνεκα καί γε. Nam τούνεκά γε et alibi. Sic Υ, 182 οὗτοι τούνεκά γε Πρίαμος etc. Et est γε in Vindob. — Notauerat Aristarchus post hunc versum nonnullos alium subiicere:

οὕνεκ', ἐπεί κε λάβῃσι, πέλωρ ἔχει, οὐδ' ἀνίησι.
quia monstrum, vbi ceperit, retinet nec remittit.

Addit: „nec tamen neceſſarium eſſe verſum.“ Quin etiam ineptus verſus eſt, et ieiunus.

160. καί μοι ὑποστήτω, ὅσσον βασιλεύτερός εἰμι. ξ— quod ὅσον pro κατ' ὃ poſitum eſt. Notatum quoque apud Suidam in h. v. Additur Scholion ſuper τὸ ὅσον quod ſenſu haud vno poni ſolet: quod Porphyrianum acumen ſapit. Grauius fuiſſet monere de ὑποστήτω. quod recte Sch. br. reddunt: παραχωρησάτω. ὑπειξάτω. Hoc et Apollon. Lex. h. v. habet cum verſu. Addit Heſych. ὑποταγήτω vbi laudatur Hemſt. ad Luciani Timon. adde Euſtath. Dictum puta h. l. cedere alteri de primo loco et acquieſcere ſecundo. Vi oppoſiti dicitur προΐστασθαι, praeire.

163. Ἀγαμέμνων erat in Moſc. 3. pro Ἀγάμεμνον.

164. ὥρα μὲν οὐκέτ' ὀνοστὰ διδοῖς Ἀχιλῆϊ ἄνακτι. Obſeruat Schol. Ven. A. „διδοῖς vt ὀρθοῖς. Sic et Ariſtarchus. eſt enim quoque διδοῖ inf. 515.“ Fuitne in aliis δίδως? an eſt mera obſeruatio grammatica? Eſt ſane διδοῖς a διδόω. οὐκέτ' ὀνοστά. ἄμεμπτα. v. Heſych. h. v. cuius Scholion ad h. l. ſpectat.

165. ἀλλ' ἄγετε, κλητοὺς ὀτρύνομεν. ξ— „quod κλητοὺς dixit τοὺς ἀπὸ τοῦ καλεῖσθαι αἱρουμένους. Sic et Od. P, 386 οὗτοι γὰρ κλητοί γε.“ pergit: Ἄλλως· πρέσβεις ἐπιλέκτους, ἢ ἐξ ὀνόματος καλέσαντες. vnde Schol. B. L. τοὺς ἐξ ὀνόματος πρέσβεις reddunt. Conueniunt Apollon. Lex. h. v. Heſych. Schol. br. Euſtath. Verbo ſunt ἔκκριτοι, ex ipſis verbis Homericis inf. vſ. 516. 517.

Obſeruant quoque Schol. ὀτρύνομεν eſſe pro ὀτρύνωμεν. Niſi malis eſſe praeſens pro futuro.

In A. B. L. V. Euſt. multae argutiae ſunt, Porphyrii, ſi recte video, cur nec Agamemnon, nec Neſtor legationem ſuſceperit.

κλειτοὺς Cant. Barocc. Mori. Vrat. b. c. A. Moſc. 3. vn. Vindob. perpetuo errore.

167. εἰ δ' ἄγε, τοὺς ἄν ἐγὼ ἐπιόψομαι, οἱ δὲ πιθέσθων. Vulgo: ἐγὼν — at Ven. A. ἐγὼ, cum Scholio: „Ἀρίσταρχος ἐγώ· ἄλλοι δὲ ἐγών.“ (Schol. Lipſ. et Vict.

ἐγὼ, οὐκ ἐγών et vn. Vindob.) — et „οἵ δὲ pro οὗτοι δέ.“ At „εἰσὶ δὲ, οἱ προπεριέσπασαν, οὐκ εὖ.“ ergo fuere qui ſcriberent οἵδε. Huc Heſych. οἵδε, οὗτοι. —ἐπιόψομαι. ἐπιπρινῶ. ἐπιλέξω Sch. br. Etymol. add. Euſt. πιθέσθων, pro πιθέσθωσαν. ſi tamen duo modo ſunt legati, recte erit dualis — εἰ δ' αἱρῇ τοὺς Vrat. b. miro errore.

168. Φοῖνιξ μὲν πρώτιστα — ξ— quod Phoenix prior incedit, non inter legatos numeratus: προέρχεται καὶ οὐ συμπρεσβεύει. Scilicet proluditur dicendis ad v. 182 vbi dualis de legatis occurrit. Copioſe de eadem re agunt B. L. V. Sch. br.

169. αὐτὰρ ἔπειτ' Αἴας τε — ξ— „quod Ariſtarchus contendebat ἔπειτα eſſe h. l. χρονικὸν, μετὰ ταῦτα.“ Repetitum hoc et alibi, vt ad Ψ, 551. Λ, 93 adde Etymol. Dices, quorſum haec ſubtilitas? ſcilicet quia diſputatum eſt de numero legatorum. v. ad 168. Itaque qui duo eſſe volebant, Phoenice non niſi comite ſeu duce aſſumto, lectos nunc eſſe duo legatos contendebant. Crates, hoc neglecto, ἔπειτα pro δὴ acceperat: „ἀντὶ τοῦ δὴ συνδέσμου.“ Etiam Heſych. ἔπειτα. μετὰ ταῦτα. τάχιστα. ἀντὶ τοῦ δή. cf. ad Ψ, 551. 2.

170. κηρύκων δ' Ὀδίος τε καὶ Εὐρυβάτης ἅμ' ἑπέσθων. ξ— „quod Eurybates nunc non eſt Agamemnonis praeco, (A, 320) ſed Vlyſſis, (B, 184) alioqui eius adſpectus exacerbare potuiſſet Achillem.“

Etiam h. l. ὁ Δῖος, ὀδῖος, ὄδιος, ὁ διὸς, edd. et codd. variant; ὀδιος Ven. vid. ad E, 39.

ἑπέσθων. dualis recte. Eſt tamen in Sch. A. ἑπέσθων, ἀντὶ τοῦ ἑπέσθωσαν. γράφεται καὶ, ἑπέσθω.

171. Φέρτε δὲ χερσὶν ὕδωρ, εὐφημῆσαί τε κέλεσθε. ξ— Excidit Scholion, quod ad εὐφημῆσαι ſpectaſſe puto. Euſtath. id contendit eſſe ὑμνῆσαι καὶ ἐνθεάσαι κατὰ εὐχὴν, εὔξασθαι.

172. αἴ κ' ἐλεήσῃ. Homerico more vn. Vindob. ἐλεήσει et ſuperſcr. οι. — Etiam vn. Vindob. ἀρεσσάμεθ' perperam.

173. πᾶσιν ἑαδότα μῦθον. ἑαδότα ab ἥδω, τὸ εὐφραίνω ductum eſſe, veteres docent; vnde ἥδα, ἀδὼς, ἑα-

ἑῶς. De voce v. Exc. I. ad E, p. 174. Heſych. ἑαδότα. ἀρέσκοντα. ἀγαθά. Variat adſpiratio; etiam ap. Apollon. I, 867 eſt αὖθι δ' ἕαδε et II. 35 χῶρον ἑαδότα παπτήναντες, vnde et ἑϝαδῶς et ϝεϝαδῶς ſcriptum fuit. v. Exc. de Digammo.

175. 176. iam lecti ſunt A. 469. 470. Et 174 cum iisdem vſſ. Od. Γ, 338 ſq. Φ, 270 ſq.

177. αὐτὰρ ἐπεὶ σπείσάν τε πίον θ', ὅσον ἤθελε θυμός. In edd. erat σπείσαντ', vitioſe, etſi ſic quoque Venetus. at Schol. A. „γρ. σπείσάν τε πίον τε." Atque hoc vere Homericum, reduxi. Erat quoque in Townlei. In Homero eſt σπένδειν. σπεῖσαι. non σπένδεσθαι, σπείσασθαι. Ergo Clarke repoſuerat σπείσάν τ' ἔπιον θ', quod iam in marg. edd. erat, etiam Od. H, 184 vbi idem verſus legitur.

In principio verſus οἱ δ' ἂρ ἐπεὶ emendabat Bentl. nec male.

180. δενδίλλων ἐς ἕκαστον. ξ „quod dicta haec ſunt praeſente adhuc Phoenice; ideoque εἰς ἕκαστον dici potuit, cum tres eſſent!" Alii ἕκαστον pro ἑκάτερον dictum eſſe voluerant, dum ad duo tantum, Vlyſſem et Aiacem, referre illa malebant. cf. ad 168. 169. Subtiliter de iisdem agunt Sch. B. L. Vat. Sane quidem in ſeqq. aliquoties adhibetur dualis de legatis. Phoenix, qui antea apud Achillem commorabatur, redire ad eum videri poterat. Nec tamen vel ſic exemplo carebat, pluralem adhiberi de duobus.

δενδίλλων. Sch. A. et br. διανεύων τοῖς ὀφθαλμοῖς cum Heſych. h. v. Etymol. διανευόμενος. Apollon. Lex. περιβλεπόμενος, oculos circumferendo. ἴλλοι, vel ἰλλοί, ἀπὸ τοῦ εἰλεῖν, oculi, proprie oculorum anguli; de quo late iidem et alii viri docti egerunt. Ad locum noſtrum proxime ſpectat Schol. Apollonii III, 280 ὀξέα δενδίλλων. Ὅμηρος δὲ ἐπὶ τοῦ στρέφειν τέθεικε τὴν λέξιν· τὸ ἐν ἐπιστροφῇ τοῦ προσώπου παρεκκλίνοντα τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐπινεύειν. καθάπερ Ἀπολλόδωρος. (ad Homerum?) Σοφοκλῆς

δὲ ἐπὶ τοῦ περιβλέπειν τέθεικε τὴν λέξιν. (puto in deperditis.)

Reſtat ἐς ἕκαστον, quod peccat in digamma: δενδίλλων ες ϝεκαστον. Bentl. coni. δενδίλλων ὁ ϝεκαστῳ. Niſi dicendum eſt, totum verſum ſerioris rhapſodi fetum eſſe.

182. τὼ δὲ βάτην ξ „quod, excluſo Phoenice, qui praeiverat, tantum de duobus narratur. Alii dualem volebant poſitum pro plurali, vt alibi: A, 567 ἄσσον ἰόντε. (at ibi vide.) et Od. Θ, 48 κούρω δὲ κριν θέντε.“ Sch. A. Similia Sch. br. Vict. quae Clarke refellit.

183. πολλὰ μάλ' εὐχομένω γαιήοχῳ Ἐννοσιγαίῳ. εὐχομένω ſuperſcripto οι Lipſ. et Vrat. A.

Primum nunc occurrunt epitheta Neptuni diuerſimode expoſita in Etymol. Apollon. Lex. Heſych. Schol. ad h. l. et ad N, 43. 125. Praeſtat: γαιήοχος, ὁ ἔχων, συνέχων, περιλαβὼν, τὴν γῆν, quia mare, cui praeeſt, ambit terram. Schol. B. ad N, 125 nimis ſubtiliter: ὁ ἔχων, ὁ βαστάζων, τὴν γῆν. ἐπὶ γὰρ τοῦ ὕδατος γῆ ἐστήρικται. Koeppen haud indocte monebat, ex analogia τοῦ πολιοῦχος eſſe debere, qui tuetur terram, qui ei praeeſt. Ita quidem Diana eſt γαιάοχος, quae tuetur vrbem, ap. Sophocl. Oed. R. 160. Et forte Neptunum primo ſic dictum eſſe ab Ionibus Achaiae, cui deus praeeſſet. Acute haec dicta ſunt. Nil tamen vetat, quominus vox illa diuerſis ſenſibus adhibita occurrere poſſit. Recedit a ceteris ea ratio, qua γαιήοχος eſſet ὁ γαίων, γαυριῶν, τοῖς ὀχήμασι· τοῖς ἀγῶσιν ἱππικοῖς. inf. Ψ, 584. Sch. br. et Etymol.

ἐννοσίγαιος. ὁ ἐνόσας, κινήσας, (ab ἐνόθω) τὴν γῆν, fluctuum motu allidentium littori. Idem ἐνοσίχθων. σεισίχθων. Ad terrae motum epitheton traxere iam veteres, in his ipſe Herodot. VII, 129.

184. ῥηϊδίως πεπιθεῖν. Commode verſu vtitur Eunap. Vit. Soph. in Maximo. p. 101. ed. Commel. πιθεῖν vitioſe Flor. Ald. 1. Vrat. 1. Contra δὲ πεπιθεῖν Lipſ.

185. *Μυρμιδόνων δ' ἐπί τε κλισίας καὶ νῆας ἰκέσθην.* Sch. A. „*γρ. ἵκοντο*“ ſicque Barocc. Mori. Harlei. Townl. vn. Vindob. et Plutarch. de Muſica ſub f.

186. *τὸν δ' εὗρον Φρένα τερπόμενον Φόρμιγγι λιγείῃ.* Studio citharae indulſiſſe volunt Achillem ad leniendos animi motus; eoque conſilio Achilles ſaepe, v. c. ap. Aelian. V. H. XIV, 23. Sext. Empir. p. 358. laudatur citharam pulſans et ab artificibus exhibitus eſt.

187. *καλῇ, δαιδαλέῃ, ἐπὶ δ' ἀργύρεον ζυγὸν ἦεν. ζυγὸς ὁ πῆχυς τῆς κιθάρας, ᾧ ἔγκεινται αἱ κόλλαβοι. οὕτως δὲ λέγονται οἱ πάσσαλοι, ὧν ἐξάπτονται αἱ χορδαί.* Sic Schol. A. B. br. Euſtath. Heſych. in *ζυγά*. Rem docet Ariſtot. Quaeſt. mechan. 13.

ἀργύρεον ζυγὸν legunt Cant. et a m. pr. Lipſ. Harlei. Townl. Vrat. b. duo Vindob. Sext. Empir. p. 358. et ipſe Venetus, etſi Schol. A. interpretatur *ζυγὸς ἀργύρεος*, quod in edd. legitur. In Vrat. b. etiam *δαιδαλέον* legitur, et ap. Plutarch. de Muſ. l. c. ſub fin. *περὶ δ' ἀργύρεον ζυγὸν εἶεν.* Videtur ſane *τὸ ζυγὸν* antiqua fuiſſe forma; nec minus tamen *ὁ ζυγός*.

188. *τὴν ἄρετ' ἐξ ἐνάρων, πόλιν Ἠετίωνος ἐλέσσας.* „quod ſuauiter et decenter. e praeda habet citharam Achilles, ne ſecum domo attuliſſe videretur, tanquam inter arma otium exacturus.“ Sch. A. Multa ſimilia argutantur Sch. B. L. Vict. br. Koeppen ex h. l. elicie. bat, inſtrumenta muſica iſto tempore nondum a Graecis fuiſſe fabricata, ſed a barbarorum manibus petita. In edd. Sexti Empir. l. c. erat: *τὴν ἕλετ'* ex interpretatione; quod mutauit Fabric. *τὴν ἄρατ'* vn. Vindob.

πόλιν. In edd. *πτόλιν*, excepta Romana. Atqui *πτόλις* non ſcribitur niſi ad producendam vocalem brevem antecedentem. Seruant quoque *πόλιν* Barocc. Vrat. b. Ven. Vindob. et haud dubie alii.

189. *ἄεισε δ' ἄρα κλέα ἀνδρῶν.* Sic inf. v. 520 et Od. Θ, 73 *ἀείδεμεναι κλέα ἀνδρῶν*. nec aliter, qui verſum recitant, Plutarch. l. c. et Dio Chryſ. Or. II. de Regno p. 82. R. Attamen ineſt hiatus. Debetur tamen

ille grammaticis, cum ſcriptum eſſet κλέε' ἀνδρῶν. Nam a κλέος fit κλέεος, κλέεα, vnde κλέη. hoc aut κλεᾶ reponere iubet Bentl. at R. Payne Knight p. 56. κλεεϝ' ἀνδρῶν. Mature tamen τὰ κλέα vltima breui acceperunt poetae: etſi ex eorum numero exemtus eſt a Brunckio Apollon. Arg. I, 1 vbi κλέα φωτῶν, e Cod. Par. nunc leguntur pro κλέα ἀνδρῶν: at eſt IV, 362 πάτρην τε κλέα τε μεγάρων — In Vrat. b. erat κλέος.

Ceterum ad h. v. alludunt multi: Ariſtid. Quintil. de Muſica lib. II, p. 87. Dio Chryſoſt. Or. II. de Regno p. 82. R. Plutarch. de Muſica ſub f. et de Alex. fortuna I, p. 310.

190. Πάτροκλος δέ οἱ οἷος ἐναντίος ἧστο σιωπῇ ξ— „quod οἷος cum ἐναντίος iungendum eſt; praeter eum aderant Automedon, etiam Phoenix“ Schol. A. B. L. Vict. Scilicet putant nonnulli Phoenicem anteceſſiſſe duo legatos. cf. 182. 168. Quaſi non eſſet: ex aduerſo, ſeorſum a ceteris qui aderant, ſedebat; ἀντικρύ, vt bene Euſtath.

ἐναντίον Townl.

191. δέγμενος Ἀχιλῆϊ — Verſu ſaepe vtuntur Lucian. et alii rhetores. „γρ. καὶ δέχμενος“ Schol. A.

ὁπότε λήξειεν ἀείδων· ὁπότ' ἂν Cant. Saltem ſubintell. ἄν. ἀείδειν vn. Vindob.

192. τὼ δὲ βάτην πρότερω ξ— quod dualis de Aiace et Vlyſſe iterum dictus, excluſo Phoenice. v. ad 182.

193. ταφὼν δ' ἀνόρουσεν Ἀχιλλεύς. „ταφὼν ἀπὸ τοῦ θήπω. θαπὼν, ταφών.“ Sch. A. quid tamen ſi priſca forma τάφω fuit? Apio a θάμβος duxiſſe videtur ap. Apollon. Lex. vbi ἐκπλαγεὶς redditur. Inepta attexunt Schol. B. L. br. Euſtath. Etymol. qui meliora dat in τάφος. Erneſti ad Callim. in Dian. 103 vbi ἔταφες eſt, quaerit in voce notionem τοῦ videre; verum ea ex contexto venit, non ex vi vocis.

194. αὐτῇ σὺν Φόρμιγγι, λιπὼν ἕδος, ἔνθα θάασσεν. Iterum argutantur Schol. A. B. L. Vict. br. ſintne αὐτῇ σὺν φόρμιγγι iungenda cum antecedentibus an cum ſeqq.

hoc eſt, ſurrexeritne et manibus retinuerit lyram, an, ſedem vna cum lyra reliquerit ea depoſita. Verius vtique eſt prius.

ἔνθα θάασσεν. Vrat. b. a m. ſec. θάσσεν. Mori. Barocc. et vn. Vindob. ἔνθα κάθητο. At θάασσεν etiam Apollon. Lex. et Heſych. cum interpretatione ἐκαθέζετο. Occurrit quoque iterum Il. O, 124. Od. Γ, 336.

195. ὡς δ' αὔτως Πάτροκλος. alii ὡς δ' αὖτως probante Barnes et Bentl. In Heſych. tamen: ὡς — ὁμοίως· ὡς δ' αὔτως —

196. τὼ καὶ δεικνύμενος. Sch. A. „γρ. τοὺς καὶ δεικνύμενος. δεξιούμενος (quod iam Apollon. Lex. habet) φιλοφρονούμενος iterum Od. Δ, 59. Alibi eſt pro δείξας. δεικνύμενος Δαναοῖσιν Ψ, 701.“ Eadem Sch. B. L. Vict. br. Euſtath. „γρ. δεχνύμενος“ Barnes. Ex δέκω facta ſunt δείκω, δεικανάω, δεικνύω, δείκνυμι, atque etiam δέχομαι.

197. χαίρετον, ἦ φίλοι ἄνδρες ἰκάνετον. ξ „quod dualis χαίρετον, ἰκάνετον, iterum excludit Phoenicem; porro ἦ, ἦ, ſcribendum eſſe, vtroque loco aſſeueratiue.“

„γρ. ὦ φίλω“ Barnes. ſcil. ex Schol. br. 182. vn. Vindob. ὦ φίλοι. In Lipſ. cod. ſuperſcriptum χαίρετε — ἐστέ. male illato hiatu.

ἦ τι μάλα χρεώ. „Parmeniſcus recitauerat pro his ἡμέτερον δῶ.“ Vtinam adiectum eſſet, cui fundo haec lectio innixa fuerit, quae et in Harlei. legitur, altera ſupra ſcripta; haud dubie enim ea accommodatior eſt quam vulgata, ἦ τι μάλα χρεώ, etſi per ſe ea bene ſe habet, ſenſum tamen et ſtructuram interpellat: *ſane magna neceſſitas, inopia, vos tenet.* Recte alioqui Erneſti reddebat: „ſumma certe neceſſitate adducti ad me iratum adueniſtis; vos tamen omnium gratiſſimi mihi adveniſtis, etiam irato.“ Vt accipiamus verba ſic vt ſint: ſane neceſſe eſt, vos mihi amicos eſſe, vetat vſus formulae Homericus. Etiam vir acutus, Iacobs in verbis haeſerat et coniecerat ex litterarum apicibus: ἰκάνετον

εἰς τὸ μέλαθρον. quia et inf. 204 οἱ γὰρ Φίλτατοι ἄνδρες ἐμῷ ὑπέασι μελάθρῳ.

198. οἵ μοι — Φίλτατοί ἐστον. Ven. Φιλτάτω cum mſ. Mori. et vno Vindob. Agnoſcit tamen Schol. A. alteram quoque lectionem. Vbique in dualibus varietas cum pluralibus obuia fit, nec fides ſatis firma alterutri.

200. τάπησί τε πορφυρέοισι. memorabile hoc ad huius aetatis vitam. Niſi e praeda Troianorum hi tapetes erant, mercatu Aſiae ad Achiuos peruenisſe eos neceſſe eſt. Erat enim iam ea aetate arte texendi, figuras quoque in veſtibus, nobilis opera Babylonis et Phrygiae. cf. Athen. II, p. 48.

202. μείζονα δὴ πρητῆρα — καθίστα. Sch. A. obſervat καθίστα eſſe ex καθίστανε. alios ab ἵστω (ἱστάω) deducere. Diſertius haec expoſuit Etymol. in ἵστη. eſt hoc ipſum in Homero: ἵστη δὲ μέγα κῦμα Φ, 313.

203. ζωρότερον δὲ κέρασε, δέπας δ' ἔντυνον ἑκάστῳ. ζωρότερον, τὸ ἄκρατον Schol. A. ſiue τὸ ἀκρατώτερον, vt eſt in Apollon. Lex. et Etymol. In Apollon. I, 477 eſt ζωρὸν μέθυ. Etymol. docet alios θερμότερον exponere. *vinidius merum* apud Martialem eſt, VIII, 6, vbi h. l. reſpici notat Wakef. Silu. Crit. P. III, p. 187. Schol. A. ait alios exponere ταχύτερον. (ergo iunxere cum κέραιρε ταχύτερον, ταχέως. Occurrit hoc apud Ariſtotelem, qui hinc lucem accipit, Poet. 25, 7 οὐ τὸ ἄκρατον, ὡς οἰνόφλυξιν, ἀλλὰ τὸ θᾶττον. Adduxit homines inde a Zoilo inepta argutatio, quod indecorum ſit virorum grauium perſona, tanquam πρὸς κῶμον venirent, meracius apponere: hoc apparet e Schol. B. L. Vict. Euſtath. Heſych. ad quem v. laudd. Adde Athen. X, p. 423 D. et Caſaub. ad e. l. X, 6. Plures etiam miſcendi vini rationes ex h. l. docet Athen. I, p. 10 C, nam incredibile eſt, quot modis hoc ζωρότερον vexarint veteres: v. inprimis Plutarch. Sympoſ. V, 4. Atqui Achilles viros amicos, noctu ad ſe profectos et ex via feſſos, liberaliter excipiens vino recreare vult; quidni ζωρότερον apponeret?

ζωρότερόν τε Cant.

κέραιε. si auctoritatem veterum sequendam esse putamus, est hoc pro κέραιρε reponendum. Nam legunt sic Ven. vterque, Lips. Mori. Townl. ed. Rom. cum Eustath. qui nonnulla quidem exemplaria exhibere ait κέραιρε, pauca tamen nec optima: ὀλίγα μέντοι, καὶ οὐδὲ τὰ ἀκριβέστερα. Monent quoque Schol. vetera sine ρ esse scribendum, laudantque Aristophanem, etiam Herodianum rem memorasse. Nec est quod respuas; κεράω, κεραίω, factum est, vt νάω, ναίω. μάω, μαίω. δάω, δαίω. Scripsisse nonnullos κέραινε patet ex Hesych. vulgarius tamen inualuit κέραιρε, quod exhibent edd. Aristotelis et Athenaei loc. cit. et Schol. br. κέραιρε, κίρνα. Etymol. κέραιρε, κίρνα. ἀπὸ τοῦ κεράω, κερῶ, κεραίρω. ὡς μενῶ, μεναίνω· (hoc ad κεραίνω spectat) ἢ κέραιρε (leg. κέραιε) ἐκ τοῦ κερῶ, κεραίω. Aliud vitium in Suida in ζωρότερον, vbi ἐκέρασσε in h. l. legitur.

ἔντυνον ἑκάστῳ. peccat in digamma. Correxit iam Bentl. ἔντυνε ἑκαστῳ. εντυνε ϝεκαστῳ.

204. οἱ γὰρ φίλτατοι ἄνδρες ἐμῷ ὑπέασι μελάθρῳ. Ven. ὕπ' ἔασι· quod probo. ὑπέασσι Schol. br. vnde receptum in edd. Oxon. Cantabr. recte emendatum a Barnes. nam α per se productum est. ὑπίασι Mori. Barocc.

206. αὐτὰρ ὅγε κρεῖον μέγα κάββαλεν ἐν πυρὸς αὐγῇ. ⸗ „quod Euphorion τὸ κρεῖον accepit τὸ κρέας. At est Homero τὸ κρεοδόχον ἀγγεῖον.“ Eadem Apollon. Lex. cf. Hesych. Plura addit Etymol. ex Herodiano et Ptolemaeo; An Euphorion hoc in Homero ipse notauerit, non dicam; videtur ille vocem Homericam aliquo loco pro κρέας adhibuisse; sic accipio notata ab Apione et Herodoro apud Schol. Vict. et Eustath. Causa memoratur, quod τὸ κρεῖον alii de lebete accipiebant, quo coquerentur carnes: Homerus autem non nisi carnes assatas nouit. Verum τὸ κρεῖον inseruiit tantum carnibus secandis, quas veru infigerent. τράπεζα μαγειρικὴ, quod iam Ernesti docuit.

Addit Schol. A. quod ἐν πυρὸς αὐγῇ ſit τὸ ἀπὸ τοῦ πυρὸς φωτιζόμενον. ſcilicet, non ſimpliciter αὐγὴ πυρὸς pro πῦρ, vt ἐν πυρὶ ſit, iuxta ignem, vt Schol. br. quoque interpretantur, ſed, in loco ab igni colluſtrato. Idem Scholion eſt in Apollon. Lex. in πυρὸς αὐγή. et ſimilia habent Sch. B. L.

Notant quoque κατέβαλεν eſſe pro κατέθηκε.

208. ἐν δὲ συὸς σιάλοιο ῥάχιν τεθαλυῖαν ἀλοιφῇ. Primo nunc occurrit συὸς σιάλοιο, συὸς ἐντροφίου, ἁπαλοτρεφοῦς. ὡς· ζατρεφέων σιάλων· (Od. Ξ, et al.) ἢ σεσιτισμένων. Schol. B. L. Vict. De etymo ambigitur: ductum eſſe ἀπὸ τοῦ σιτίζειν quis ſibi perſuaſerit! Aliud eſt apud Etymol. σίαλος (alii accentu variant σιαλὸς v. Suidas) ὁ ἀφρός. vt ſit, ſpumeus aper. ἄῤῥην σῦς, παρὰ τὸ ἀφρὸν ἀφίεσθαι. Fuit illud σιϝαλος, et natum inde σιγαλόεις, vidimus ad E, 226.

τεθαλυῖαν ἀλοιφῇ. Heſych. θάλλουσαν. ἀκμάζουσαν. proprium de pinguedine, et adipis ſuperficie exuberante; conuenit cum Lat. nitere. inf. 463 σύες θαλέθοντες ἀλοιφῇ.

ἀλοιφῇ. λίπει Apollon. h. v. cum Schol. br. et Heſych.

209. τῷ δ' ἔχεν. ξ στιγμῆς tamen cauſſa in Scholio non apparet; forte quod ſibi ipſi miniſtrat Achilles, αὐτοδιακονεῖ. aut quod Automedon nunc adeſt, ſupra non memoratus.

τῷ δ' ἔχεν. ὑπεῖχεν. Schol. L. Vict. ἐκράτει (ſc. τὴν ῥάχιν) Schol. br.

210. καὶ τὰ μὲν εὖ μίστυλλε. diſerte agnoſcit μίστυλλε Schol. Victor.

212. αὐτὰρ ἐπεὶ κατὰ πῦρ ἐκάη, καὶ φλὸξ ἐμαράνθη, ξ „ſcriptum olim in nonnullis fuit αὐτὰρ ἐπεὶ πυρὸς ἄνθος ἀπέπτατο, παύσατο δὲ φλόξ.“ Schol. A. B. L. Euſtath. et Plutarch. de facie lunae p. 934. A. vbi et eſt — φλὸξ ἀνθρακίην στορέσασα, non bene. Additur in Sch. A. et ex veteribus in Euſtathio: γελοῖον δὲ τὸ πυρὸς ἄνθος, ὡς ῥόδων ἄνθος. quidni tamen ignis excan-

deſcentis, donec conſumtis materiis carbones ſuperſint, *flos ignis* dici potuerit? atqui et *μαραίνεσθαι* de flamma ſubſidente hoc ipſo loco dictum eſt. Apud Euſtath. porro ex veteribus: ſane quidem et Aeſchylum *πυρὸς ἄνθος* dixiſſe, ſed ibi Prometheum augere rem data opera: *σεμνοποιεῖται γὰρ ἐκεῖ τὸ πῦρ, ὡς τι καλλιατεῦν τοῖς ἀνθρώποις πρὸς τοῦ Προμηθέως δοθέν.* Lucret. I, 989 *flammai flore coorto* laudat Benl. e melioribus libris. Scripſerant alii: *αὐτὰρ ἐπεὶ κατὰ πῦρ ἐμφήνατο. πεύσατο δὲ φλὸξ*, tradente Schol. Lipſ. monſtrum vocis corrige *ἐμαρήνατο*, quod etiam in Schol. Vict. legitur. Alios legere *αὐτὰρ ἐπεὶ κατὰ πῦρ ἐμαρκίνετο* legere Clarke narrat. Videtur hoc petitum ex Il. Ψ, 228. Quae ex his verior lectio ſit, nemo definire auſit. Vulgatam praetulerat Ariſtarchus. Notandus vſus *τοῦ καταναίεσθαι*, de flamma deficiente materia conſumta. Contra *κατὰ μῆρ' ἐκάη* A, 464 verſu aliquoties repetito; adde A, 40. O, 373.

213. *ἀνθρακιὴν στορέσας.* Suidas h. v. *πεπυρακτωμένοι ἄνθρακες*, verſu adſcripto.

ἐφύπερθε τάνυσσε, ἐφύπερθ' ἐτάνυσσε Townl.

214. *πάσσε δ' ἁλὸς θείοιο.* de epitheto varia ariolantur Schol. Euſtath. Plutarch. Sympoſ. V, 10 pr. ſimpliciſſimum erat dicere, eſſe, *praeclarum*, *almum*. Heſych. recte: *ἁλὸς θείοιο, ἐντίμου.* niſi malis dicere eſſe, ſacrum, propter vſum religioſum in mola ſalſa.

Recitat hemiſtichium Apollon. in *ἅλα*. *πάσσε* et *ἔπασσε*, cum Heſych. vt notionem ſpargendi inde adſtruant.

κρατευτάων ἐπαείρας. plura comminiſcuntur grammatici in Schol. B. L. Melius Ariſtarchus ap. Apollon. Lex. eſſe *κρατευτὰς* baſes, quibus verua vtrinque imponuntur, ſtatumina; lapides puta vtrinque poſitos. Sua fecit iſta Schol. A. adde Euſtath. Hemſterh. ad Pollucem X, 96 proniores erat in alteram interpretationem, vt *κρατευταὶ* ſint *λαβαὶ* verutum. Melius ipſe Pollux VI,

Addit Schol. A. quod ἐν πυρὸς αὐγῇ ſit τὸ ἀπὸ τοῦ πυρὸς φωτιζόμενον. ſcilicet, non ſimpliciter αὐγὴ πυρὸς pro πῦρ, vt ἐν πυρὶ ſit, iuxta ignem, vt Schol. br. quoque interpretantur, ſed, in loco ab igni colluſtrato. Idem Scholion eſt in Apollon. Lex. in πυρὸς αὐγή. et ſimilia habent Sch. B. L.

Notant quoque κατέβαλεν eſſe pro κατέθηκε.

208. ἐν δὲ συὸς σιάλοιο ῥάχιν τεθαλυῖαν ἀλοιφῇ. Primo nunc occurrit συὸς σιάλοιο, συὸς ἐντροφίου, ἀπαλοτρεφοῦς. ὡς· ζατρεφέων σιάλων· (Od. Ξ, et al.) ἢ σεσιτισμένων. Schol. B. L. Vict. De etymo ambigitur: ductum eſſe ἀπὸ τοῦ σιτίζειν quis ſibi perſuaſerit! Aliud eſt apud Etymol. σίαλος (alii accentu variant σιαλὸς v. Suidas) ὁ ἀφρός. vt ſit, ſpumeus aper. ἄῤῥην σῦς, παρὰ τὸ ἀφρὸν ἀφίεσθαι. Fuit illud σιϝαλος, et natum inde σιγαλόεις, vidimus ad E, 226.

τεθαλυῖαν ἀλοιφῇ. Heſych. θάλλουσαν. ἀκμάζουσαν. proprium de pinguedine, et adipis ſuperficie exuberante; conuenit cum Lat. nitere. inf. 463 σύες θαλέθοντες ἀλοιφῇ.

ἀλοιφῇ. λίπει. Apollon. h. v. cum Schol. br. et Heſych.

209. τῷ δ' ἔχεν. ξ στιγμῆς tamen cauſſa in Scholio non apparet; forte quod ſibi ipſi miniſtrat Achilles, αὐτοδιακονεῖ. aut quod Automedon nunc adeſt, ſupra non memoratus.

τῷ δ' ἔχεν. ὑπεῖχεν. Schol. L. Vict. ἐκράτει (ſc. τὴν ῥάχιν) Schol. br.

210. καὶ τὰ μὲν εὖ μίστυλλε. diſerte agnoſcit μίστυλλε Schol. Victor.

212. αὐτὰρ ἐπεὶ κατὰ πῦρ ἐκάης καὶ φλὸξ ἐμαράνθη, ξ „ſcriptum olim in nonnullis fuit αὐτὰρ ἐπεὶ πυρὸς ἄνθος ἀπέπτατο, παύσατο δὲ φλόξ." Schol. A. B. L. Euſtath. et Plutarch. de facie lunae p. 934. A. vbi et eſt — φλὸξ ἀνθρακίην στορέσασα, non bene. Additur in Sch. A. et ex veteribus in Enſtathio: γελοῖον δὲ τὸ πυρὸς ἄνθος, ὡς ῥόδων ἄνθος. qnidni tamen ignis excan-

deſcentis, donec conſumtis materiis carbones ſuperſint, *flos ignis* dici potuerit? atqui et *μαραίνεσθαι* de flamma ſubſidente hoc ipſo loco dictum eſt. Apud Euſtath. porro ex veteribus: ſane quidem et Aeſchylum *πυρὸς ἄνθος* dixiſſe, ſed ibi Prometheum augere rem data opera: *σεμνοποιεῖται γὰρ ἐκεῖ τὸ πῦρ, ὡς τι καλλιστεῦν τοῖς ἀνθρώποις πρὸς τοῦ Προμηθέως δοθέν.* Lucret. I, 989 *flammai flore coorto* laudat Bentl. e melioribus libris. Scripſerant alii: *αὐτὰρ ἐπεὶ κατὰ πῦρ ἐμφήνατο, πάυσατο δὲ φλόξ*, tradente Schol. Lipſ. monſtrum vocis corrige *ἐμαρήνατο*, quod etiam in Schol. Vict. legitur. Alios legere *αὐτὰρ ἐπεὶ κατὰ πῦρ ἐμαραίνετο* legere Clarke narrat. Videtur hoc petitum ex Il. Ψ, 228. Quae ex his verior lectio ſit, nemo definire auſit. Vulgatam praetulerat Ariſtarchus. Notandus vſus *τοῦ καταναλέσθαι*, de flamma deficiente materia conſumta. Contra *κατὰ μῆρ' ἐκάη* A, 464 verſu aliquoties repetito; adde A, 40. O, 373.

213. *ἀνθρακιὴν στορέσας.* Suidas h. v. *πεπυρακτωμένοι ἄνθρακες*, verſu adſcripto.

ἐφύπερθε πάνυσσε. ἐφύπερθ' ἐπάνυσσε Townl.

214. *πάσσε δ' ἁλὸς θείοιο.* de epitheto varia ariolantur Schol. Euſtath. Plutarch. Sympoſ. V, 10 pr. ſimpliciſſimum erat dicere, eſſe, *praeclarum*, *almum*. Heſych. recte: *ἁλὸς θείοιο, ἐντίμου*, niſi malis dicere eſſe, ſacrum, propter vſum religioſum in mola ſalſa.

Recitat hemiſtichium Apollon. in *ἅλα*. *πάσσε* et *ἔπασσε*, cum Heſych. vt notionem ſpargendi inde adſtruant.

κρατευτάων ἐπαείρας. plura comminiſcuntur grammatici in Schol. B. L. Melius Ariſtarchus ap. Apollon. Lex. eſſe *κρατευτὰς* baſes, quibus verua vtrinque imponuntur, ſtatumina; lapides puta vtrinque poſitos. Sua fecit iſta Schol. A. adde Euſtath. Hemſterh. ad Pollucem X, 96 pronior erat in alteram interpretationem, vt *κρατευταὶ* ſint *λαβαὶ* verutum. Melius ipſe Pollux VI,

89 vbi κρατευτήριον eſt ferrum, cui immittuntur verua: ἀφ' οὗ ἴσος καὶ Ὅμηρος εἴρηκε· κρατευτάων ἐπαείρας.

Tandem pro ἐπαείρας Ariſtarchus legebat ἀπαείρας contra poetae mentem.

215. εἰν ἐλεοῖσιν ἔχευε. ἑλεοῖσιν aſpirate Ven. cum Schol. br. et Vict. et Etymol. in εἰλεός. quem diſſenſum iam Heſych. memorat h. v. Varia in Schol. Etymol. Ammon. ex etymologia afferuntur. Sufficit Apollon. Lex. h. v. et hinc in Suida et aliis, τοῖς μαγειρικοῖς τραπεζίοις: ad quem loc. iam laudauit Tollius notam Hemſterh. ad Lucian. T. I. p. 371. itaque loca Ariſtophanis et Schol. excitare neceſſe non eſt. ἑλεῇσι Barocc. Mori.

ἔχευεν. „ἐν ἄλλῳ· ἔθηκεν" B. L. Sch. br. Euſt. ſicque vn. Vindob. ed. Rom. et Schol. Ariſtoph. Equ. 152 cum Athen. IV, 22 p. 173 B. In altero loco Od. Ξ, 432 eſt βάλλον δ' εἰν ἑλεοῖσιν ἀολλέα. ἔχευαν eſt ap. Ammon. p. 49. At Schol. Ariſtoph. Nub. 178 verſum concinnat ex hoc et v. 210 αὐτὰρ ἐπεί ῥ' ὤπτησε, καὶ ἀμφ' ὀβελοῖσιν ἔπειρε.

218. αὐτὸς δ' ἀντίον ἷζεν. vn. Vindob. ἀντίος.

219. θεοῖσι δὲ θῦσαι ἀνώγει. ξ— quod Philoxenus et Timotheus (quos probabile ſit in aliquo dramate Achillem legatos excipientem exhibuiſſe atque Homericum in hunc ſenſum reddidiſſe) acceperunt θῦσαι, θυμιάσαι. Sic quoque Ammon. p. 132. Enimuero recte Sch. A. B L. add. Euſt. per ἀπάρξασθαι reddunt, (vtrumque appönunt Schol. br. Heſych.) et θυηλὰς τὰς ἐπιθυομένας ἀπαρχάς, vt Od. Ξ, 446.

Supereſt notabile in h. v. vſus voc. τοῦ in. τοίχου τοῦ ἑτέροιο haud diſſimilis ab vſu articuli ſeriorum. Putes fuiſſe τοίχου τοι (vel δὴ) ἑτέροιο. Iteratur tamen Ω, 598. Amphiboliam olim inepti in h. v. quaeſiuerunt ap. Hermog. Method. Eloqu. 35. In 218 ἷζεν et ἷζεν iterum variat.

221. οἱ δ' ἔπ' ὀνείαθ', ἑτοῖμα προκείμενα, χεῖρας ἴαλλον. interpungit Bentl.

222. *αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος* — ξ „Coenati iam erant apud Agamemnonem ſup. 178. et mox 226. 7. Aiebat itaque Ariſtarchus melius ſcripturum fuiſſe Homerum *καὶ ἐδητύος ἄψ ἐπάσαντο.* Religioni tamen ſibi duxerat aliquid mutare, cum vulgatam lectionem in multis libris reperiſſet“ Schol. A. Fuerat quoque ſimilis in h. v. quaeſtio Porphyrii: in Sch. B. L. V.

223. Cur Vlyſſes *primo loco* verba faciat, quaeritur. Multa ariolantur grammatici. Atqui Vlyſſis prudentia et cautione opus erat in primo aditu parando ad Achillis animum. Difficillima enim res, de re alteri moleſta verba facere ſic, vt alter non exaſperetur.

θεῖος Ὀδυσσεὺς edd. ante Wolf. qui repoſuit *δῖος Ὀ.* Nil refert; habent tamen hoc Barocc. Mori. Cant. Lipſ. Ven. Vrat. b. et A.

224. *πλησάμενος δ' οἴνοιο δέπας, δείδεκτ' Ἀχιλῆα.* ξ „ad morem obſeruandum, quod pocula *plena*, haud inania, propinarunt; cogitandum autem eſſe, cum his verbis Achilli poculum in manus traditum fuiſſe ab Vlyſſe.“ — Apollon. Lex. *δείδεκτο. ἐπὶ μὲν τοῦ τὰ ποτήρια τῇ δεξιᾷ ἐκτείνειν.* — *οἷον τῇ δεξιᾷ προέπιεν.* Ap. Athen. I, p. 14 A. *ἀντὶ τοῦ ἐδεξιοῦτο, ὅ ἐστι, προέπινεν αὐτῷ τῇ δεξιᾷ διδοὺς τὸ ποτήριον* et iterum lib. V, p. 193 A. v. ad Δ, 4.

Peccat contra naturam metri *πλησαμενος δ' ϝοινοιο δεπας.* Fuit puto: *πλησαμενος δε δεπας ϝοινου.* Bentleius modo tollebat δ' vt eſſet *πλησάμενος ϝοινοιο*, modo tentabat *πλήσας δὲ ϝοίνοιο.* Vulgata eſt ap. Athen. XI, p. 498 D. vbi quoque de altero loco Odyſſ. Ξ, 112 agit.

Ad orationis vniuerſae artificium ſpectat Scholion alio loco poſitum ad vſ. 222 Schol. A. in duas *στάσεις*, ſtatus, diuiſam eſſe orationem, *τὴν παρορμητικὴν*, qua exhortatur Achillem, vt ſe placandum det; alteram *ἀλλοιωτικὴν*, vt, ſi Agamemnonem omnino exoſum habeat, ſaltem exercitus miſereatur vſ. 300. Artificium rhetoricum docere paſſim elaborant Schol. B. L. Enimuero fit hoc in plerisque rhetorice magis quam poetico ſenſu.

224. δείδεκτ' Ἀχιλῆα vn. Vindob. Ἀχιλῆι.

225. δαιτὸς μὲν ἴσης οὐκ ἐπιδευεῖς. In Ven. ἐπιδευης legitur addita tamen ℓ ἡ διπλῆ, „ὅτι προστιθέασι τὸ σ, ἐπιδευεις, κακῶς. οὗτοι καὶ τὸ ἑξῆς περισπῶσιν, ἦμεν ἐνι κλισιῃ ἢ ἐτυγχάνομεν. Ἀρίσταρχος δὲ χωρὶς τοῦ σ." Schol. A. Obſcura haec, multo magis quod accentus omiſſi ſunt. Lectiones videntur fuiſſe plures: οὐκ ἐπιδευεῖς, quae nunc obtinet; et ap. alios quoque legitur, vt ap. Lucian. pro lapſu int. ſalut. 2 οὐκ ἐπιδεύεις *tu non indiges*, vt eſt in edd. Athenaei I, p. 12 C. et οὐκ ἐπιδεύῃ, vt ſup. B. 229 erat ἐπιδεύεαι, vt de Achil. le haec pronuntientur; Ita vero 226. 7 prorſus alieni ſunt. ἐπιδευὴς, quod in Ven. A. eſt, poſtulat et ipſum vt ſuppleas εἶς. At ἐπιδευεῖς ſubint. ἐσμὲν, eſt probabilius; nam aliquoties hoc ſine verbo εἶναι ita poſitum occurrit: vt E, 481 τὰ δ' ἑλδεται ὅς κ' ἐπιδευής. item N, 622. Od. Δ, 87. Hoc idem Sch. Br. ſequuntur: οὐκ ἐνδεεῖς ἐσμέν. et Heſych. ἐπιδευεῖς, ἐνδεεῖς. χρῄζοντες. At alii, qui ἐπιδευεῖς legebant, legebant etiam ἦμεν. *eramus*. haec ſunt illa in Scholio: οὗτοι δὲ καὶ τὰ ἑξῆς περισπῶσιν· ἦμεν ἐνὶ κλισίῃ, ἢ, ἐτυγχάνομεν. Apud Euſtath. eſt οὐκ ἐπιδευεῖς εἰμὲν ἦγουν ἐσμέν. His vero in altero verſu obſtat: ἠδὲ καὶ ἐνδάῖτε νῦν. At Herodianus nobiscum conueniebat ἦμὲν cum ſeqq. vsque ad δαίνυσθ' eſſe in medio interiecta. Ariſtarchus quomodo ſcripſerit, non ſatis aſſequor: niſi ἐπιδεύει voluit eſſe formam Atticam, vt βούλει pro βούλῃ, quae tamen in Homero locum non habet: in quo ſic eſſe debuiſſet ſcriptum ἐπιδεύεαι, vel ἐπιδεύῃ. Eodem tamen videtur ſpectare Schol. Lipſ. οὐκ ἐπιδεύεις δαιτός. ὡς τό· ἀποιχομένου Ὀδυσῆος Δεύῃ (Od. A, 253.) At Schol. Victor. laudat δεύει, videtur ergo in mſ. Lipſ. fuiſſe quoque ἐπιδεύει, quod Ariſtarcheum erat; idque conuenit cum Schol. A. ſupra adſcripto. Qui itaque Ariſtarcheam lectionem reſcribendam ſibi ſumit, ei reuocanda erit haec ipſa lectio.

226. ἦμὲν ἐνὶ κλισίῃ Ἀγαμέμνονος Ἀτρείδαο. Mirantur grammatici, quod principio ſtatim orationis tam in-

caute Agamemnonis mentionem facit Vlyſſes. Varia comminiſcuntur. At rhetoricae huius ſubtilitatis curam Homerus non habuit. Etſi fatendum eſt omnino his trinis verſibus 226. 7. 8 onerari ſententiam et vim orationis infringi, et videri eos interpretamenti ſpeciem habere ad ſupplendum οὐκ ἐπιδευεῖς, cum verbum omiſſum eſſet, ἐσμέν. εἰ μὲν ἐνὶ var. lect. in marg. ed. Libert. Mox μενοεικέα πολλὰ δαίνυσθαι, vt iam ſup. 90.

228. ἀλλ' οὐ δαιτὸς ἐπηράτου ἔργα μέμηλεν. peccat in digamma in ἐπηρατου ϝεργα. Expedita tamen eſt medela iam a Bentl. allata ἐπηρατα ϝεργα. Sic E, 429 ἀλλὰ σύ γ' ἱμερόεντα μετέρχεο ἔργα γάμοιο. et ſaepe alia. Vulgata tamen lectio perſcripta quoque eſt apud Cicer. ad Attic. XIV, 13 vbi vſſ. 228. 9, 230 ille ſuauiter vtitur.

230. ἐν δοιῇ δὲ, σαωσέμεν ἢ ἀπολέσθαι Sch. A. ἐν δοιῇ δὲ; ἐν δισταγμῷ, ἐν διχοστασίᾳ. Nec eſt ſcribendum δοίῃ." vnde δοιάσαι et δοάζειν. v. Heſych. apud quem eſt ſcribendum: ἐν δοιῇ δὲ, ἐν δισταγμῷ δὲ ἐν Φροντίδι. Callimach. Iou. 5 ἐν δοιῇ μάλα θυμός.

In verbis σαωσέμεν ἢ ἀπολέσθαι eſt aliquid duri; quod et Euſtath. animaduertit; nam eſſe debebat ἢ σώζεσθαι ἢ ἀπολέσθαι. nunc iunctura putanda eſt eſſe: ἢ ὑμᾶς σαώσειν τὰς νῆας, ἢ αὐτὰς ἀπολέσθαι. Bentl. coni. σαωσθέμεν' ἢ ἀπολέσθαι, vt O, 502. 3 νῦν ἄρκιον, ἢ ἀπολέσθαι, ἠὲ σαωθῆναι καὶ ἀπώσασθαι κακὰ νηῶν. pro quo eſt σόον ἔμμεναι ἢ ἀπολέσθαι Θ, 246. Bentl. quoque ſuſpicabatur verſum ſequentem 231 νῆας ἐϋσσέλμους eſſe aliunde illatum. Pro qua ſuſpicione poſſis laudare quoque hoc, quod Cicero l. c. memorato hoc verſu ſubſiſtit, nec addit ſequentem. Etſi hoc neceſſe nec erat. In vno Vindob. eſt ἀπολέσσαι ex emendatione.

231. νῆας ἐϋσσέλμους. v. ad B, 170.

232. ἐγγὺς γὰρ νηῶν καὶ τείχεος αὖλιν ἕθεντο. Huc ſpectat Etymol. ἀντὶ τοῦ, αὐλισμὸν ἐποιήσαντο. ἐστρατοπεδεύσαντο. ἐκοσμήθησαν. Proprie αὖλις eſt quod αὐλή. v.

Od. X, 470 vnde αὐλίζεσθαι de gregibus, tum, ſub diu agere, et tandem pernoctare.

Ex hoc verſu inſcripta nonnullis fuit haec rhapſodia: ἔπαυλις Τρώων, quia Troiani noctu excubant ante caſtra Achiuorum.

233. τηλεκλητοί τ' ἐπίκουροι. τῆλε, τηλόθεν, κεκλημένοι. recte reuocatum a Wolfio, quod iam erat in edd. Ald. a et ſeqq. Male ad antiqua redierat Turnebus, τηλεκλειτοί τ'. etſi hoc et codd. habent, et ipſe Venetus, alii τηλεκλυτοί. Satis de hoc dictum ad Δ, 491. E, 491. Z, 111.

234. κειάμενοι πυρὰ πολλά, ita et h. l. reſcripſi pro κηάμενοι, cum Lipſ. Townl. Ven. et aliis codd. et grammaticis, ed. Rom. Euſtath. Porphyr. ad Θ, 307. Conf. ſup. ad vſ. 88.

οὐδ' ἔτι Φασὶ, ſcribitur οὐδέτι. οὐδέ τι.

235. σχήσεσθ', ἀλλ' ἐν νηυσὶ μελαίνῃσι πεσέεσθαι. Faciunt vulgo ſubiectum, Hectorem; cui prius ſaltem conueniret, *putant, non eum ſubſtituturum, non deſiturum eſſe*, οὐδὲ σχήσειν ἑαυτὸν, quod eſt σχήσεσθαι, continere ſe, temperare ſibi, ſubſiſtere. vt inf. 651. At non conueniret alterum; nam ἐμπεσεῖν, ἐμπεσεῖσθαι, non de Hectore et Troianis, ſed de Achiuis fugientibus dicitur, non modo in verſu hoc aliquoties repetito, M, 106. 7. 125. 6. P, 639. vbi v. verum etiam in aliis, vt B, 175 Φεύξεσθ' ἐν νήεσσι πολυκληῖσι πεσόντες, *irruentes in naues:* adde Λ, 822. 823. M, 106. 107. Recte ergo *ad Achiuos* retulit grammaticus in Schol. br. dum reddit σχήσεσθαι, ἀνθέξειν. ἀντιστῆναι. Euſtath. vtramque rationem appoſuit.

ἐν νηυσὶ. vulgg. ἐνὶ. ſed illud in codd. Barocc. Cant. Mori. Lipſ. Vrat. b. Townl. Ven. nec aliter in iis locis, quae hunc verſum repetunt; nusquam ἐνὶ.

236. Ζεὺς δέ σφι Κρονίδης ἐνδέξια σήματα Φαίνων. ξ Vna voce ἐνδέξια Ariſtarchi eſt lectio. „At Aſcalonita ἐν abundare dicebat, ſcripſeratque ἐν δεξιὰ diuiſis vocibus.“ voluit igitur eſſe ἔν σφι, ἐν αὐτοῖς? an potius ἐμφαίνων? (ἐπὶ in Sch. A. videtur corruptum ex compen-

dio vocis *Φησί.*) Verum *ἐνδέξια* ſunt dextra, fauſta, ſecunda omina. Hoc eſt quod Etymol. habet: *ἢ ὡς αἴτια καὶ καλά.* Conueniunt *ἐπιδέξια σήματα* B, 353. Et obſeruatum eſt, Ciceronem h. l., etſi memoria lapſum, in animo habuiſſe, cum de Div. II, 39 Aiaci tribuit: *Homericus Aiax* (debebat Vlyſſem dicere) *apud Achillem querens de ferocitate Troianorum neſcio quid, hoc modo nuntiat: „Proſpera Iupiter his dextris fulgoribus edit.“* In principio verſus Ζεὺς δέ σΦι non σΦιν Κρ. ipſe Viet. ſcribere iubet. Ζεὺς γάρ σΦι K. apud Clark. pro var. lect. laudatur.

238. *μαίνεται ἐκπάγλως, πίσυνος Διΐ, οὐδέ τι τίει — μαίνετ' ἐκπάγλως* vitioſe edd. Flor. Ald. 1. tum mſ. Lipſ. Vrat. C. Scilicet ex compendio ſcripturae non recte intellecto. — Sequitur *πίσυνος Διΐ οὐδέ τι.* adeoque hiat metrum. Bentl. emendabat *πίσυνος βίῃ, οὐδέ τι.* vt E, 205. Θ, 226. Similiter dictum *ἀλκὶ πεποιθώς*, et *χείρεσσι πεποιθότες ἠδὲ βίηΦι* M, 135. *ἦΦι βίηΦι πιθήσας*, X, 107. Quidni tamen putes fuiſſe *μηδέ τι.* Sin hoc non admiſeris, referam me ad illud, quod alibi poſui: extra caeſuram, quieſcente tono, hiatum tolerabilem viſum: *πίσυνος Διΐ. οὐδέ τι τίει.* Nil mutatur in verſu ap. Iuſtin. Cohort. f. 24.

239. *λύσσα δέδυκεν αὐτόν*, nil amplius quam *μαίνεται*, de pugnantis ardore.

241. *στεῦται γὰρ νηῶν ἀποκόψειν ἄκρα κόρυμβα.* ξ— Videtur excidiſſe cauſſa *στιγμῆς.* Haud dubie ea ad *στεῦται* pertinuit, quod vbique veteres notarunt, eſſe *κατὰ διάνοιαν ὁρίζεσθαι.* v. ad Γ, 83. B, 597. Φ, 455. inpr. Od. Λ, 583.

ἄκρα κόρυμβα hoc vno loco occurrunt. Grammatici reddunt *ἀκροστόλια* A. B. L. V. Sch. br. Euſtath. ſolliciti tantum de cauſſa abſcidendi, ſcilicet, vt eſſent pro tropaeis, ſeu ex religione, ne comburerentur, quia in iis deorum ſigna erant ſculpta. „Iam autem *ἀκροστόλια* fuere in proris; et fuit is mos poſteriorum temporum, vt ornamenta ea prorae tollerent, nauem captam cre-

marent. Eadem acroſtolia videas paſſim fuiſſe pro tropaeis et dedicari diis: v. Diodor. XX, 87. 52. Plutarch. To. I, p. 119. Eodem modo Romani roſtra pro tropaeis ducebant in triumphis: quae ſatis nota ſunt. Bene hactenus; modo ad Homerica tempora haec recte referuntur. Atqui Hector hoc vnum faciet et facere conſtituit, vt propugnatoribus depulſis ignem in naues conſiciat. Iam autem illae ſtant puppibus ad terram adductis; ab hac parte eas aggreditur, ἄφλαστα tenet O, 717. graſſantur Troiani ſecuribus et bipennibus ibid. haud dubie vt prominentes puppis partes recidant. Vno verbo, ἄκρα κόρυμβα vix alibi quam in puppi erunt quaerenda, quae habebat κωφώνην et ἄφλαστον, apluſtre, extremam partem ad pinnarum formam effictam; vt O, 717 Ἕκτωρ δὲ πρύμνηθεν, ἐπεὶ λάβεν, οὐχὶ μεθίει Ἄφλαστον, μετὰ χερσὶν ἔχων. Sane κόρυμβον per ſe declarat ſummam vel extremam partem quamcunque.

Fuiſſe quoque inter veteres, qui κόρυμβα in puppi quaererent, ex loco Heſychii corrupto patet: κόρυμβα, τὰ ὑπ' ἐνίων ἄφλαστα. male interponitur nunc τὰ ἀκροστόλια. pergit: τὰ ἄκρα τῶν πρυμνῶν. Ibidem alii κόρυμβα et in prora et in puppi collocauerant. In Aeſchylo quidem Perſ. 409 κόρυμβα in prora quaerenda eſſe, docent adiecta, nam ἦρξε δ' ἐμβολῆς Ἑλληνικὴ ναῦς, κἀποθραύει πάντα Φοινίσσης νεὼς κόρυμβα. At in Homero puppis eſſe κόρυμβα firmat auctor grauiſſimus Apollon. Arg. II, 603. vbi de Argo Symplegades effugiente: ἔμπης δ' ἀφλάστοιο παρέθρισαν ἄκρα κόρυμβα. Manifeſtum hic ſit extrema puppis hic intelligenda eſſe. Male Schol. ἀκροστόλια reddit. Melius idem ad I, 1089 etſi interpolatus, vbi contra Apollonium ἐν λέξεσι diſputat, qui eſt noſter Apollonius Grammaticus in Lexico, p. 189. ἄφλαστον ille per ἀκροστόλιον exponit: quo damnato pergit Scholiaſtes: ἐστὶν οὖν ἀκροστόλιον (eiice τὸ ἄφλαστον) κατὰ τὴν πρῶραν. ἀλλ' ὁ ποιητὴς παραδίδωσιν ἐπὶ τῆς πρύμνης, λέγων· Ἕκτωρ δὲ πρύμνηθεν — ἔχων.

242. *αὐτὰς δ' ἐμπρήσειν μαλεροῦ πυρὸς.* ξ „quod Ariſtarchus legebat *ἐμπλήσειν.*“ Notarant etiam nonnulli *μαλεροῦ πυρὸς* eſſe pro *μαλερῷ πυρί.* ſcilicet ex *διὰ πυρός. μαλερὸν* vox Homerica, cuius vim modo ex contexto, modo ex etymo conſtituunt grammatici. Itaque apud Heſych. redditur per plura: *καυστικόν. μαρκντικόν. ὀξύ. λαμπρόν. ἰσχυρόν. ἀσθενές.* Schol. Apollonii I, 734 *μαλεροῖο. οἱ νεώτεροι, λαμπροῦ. οἱ δὲ τοῦ μαρκντικοῦ.* Quandoquidem vox Homerica eſt, apponam, quid mihi verius eſſe videatur. Fuit antiqua ſtirps *μάρω* et *μάλω*, quae notionem attenuandi ac debilitandi, ergo corrumpendi et conſumendi habebat; vnde venit *μαίρω, μαρῶ, μαραίνω, μαραίνομαι*, flacceſco, contabeſco. vnde de flamma ſup. 212 *Φλὸξ ἐμαράνθη.* ex altera pronuntiatione, *ἀμαλὸς*, idem quod *ἁπαλὸς, μαλερός.* Eſt itaque *πῦρ μαλερὸν*, flamma conſumens materiam. Optime ergo Schol. br. *μαλερῶ, μαραντικοῦ. φθαρτικοῦ.* Apud Etymologum in *ἀμάλη*, eſt *μαλεῖν αὐξάνειν*, quod alicubi dictum eſſe potuit de flamma adoleſcente materiam conſumendo. Schol. B. ad Φ, 375 ducit ab *ἀλέα* calor, vt ſit *τὸ θερμὸν καὶ καυστικὸν*, nec indocte, modo doceret, vnde *μ* praefixum eſſe poſſit.

243. *αὐτὰρ Ἀχαιοὺς δηΐσειν παρὰ τῆσιν ἀτυζομένους ὑπὸ καπνοῦ.* v. ad Θ, 183. vbi idem verſus legitur. Variat et h. l. lectio *ὑπὸ καπνῷ* et *ὀρινομένους.* Quod legitur *ἀτυζομένους*, debetur ed. Rom. et Turnebo. Antea erat *ὀρινομένους ὑπὸ καπνοῦ* in Flor. Ald. habentque hoc codd. Barocc. (altero ſupra adſcripto) Cant. Mori. Harl. Vrat. b. c. Moſc. 3. Lipſ. Ven. Vindob. (etſi modo *ὀρυν* — modo *ὀρην* — peccatur) Hactenus auctoritate ſuperat haec lectio alteram: etſi neutra per ſe alteri praeferenda eſſe videatur: vtrumque eſt *ταράττεσθαι.* Etiam Euſtath. vtramque agnoſcit. Sic *ἀτυζόμενοι φοβέοντο* Z, 41. et *ὀρινόμενοι κλονέονται* Ξ, 59.

δηώσειν. δηιώτειν et h. l. ſcribitur. Vt in ed. Flor. et in codd. vt Townl.

245. *μή οἱ ἀπειλὰς ἐκτελέσωσι θεοὶ*, vn. Vindob. *ἐκτελέσωσι.*

246. *φθίσθαι ἐνὶ Τροίῃ ἑκὰς Ἄργεος ἱπποβότοιο.* ξ — „Notant nonnulli, quod Homerus totam Peloponnesum non nouit, Hesiodus autem nouit.“ Vt verum sensum haec habeant, ita accipienda sunt: Homerum nondum totam Peloponnesum vno nomine comprehendere. Spectat obseruatio ad vsum vocis Ἄργος, quod multi pro tota Peloponneso dictum esse voluere; cum tantum sit ditio Agamemnonis. Atqui vel sic generali sensu pro terris ab Achiuis habitatis Ἄργος poni, negari nequit. v. Excurs. I. ad Il. B. Nam loquitur h. l. Vlysses ad Achillem; ergo improprie Argos memoratum esse necesse est, quod proprie tantum a parte Agamemnonis dictum esse poterat.

ἱπποβότοιο vn. Vindob.

Porro „*ἐν ἄλλοις. φθεῖσθαι*“ sicque Mori. Townl. vn. Vindob. vtrumque Eustathius norat. At *φθίσθαι* cum aliis Ven. Schol. br. Hesych. *φθίσθαι, ὀλέσαι.* Scribitur quoque *φθῖσθαι*, male, ab *ἔφθιμαι.* Eadem varietas occurrit N, 667. Od. Ξ, 117. O, 353. et *κατα φθίσθαι* Od. B, 183. Potest tamen *φθεῖσθαι* antiquior forma haberi a *φθέω. φθέομαι.*

247. *ἀλλ' ἄνα, εἰ μέμονάς γε* — In *ἀλλ' ἄνα εἰ* est hiatus: talis tamen qualem ferri posse censeo, tono quiescente. *ἄνα* pro *ἀνάστηθι*, vt *παρὰ* pro *πάρεστι.* Monet Etymol. h. v. ex Apollonio de Syntaxi p. 12.

248. *υἷας Ἀχαιῶν τειρομένους ἐρύεσθαι ὑπὸ Τρώων ὀρυμαγδοῦ.* Ex iis, quae in Exc. IV ad Il. A. disputata sunt, patet *ἐρύεσθαι, ϝερύεσθαι*, media breui, esse debere h. l. extrahi, eripi. At *ῥύεσθαι*, tueri, seruare, priore producta. Non dubito fuisse h. l. scriptum, *τειρομένους ῥύεσθαι*, sensu postulante.

ὑπὸ Τρώων ὀρυμαγδοῦ. Vrat. b. a m. sec. *ὑπ' ἐκ Τρώων*, non male, et ex vsu Homerico. Iacobs adscripserat P, 461 *ῥέα μὲν γὰρ φεύγεσκεν ὑπ' ἐκ Τρώων ὀρυμαγδοῦ.* etiam sic mox K, 539. In voce *ὀρυμαγδὸς* aberrant li-

brarii multis modis. Etiam ὀρύγμαδος, θόρυβος, Etymol. Heſych. Enotatu digna res non eſt.

Verſus 247. 248. ſententias intercipiunt, easque frangunt. Etiam Bentlei. iis offenſus eiectos eſſe malebat.

249. 250. αὐτῷ τοι μετόπισθ' ἄχος ἔσσεται· οὐδέ τι μῆχος, ῥεχθέντος κακοῦ, ἔστ' ἄκος εὑρεῖν. Poſſe et αὐτῷ τοι ſcribi, et αὐτῷ τοί, docet Apollon. de Syntaxi p. 142, 14. οὐδέ τι μῆχος. Schol. Pindari μῆχαρ. ad Ol. II, 31 „καὶ Ὅμηρος· οὐδέ τι μῆχαρ ῥεχθέντος κακοῦ, οὔτ' ἄκος εὑρεῖν. Non videbant Barnes et Clarke hanc lectionem haud eſſe contemnendam, dummodo οὐδ' ſcripſeris; ita enim ſententia melius continuatur inde ab ἔσσεται. Vt vulgo legitur, iungenda ſunt: οὐδέ τι μῆχος ἔστ', εὑρεῖν ἄκος ῥεχθέντος κακοῦ. ἔστ' poteſt eſſe ἔσται et ἐστί, quo efficitur vt ſententioſe efferatur. Cant. mſ. οὐδέ τι μῆχος, ῥεχθέντος τε κακοῦ ἄκος, εὑρεῖν. quod et ipſum defendi poteſt.

251. Φράζευ, ὅπως — ἀλεξήσεις. Euſtath. Mori. Cant. Ven. ἀλεξήσῃς. item Vindob. et alius e correct. alter ἀλεξήσχις. v. Excurſ. III. ad h. l. de ὅπως.

252. ὦ πέπον. o bone. Iam dictum ad E, 109. B, 235. In Vrat. A. ὦ πόποι.

Ceterum tenendus hic locus, vna cum altero Λ, 764 ſqq. vnde conſtat, ex Homeri mente Achillem paterna Pelei domo profectum eſſe ad Troiam, et eſſe commentum ſeriorum, de Achille in Scyron inſulam ad Lycomedem abducto. v. inf. ad vſ. 664.

254. τέκνον ἐμόν. ξ „notant nonnulli omiſſionem τοῦ· λέγων τάδε.“ Sch. A. Sch. br.

255. αἴ κ' ἐθέλωσι. Townl. αἴ κε θέλωσι. contra Homericum morem, vt aliquoties monitum.

σὺ δὲ μεγαλήτορα θυμόν. Ductus hinc eſt verſus nobilis: *Vince animos, iramque tuam, qui cetera vincis*, apud Ouid. Ep. III, 85. Eſt haec φιλοτιμία et φιλονεικία, de qua pater Achillem monebat, quae in ipſo cum iracundia et aſperitate erat coniuncta.

256. ἴσχειν ἐν στήθεσσι. „γρ. ἴσχε ἐνὶ σ.“ Barnes. ſicque Ven. b. male. ἐν στήθεσφιν vn. Vindob.

257. 258. Aut ſenſus me meus fallit, aut hi verſus rhapſodis debentur; Pater eum non poterat hortari, vt conceptam iram animo dimitteret in Achiuorum gratiam; ληγέμεναι ἔριδος; Illo enim tempore, cum in bellum exiret, nondum ira concepta erat, nec iniuria facta, nec λήγειν, ceſſare ab ea poterat. Fac. ληγέμεναι dictum eſſe, quod non ferendum arbitror, pro abstinere, natum tamen vel ſic praeceptum ex re praeſenti, neque illud praeuideri potuit a parente. At ira efferueſcentem filium ab humanitate, Φιλοφροσύνῃ, eſſe receſſurum praeuidere poterat. Vt tolerari poſſit, ſaltem ſupplendum eſſo: ſin vero ad iram prouectus fueris, mox iram depone.

ἔριδος κακομηχάνου. Scilicet quia ὀργὴ eſt ζέσις τοῦ ἐν καρδίᾳ θυμοῦ πρὸς ὄρεξιν ἀντιλυπήσεως. Sch. A.

258. ὄφρα σε μᾶλλον τίσωσ' ἠμὲν νέοι ἠδὲ γέροντες, legebatur. At τίῳσ' Ven. A. B. cum Schol. L. V. Euſt. Cant. Mori. Harl. Vrat. b. c. A. Moſc. 3. et vero etiam Edd. Flor. Aldd. et al. vsque ad Turneb. qui ex Rom. τίσωσ' induxit. Sane grammatica poſtulat τίωσι. Verum de metro ſic metuas. Nam τίω priorem habet breuem inſ. 378. Od. N, 129. at producitur ſyllaba in ἔτιον. ἐτίομεν. τιοίμην, ὡς τίετ' Α. Θ, 540 τίον (ſcribunt τῖον) E, 536. multo magis in τίσω. Scilicet dicendum, duas fuiſſe formas: τῖω et τιῶ, ab hoc futurum quod ſecundum appellamus, et τῖον, Θ, 161. τῖοίμην, et al. — οἱ μὲν νέοι Vrat. b. a pr. m.

259. σὺ δὲ λήθεαι. τὸ ἐπιλελήσθαι eſſe mollius dictum, pro ἀμελεῖν, notant Schol. B. L. V.

260. παύε', ἔα δὲ χόλον θυμαλγέα. παύε' iam Flor. Rom. Euſtath. at negligenter ſtatim Ald. 1. παῦε edidit; ſicque ſeqq. edd. donec Barneſ. alterum reduxit, quia in codd. Mori et Barocc. (adde vn. Vindob.) repererat παύεο. Diſerte erat παύε' in Cant. Harl. Ven. In Lipſ. erat παῦε, ſuperſcripto ου. Erneſti alterum quoque defendi poſſe ait, nam παύειν etiam neutraliter dici; qui ſaltem

non eſt vſus Homericus niſi forte Od. Δ, 659. at non vidit metrum non admittere παῦε, ſed ne hiatus ſit, requiri παύε', ἔα.

261. ἄξια δῶρα δίδωσι μεταλήξαντι χόλοιο. ξ— Excidit Scholion: reſpexit puto τὸ μεταλήξαντι quod eſſe debebat non μεταλλήξαντι. cf. ſup. ad 157. et 299. Eſt quoque vna littera in Vrat. b. Townl.

262. εἰ δὲ, σὺ μέν μευ ἄκουσον· ἐγὼ δέ κέ τοι καταλέξω. ξ— πρὸς τὸ σχῆμα· ἐγὼ δέ κέ τοι καταλέξω pro ἐγὼ δ' ἂν καταλέξαιμι. Recte haec Ven. A. ad morem Homericum, v. Exc. II ad E, p. 177. male adiicitur, κέ abundare; eſt vero pro ἄν. Nolunt porro ſuppleri εἰ δὲ ſc. θέλεις, ſed εἰ eſſe παρακελευστικὸν ἐπίρρημα vt Ω, 74 ἀλλ' εἴ τις καλέσειε θεῶν Θέτιν. *agedum*: ἄγε δή. Alias εἰ δ' ἄγε. quod Clark. quoque monuit. Z, 376 εἰ δ' ἄγε, μοι, δμωαί.

263. ὅσσα τοι ἐν κλισίῃσιν. quod ſup. 120 ἐν πάντεσσι et περικλυτὰ δῶρ' ὀνομήνω, quod nunc καταλέξω. Sequuntur verſus XXXVI. inde a 264—299 repetiti ex ſuperioribus 122—157. cf. et inf. T, 243 ſq.

267. Etiam hic οὐκ ἀναίθλιος εἴη legit et ſequentem verſum οὐδέ κεν eiicit Bentl. vt ſup. 125 et 126.

In Townlei. aberant v. 267. 8. 9. οὔκεν. οὐδέ κεν. ὅτε' 'A. et poſſunt repetiti videri alieno loco.

270. δώσει δ' ἑπτὰ γυναῖκας ἀμύμονας ἔργ' εἰδυίας. Ariſtarchea lectio: teſtante Schol. A. vitioſa tamen; v. ſup. ad vſ. 128. Reſtitui ſaltem ἀμύμονα, alterum debet eſſe ἔργα ἰδυίας.

271. Λεσβίδας, ἃς — ξ— „quod ſeptem Lesbias puellas memorat, nec Briſeis in earum numero eſt, quippe quae erat Lyrneſſia.“ Contra Zenodotum hoc monitum. vide plura ſup. ad 131.

272. αἳ τότε κάλλει ἐνίκων. adiicitur nunc τότε; intererat enim nouem fere annorum ſpatium.

273. μετὰ δ' ἔσσεται, ἣν τότ' ἀπηύρα. Townl. et vn. Vindob. ἀπηῦρε. Moſc. 3. ἀπηύρων male ex vſ. 131.

274. κούρην Βρισῆος. Ariſtarchus legerat κούρη Βρισηΐς, ἐπὶ δέ. v. ad vſ. 132.

275. μή ποτε τῆς εὐνῆς ἐπιβήμεναι. Vrat. b. ἐπιβῆναι.

276. ἣ θέμις ἐστίν, ἄναξ. Eſſe legendum ἣ non ἦ, quod vulgatum erat, monitum eſt iam ad vſ. 134. habeturque in bonis codd. Townl. Lipſ. Ven.

ἤτ' ἀνδρῶν ἤτε γυναικῶν. Lipſ. Vrat. c. Townl. ἤτ' — ἤτε vn. Vindob. καὶ — ἠδὲ, alius ἦτ' — ἦτε.

278. εἰ δέ κεν αὖτε — θεοὶ δώωσ' ἀλαπάξαι. Barnes. „γρ. δῶσ' ἐξαλαπάξαι." v. ad vſ. 136.

279. νῆα ἅλις reduxi pro νῆας ἅλις contra digammi legem. v. ad 137. et exhibent nunc νῆα Cant. Mori. Harl. Vrat. b. A. Townl. Lipſ. Ven. et iam ed. Rom.

νηήσασθαι Schol. A. notat „eſſe pro imperatiuo;" ſup. 137 erat νηητάσθω. Scilicet ſubintell. κελεύει.

281. Τρωϊάδας δὲ γυναῖκας ἐείκοσιν αὐτὸς ἑλέσθαι. Cant. Moſc. 3. Lipſ. cum edd. Flor. Aldd. ἑλέσθω, vt ſup. 139. At ἑλέσθαι reduxit ex ed. Rom. Turnebus.

283. εἰ δέ κεν Ἄργος ἱκοίμεθ'. ἱκώμεθ' nec hic nec ſup. 141 vsqu am occurrit.

284. γαμβρός κέν οἱ ἔοις. Cant. ἔῃς. vid. vſ. 142. Ibidem et de vſſ. ſeqq.

288. φίλην ἀνάεδνον ἄγεσθαι Lipſ. ed. Rom. ἀγέσθαι. ἀέεδνον legendum eſſe, ſupra disputatum eſt, ad 146. ασεεδνον.

289. ἐπὶ μείλια δώσει. non ἐπιμείλια. ibid. 147.

291. ἕπτὰ δέ τοι δώσει. Townl. δέ οἱ ex vſ. 149. Ibid. de vſſ. ſeqq.

292. Ἴρην, v. ad 150.

295. νέαται, v. ſup. ad 153. ναίεται Barocc. κέαται vn. Vindob.

296. πολύρηνες et h. l. Townlei.

297. οἵ κέ σε — τιμήσουσι. Ven. etiam h. l. vt ſup. 155 τιμήσωσι. ⸗ Schol. ſtigmen additam eſſe aiunt, quod coniunctiuus pro indicatiuo ſit poſitus. οὕτως γὰρ Ἀρίσταρχος. τιμήσωνταί ὡς ἐλεύσωνται." Turbata haec:

ſiue quod etiam τιμήσωνται lectum fuit, ſiue vt corrigendum ſit τιμήσονται ὡς ἐλεύσονται. Adiicitur: ἐν ἄλλῳ τιμήσουσι. cf. ſup. ad 155. In Townlei. non modo τίσουσι vt 155. verum et interpolate: οἵ καί σε ὠτίνησιν τίσουσι.

299. μεταλλήξαντι duplici λ eſſe Ariſtarcheum, iterum notant Sch. Ven. A. cf. ſup. ad 157. 261. μεταλήξαντι et h. l. Townl. Alterum λ eraſum in Vrat. b.

300. ἀπήχθετο κηρόθι μᾶλλον. Ven. A. „θανάτου μᾶλλον, παρὰ τὴν κῆρα, ὅ ἐστι θανατηφόρον μοῖραν. (hoc male: ita enim κηρὸς μᾶλλον eſſe deberet) ἢ ἐν τῇ ψυχῇ μισεῖται μᾶλλον, παρὰ τὸ κῆρ, ὅ ἐστι ψυχή. (h. e. vt ducatur potius a κέαρ, κῆρ.) Bene Etymol. et Sch. br. κηρόθι, κηρόθεν, ἐκ ψυχῆς.

302. κατὰ στρατὸν et ad ſuperiora et ad ſeqq. referri poſſe, obſeruant Schol. A. et Vict.

303. ἦ γάρ κέ σφι μάλα μέγα κῦδος ἄροιο. Sch. L. et Vict. „ὡς· πᾶσι δέ κε Τρώεσσι χάριν καὶ κῦδος. ἀντὶ τοῦ, παρὰ πάντων. ἐκ πάντων.“ Comparant ſcilicet verſum ſimilem ſup. Δ, 95. κέ σφι codd. Mori. et al. vitioſe; καί σφι Cant. Τίσουσιν· ἦ καί σφι vn. Vindob.

304. ἐπεὶ ἄν μάλα τοι σχεδὸν ἔλθῃ. Barocc. Mori. Vrat. b. Townl. vnus Vindob. ἔλθοι. Sane ἐπεὶ ἄν, ἐπὰν, ἐπὴν, cum coniunctiuo eſt iungendum vt Z, 412. 488. I, 358. Eſt quidem exemplum optatiui T, 208 τεύξεσθαι μέγα δόρπον, ἐπὴν τισαίμεθα λώβην, ſed videtur in mendo cubare. Etiam O, 363 variat in libris ποιήσει et ποιήσῃ. De vſu Homerico iam dictum ad vſ. 262 et Exc. II. ad E, p. 177.

305. λύσσαν ἔχων ὀλοήν. vn. Vindob. ἔχοντ' ὀλοήν.

306. οἱ ἔμεναι Δαναῶν. omiſſo οἱ Townl. ἔμμεναι.

308. Ad h. v. e cod. Leid. Scholion Porphyrii ap. Valken. ad Ammon. p. 243 excitatur de πολυτρόπῳ eloquentia in hoc libro. Cui volupe eſt diſcrimen inter veritatem naturae in affectus perturbatione et fucum rhetoricum contemplari, comparet Libanii T. I. p. 228 orationem, qua Achilles Vlyſſi reſpondet.

308—314. leguntur ap. Platon. in Hippia, in pr. ſine vſ. 311.

309. *ἀπηλεγέως ἀποειπεῖν.* Priorem vocem certatim grammatici interpretantur, reſpectu tamen plerumque moleſto ad etymum, quod hic non curamus: vt ipſe Apollon. Lex. h. v. *ἀπολελεγμένως. ἀποτόμως.* Scholia Ven. L. Vict. Sch. br. *ἀπαγορευτικῶς. ἀποτόμως· σκληρῶς. κεκριμένως* (male Sch. br. *κεκρυμμένως*) *διαῤῥήδην. ἀπηλεγημένως. ἀφροντίστως.* add. Etymol. Heſych. Vox ſaepe Apollonio frequentata qui etiam vocem nouit II, 17 *ἀπηλεγεῖν.* Eſt lat. *praeciſe;* plane ſine vlla exceptione.

ἀποειπεῖν (fuit *αποϝειπειν*) ſi eſt *negare, ἀπαρνήσασθαι,* (ſic Sch. br.) vt ſup. A, 515. inf. 671. 506. tum *τὸν μῦθον* erit *τὸ χρῆμα.* Praeſtat tamen *plane eloqui et pronuntiare quod ſentias,* quo ſenſu H, 416. Od. A, 373. add. Π, 340. Ambiguum eſſe poteſt etiam inf. 431. Sic et *ἀποφάσθαι,* inf. 422. 431. 506. 645. Idem 369 *τῷ πάντ' ἀγορευέμεν, ὡς ἐπιτέλλω, ἀμφαδόν.*

310. *ἦ περ δὴ Φρονέω τε, καὶ ὡς τετελεσμένον ἔσται.* Memorabilis eſt lectionis varietas: *ἦ περ δὴ πρανέω τε,* quae et doctior eſt, et cum altero hemiſtichio conſentit; et codd. auctoritatem habet, Harlei. Townl. Vrat. b. tum Veneti, cum cod. Vict. Heſych. cum Schol. Biblioth. S. Germ. ad A, 2. At Sch. A. docet Ariſtarchum *Φρονέω τε* legere. Hoc et Lipſ. cum Schol. br. habet. Legitur quoque in edd. Platon. in Hippia l. c. *ὥς περ δὴ Φρονέω τε.* Et conuenit melius ſenſui Achillis. In Lipſ. etiam monetur de altera lectione *πρανέω, τελειώσω.* Et vtrumque norat Euſtath.

καὶ ὡς τελέεσθαι ἐΐω ap. Platon. l. c. variatio et alibi obuia in hoc hemiſtichio, vt A, 204. 212.

311. *ὡς μή μοι τρύζητε παρήμενος ἄλλοθεν ἄλλος.* Schol. B. et L. *τρύζητε· ἤτοι τρύχητε τὴν ἀκοὴν καὶ βαρύνητε.* Melius Apollon. Lex. et Heſych. (qui ſua iam aetate in iſto corruptum *τρύζηται* repererat) ait factam eſſe vocem ex imitatione ſoni, quem palumbes reddunt, hinc dicti *τρυγῶνες. ψιθυρίζητε.* Schol. br. *πολυλογῆτε.*

γογγύζητε. Similia dant Schol. Lipſ. cum Etymol. Euſtath. Erotian. h. v. Vt verbo dicam, factum eſt verbum ex ſono τρύζειν, eſtque idem quod τρίζειν ſup. B, 314. de ſono querulo, omnino de voce compreſſa, et conqueſtione. Mirum eſt, quod h. l. conſtanter per υ ſcribitur, vt et apud Aratum Dioſ. 216 ἢ τρύζει ὄρθριον ἐρημαίη ὀλολυγών.

μή μοι τρύζοιτε memorat Sylburg. ad Clement. Strom. V, p. 238 (Pott. p. 260).

παρήμενος Ven. Townl. nil refert. habet tamen auctoritatem. Vulgg. παρήμενοι.

312. ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς Ἀΐδαο πύλῃσιν. Repetitur hic et ſequens verſus Od. Ξ, 156. 7. vtrumque feſtiue ad philoſophos transfert Lucian. in Fugit. 30 ὃς χρυσὸν Φιλέει μὲν ἐνὶ Φρεσὶν, ἄλλο δὲ εἴπῃ. Expreſſi quoque ex his verſſ. Neoptolemi mores ap. Sophocl. Philoct. inde a v. 67. monente quoque Schol. ad e. l. vſ. 94.

De ὁμῶς Ἀΐδαο πύλῃσιν nil notatur in Scholiis, quod ad rem ſit. v. Notam.

313. ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθῃ ἐνὶ Φρεσὶν, ἄλλο δὲ εἴπῃ. ξ— „quod ἄλλο pro ἕτερον. Sch. A. cum Schol. B. L. Vict. et Suida in ἄλλος ἀντὶ τοῦ ἕτερος.

Vulgo legitur κεύθει et βάζει. quod Turnebus intulerat ex ed. Rom. idque etiam eſt in Porphyr. Quaeſt. 16. Ante Turnebum editum erat inde a Flor. Aldd. κεύθει — ἄλλο δὲ εἴπῃ. ſic et Codd. Mori. Barocc. Moſc. 3. Vrat. b. A. et Suidas To. I, p. 120 et 877. κεύθῃ et ἄλλο δὲ εἴπῃ Plato l. l. binis locis; ſicque Ven. Lipſ. Harlei. Plutarch. de Homer. poeſi p. XXXVII. εἴποι videri poteſt legiſſe Lucian. Fugit. l. c. niſi ille Ionicum in Atticum transtulit, nam παρῴδησεν· ὃς χρυσὸν Φιλέει μὲν ἐνὶ Φρεσὶν, ἄλλο δὲ εἴποι. κεύθει et βάζῃ Philoſtr. Vit. Soph. I, 25, 10. at Schol. Sophocl. Philoct. 94 ap. Brunck. κεύθῃ et βάζῃ. Secundum haec maxime probabile ſit, probatiorem inter veteres lectionem habitam eſſe eam, quam repoſui, probante quoque Bentleio.

Ductus eſt ex h. l. verſus Sophoclis in Creuſa ap. Stobaeum Serm. XII, p. 140 *κακὸν τὸ κεύθειν, κοὐ πρὸς ἀνδρὸς εὐγενοῦς.*

314. *ὡς καὶ τετελεσμένον ἔσται* Vulgatum erat: *ὥς μοι δοκεῖ εἶναι ἄριστα.* minus accommodate ad ſenſum Achillis. Itaque adſcini alterum e Schol. Ven. A. qui ita *ἐν ἄλλῳ* legi ait. Legitur enim idem in Platone l. c. tum in Mori. Barocc. Harl. Vrat. b. Townl. Lipſ. et codd. Vindob.

315. *οὐτ' ἐμέ γ'* praetuli e Mori. Ven. Schol. quia vim habet, quae hic requiritur. pro vulgato: *οὔτε μέ γ'.*

316. *οὔτ' ἄλλους Δαναούς.* Townl. *οὐδ'.* idem vitioſe *Ἀχαιούς.*

317. *μάρνασθαι δηΐοισιν ἐπ' ἀνδράσι νωλεμὲς αἰεί.* Vulgata lectio erat *δηΐοισι μετ' ἀνδράσι.* Obſidet ea edd. et codd. etiam Venetos. Et ſine variatione verſus ſic repetitur a Glauco inf. P, 147. 8. At *ἐπ' ἀνδράσι* Ariſtarchum legiſſe prodit Schol. A. non tamen video codicem, qui ſic exhibeat praeter vnum Vindob. Sane *μάχεσθαι* cum cognatis iungitur haud vno modo, plerumque *τινι* abſolute, *πρός τινα, κατά τινος, ἀντία τινός,* vt Υ, 18. Si *μετὰ* iungitur, eſt inter alios, inter ſocios: vt inf. 352 *ὄφρα δ' ἐγὼ μετ' Ἀργείοις πολέμιζον.* Sic *μετὰ πρώτοις* M, 321 et al. Commendat igitur ratio grammatica lectionem Ariſtarcheam: *ἐπ' ἀνδράσι.* Hoc enim dici poteſt et ſolet: ſic Λ, 442 *ἐπὶ Τρώεσσι μάχεσθαι*, et Υ, 26. E, 124. 244.

Bentl. emendabat *μαρναμένοις.* Saltem ſic *μαρναμένῳ* praeferrem; et iungerem: *οὐ χάρις ἦεν μαρναμένῳ δηΐοισιν* — vt 327 *ἀνδράσι μαρνάμενος.* At vulgaris lectio iterum repetitur P, 147. 148. nec ſumma *ἀκρίβεια* in Homero requirenda eſt.

Ceterum locus hic docere poteſt, quantum grauitatis ſenſui verborum addat ipſa dignitas loquentis. Similes ſententias vidimus ſupra B, 225 ſq. at in ore Therſitae; quam diuerſa cum vi!

318. Ἴσῃ μοῖρα μένοντι, καὶ εἰ μάλα τις πολεμίζοι. Townl. Ἴσῃ μοῖρα. Hesych. bis habet σὴ μοῖρα, notante Bentleio. πολεμίζει Eustath. πολεμίζῃ Ven.

319. ἐν δὲ ἴῃ τιμῇ — Laborat hemistichium hiatu, quem ne Apollonius quidem admisit v. c. I, 192. 149. 342 et al. haud dubie grammaticorum et librariorum vitio: nam nec alibi hoc occurrit in hac voce, et Λ, 174 est τῇ δέ τ' ἴῃ. Il. Ω, 66 est οὐ μὲν γὰρ τιμή γε μ' ἔσσεται. Antea vs. 57 erat δμή. Occupauerat sic alterum alterius locum apud Apollon. I, 384 forte etiam 497. Scriptum adeo olim fuit aut ἐν δὲ μίῃ. aut vt Bentl. coni. ἐν δέ γ' ἴῃ. vel ἐν δὲ ϝίσῃ. Tuentur tamen vulgatam libri cum Apollon. Lex. in ἴα. sicque legitur in Aristot. de Rep. II, 7. vbi versus adscriptus. Corruptum erat in ed. Steph. ἐν δ' ἴῃ et iam ante in edd. Argent. Cephal. 1525. vt et in Schol. Vict. Erat tamen vulgatum ἐν δὲ ἴῃ in Flor. Aldd. et hinc profectis, in Rom. et Turneb. idque reuocauit Barnes. Scholia nil obseruant, nisi quod ἐν τῇ αὐτῇ reddunt.

Lucian. Contempl. 22. compegit vss. 319. 320. assutis aliis ex Od. K, 521. et Λ, 538. 572. confecitque inde locum valde festiuum.

320. κάτθαν' ὁμῶς ὅ τ' ἀεργὸς ἀνὴρ ὅ τε πολλὰ ἐοργώς. Intulit tacite ἐοργὼς Stephánus, antea erat ἐωργώς. Vtrumque agnoscunt grammatici, Hesych. Etymol. In libris tamen est ἐοργώς. Ceterum euagatur sententia huius versus lineam; pari honore haberi desidem et obscurum cum viro forti et factis claro, ad sensum Achillis spectabat; non autem quod omnes moriuntur; redoletque versus omnino rhapsodi acumen in euoluenda et interpretanda sententia antecedentis versus: quod genus interpolationis est frequentissimum. Bene hanc suspicionem expossuit iam Koeppen. Nec ea fugit Bentleium, qui subtiliter coniicit: λάγχαν' ὁμῶς praedae partem parem auferre solet et — et — sane vs. 367 ἄξομαι, ἄσσ' ἔλαχόν γε.

Verſum laudat Lucian. in Demonacte ſ. 60. at idem παρῴδησε Contempl. 22. κάτθαν' ὁμῶς καὶ ἄτυμβος ἀνὴρ, ὅς τ' ἔλλαχε τύμβον.

321. οὐδέ τί μοι περίκειται. Schol. A. notat in alio libro ſcribi περικεῖται, ab Aſcalonita autem πέρι κεῖται, pro περισσῶς; probandum tamen eſſe περίκειται, vt ἀντίκειται. Sane, vtro modo ſcribas, idem eſt, modo vim vocis teneas, quam conſtituunt Schol. B. L. Vict. οὐδέ τί μοι περισσὸν τῶν ἄλλων ἀπόκειται Sch. br. περισσόν ἐστι. πέρεστι. Ad eundem modum περιποιεῖσθαι dicitur.

322. αἰεὶ ἐμὴν ψυχὴν παραβαλλόμενος πολεμίζειν. Sch. A. „πολεμίζειν. ſic Ariſtarchus modo infinito." Fuit ergo in aliis aliter lectum? ſuſpicor πολεμίζων. quod etiam in Schol. Sophocl. Ai. 1269 occurrit, vbi Aiax dicitur προκαμεῖν τοῦ Μενελάου τὴν ψυχὴν προτείνων δορί. παραβαλλόμενος δὲ, παρατιθέμενος, ἐξ οὗ καὶ τὸ ἰδιωτικὸν, παράβλημα. quod tamen hoc ſenſu minus vſitatum: etſi hoc etiam Euſtath. repetit. Vox ipſa παραβάλλεσθαι paſſim a viris doctis illuſtrata eſt, ἐναποκινδυνεύειν, ῥιψοκινδυνεῖν, etiam non addito ψυχὴν, vt h. l. idem eſt προβάλλεσθαι. Od. I, 255 eſt ψυχὰς παρθέμενοι et B, 237 κεφαλάς. cf. Heſych. Suid. Vnde παράβολος de audaci homine. Eodem ſenſu παραθέσθαι ψυχὴν, Od. Γ, 74. B, 237.

323. ὡς δ' ὄρνις ἀπτῆσι νεοσσοῖσι προφέρῃσι μάστακ', ἀπτῆσι. ἵπτασθαι μὴ δυναμένοις. Sch. br. Similia Heſych. ἀπτῆνες, ἄπτεροι, ἵπτασθαι μὴ δυνάμενοι, μικροί. cum Etymologo. — „γρ. ὡς ὄρνις δ' ἀ." Barn. male cauens metro forte.

324. μάστακ'. μάστακξ occurrit binis aliis locis Od. Δ, 287 et Ψ, 76 add. Tryphiod. 478. vbi aperte eſt *os*, *mandibulum*; ſic vim vocis conſtituit quoque Pollux II, 98. At hoc vno loco de *cibo* accipitur, μάσταξ νῦν ἡ μεμαγμένη τροφή. Sch. Ven. atque etiam a μασᾶσθαι deducitur, (debebat dici formam vocis fuiſſe μάσσω,) quia μάστακα *quartus* caſus eſſe vulgo creditur; at ſi *dativus* eſt μάστακι, vt pro ore, roſtro ſit, ſenſus ſuus

voci relinquitur; manet hoc tantum incommodi, quod προφέρῃσι absolute dictum est, pro προφέρῃ τὴν τροφήν. Quo spectat, puto, Schol. Vict. προφέρῃσιν. ὡς τὸ· οἱ δὲ προπεσόντες ἔρεσσον (Od. M, 194) vbi προπεσόντες etiam absolute dictum, *incumbentes* sc. in remos, remis. Hoc modo acceperat Apollon. Lex. h. v. quod bene vidit Tollius ad e. l. nec aliter Plutarchus de profect. virt. T. II, p. 80 A. vbi lepide haec transfert ad Sophistas, qui cruda et indigesta, quae ipsi male perceperant, auditoribus tradunt; et de amore prolis, p. 494 D. cum reddat: διὰ στόματος et τῷ στόματι. Tandem etiam significatum nonnulli adoptarunt, quo μάσταξ genus locustae esse fertur, idem βροῦχος. de quo Etymol. h. v. p. 216, 5. Hoc est quod Schol. A. apposuit: γλωσσογράφοι μάσταξα, ὡς τὴν ἀκρίδα. Subiicit hinc promiscue ceteros significatus, quod et Hesych. facit, et Eustathius.

κακῶς δ' ἄρα οἱ πέλει αὐτῇ. ita erat in edd. „Aristarchea lectio" teste Schol. A. at, inquit, vulgares κακῶς δέ τε οἱ quod Ven. ipse habet, cum Vict. Lipsi. Harl. Vrat. b. a m. s. Plutarch. l. c. Athen. IX, p. 373 C. haud dubie accommodatius quam ἄρα. τέλει Mori, vitiose.

325. ὣς καὶ ἐγὼ πολλὰς μὲν ἀϋπνους νύκτας ἴαυον. Apposita stigme ⊱ sed excidit Scholion; nisi spectauit ad ἴαυον. παρὰ τὸ αὔω, (spiro) κοιμῶμαι. De etymo alii alia v. Etymol. qui bene ad h. v., cum Sch. br., διὰ νυκτὸς ἄγρυπνος διετέλουν. Est enim ἰαύειν omnino διάγειν. διατρίβειν. v. Eust. Notabile et mox ἤματα διατρήσεσιν. Scite Lucian. de Merc. Cond. 11. transfert ad: ἐπειδὰν δὲ πολλὰς μὲν ἀΰπνους νύκτας ἰαύσῃς, ἤματα δ' αἱματόεντα διαγάγῃς. —

VII. 325—7. bene vtitur Plutarch. de Alexandri M. fortuna I, pr. Nec sunt absimilia, quae Achilles iam Il. A, 165—168 Agamemnoni exprobrauerat.

327. ἀνδράσι μαρναμένοις, ὀάρων ἕνεκα σφετεράων. ⊱ „quod ὄαροι (vitiose scribitur ἄοροι) alias sunt confabulationes inter virum et feminam, nunc ipsae mulieres."

Ven. A. male; non viderunt homines, ὀάρων ductum ab ὄαρες. Idem tamen vitium in Heſych. ὄαροι. αἱ γυναῖκες. ἀπὸ τοῦ συνηρμόσθαι. ὀάρων ἕνεκα σφετεράων. — Aliud Scholion: „γρ. καὶ ὀρέων vel et ὠρέων.“ Cum ὤρεσσιν E, 486 (ad quem loc. vide) occurrat, aſſequi licet ὄαρες etiam ὦρες prononciatum eſſe, adeoque ὠρέων, binis ſyllabis pronunciatum, ferri poſſit. Inter eos, qui ſtatuerunt, pronunciatum etiam fuiſſe ὤορας, eſt Apollon. Lex. ἄορας, γυναῖκας. laudato Od. P, 222.

σφετεράων. pro σφῶν reſpicit Atridas, niſi omnino Achiuos. Fuere tamen, qui ad ἀνδράσι referrent; vt ſint hoſtes, qui pro ſuis vxoribus et liberis pugnabant: in Schol. B. L. V. Sane hoc ipſe malim, et iam dudum deueneram in ſuſpicionem, emendatione verſum egere, et fuiſſe ſcriptum μαρναμένοις; attende enim, quanto haec melius conſtent ſibi: πολεμίζων ἀνδράσι μαρναμένοις ὀάρων ἕνεκα σφετεράων. Ecce autem nunc in hoc ipſum incido in ed. Ald. 2. expreſſum, et in tertia repetitum: quod cur a ſequacibus odd neglectum ſit, non aſſequor, nullo tamen e codice notatum vidi; et potuit in Aldinam venire felici caſu; Hoc retinuit manum, quo minus reciperem, etſi pro certa ac vera lectione habeam.

328. δώδεκα δὲ ξὺν νηυσὶ πόλεις ἀλάπαξ ἀνθρώπων. Repetitum δὲ ξὺν ex Flor. firmantibus id Vrat. c. Ven. Mutatum ſtatim in Ald. 1. in δὴ σὺν. In Lipſ. exciderat particula. Apud Plutarch. de ſui laude p. 541 D. laudatur δώδεκα γὰρ σὺν ν. At ap. Strabon. XIII, p. 875 qui vſſ. hunc et ſeqq. laudat et in eos commentatur, excuſum eſt δὴ σὺν ν.

De πόλεις nil monetur. Vide tamen inf. ad N, 734. Enumerat vrbes in continente direptas Strabo XIII, p. 875 ſq. Sunt: Lyrneſſus, Pedaſus, Thebe, Zelea, Adraſtea, Pityea, Percote, Arisbe, Abydus, Chryſe, Cilla. Schol. B. L. Vict. Abydum et Seſtum non fuiſſe captas narrant, quia munitae erant. Abydo ſic Paeſus poſſet ſubſtitui. Appoſuit nomina quoque Euſtath. ad B, 690. In inſulis fuerunt Lesbus, Scyrus, Tenedus. Socium

Achilli expeditionis adiunxere ſeriores Palamedem. cf. Tzetzae Antehom. 347. p. 48. et Excurſ. de Palamede in Virgil. Aen. Comitem ſe ipſe Vlyſſes profitetur Od. Γ, 105. 6.

331. Ἀγαμέμνονι δότορον. Cant. δώτορον. v. ad Ξ, 382.

333. διὰ παῦρα δασάτηετο. In Heſych. eſt δασάσκετο et δαστάσκετο. Vnus Vindob διδώσκετο.

336. ἐμεῦ δ' ἀπὸ μοῦνον Ἀχαιῶν εἵλετ', ἔχει δ' ἄλοχον θυμαρέα. Sch. A. „γρ. καὶ· εἵλετ' ἔχων ἄλοχον, quod Herodianus praeſert, vt melius." Videtur tamen maior vis ineſſe in hoc: abſtulit et habet. Lenius eſſet τ', εἵλετ', ἔχει τ', ἀ.

θυμαρέα· a θυμαρὴς ex θυμήρης. iterum Ψ, 232 ἄλοχον θυμαρέα. Od. P, 199 οἱ σκῆπτρον θυμαρὲς ἔδωκε. In hoc diuerſum eſſe ab aliis barytonis, ξιφήρης, ὀλιγήρης, monet Schol. A. ad h. l. et ad Γ, 316. cum Etymol. Haerebat in tono etiam Euſtath. Equidem vſu, quem caſus fecit, accentum et mutationem τῆς η in α obtinuiſſe arbitror; in ἄρω prior eſt longa; debuit ab initio eſſe θυμάρης. Seruatum eſt θυμῆρες Od. K, 362. Apud Apollon. Lex. eſt: θυμαρέα, θυμάρεστον, καὶ θυμῆρες, τὸ ἀρέσκον τῇ ψυχῇ. Schol. br. τῇ ψυχῇ ἀρέσκουσαν. Paria ap. Heſych.

Interpungebatur in Barnes et Clarke, εἵλετ'· ἔχει δ' ἄλοχον θυμαρέα, τῇ παριαύων τερπέσθω. vnde ignaua erat oratio. Atqui ſunt voces indignantis abruptae: mihi ſoli eripuit — coniugem dilectam, eamque tenet — ſed habeat, fruatur illa — At videte mihi iniquitatem hominis! vxoris Menelao ereptae cauſſa bellum geritur,

τῇ παριαύων τερπέσθω. Non eſſe παριαύων idem quod συνιαύων, ſed ſenſum violentiae adiunctum eſſe, aiunt Schol. B. L. Vict. vt Od. X, 37 δμωῇσι δὲ γυναιξὶ παρευνάζεσθε βιαίως. τῇ περ ἰαύων Mor. et περιαύων vn. Vindob.

337 ſq. Eſt arguti aliquid in Achillis argumentatione: bellum aduerſus Troianos ſuſceptum eſt propter fe-

minam ab altero Atridarum amatam eique abreptam; mihi, qui huius feminae recuperandae cauſſa arma iunxi, puella a me amata ab his ipſis Atridis erepta eſt. vſ. Sch. B. L. ad vſ. 340.

337. τί δὲ δεῖ πολεμιζέμεναι — Obſeruatum eſt, δεῖ hoc vno loco occurrere in Homero: cum alibi ſollenne ſit χρή, χρεώ ἐστι. de quo v. ad H, 109. Porſon. ad Eurip. Oreſt. 659 eandem obſeruationem appoſuit. Caſu euenisſe videtur, non, vt inde ſuſpicio de verſu naſci poſſit. Nam eſt δεῖ a δέω, δέομαι. δεύω, δεύομαι, indigeo. quae in Homericis occurrunt; vnde δεῖ (τὸ πρᾶγμά) τινος.

Bentl. malebat, τί δ' ἔδει.

338. τί δὲ λαὸν ἀνήγαγεν ἐνθάδ' ἀγείρας; ξ — „quod ἀνάγειν. ἀνάπλους.' quia nauigationem verſus ſeptentrionem in altiora loca fieri dicebant" Sch. A. neſcio an nimis ſubtiliter. a littore in altum mare educitur quaelibet nauis, ἀνάγεται.

Licet interpungere: τί δέ; λαὸν ἀνήγαγεν ἐνθάδ' ἀγείρας Ἀτρεΐδης, ἦ οὐχ Ἑλένης ἕνεκ' ἠὐκόμοιο; quid autem? (videte mihi hominis peruerſitatem!) Agamemnon duxit Achiuos ad Troiam: qua quaeſo de cauſſa? annon Helenae abductae cauſſa?

ἀείρας vn. Vindob.

339. ἦ οὐχ Ἑλένης ἕνεκ' ἠὐκόμοιο; 340. ἦ μοῦνοι Φιλέουσ' ἀλόχους — Townl. cum aliis ἢ — ἢ — Apoll. Lex. in ἦ recte ἦ οὐχ — ἦ μοῦνοι, at in Φιλέειν· ἐπὶ τοῦ ἀγαπᾶν· ἢ μοῦνοι Φ. Schol. Bibl. S. German. ἦ οὐχ. ἦ ἀντὶ τοῦ· ἆρα;

341. Ἀτρεΐδαι· ἐπεὶ, ὅστις ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ ἐχέφρων, — Quam parum editores rei metricae conſulti fuerint, vel hic locus docere poteſt. Exciderat voc. ἀνὴρ ſtatim in ed. Flor. verſum mutilum repetierunt inde edd. omnes Aldd. cum ſequacibus; quod tamen multo magis miror, abeſt quoque ἀνὴρ ab ed. Rom. quae ex alio codice deſcripta eſt; recitatur tamen vox ab Euſtathio. Turnebus repoſuerat ἐπειή, quod in marg. edd. Baſil. erat,

nemo inſpexit codd. qui ἀνὴρ exhibent, excepto Vrat. c. Reſtituerat verſum Barnes e Cant. Barocc. Mori. Adde nunc ceteros codd.

342. τὴν αὑτοῦ Φιλέει καὶ κήδεται (αὐτῆς.) Aſcalonita aſperate αὑτοῦ, vt ſit pro ἑαυτοῦ. Grammaticus Schol. A. ariolatur ἕο αὐτοῦ, ἕ' αὐτοῦ eſſe. Codd. et Edd. variant, ex more. Vidimus tamen iam aliquoties, vt ad A, 271 Homerum non agnoſcere ἑαυτοῦ, ideoque nec αὑτοῦ in eo ferri poteſt. Sed ſimili ſenſu ponitur αὑτοῦ.

343. δουρικτητὴν περ ἐοῦσαν. habet vocem Apollon. Lex. δουρικτητὴν, τὴν τῷ δόρατι κεκτημένην. nec ignorat Heſych.

346, ἀλλ', Ὀδυσεῦ, σὺν σοί τε καὶ ἄλλοισι βασιλεῦσι Φραζέσθω — „πρὸς τὰ ἐν Ὀδυσσείᾳ ζητούμενον νεῖκος Ὀδυσσῆος καὶ Ἀχιλῆος“ Sch. A. Scilicet putarunt reſpici diſceptationem inter Achillem et Vlyſſem ſub ipſa belli exordia ortam, praeſtetne Troiam vi, an dolo expugnare. Eam attigiſſe creditur Homerus Od. Θ, 75 ſq. Alii apud Euſtathium Grammatici putarunt reſpicere Achillem ad Agamemnonis verba A, 174 πρὸ ἐμοί γε καὶ ἄλλοι etc. argute magis, quam vere.

347, νήεσσιν ἀλεξέμεναι δήϊον πῦρ. Auctor Vitae Homer. p. 312 ed. Gal. ἀλεξήσειν. memoriter, puto.

348. πολλὰ πονήσατο νόσφιν ἐμεῖο. Male Cant. ἐμοῖο. „γρ. πολλ' ἐπονήσατο“ Barnes.

349. 350. καὶ δὴ τεῖχος ἔδειμε, καὶ ἧλασε τάφρον ἐπ' αὐτῷ εὐρεῖαν, μεγάλην, ἐν δὲ σκόλοπας κατέπηξε. Ex Ariſtarcho (ἐν τῷ περὶ Ἰλιάδος καὶ Ὀδυσσείας) proferri teſtantur Ven. A, B. L. V. καὶ ἧλασεν ἔκτοθι τάφρον et περὶ δὲ (vel πέρι δὲ, ad idem redit) σκόλοπας κατέπηξε. Additur: εἰσὶ δὲ οὐκ ἄτοποι αἱ γραφαί.“ recte: ad ſenſum tamen nil intereſt. Sic et H, 441.

351. Ἕκτορος ἱπποδάμοιο. vn. Vindob. et Harl. ſuperſcripto altero, quod vulgo legimus: Ἕκτορος ἀνδροφόνοιο.

352. μετ' Ἀχαιοῖσι πολέμιζον. Ex more poetae probabile eſt fuiſſe μετ' Ἀχαιοῖσι πτολέμιζον. Vſſ. 352. 3.

4 leguntur ap. Strab. XIII, p. 893 C. ad locum *quercus* declarandum.

353. *οὐκ ἐθέλεσκε μάχην ἀπὸ τείχεος ὀρνύμεν' Ἕκτωρ.* Ex Sch. A. L. Vict. apparet, alios *ἀπὸ τείχεος*, pro *ἐπάνω τοῦ τείχεος* perperam accepisse, alios *ἄπο*, *ἄποθεν* maluisse; saltem *ἀπὸ τείχεος* ita est accipiendum. inf. M, 70 *νωνύμους ἀπολέσθαι ἀπ' Ἀργεος ἐνθάδ' Ἀχαιούς.* Scribitur quoque *ἄπο*. Scilicet extabat canon Aristarchi, *ἀπὸ* sic esse scribendum; v. inf. ad Σ, 64.

ἐθέλεσκεν pro *ἐδύνατο* vt contra Od. A, 249 *ἣ δ' οὐδὲ τελευτὴν ποιῆσαι δύναται* pro *vult.* Sch. Vict. His consentiunt Sch. br. Laudat Φ, 366 *οὐδ' ἔθελε προρέειν* Eustathius. cf. Od. Γ, 120. 121. Θ, 223 et al. Sic et inf. Il. N, 106.

354. *ἀλλ' ὅσον ἐς Σκαιάς τε πύλας καὶ φηγὸν ἵκανεν.* ξ quod *Σκαιαὶ πύλαι* plurali dictae sint, cum vna tantum porta vrbis sit; eadem *Dardania* dicta. *ἣ δὲ δρῦς πρὸ Ἰλίου ἦν.* addit Ven. A. At Lips. et Vict. addunt: *δύο εἰσὶ φηγοί. ὑφ' ἣ μὲν, ἱερὸν Διὸς, ὑφ' ἣ δὲ Ἴλου τάφος.* Quod non vnam quercum in Iliade memorari statuunt, in eo me habent assentientem; v. ad H, 60. Altera cuius situs declaratus est a poeta, stetit ante portam Scaeam, vt ex h. l. patet, et Ξ, 237. *Ἕκτωρ δ' ὡς Σκαιάς τε πύλας καὶ φηγὸν ἵκανε.* item Λ, 170. v. Topographiam Troadis. Strabo XIII, p. 893 B. C. Vnde vero hoc constet, alteram quercum Ili sepulcrum obumbrasse, equidem non exputo; nisi forte memoriae lapsu hoc assertum est; nam ab Ili tumulo haud longe aberat caprificus, *ἐρινεὸς*, non *φηγός*. v. inf. Λ, 166. 7. Z, 433. X, 145. — *ἵκοιτο* Cant.

355. *ἔνθα πότ' οἶον ἔμιμνε, μόγις δέ μεν ἔκφυγεν ὁρμήν.* quo sensu *οἶον* dictum sit, ambigitur. Eustath. *μόνον ἐμέ. ὡς ἐν μονομαχίᾳ.* simili exemplo, quo postea cum Achille Hector pugnauit: Il. X, 131 sq. At Schol. br. *ἅπαξ ἔμεινε.* accepit *οἶον* aduerbii vi. Vna vice tantum. possis et iungere: *οἶον ἔνθα*, hoc solum loco, non

alibi. Liceret confidentius pronuntiare, vtrum verius ſit, ſi Antehomerica pleniora teneremus ex Cyprio carmine.

356. *νῦν δ' ἐπεὶ οὐκ ἐθέλω πολεμιζέμεν Ἕκτορι δίῳ.* vulgo *πολεμίζειν.* Deſiderabam alterum, antequam codicum auctoritatem comperiſſem ad manus eſſe: Vrat. Vindob. a. m. ſec. et Veneti: In Schol. A. tamen: „*γρ. καὶ πολεμίζειν.* Monent porro Schol. B. L. Vict. nonnullos verba *ἐπεὶ οὐκ ἐθέλω* Ionice dicta accepiſſe, pro, *οὐ δύναμαι* (v. modo ad vſ. 353) cum reſpectu ad verba Agamemnonis: *καὶ δ' Ἀχιλεὺς τούτῳ γ' ἔρριγ' ἀντιβολῆσαι.* (H, 113. 114.) Nimis acute! Barnes inde concinnauit lect. variantem: „*γρ. οὐ δύναμαι.*" Hoc et ſimilibus didici, eum ſaepe commentum eſſe lectiones, quae nusquam lectae fuerunt.

357—363. verſus ſeptem leguntur ap. Platon. in Hippia p. 370 B.

358. *νηήσας εὖ,* Ad h. l. Apollon. Lex. *νηήσας, σωρεύσας. ἀφ' οὗ καὶ αἱ νῆες.* Ne oratio ſoloeca eſſet, et vt ſtructuram adiuuarem, interpunxi ante *νῆας*: monente quoque Euſtathio.

359. *ὄψεαι ἢν ἐθέλῃσθα, καὶ αἴ κέν τοι τὰ μεμήλῃ.* Verſus lectus iam Δ, 353 ad q. l. vide Obſſ. Eſt et hic in Cant. et vno Vindob. *μεμήλει.* Vrat. b. *μεμήλοι.*

360. *ἦρι μάλ' Ἑλλήσποντος ἐπ' ἰχθυόεντα πλεούσας.* Schol. A. pro *δι' Ἑλλησπόντου* dictum obſeruat. Alias poſſis argutari, referendo illud ad nauigationis modum, cum ii, qui a Troiae littore in Graeciam ſoluunt, verſus Hellespontum primo euecti curſum flectunt.

362. *εὐπλοίην* Ionice ſcripſi cum ed. Rom. et Barnes. pro *εὐπλοίην.*

363. *ἤματί κε τριτάτῳ Φθίην ἐρίβωλον ἱκοίμην.* Inutile prorſus *κεν* eſt ante *τριτάτῳ.* Verſus eſt nobilis Socratis interpretatione de morte ſibi inſtante, ap. Platon. in Critone p. 44. Diog. Laert. II, 35. Cic. de Diu. I, 25. qui vertit: *Tertia te Phthiae tempeſtas laeta locabit:* et ap. Chalcid. in Timaeum Plat. p. 349 *Terna luce petes Phthiae praefertilis arua.*

364. ἔστι δέ μοι μάλα πολλὰ, τὰ κάλλιπον ἐνθάδε ἔρρων. ξ — „quod hoc dixit, ad munera Agamemnonis eleuanda; se iis non indigere.“ ἔρρων, quod hic est simpliciter ἐρχόμενος. volunt cum nota indignationis dictum esse. Apollon. Lex. et ex eo Hesych. μετὰ φθορᾶς πορευόμενος reddit, et ἐπὶ φθορᾷ παραγινόμενος Etymol. vt ἔρρε, ἐρρέτω, alibi dictum.

365 ἄλλον δ' ἔνθεν δε χρυσὸν — Mosc. 3. ἄλλων.

366. πολιόν τε σίδηρον. vn. Vindob. χαλκὸν καὶ χρυσὸν ἐρυθρὸν. Varie exponunt grammatici et inepte. Vide Apollon. Lex. Verum est id quod primo loco ponit, esse τὸν λευκὸν καὶ λαμπρόν. sic et reddit Schol. A. idem quod αἴθων. v. Etymol. h. v. Versus legitur iterum Ψ, 261. vbi Ernesti non tam *splendidum* ferrum reddi volebat, quam *recens*, a colore. Sane quod recens et laeuigatum est, splendet; contra, si igni admotum est nitor perit; nec tamen propterea πολιὸς est *recens*.

367. ἄξομαι, ἅσσ' ἔλαχόν γε. γέρας δέ μοι, ὅς περ ἔδωκε — ξ quod haec conueniunt cum iis quae A, 300 dixerat: τῶν δ' ἄλλων, ἅ μοί ἐστι. nam ea forte tanquam praedae portionem acceperat.

Porro ἅσσ'. Sch. br. ἅσσα, ἅτινα, ἢ ὅσσα. Schol. A. γρ. καὶ ἅσσα λέλογχα. B. L. Vict. γρ. καὶ ὅσσα λέλογχα. ἅσσ' ἔλαχόν τε Barocc. Nullibi notatur Ionicum ὅσσα λάχον γε.

Tandem ὅςπερ etiam Ven. cum codd. et edd. habet et recte; at Sch. B. L. Vict. Harl. Townl. et duo Vindob. ὥςπερ. cum ed. Rom. ὅπερ Vrat. b. A. cum vno Vindob. Ernesti putabat pronuntiatum esse ὁππέρ.

368. αὖτις ἐφυβρίζων ἔλετο. Erat vulgatum αὐτὸς αὖτις Ven. Townl. et cet. codd. sicque edd. ante Barnes, qui mutauit; e codd. vt ait. Equidem praeferam αὖτις, tanquam disertius; alterum ambiguam sententiam facit. ἐφυβρίζων. Sch. A. γρ. καὶ, ἐνυβρίζων. sic vn. Vindob.

370. ὄφρα καὶ ἄλλοι ἐπισκύζωνται. ὀργίζωνται. v. ad Δ, 23. At Cant. Mori Townl. et vn. Vindob. ἐπισκύζονται.

371. *εἴ τινά που — ἐξαπατῆσειν.* ſcilicet narrando falſa de me: aiunt grammatici. Immo vero *ἀπάτη* erat iniuria, qua munus datum iterum eripuerat Agamemnon, fraude per hoc ipſum facta. cf. 375. 6.

372. *ἀναιδείην ἐπιειμένος.* Iam A, 149 vidimus. Simile eſt *δύεσθαι* vt ſup. I, 231. — Pro *οὐδ' ἂν* eſt *οὐκ ἂν ἔμοιγε* Rom.

374. „*γρ. οὐδ' ἔτι οἵ β.*" Barnes. — *συμφράσομαι* ſcriptum incuria metri ante Turnebum. *οὐδὲ μὲν ἔργῳ* repugnat metro. Bentl. emendabat *οὐδ' ἔτι ϝέργον.* Malim *οὐδέ τε ϝεργον.*

375. *καὶ ἤλιτεν, οὐδ' ἄν.* ſcriptum erat; interpunctionem loco ſuam vindicaui, *καὶ ἤλιτεν. οὐδ' ἂν ἔτ' αὖτις nec vero ille.* — *αὖτις, αὖθις,* variat et h. l.

376. *ἐξαπάφοιτο* Apollon. Lex. reddit *ἐξαπατήσοι. ἀλλὰ ἔκηλος* eſt h. l. quod Lat. *impune.*

Fuit *ἐξαπαφοιτο ϝεπεσσι.* vel vt Bentl. *ἐξαπάφοι ϝεπεεσσι. ϝαλις δε ϝοι. αλλα ϝεκηλος ϝερρετω. εκ γαρ ϝοι φρ.* vt ſup. Z, 70 *ἔπειτα δὲ καὶ τὰ ἔκηλοι νεκροὺς συλήσετε.* Commode laudat Koeppen Ariſtoph. Thesmoph. 1226 *τρέχε νῦν, τρέχε νῦν, κατὰ τοὺς κόρακας, κατουρίσας.*

377. *ἐκ γάρ εὖ Φρένας εἵλετο μητιέτα Ζεύς.* Legebatur *ἐκ γάρ οἱ.* variat lectio. *ἐκ γὰρ εὖ φ.* pro var. lect. memorat Euſtath. ſicque legitur in Cant. Harl. porro in Ven. Lipſ. a m. pr. (correctum *ϝο* quod et diſerte habet Vrat. A.) Vrat. b. Alia eaque docta lectio eſt in Moſc. B. *ἓ, ἐκ γάρ ἑ Φρένας εἵλετο,* quae ſollennis ratio grammatica eſt: atque hoc in edd. Flor. Aldd. et inde propagatis erat vsque ad Turnebum, qui ex Rom. ed. intulit *οἱ.* Eſt tamen caſus tertius et ſup. Z, 234 *ἔνθ' αὖτε Γλαύκῳ Κρονίδης Φρένας ἐξέλετο Ζεύς.*

378. *ἐχθρὰ δέ μοι τοῦ δῶρα. τίω δέ μιν ἐν καρὸς αἴσῃ.* Videamus de hoc verſu primo loco Schol. Ven. A. ξ— „quod in *τίω δέ μιν ἐν καρὸς αἴσῃ* correpta eſt in *ἐν καρὸς* vocalis longa pro *ἐν κηρός*; eſt enim ſenſus idem ac: *ἴσον γάρ σφίσι πᾶσιν ἀπήχθετο κηρὶ μελαίνῃ* Il. Γ, 454 „Hoc ſequitur Apollon. Lex. h. v. *καρὸς αἴσῃ. κηρὸς*

μοῖρα. οἷον θανάτου μοῖρα. et ex eo Hesych. in priore Scholii parte; vt et Etymologus; nam vterque alterum de Caribus adiicinnt. Addit Schol. A. alios accipere κάρα τὸν Φθεῖρα, pediculum." Ita Apion ap. Eustath. tradiderat accipere nonnullos ἔγκαρος αἴσῃ pro Φθειρός. ab ἔγκαρ. „Alii Κάρα vnum e Caribus reddiderant, quos poeta vilipendit" (Vnicum tantum locum nouimus: in quo tamen nihil est nisi quod Κᾶρας βαρβαροφώνους B. 867. appellauit) — Alii ἐν μισθοφόρου τάξει interpretati sunt, quia Cares stipendiis conducti militabant." — „Alii ἐν καρὸς pro ἐγκεφάλου, quia Athenienses cerebrum pecudum non comedunt, ne nominant quidem" — (qua de re multa habet Eustath. ex Athenaeo, qui ex Apollodoro duxit, in cuius Fragmentis vide p. 1148. 9.)

Satis ex his apparet, veteres aniolatos esse, non interpretatos. Similia breuiter tradidere Schol. Victor. et Sch. br. Adde Etymol. Hesych. pluribus locis. Obtinet tamen fere in his notio, esse καρὸς pro κηρὸς, a κὴρ, *fatum*, *mors*. Doctum Scholion est Veneti B. et Leid. sed prius illud integrius; Leidense vulgatum erat iam a Valken. Diss. de Scholiis ined. p. 97. Enotabo potiora; est enim illud doctrina varia, etsi parum fructuosa refertum. Vt pro *cerebro* sit κὰρ, laudatur *Alcaeus*, epigrammatum scriptor; scilicet is vocem sic adhibuerat. Extat epigramma in Anthol. Steph. p. 172 (Anal. Brunk. To. I, p. 489. XIV.) Πίομαι ὡς ὄφελόν γε καὶ ἔγκαρον ἐχθροῦ ἀράξας βρέγμα Φιλιππείης ἐξέπιον κεφαλῆς. Dixit is βρέγμα ἔγκαρον pro ἐγκέφαλον. quod iam notatum ab Hemsterh. ad Plutum p. 8. videas. Laudatur et Lycophron 1104 ἐγκάρῳ ῥανεῖ, *cerebro irrigabitur*. Ita tamen esse deberet ἐγκάρου αἴσῃ. Nisi dixeris, patere hinc, etiam κὰρ sic dictum esse, cum hoc alias esset idem quod κάρη, *caput*. Nec tamen sensus, quem res postulat, hinc exit; quid enim est: *cerebri* vel *capitis* loco eum habeo? — Apud Etymol. est ἄκαρος, pro ἐγκέφαλος, vel κεφαλή. forte ex vitiosa lectione pro ἔγκα-

ρος. — Dici poteſt ἔγκαρος αἴσῃ repetendum eſſe ab τὸ ἔγκαρ, *cerebrum*; ſicque nonnulli ſenſiſſe videri poſſint apud Euſtathium. Atqui laboramus et ſic in ſenſu, quid ſit: *habere aliquem in cerebri loco.* Nam, vt dixi, Athenienſium auerſationem cerebri huc aduocare velle, ineptum eſt.

Pergit Ven. B. et Leid. ap. Valk. in Diſſ. p. 97. „Ἀρχίλοχος δὲ, τιμῶμαι αὐτὸν ἐν μισθοφόρου καὶ τυχόντος στρατιώτου μοίρᾳ. „ hoc noli ita accipere, quaſi Archilochus commentatus ſit, in Homerum; ſed quia hanc formulam ita adhibuerat, vt inde pateret, eum Homericum locum ſic accepiſſe. Atque ſic iam expedierat haec Ruhnkenii ſagacitas ad Heſych. praef. Tom. II, p. VII. qui idem verſum Archilochi inueniſſe putabat in Scholio Platonis mſ. quod nunc vulgatum eſt in Siebenkees Analectis p. 43. „καὶ δὴ Πίνουρος ὥστε Κὰρ ἀεικὴς ἔσομαι.“ ex quo tamen verſu non apparet, Archilochum verſum Homericum reſpexiſſe, multo minus eum Καρὸς corripuiſſe. Amplexi tamen ſunt hanc de Care acceptionem grammatici plerique: in Schol. A. B. L. Vict. Leid. etiam gloſſa Vrat. A. memorantur in his ap. Euſtath. cuius doctum eſt ex antiquioribus Scholion p. 757. *Amerias* et *Neoptolemus* οἱ γλωσσογράφοι, nec viderunt priorem in Κᾶρες eſſe productam, Carum autem militiam mercenariam, ſeriorem eſſe Troianis temporibus, forte etiam aetate Homerica. Hoc alterum niſi eſſet, amplectendam eſſe dicerem ingenioſam Bentleii emendationem: τίω δέ ἑ Καρὸς ἐν αἴσῃ. Verum induxit in fraudem illa ipſa frequens apud ſcriptores de Caribus memoratio, qui, poſtquam Iones eos de ſedibus ſuis ejecerant, attriti, et mercenariam militiam exercere ſoliti, poſthaec inter viliſſima mancipia habiti ſunt, vt et in prouerbium res abiret, quod ad faſtidium illuſtrarunt viri docti, in his Hemſterh. ad Ariſtoph. Pluti argumentum, Valken. ad Herod. V, 66. Fecit quoque hoc ipſum fraudem, quod paſſim Homericus verſus in hunc ſenſum eſt excitatus: ἐν Καρῶν αἴσῃ vel μοίρᾳ, vt a Iu-

liano in Caesar. (Opp. p. 320 C.) et Aristides in Plato. II, p. 154. To. II. Iebb. (To. III. p. 256.) quos adscripserat Bentl. ad h. v. item Barnes ad Eurip. Cyclop. 650.

Lysanias Cyrenensis, Aristophanes et Aristarchus in Schol. B. et Leid. in ea fuere secta, vt *καρὸς* pro *κηρὸς*, h. e. *θανάτου*, dictum et *τὸ α* correptum esse dicerent; Ionice hoc esse factum, pronuntiauerat Heraclides. " Nesus autem Chius metrum ne curauerat quidem. Hos sequuntur Apollon. Lex. Hesych. et Etymologus, supra laudati. Dorica forma in *καρὸς* pro *κηρὸς* aliena est a poeta Ionico. Dicendum saltem, antiquiorem fuisse formam, vt *λελασμένος* pro *λελησμένος* Il. Π, 776 vbi et Schol. A. ad h. l. prouocat.

Ariolationum grammaticorum partem refellerat Clarke ad h. v. idque sagaciter suspicabatur, quod, si aliorum commentis relictis apud te ipse habitaueris, vocem *καρὸς* esse eiusdem originis cum *ἀκαρής*. Atque in hoc equidem ita acquiesco, vt cetera sine controuersia reiicienda esse contendam. Debuit esse *ὁ* vel *τὸ κὰρ*, *capillus rasus*, *resectus*, *τὸ κεκαρμένον*, vel *ἡ κεκαρμένη θρὶξ*, adeoque res vilissima, vt *τὸ ἀκαρὲς* est *τὸ βραχὺ, ὃ οὐδὲ κεῖραι, οἷόν γε*, vt Hesych. et Etymol. bene docent. Mansit vsus vocis in noto illo, vel ex Luciano: *ἐν ἀκαρεῖ* sc. *χρόνῳ*, de breuissimo tempore. Indocte alia ex *ἀκαίριος* admiscent ibidem alii grammatici. Bentleius ad h. vs. referebat loca Hesychii plura: *ἔγκαρος. ἔγκηρος. ἐν καρός. κὰρ, καρός. καρὸς αἴσῃ. καμμοίρους. κάρμορον. κάρνος.*

Ceterum hoc et similibus locis apparet, etiamsi integriora vbique Scholia haberemus, multas quidem nos doctrinae copias, vtilitatis tamen ad Homerum perparum esse lucraturos.

379. *δεκάκις τε καὶ εἰκοσάκις τε*, peccat in digammum; *και ϝεικ.* Vidit iam Bentl. esse leg. *δεκάκις και ἐεικοσακις*, nam hoc est *εϝεικοσακις*.

381. οὐδ' ὅσ' ἐς Ὀρχομενὸν προτινίσσεται, οὐδ' ὅσα Θήβας. Harlei. Lipſ. Ven. vtroque loco: ἠδ' — ἠδ' — *ſeu ſeu.* Memorant tamen Schol. A. alterum. Recitat verſum Strabo IX, p. 635 B. nil mutans e vulgato.

προτινίσσεται. Variant librarii ex more, primo in ποτὶ et προτὶ, tum in νίσσεται. quod Ven. A. habet et edd. ante Turnebum; qui προτινείσσεται e Romana adſciuit; vtrumque agnoſcit Euſtathius. ποτινείσεται Sch. B. L. Harl. Townl. In Etymol. eſt νίσομαι, τὸ πορεύομαι. At mox pro futuro accipit νισόμενον πόλεμόνδε· Il. Υ, 186 et al. vbi tamen praeſens pro futuro ponitur. — Debebat, pergit, eſſe νείσομαι, ex νέομαι. ἀλλ' ἡ παράδοσις ἔχει τὸ ῑ θεματικὸν, ὡς ἀπὸ τοῦ νίω, νίσω. Verbo, vſus obtinuit, vt νίσσομαι ſcribatur; cum olim eſſet νίσομαι et νείσομαι ἀπὸ τοῦ νέομαι, νείομαι, νείσομαι, νίσομαι. Aliter de his ſtatuebat Brunck. ad Apollon. I, 53. Sed licet in his diuerſa hariolari.

Aliud eſt, quod in h. vſ. occurrit: ἐς Ὀρχομενὸν προτινίσσεται. vſus hic iungendi ἐς et πρὸς illuſtratur a Northmore ad Tryphiod. 360. Inprimis Pind. P. 6, 4. vbi ἐς ναὸν προϛοιχόμενοι. v. Notam.

Praeſtat quaerere, quae notio vocis προτινίσσεται h. l. ſit. ὅσα ἐς Ὀρχομενὸν προτινίσσεται, eſſe debet: *quae apportantur, aduehuntur.* Schol. Ven. A. ἀνάκειται reddit; vt Sch. br. cum Etymol. προϛοδεύεται, προσέρχεται, ὅ ἐστιν, ἀνάκειται. a conſequenti ſcilicet: nam ſunt munera, quae religionis cauſſa adeuntes Orchomenum, ſcilicet ad nobile templum Charitum, adduxerant, et in templo conſecrarant. Simili modo Delphi opibus clari, et Samothrace. Eſt quoque auctoritas huic opinioni ex Ephoro in Schol. B. et L. πολὺ δὲ τούτῳ (Orchomeno) παράκειται πεδίον, εἰ πιστός ἐστιν Ἔφορος, πλῆρες πολλῶν ἀγαθῶν, ὧν ταῖς ἐκεῖσε τιμωμέναις Χάρισι πέμπουσιν οἱ περίοικοι. Et hoc praeferam ei, quod apud Euſtath. memoratur, Orchomenum, quia munitum erat oppidum, confugiſſe et ſua bona depoſuiſſe vicinos. Vectigalia, προσόδους, ingentia fuiſſe Minyae, Orchomeni regi, nar-

rat Pauſan. IX, 36. p. 783. vbi et de theſauro Minyarum eſt videndum. Aratum ab Orchomeniis agrum fertiliſſimum, quo loco poſtea Copais palus extitit, narratum reperio ap. Strab. IX, p. 636 C. ex Ephoro forte; fac tamen ex agro ampliſſimos reditus fuiſſe, *auri* tamen copia nondum eſſe potuit, cum nondum eſſent rerum gentiumque commercia. Tributum, (δασμὸν) a Thebanis perſolutum Orchomeniis, fabulae narrant, ſublatum ab Hercule. v. Apollod. II, 4. 11. cf. not. ad e. l. At donaria templorum antiquitus diuitias vrbium conſtituerunt. Strabo l. l. p. 635, ex ipſa religione Gratiarum argumentatus, diuitias tantas Eteocli fuiſſe colligit, vt eas templo exſtruendo impenderet; vt enim hoc faceret, beneficia collocandi et voluntate et facultate eum inſtructum eſſe debuiſſe; nam „beneficiis, inquit, alios demereri nequit, niſi is, qui ipſe opibus abundat.“ Itane, Strabo, non didiceras, hos eſſe plerumque eos, qui omnium minime de aliis merentur!

382. Αἰγυπτίας, ὅθι πλεῖστα δόμοις ἐν κτήματα κεῖται. Leue eſt, quod moneam, Αἰγυπτίας pro triſyllabo potius eſſe habendum, quam πτ corripi.

δόμοις ἐνὶ Cant. et ap. Strabon. l. l. De Thebarum magnitudine priſtina ne verbo quidem monere neceſſe eſt; teſtatam eam faciunt ruinae, et loca ſcriptorum inde ab Herodoto.

383. 4. αἵ θ' ἑκατόμπυλοί εἰσι, διηκόσιοι δ' ἀν' ἑκάστας ἀνέρες ἐξοιχνεῦσι σὺν ἵπποισι καὶ ὄχεσφι. ξ „ἀν' ἑκάστας.“ Sch. A. quod ἑκάστας ſcribendum eſt, non ἑκάστην. οὐδέποτε γὰρ ἐνικῶς Ὅμηρος πύλην φησὶν, ἀλλὰ πύλας. Ἄλλως· Ἀρίσταρχος ἑκάστας. ἄλλοι δὲ ἑκάστην.“ Homero πύλας ſemper plurali dici, iam aliquoties eſt notatum, quia πύλαι ei ſunt fores; et mirari licet, cum haec ita ſint, tamen ſcribi potuiſſe ἀν' ἑκάστην, quod vulgo legitur, etiam in Dione Chryſ. Or. LXIV, p. 334. R. In Mori mſ. erat ἀν ἑκάστη, correctius in Lipſ. Moſc. 3. et vn. Vindob. ἂν ἑκάστῃ. quo alludunt Diodori codd. I, 45 ἐν ἑκάστῃ, vt quoque editur in Strabone I, p. 17.

et XIV, p. 1170 B. Vni itaque Veneto debetur ἀν' ἑκάστας, etsi et Eustath. eam lectionem memorat.

Attamen vel sic haec lectio est vitiosa; peccat enim in digamma, ἀν' ϝεικοστας. itaque dicendum est, aut locum esse corruptum, aut non esse Homeri, sed rhapsodi. Bentlei. coniiciebat διηκόσιαι δὲ ϝεκαστέων. Forte Homericis propius διηκόσιαι δὲ ἑκάστας, praepositione subintellecta more Homerico.

Cum his tamen magna suspicio est vs. 383. 384. esse interpolatoris rhapsodi: interpellant enim sententiam, nec homini irato ista docta exornatio conuenit. Quod si haec suspicio fide sua non destituitur, ἀν' ἑκάστην ab ipso auctore rhapsodo proficisci potuit, qui Homericum vsum in voc. πύλαι non tenebat, et digamma omnino ignorabat, quandoquidem eius vsus et notio mature exoleverat. Ita autem nec ex h. l. aliquid de Homeri aetate coniicere licet: id quod in animum veniebat Clarkio; etsi ne tum quidem, si versus vere Homerici essent, quicquam inde colligi posset; nam Thebae ante et post Troiae excidium floruere permultis aetatibus vsque ad Cambysen.

Veniamus ad rem in his versibus tam alieno loco narratam. De hac vero magna est dissensio inter grammaticos propter ambiguitatem verborum. In Schol. B. adiecta est Porphyrii quaestio: ex qua ibidem et in Schol. Lipsi. et Vict. excerpta sunt inserta, iam olim a Vossio e codice suo, qui nunc Leidensis est, memorata, ad Melam. Quaeritur enim, sit ne hoc: ducentos viros per singulas portas exiisse cum equis et curribus: de latitudine portarum accipiendum, vt vno incessu et ordine CC viri per portam in vrbem ingredi potuerint; quod vix putes hominem sanum quaerere posse; an, in quo Porphyrius acquieuit, ad magnitudinem vrbis et frequentiam hoc referendum sit; tum vero iterum quaeri ait, sintne viri CC cum totidem curribus, an C viri cum C curribus, vt sic numerus ducentorum conficiatur; mireris quod non ipsos equos curribus iunctos in

computum assumsit; porro si CC viri cum totidem curribus fuerunt, iterum quaerit, fuerintne in vnoquoque curru duo, alter ἡνίοχος, alter παραβάτης, sic e singulis portis CC viri exierunt cum C curribus, (ita fuere vicies mille armati in decies millenis curribus: quorum numerus par fuit virorum numero, si singulis curribus singuli viri vecti fuere: quod multo improbabilius est.) Addit Porphyrius: καὶ οὐδὲν μέγα, εἰ δισμύριοι ἄνδρες οἰκοῦσι τὴν πόλιν. et centum portarum vestigia suo etiamnum tempore in ruinis ad Diospolin monstrari idem narrat.

Numerus hic virorum, addita curruum mentione memoratus, procliui via ad copias militares in vrbe habitas ducit: siue vt tanta incolarum frequentia fuerit, vt ex iis XX millia iuuentutis armatae conscribi et educi potuerint, siue vt a regibus copiae in ea vrbe tanquam in castris habitae fuerint; et hoc quidem verius, nam in Aegypto militum fuit certus ordo ac tribus ab aliis discreta; potuit adeo tribui militari vrbs Thebarum cum agro esse assignata. Ita in iis copiis etiam fuere currus bellici; nec tamen aut eodem aut dimidiato numero; sed σὺν ἵπποισι καὶ ὄχεσφι declarat simpliciter, cum copiis etiam in ea vrbe currus bellicos fuisse; nulla numeri habita ratione. Aegyptum equitatu valuisse, et prisca aetate currus bellicos pro viribus exercituum ac neruis habitos esse, alioqui vel ex Mose notae res est.

Subiungit Porphyrius alia parum caute: e Catone refert, tanquam ad Thebas spectantia, quae de omni Aegypto narrata sunt ab aliis, vicos (κώμας) tricies mille trecentos, triginta (3o33o), porro hominum myriades septingentas, (7000000) et vrbes C in Aegypto fuisse. (Conueniunt haec quodammodo cum Theocrito XVII, 82 sqq. et Diodoro I, 31. de quibus disputata sunt olim nonnulla Opusc. T. I, p. 224 sq.) Hi numeri multo magis aucti leguntur apud Melam I, 19 *et Thebae, vti quae, vt Homero dictum est, centum portas, siue, vt alii aiunt, centum aulas, habent, totidem olim*

principum domos; ſolitasque ſingulas, vbi negotium exegerat, dena armatorum millia effundere. Ad quem locum alia aliorum ſcriptorum commenta cumulauit Voſſius, qui ea ita ad calculum vocat, vt Thebas aliquando pro tota Aegypto dictas eſſe ſtatuat ex Herodoti enuntiato II, 15 extr. et Ariſtot. Meteorol. I, 14.

Secundum haec, etſi ſatis eſſet dicere, poetam ſequi famam, qualis illa tum fuerit, in numero tamen certo, pro incerto, ex more veterum, poſito. (expoſui ſententiam meam de interpretatione in Nota ad hos vſſ.) fruſtra ſe exercuiſſe cenſeo ingenia ſeriorum; niſi quod Iulian. Epiſt. XXIV verum vidit, dum communi loquendi vſu Thebas ἑκατομπύλας dictas a *magno* portarum numero dicit.

Ceterum hi verſus ſaepe excitantur, quoties de Thebis agitur; inprimis notabilis Diodor. I, 45. ad declarandas terrae opes, τὴν ὑπερβολὴν τῆς περὶ αὐτὴν εὐπορίας. Ex eodem mihi adhuc memoranda eſt interpretatio τῶν πυλῶν. Fuiſſe ille ait, qui πύλας interpretarentur τὰ προπύλαια τῶν ἱερῶν, nomenque adeo referrent ad magnifica templorum veſtibula, quorum magnus numerus, teſtantibus id etiamnum ruinis, Thebis fuit. Nec tamen ea habendis equis deſtinata eſſe potuere: quod tamen ex h. l. ſtatuere neceſſe eſſet. Probabilius eſſet, Orientis more *Portas*, πύλας, dictas eſſe pro palatiis: praeiuit in hoc Mela I, 9. — *centum portas, ſiue vt alii aiunt, centum aulas habent, totidem olim principum domos.* Putes ſecundum haec, iam priſco tempore Aegyptum ſuos principes (Bey) habuiſſe, qui copias ſuo Marte alerent. Pergit Diodorus: „Centum equilia (ἱππῶνας) alii memorauerunt *in terra amni finitima a Memphi inde ad Thebas*, quarum vnaquaeque CC equos caperet; eorumque fundamenta adhuc conſpici. Amplecti hoc vidimus Michaelis noſtrum, qui etiam τὰ ὄχεα eſſe putabat equos mares: quod nollem dictum.

384. ἀνέρες ἐξοιχνεῦσι codd. Diodori l. l. ἐξιχνεῦσι.

385. *οὐδ' εἴ μοι τόσα δοίη, ὅσα ψάμαθός τε κόνις τε.* ξ propter discrimen inter *ψάμαθος* et *ἄμαθος*: haec est camporum, illa littoris." Vix tamen inter se diuersa fuere *ἄμμος*, *ψάμμος*. *ἄμαθος*, *ψάμαθος*.

κόνις, ἡ πεδιὰς λέγεται versu hoc appositio, Apollon. Lex. et Etymol. vti discrimen facere licet inter *puluerem* et *fabulum*. Obseruat quoque hoc discrimen inter *κόνιν* et *ψάμαθον*, quae alias synonyma sunt, Schol. Nicandri ad Ther. 155.

Schol. Theocriti Id. XI, 16 laudat, memoriter scilicet. *οὐδ' εἴ μοι τόσα δοίη, ὅσα ψεύδονται ὄνειροι.*

Morem irati hominis rem augendi, vltra omnem fidem, illustrat ex hoc loco Aristot. Rhet. III, 12. (6, 4.) apponit autem vs. 385 subiectis versibus 388. 389. 390. omissis vss. 386. 387. pro consilii ratione.

386. *οὐδέ κεν ὣς — πείσει Ἀγαμέμνων.* praestabit *πείσει'*. quod etiam Barnes coniecit. *πείσῃ* Cant. v. Exc. II ad E.

390. Exciderat versus Vrat. b. sed errore librarii.

391. *ὁ δ' Ἀχαιῶν ἄλλον ἑλέσθω.* Mori *ἑρέσθω*.

392. *ὅς τις οἵ τ' ἐπέοικε.* ξ „quod *οἱ* pro *αὐτῷ*, ideoque scribendum est *οἷ* ex grammaticorum canone" Sch. A. vide Apollon. de Syntaxi p. 148. Diuersa in his statuit vsus. *οἷ* vero omnino scribunt, cum est pro *ἑοῖ*. *ἑοῖ αὐτῷ*. quod postea *ἑαυτῷ* factum. Barnes pro lect. var. apponit *ὅστις ἑοῖ*. Dedit, puta de suo. Fuit olim *ὅστις ϝοι τ' επεϝοικε* vel *σοι τε ϝεϝοικε*. Edd. ante Turnebum pudendo vitio: *ἐπέοικεν καί*.

393. *ἦν γὰρ δή με σόωσι θεοί.* Tyrannio *σοῶσι* scribebat, vt *νοῶσι*, a *σοῶ* pro *σοέω*. Sic v. 424 legebat *σοῇ* et 676 *σοεῖς*. Apion contra scribebat *σαῶσι*, quia sic occurrit *σάωσε*, E, 23. *ἐσάωσα* Od. E. 103. *σάω* pro *σάοε*, Od. N, 230. Il. Π, 763. *σαώσει* Il. K, 44. „Plerique tamen, addit Schol. A. scribunt *σάωσι* per syllolen pro *σώωσι*, nam *σώωντες* occurrit Od. I, 430." Mirum vero, quod non vident plures fuisse eiusdem vocis formas:

σάω, σαόω, σάωμι. σόω, σοέω, σοῶ, σώω; σῶμι, σώζω. In Cant. erat σώωσι cf. ad Jl. I, 677.

394. Πηλεὺς ϑήν μοι ἔπειτα γυναῖκα γαμέσσεται αὐτός. Sententia verſus aperta; expectat a patre Achilles, vt is ſibi deſpondeat coniugem; in verbis tamen eſt ſcrupulus. Πηλεὺς δή μοι eſt in Cant. et in Euſtath. Scilicet ϑήν eſt idem quod δή. v. ad Θ, 448.

In γαμέσσεται primo obſeruatur forma pro γαμήσεται, quam in μαχέσσεται iam aliquoties vidimus: nata forte ex antiquo vſu τῆς E pro H. Habent γαμέσσεται antiquiores codd. Lipſ. Townl. Ven. cum aliis et ipſe Apollon. Lex. h. v. in nonnullis γαμήσεται, vt in vno Vindob. At magis memorabile eſt hoc, quod, cum γαμεῖν de viro, qui ducit, vt 391 γαμεῖσϑαι de vxore, quae ducitur, dicatur, (v. Ammon. et Valk.) nunc γαμεῖσϑαι ſit, vxorem quaerere alteri. Si ſaltem eſſet γαμεῖν! Πηλεὺς γαμήσει μοι γυναῖκα! Schol. Lipſ. ait Menandrum ex h. l. petiiſſe illud: ἐγάμησεν, ἣν βουλόμην ἐγώ. hoc ſenſu: vxorem mihi quaeſiuit pater, quam ipſe volebam. Dicendum igitur: γαμεῖσϑαι h. l. eodem ſenſu pro γαμεῖν dictum eſſe, vxorem alteri parare: atque hoc modo accepere Apollon. Lex. in γαμέσσεται, Heſych. in γαμήσεται, εἰς γάμον ἄξει. Euſtathius discrimen reperire ſibi videbatur in γαμέσαι et γαμῆσαι, perperam. Erneſti ad vſum medii recurrebat, comparato Attico, διδάσκεσϑαι, tradere filium erudiendum, vt doceatur: ergo γαμεῖσϑαι, curare, vt filius vxorem ducat, ποιήσει ἐμὲ γαμεῖν γυναῖκα. Quaeri tamen poteſt, an forma Attica in poeta Ionico quaerenda ſit.

Schol. L. et Vict. haec habent: „τὸ δὲ γαμέσσεται. πᾶσαι εἶχον, μάσσεται, ἀντὶ τοῦ, ζητήσει. Scilicet Ariſtarchus ſcripſerat γυναῖκά γε μάσσεται αὐτός· vt in Schol. A. legitur. Mirum acumen! vt ſit a μάομαι, eodem ſenſu quo μνάομαι, μνᾶσϑαι ἄκοιτιν, μνηστῆρες, μνηστὴ ἄλοχος, in Odyſſea, de procantibus. Nec tamen μάομαι alibi ſic occurrere memini, vt ſit pro μνάομαι dictum; etſi futurum recte eſſet μάσομαι, v. ad Δ, 190.

395. πολλαὶ Ἀχαιίδες εἰσὶν ἀν' Ἑλλάδα τε Φθίην τε. ξ „quod Ἑλλάδα Homerus dicit Theſſaliam ſolam, non autem totam Graeciam“ Sch. A. Quod per ſe verum eſt, alienum tamen ab h. l. Nam nunc ſunt Hellas et Phthia duae vrbes et tractus Theſſaliae in ditione Achillis; de quibus v. dicta ad B, 683. T. I, p. 363 ſq. Strabo IX, p. 659 C. laudato hemiſtichio ἀν' Ἑλλάδα τε Φθίην τε, — πότερον δὲ πόλεις ἢ χώρας, οὐ δηλοῖ. At Stephan. Byz. Ἑλλὰς, πόλις Θεσσαλίας adſcripto hoc verſu. Obſervatio iſta e Grammatico allata, Ἑλλάδα de tota Graecia non dici ab Homero, Ariſtarchi erat e Thucydide ducta lib. I, 2. 3. qui tamen non tam de nomine Ἑλλάδος, quam de Ἑλλήνων nomine agit; ſecundum haec reiiciebat ille verſum B, 530 ἐγχείῃ δ' ἑκάστο Παναέλληνας καὶ Ἀχαιούς, vbi v. Obſſ. Theſſaliam autem per Ἑλλάδα intelligebat etiam inf. 474 Φεῦγεν ἔπειτ' ἀπάνευθε δι' Ἑλλάδος εὐρυχόροιο. adde vſ. 474 οἷον ὅτε πρῶτον λίπον Ἑλλάδα καλλιγύναικα. In hunc modum conſtituenda ſunt Schol. Ven. A. et Schol. br.

Ante Barnes vbique, etiam in Turneb. Steph. et Bergler. contra metrum legebatur interpoſito δὲ, πολλαὶ δ' Ἀχαιίδες εἰσὶν, libri ignorant, niſi quod in Moſc. 3. ita ſcriptum vidi; ignorat quoque Steph. Byz. in quo tamen Ἀχαΐδες exprimitur, errore vulgato.

396. οἵ τε πτολίεθρα ῥύονται· haereo in hoc hemiſtichio, quia ῥύομαι, *ſeruo, tueor*, vbique habet priorem productam; v. Exc. IV ad A. p. 179 non modo in ῥύσατο. ῥυσάμενος. verum et in ῥύω. ῥύομαι. vt Il. O, 257 ῥύομ' ὁμῶς. Π, 799 ῥύετ' Ἀχιλλῆος. Alia vide M, 8. P, 224. ῥύατ' pro ἔῤῥυντο Il. Σ, 515. Od. P, 201. Si qua ſunt, quae a lege hac recedere videntur, iis medela in promtu eſt; v. ibid. Ductum eſt ab eodem ῥύω, ἐρύω, media longa, εἰρύω, ῥῦμι, ἔρυμι, ἔρυμαι. vbique media longa; diuerſumque adeo hoc ab ἐρύω *traho*, media breui, ϝερυω. de quo cf. ad Θ, 143. Vt adeo h. l. dicendum ſit, aut verſum eſſe ſerioris commatis, aut eum aliter ſcriptum fuiſſe: οἵ τε πτόλιας ῥύονται, vel οἵ ῥύον-

ται πτολίεθρα. quod valde probabile fit. Bentleius nondum de prosodia vocis dispexerat; nihil enim monuit.

397. τάων ἤν κ' ἐθέλοιμι, Φίλην ποιήσομ' ἄκοιτιν. Edd. ante Turneb. ἦν. Aristarchum ἐθέλωμαι legisse, ait Schol. A. quod fieri vix potuit, quin grammaticus vitium metri animaduerterat; scripserat ille haud dubie ἐθέλωμι. nam hoc fuit Aristarcheum praeceptum, optatiuos — όιμι scribere ωμι. v. ad H, 243. et ipsum ἐθέλωμι iam vidimus Θ, 23. In Townl. versus non scriptus erat a m. pr. et potest sententia interpellata videri eo interpositο.

398. ἐπέσσυτο θυμὸς. vnus Vindob. ἐπέσσυται. forte ex interpretamento.

399. γήμαντι μνηστὴν ἄλοχον. „γήμαντι Aristarchea lectio. Alii γήμαντα." Ven. A. Sicque Mori et vn. Vindob.

εἰκυῖαν ἄκοιτιν. Est ea, quae alias θυμῷ ἐοικυῖα. ἐπεοικυῖα. cf. Eustath. quam quis probat tanquam sibi congruam.

In Mosc. 3. aberant 398. 399. sed librarii vitio ex ἄκοιτιν in fine versuum orto.

401. οὐ γὰρ ἐμοὶ ψυχῆς· ἀντάξιον. ξ— Ait Aristarchus nonnullos scribere ἐμῆς ψυχῆς. Est hoc in Barocc. Mori. et in ed. Rom.

402. Ἴλιον — εὖ ναιόμενον πτολίεθρον. In aliis locis obtinuit Ἰλίου πτολίεθρον, vt B, 133. Δ, 33. N, 380. ad primum locum v. V. L. Cum alias πόλις et πτόλις non nisi certa de caussa variet, vnice πτολίεθρον occurrit, nusquam πολίεθρον.

403. τὸ πρὶν ἐπ' εἰρήνης, πρὶν ἐλθεῖν υἷας Ἀχαιῶν. ἐλθέμεν Mori. recte hoc in tali positu. Expectabam esse in mss. πρίν γ' ἐλθ. Quod τόπριν et τοπρὶν vna voce scribitur, debetur grammaticis serioribus, qui vbique particulas conflabant.

404. οὐδ' ὅσα λάϊνος οὐδὸς ἀφήτορος ἐντὸς ἐέργει. ξ— ἡ διπλῆ πρὸς τοὺς γλωσσογράφους ἀφήτορος τοῦ στροφέως ἀποδιδόντας. Scilicet incredibile dictu est, quam absurda

commenta ſint veteres ſuper voc. ἀφήτωρ, quod ſimpliciſſimum erat videre ductum ab ἀφιέναι ἰοὺς eſſe *iaculátorem* adiecto Φοίβου Ἀπόλλωνος. At illi pro *cardinè* acceperant; vnde Zenodotus verſu ſequ. mutauerat, νηοῦ Ἀπόλλωνος. Aliis ὁμοφήτωρ erat, qui omnibus pariter, ſine discrimine, vaticinatur; aliis πολυφήτωρ; aliis ἀσαφήτωρ, *qui obſcura edit.* Haec Ven. A. B. L. Vict. adde Sch. br. et ex iis Heſych. Suidas h. v. Praeiuerat Apollon. Lex. h. v. In veram tamen rationem inciderant et ipſi et Etymol. Stolidior interpretatio memoratur apud Diodor. XVI, 56 et Strabonem IX, p. 644 C. eorum, qui ἀφήτορα pro theſauro defoſſo acceperant, eoque inducti ſolum effoderant. Idem Strabo ad opes templi teſtandas verſus 404. 5 laudat et illuſtrat. Sic et Aelian. V. H. VI, 9. et H. An. VI, 13. Eoque ſpectat Callim. in Apoll. 34. 35.

ἐέργει. ap. Iulian. Or. II, p. 80 eſt ἔεργε.

405. Φοίβου Ἀπόλλωνος, ⁊c. quod Zenodotus νηοῦ Ἀπόλλωνος legerat. cf. ad v. antec.

406. 407. λῃϊστοὶ μὲν γάρ τε βόες καὶ ἴφια μῆλα. Schol. A. „λῃϊστοί, ἀπὸ λείας κτητοί.“ Memorat itaque vocem et verſum Suidas ſub λεία. At κτητοί, quod v. 407 ſequitur, ad certaminum praemia ſpectat. κτητοί τε Cant. Barocc. Vrat. b. a m. ſec. pro δέ.

408. 409. οὐδὲ λῃϊστή. mutarunt vano metri metu in λειϊστή Rom. Euſtath. et ex iis Turnebus, et cum iis Townl. et Venetus cum vno Vindob. Editur quoque ſic in Plutarcho non poſſe ſuauiter viui To. II, p. 110, 14 E.

οὐδ' ἑλετή. λῃπτή, αἱρετή, Schol. br. Heſych. (in quo ἑλεϊστή, λεπτή, Bentl. hinc emendabat) et Euſtath. h. e. quam quis retrahere, reuocare, opera ſua poſſit aut velit. (κατὰ προαίρεσιν.) Si tamen τὸ ἑλετὸν videas h. l. eſſe ſynonymum τοῦ κτητὸς vſ. 407. erit et hoc, quod paratur, acquiritur certamine.

οὔδ' ἑλετή, non οὐδ', nam reſpondet τῷ, οὔτε λῃϊστή.

ἐπεὶ ἄρ' κεν ἀμείψεται. ex non ſatis accurata grammatica, pro ἀμείψηται, Homerico tamen vſu: v. ſup. Exc. II ad E. p. 176.

Vſſ. 406—409. inter ſententias refertur, etiam apud Stobaeum Serm. CXVII p. 599. Expreſſa quoque ſententia ab aliis, vt ap. Eurip. Suppl. 775. quem Clarke laudat. Vſ. 408 bene παρῳδεῖ Maximus Tyr. diſſ. XXVIII, p. 67. To. II. R. ἀνδρὸς δ' ἀρετὴ, — πάλιν ἐλθεῖν, οὔτε λητὸς, οὐδ' ἑλετή.

410. 411. μήτηρ γάρ τε με φησὶ — διχθαδίας κῆρας φερέμεν θανάτοιο τέλοσδε. Reddunt Schol. br. φέρειν per ἔχειν. ita eſſet: me habere duo fata. Ita vero quid facies τῷ, θανάτοιο τέλοσδε? quod eſt εἰς θάνατον. Immo, *fatum duplex ducere me ad mortem.* Φέρειν eſt h. l. ἄγειν. Paullo aliter ap. Sophocl. Ai. 813 ἡμέραν τὴν νῦν, ὅτ' αὐτῷ θάνατον ἢ βίον φέρει. etſi Schol. ibi verſum noſtrum comparant.

Bentlei. elegantiorem reddit verſum ſcribendo μήτηρ γάρ τ' ἐμὲ φησί.

Apud Stobaeum Ecl. phyſ. lib. II, p. 198. Cant. recitantur vſſ. 410—416.

412. εἰ μέν κ' αὖθι μένων Τρώων πόλιν ἀμφὶ μάχωμαι. Primo, αὖθι μένων, ἐπὶ τόπῳ μένων eſt in Heſych. h. v. et in αὖθις. τὸ δὲ αὖθι τοπικῶς. διχῇ. ὡς ἐπὶ τοῦ παρόντος. εἰ μὲν καὶ αὖθι μένων, ἐν τόπῳ τούτῳ· (forte, ex Schol. ad h. l.)

Erat πόλιν ἀμφιμάχωμαι, vna voce, quod ferri poſſet, ſi Achilles vrbem defenderet; ſed pugnabat ille circa, ad vrbem. Barnes: „γρ. ἀμφὶ μάχωμαι·" atque id exhibent omnes edd. ante Stephan. Etiam codd. vt Vrat. c.

Pro μένων eſt μένω in Lipſ.

413. ἀτὰρ κλέος ἄφθιτον ἔσται. Argutatur ad haec verba Clarke, notandum monens, „quam ſingulari, quamque modeſto artificio gloriam dicat Achillis ſuo factam poemate ſempiternam" Achilles ipſe immortalitatem ſibi promittere videri debet more heroum communi. Ita

Vlyſſes de ſe Od. H, 332. 333. de tumulo Agamemnoni a Menelao facto Od. Δ, 584.

414. *εἰ δέ κεν οἶκαδ' ἵκωμαι . . . ἐς πατρίδα γαῖαν.* Ita locum corruptum ſignari poſſe puto. Ante Barn. vbique etiam ap. Stobaeum l. c. Ecl. II, p. 198. Cant. vbi vſſ. 410—416 adſcripti, editum erat *ἵκωμαι φίλην*, idque vbique in libris legitur. Nota ſunt quae diſputarunt viri docti ſuper diphthongo *αι* in fine vocis ante conſonam ſequentis vocis correpta. v. Erneſti Exc. ad Callim. in Iou. cum ibi laudd. Mature grammaticos *αι* et *οι* corripi credidiſſe, patet ex accentus diſtributione: *βούλομαι. δίκαιοι. Μοῦσαι.* Inter loca ad tuendam hanc doctrinam enotata erat hic verſus, quem ii, qui negarunt diphthongum ante conſonam corripi poſſe, et recte negarunt, emendatione indigere viderunt. Hugo Grotius ad Florileg. Stob. p. 170 emendabat *ἵκοιμι φίλην.* Sic enim etiam Od. M, 345 *εἰ δέ κεν εἰς Ἰθάκην ἀφικοίμεθα.* Similiter Arnald. Animaduerſi. crit. p. 31 coniecerat; idque amplexus recepit Barnes, ex eo Clarke, Ern. nec mutauit Wolf. Atqui in Homero *ἱκέμην, ἱκοίμην, ἵκωμαι, ἱκέσθαι*, etiam cum *πατρίδα*, ſaepe, nusquam *ἵκον*, quem aoriſtum vocant, priore breui, occurrit; grammatici quoque *ἶξον* ei ſubſtituunt. cf. Etymol. h. v. etſi *ἱκάνω* prima breui ductum inde videri poteſt. Damnanda adeo prorſus iſta ſcriptio, neque debebat locum in Homeri editione occupare; *ἵκωμαι* vnice verum eſſe patet. Altera correctio eſt Bentleii ad Callim. in Iou. extr. et Tho. Stanleii: *ἵκωμαι ἐμὴν ἐς π. γ.* add. Arnald. animadu. crit. p. 30. quae vtique praeſtat altera. Eſt tamen, quod in ea diſpliceat; nam *ἐμὴν* languet; etſi in Odyſſ. occurrat *ἐς πατρίδα σὴν*, vt Od. H, 320. K, 66. et ſup. E, 113 *ἐσόψομαι ὀφθαλμοῖσι πατρίδ' ἐμήν.* Exciderat puto *ἰὼν*, et mox animaduerſo vitio ſubſtitutum eſt ab aliquo ex 428. 687 et ex perpetuo poetae vſu *φίλην.* At *ἰὼν* ſaepe ſic interpoſitum occurrit. Il. X. 123 *Μή μιν ἐγὼ μὲν ἵκωμαι ἰών.* Od. Ξ, 153 *ἐπεί κεν κεῖνος ἰὼν τὰ ἃ δώματ' ἵκηται.* cf. Od. K, 275. 276.

Il. Φ, 522. Σ, 207. ſicque in aliis: inf. 421 ἰόντες — ἀγγελίην ἀπόφασθε. et προίην πεύθεσθαι ἰόντας Od. K, 100. et I, 88. et quoties occurrit: οἴκαδ' ἰὼν σὺν νηυσί. εἰ — κεν vero cum ſubiunctiuo iungi, frequentatum Homero: εἴ κεν ἵκωμαι αὖτις οἶκον Od. Ξ, 140 et ſaepe. Ad meum itaque ſenſum ſcriptus fuit verſus εἰ δε κε ϝοικον ἱκωμαὶ ιων ες πατριδα γαιαν. Apud Lucian. in Philopatr. 15 excitatur totus locus 411—416. at ex hoc verſu non niſi hemiſtichium εἰ δέ κεν οἴκαδ' ἵκωμαι.

415. ἄλετό μοι κλέος ἐσθλὸν — Rom. μὲν, ex vſ. 413.

416. ἔσσεται, οὐδέ κέ μ' ὦκα τέλος θανάτοιο κιχείη, pro κιχήσεται. In vno Vindob. τέλος θανάτου γε. appoſitus verſui obelus — ἀθετεῖται verſus, quippe ab interpretatione profectus et a conatu ſupplendi ſuperiora: ἐπὶ δηρὸν δέ μοι αἰών. quod per ſe erat idem, ac: αἰὼν μοι ἐπέσται δηρόν. Nec Zenodotus verſum habuit. Legerat tamen eum in ſuo exemplari Lucianus aut qui eius nomen mentitur, qui eum recitat in Philopatr. 16. etſi corrupte; tollendum ibi θέμις. Ap. Stobaeum Ecl. phyſ. l. c. p. 198. Cant. eſt οὐδέ κ' ἐμ', ὦκα quod malim.

417. ἐγὼ παραμυθησαίμην. Reddunt Heſych. et Suidas παραμυθήσασθαι per συμβουλεῦσαι, Schol. br. per παραινεῖν. Cum παρηγορεῖν et aliis comparat Schol. Lipſ. et Euſtath.

418. ἐπεὶ οὐκέτι δήετε τέκμωρ. ſuperſcr. in Townl. αι. quod non aſſequor.

419. Ἰλίου αἰπεινῆς ξ — quod iterum ἡ Ἴλιος feminino genere occurrit. De ἔθεν, ϝεθεν, ἕο, v. ad A, 114. Disputant grammatici, ſitne γάρ ἔθεν an γὰρ ἔθεν ſcribendum. Adde Euſtath. ad Γ, 158.

420. χεῖρα ἑὴν ὑπερέσχε, antiquo loquendi more, quem iam vidimus: v. ad Δ, 249. Reddunt Schol. per ὑπερασπίζειν.

In χεῖρα ἑὴν eſt hiatus. De ἑός eſt disputatum in Exc. VII, ad Il. A. Veteres dixiſſe ϝος nullus dubito; an etiam ϝεος, dubito valde. feram ἕϝος· de quo iam dis-

putatum eſt Exc. VII, ad Il. A, p. 186. Bentl. emendabat χεῖρα ϑ' ἐὴν, quod eſſet χειρα ϑ' ἑϝην. ita altero loco pro δὲ reponendum τε, τεθαρσήκασι δὲ λαοί. Nam excipiunt ſe τε, τε. Nullus tamen dubito fuiſſe: χεῖράτε ἦν, quod erat χειρα τε ϝην. requiritur et hic τε, quod etiam Mori exhibet. Etiam σ in ρ mutat Cant. τεθαῤῥήκασι.

421. ἀλλ' ὑμεῖς μὲν ἴοντες. Apollon. Alex. de Syntaxi p. 122 laudat pro exemplo omiſſae praepoſitionis: ἀλλ' ὑμεῖς ἔρχεσϑε καὶ ἀγγελίην ἀπόφασϑε. Eſſet ſic ἔρχεσϑε pro ἀπέρχεσϑε. Videtur memoriter recitaſſe.

422. καὶ ἀγγελίην ἀπόφασϑε quod ἀποειπεῖν vſ. 309 de quo v. hoc eſt ἀποφάσϑαι, renuntiare aperte, non tergiuerſando aut molliendo. Verſus iterum occurret inf. 645.

423. ὄφρ' ἄλλην Φράζωνται. Moſc. 3. Φράζονται.

424. ἤ κέ σφι νῆας τε σόῃ. Mori ἦ καί. diſerte σφι etiam in illo et Cant. non σφιν. tum σοῷ Venetus; quod eſſet pro σοάοι. v. inf. ad 677.

425. ἐπεὶ οὔ σφισιν ἥδε γ' ἑτοίμη ſc. βουλή. Reddunt ἑτοίμη, εὔληπτος, Φανερά. Accuratius dices eſſe conſilium expeditum, accommodatum, quod ſucceſſum et euentum habet, aut habere poteſt; Od. Θ, 384 ἦ μὲν ἀπείλησας — ἦ ῥ' ἄρ' ἑτοῖμα τέτυκται. exitum habent, vera ſunt. Il. Ξ, 53 ἦ μὴν ταῦτά γ' ἑτοῖμα τετεύχαται, quod v. 48 τὰ δὴ νῦν πάντα τελεῖται.

426. ἦν νῦν ἐΦράσσαντο, ἐμεῦ ἀπομηνίσαντος. vnam vocem eſſe ἀπομηνίσαντος ex Alexione et Aſcalonita declarat Schol. A. Statuit idem ἀπὸ h. l. παρέλκειν. Immo habet vim continuandi et perſiſtendi in ira: v. T, 62. et ib. Obſ. Apud Etymol. p. 583, 26 eſt ἀπομηνίσας, μνησικακήσας καὶ ὀργισϑείς. At in illis ἐΦράσσαντο ἐπεί eſt hiatus, quem equidem ferain quieſcente tono in medio verſu. At Bentl. eo offenſus comiciebat μεεῦ vel ἐΦράσσαντό γ', ἐμεῦ. in altero hoc eum ſequar.

427. Φοῖνιξ δ' αὖθι παρ' ἄμμι μένων κατακοιμηθήτω. Schol. br. iungunt μένων κατὰ, κοιμηθήτω. vt sit pro καταμένων.

αὖθι iam erat in Flor. Ald. 1. Rom. Fuit tamen αὖτι propagatum e vitio Ald. 2. vsque ad Barnes. Harlei. Φοῖνιξ δ' ἄμμι παρ' αὖθι μένων.

431. μάλα γὰρ κρατερῶς ἀπέειπεν. v. ad 309. vn. Vindob. ἀπόειπεν.

433. δάκρυ ἀναπρήσας. Legitur hic et Od. B, 81. Schol. br. ἀναφυσήσας, hoc et Apollon. Lex. h. v. vt recte legit Villoiſ. ἢ ἀθρόως ἀναβαλών. Emendandus hinc eſt Etymologus in voc. ἀναπλήσας, qui ad h. v. ſpectat, et in πρήθω· ἀναπλήσας aberrant quoque codd. in his Mori et vn. Vindob. Inepte grammatici alii ἀναπρήσας accepere pro ἀναπεράσας, ap. Etymol. et Euſtath. Apud Heſych. πρῆσαι (non πρῆξαι) καὶ δάκρυ' ἀναπρήσας· ἀντὶ τοῦ, ἀναφυσήσας· ex Apollonio. De πρήθειν v. ad A, 481.

περὶ γὰρ δίε. v. de voce ad E, 566.

434. Etiam in hanc Phoenicis orationem Scholiaſtae B. L. Vict. commentantur rhetorice, vt artificium oratorium in ſingulis ſententiis declarent, opera putida et verborum copia moleſta. Ex vſ. 443 ipſum Phoenicem rhetorum choro tanquam principem, primumque rhetorices auctorem, adſcripſere ap. Schol. Vict. Quid? quod illuſtrarunt hinc placitum: ὅτι διδακτὸν ἡ ἀρετή. Quae recte dixeris, haec ſunt: non tam docta aliqua cum arte, quam cum ea ſagacitate, quam ſuus quemque ſenſus natura monente docet, a nutritio ſe diuelli poſſe negat, recordatur fidem ſeni Peleo datam; merita eiusdem in ſe, cum a domo patria profugus ab eo exceptus fuerit, memorat quoque cum voluptate quas in pueri nutritione aerumnas tolerauerit: haec ſane omnia ad animum peruicacis alumni molliendum faciunt; non vero, vt rhetor, haec Phoenix meditatus erat eo cum conſilio. Pelei praecepto memorando, vt Achilles iracundiam moderari conſueſceret, deductus erat ad iſta

omnia exponenda; nunc v. 492 redit ad illud praeceptum, idque ad flectendum Achillem transfert. At in his rhetoricam calliditatem animaduertere ſibi videntur homines, quos non pectus diſertum facit ſed ars: in his v. ſtudium Dionyſii Halic. in oratione hac ab artificii laude commendanda: Art. rhet. c. 8. ſ. 11. p. 303. R. et p. 363. Hudſ. p. 86. et iterum c. 9, 14.

435. *εἰ μὲν δὴ νόστον γε μετὰ Φρεσὶ, Φαίδιμ' Ἀχιλλεῦ, βάλλεαι.* Mori. Barocc. *βούλεαι.* quod voluiſſe videtur Vrat. b. qui in *βάλλεαι* eraſit alterum λ. Non memini *βούλεσθαι* habere adiectum *ἐν Φρεσὶ, μετὰ Φρεσί.* Alterum *βάλλεαι μετὰ Φρεσὶν* analogiam habet pro *ἐν.* et ſic iterum Od. Λ, 427 *ἥτις δὴ τοιαῦτα μετὰ Φρεσὶν ἔργα βάληται.* Mox *οὐδέ τι.* „γρ. *οὐδ' ἔτι.*" Barn.

438. *σοὶ δέ μ' ἔπεμπε.* Ita video vbique legi. Potuit tamen quoque ſcribi *σοὶ δέ με πέμπε.* et *σοὶ δ' ἔμ' ἔπεμπε* et *σοὶ δ' ἐμὲ πέμπε.* Quod vltimo loco niemo ratum eſt, ſcriptum eſſe malim, tanquam Ionicum et Thalias. In *σοι* intellige *σὺν σοὶ.* Iacobs coni. *σὺν δέ μ' ἔπεμπε.*

440. *ὁμοίου πολέμοιο.* De epitheto *ὁμοίος* v. ad Δ, 315. Schol. br. h. l. *τοῦ ὁμοίως πᾶσι χαλεποῦ.* Apollon. Lex. in *ὁμοίου πολέμοιο* negat pro *κακὸν* eſſe, ſed *τὸν ὁμοίως συμβαίνοντα.* Si tamen ſenſum habet epitheton, debet eſſe *pugna cuius ſeu fortuna ſeu virtus vtrinque par aut ſimilis eſt.* Bene Heſych. *ἐν ᾧ ὅμοιος πᾶσι καὶ ἴσος ὁ κίνδυνος,* comparato loco Σ, 309 *ξυνὸς Ἐνυάλιος, καὶ τὸν κτανέοντα κατέκτα.*

Inſolens eſt in *ὁμοίου* iota produci, quod merito in poeta Ionico neceſſitati nihil tribuente in re metrica mireris. Excuſat factum accentu Herman. de Metris p. 81. Bentleius poetam a culpa liberat: ſcriptum vidit fuiſſe *ὁμοιόφι πτολέμοιο.* cf. Obſſ. ad B, 731. Simili modo vitium ſuſtulit O, 66 *Ἰλίου προπάροιθε,* mutando in *Ἰλιόφι.* Eſt quoque *πτολέμοιο* in Schob br.

441. οὐδ' ἀγορέων, ἵνα τ' ἄνδρες ἀριπρεπέες τελέθουσι. Verſus memoratur a Plutarcho an ſeni ſit ger. resp. T. II, p. 801 D. ἀγοράων. Edd. ante Turneb. male. ιρ

443. μύθων τε ῥητῆρ' ἔμεναι πρηκτῆρά τε ἔργων. Eſt ex verſſ. nobiliſſimis et ſaepiſſime memoratus, vt a Strabone IX, p. 659 B. niſi ibi locus eſt ex margine illatus; Add. Dio Or. II, p. 80. Plutarch. ger. reip. praecept. T. II, p. 795 E. Ariſtides et ſimiles, in quibus modo ſingulatim verſus, modo cum proximis 440. 1. 2. memoratur, Cicero de Or. III, 15. Quintil. II, 3, 12. II, 17, 5.

Ap. Heſych. eſt πρηκτῆρά τε ἔργων. ἃ δεῖ πράττειν, δηλοῦντα. quod potius ad ῥητῆρα ſpectat. Melius Schol. br. ὁρατικὸν ἔργων, ἃ δεῖ πράττειν.

445. οὐδ' εἴ πέν μοι ὑποσταίη θεὸς αὐτὸς — ὑπόσχοιτο. Heſych. cum Schol. br. ὑπόσχηται, ἐγγυήσηται. Euſtath. Occurrit hoc vno loco; at ὑπέστην ſaepius. Verſum recitat Cyrillus contra Iulian. I, p. 27 et interpretando argutatur.

446. ξ— ϑήτειν νέον ἡβώοντα. ξ— „quod νέον ἡβώοντα dictum pro νεϊστὶ ἡβῶντα, qui primo adoleſcit, prima iuuentute conſtitutus.“ Fuit ea interpretatio Ariſtarchi: vt diſco ex Apollonii Lex. in νέον. „At Zenodotus acceperat νέον, iuuenem; nam ſcribebat mox τοῖόν ὅτε.“

„ἡβώοντα eſt Ariſtarchea lectio“ ex ἡβάω, ἡβῶ, ἡβώω. ἡβώων, ἡβώοντα. Quaeras: quomodo igitur ſcripſere alii? puto ἡβωῶντα, ab ἡβωάω. Hinc eſt ἡβωῶσα Od. E, 69. vt ſcribendum eſt, non ἡβώασα, etſi ſic quoque apud Suidam legitur, et Heſych. ἡβόωσα. Etiam h. l. Cant. Vrat. Ac cum Schol. br. ἡβώωντα. quod eo modo, quo dixi, eſt corrigendum. Mori ἡβόωντα ex ἡβώσας, male. ἡβῶντα, ἀκμάζοντα ap. Heſych. ad hi v. ſpectat, et fuit ἡβώοντα. Sch. br. ἡβώωντα, ἀκμάζοντα, αὐξόντα. ſorte et hoc fuit: ἡβωῶντα, ἀκμάζοντα. πῶς σωῶντα, αὐξόντα.

447. οἷον ὅτε πρῶτον λίπον Ἑλλάδα καλλιγύναικα. ξ „quod Ἑλλὰς iterum de vrbe“ recte, ſi πόλις antiquo vſu dictum latius de quacunque συνοικίᾳ accipitur. „et quod Zenodotus τοῖον ὅτε legerat“ vt ad vſ. praeced. iam monitum.

Verſus IX ſeqq. leguntur in Schol. Lycophr. 421. nulla tamen cum varietate memorabili; pro γούνων vſ. 451 edebatur μοῦνον.

448. Φεύγων νείκεα πατρὸς Ἀμύντορος Ὀρμενίδαο. Phoenix Amyntoris f. Ormeni nepos, relicta domo patria fugit Hellade Phthiam. Apud Strabon. IX, p. 670 vnde Euſtathius ſua repetiit, plura leguntur ad h. l. ſpectantia. Amyntor Ormeni f. moleſtias fecerat mythographis. Scilicet Ormenus, Cercaphi f. Aeoli nepos, condidiſſe fertur Ormenium Magneſiae ſup. B, 734 memoratum; Phoenicem itaque nepotem *Ormenio* profugere debuiſſe, *non Hellade*, iudicauerat Demetrius Scepſius, (ἐν τῷ Τρωικῷ διακόσμῳ ſ. Commentario ad libri B. partem) malueratque ſcribere — λίπον Ὀρμένιον πολύμηλον, ſeu πολύπυρον, vt alio loco Euſtath. p. 332, 6. memorat. Aliam difficultatem creauerat Crates ex altero loco K, 266 vbi de galea Merionis; τὴν ῥά ποτ' ἐξ Ἐλεῶνος Ἀμύντορος Ὀρμενίδαο ἐξέλετ' Αὐτόλυκος. Habitauit Autolycus in Parnaſſo, vt vel ex Od. T, 394 conſtat. Aiebat igitur, Amyntorem Phocenſem eſſe debuiſſe, et Eleone, Parnaſſi vrbe, habitaſſe, vnde Phoenicem filium fugiſſe neceſſe ſit: Cui eſſerto repugnant cum alia, tum quod fuga ex Hellade facta eſt, quae apud Homerum nondum de tota Graecia dicitur. Conf. ad B, 734—7. et ad Apollod. p. 803.

Simpliciſſimum erat dicere, aut famam ſibi non conſtitiſſe, aut eueniſſe haec diuerſis temporibus: Amyntorem ſerius Eleonem migraſſe, antea habitaſſe Ormenii; ſitum hoc fuiſſe in Hellade, quatenus hoc nomen non tam vrbis, quam tractus alicuius fuit; v. ſup. ad 395 et ad B, 683. vt ipſa Phthia. Itaque Phoenix Ormenio

fugiens, λείπει quoque Ἑλλάδα, et 474 Φεύγει δ' Ἑλλάδος, et Phthiam venit.

449. ὅς μοι παλλακίδος πέρι χώσατο. Lectio haec ex ed. Rom. recepta erat a Stephano; eamque retinere maluiſſem, quam probare alteram παλακίδος περιχώσατο. περισσῶς ὠργίσθη, vt Schol. br. exponunt; deberi enim eam grammaticorum in verbis copulandis ſtudio arbitror. Vincit tamen veterum auctoritas: Nam etiam Sch. A. περιχώσατο. καὶ οὕτως μᾶλλον ἐπεκράτησεν ἡ παράδοσις. addit, ſic quoque Alexionem cenſuiſſe. Neque aliter codd. B. Lipſ. ſicque Moſc. 3. edd. Flor. Aldd. ipſe Turneb.

451. ἡ δ' αἰὲν ἐμὲ λισσέσκετο γούνων. Erat a m. pr. in Lipſ. ἐμεῦ, quod miror displicuiſſe. ἐμῶν Cant. ſed in marg. ἐμέ. Bentlei. corrigebat ἔμ' ἐλλισσέσκετο. Pro γούνων vitium erat μοῦνον in Schol. Lycophr. l. l. ad v. 447. Ad mores rudium aetatum eſt haec narratio notatu digna. Improbari hos vſſ. a Plutarcho de aud. poet. p. 25 F. haud miraberis: cum de re turpi agant.

452. παλλακίδι προμιγῆναι, ἵν' ἐχθήρειε γέροντα. Sane προμιχῆναι eſt pro ſimplici μιγῆναι. At grammatici ap. Schol. A. B. L. Vict. Euſtath. egregie argutati ſunt in voc. προμιγῆναι, vt efficerent, patrem nondum cum pellice conſueuiſſe, idque ne fieret, Phoenicem puellae animum ab eius amore auertere voluiſſe; id ſcilicet ſpectantes, vt Phoenix tanto minus flagitium de ſe commemoraret. Senſu tamen rudiorum hominum, vix tam indignum et atrox facinus hoc viſum arbitror, inprimis cum ad vlciſcendam matris iniuriam ſuſceptum eſſet. Graviora Iacobus Patriarcha de filiis ſuis conqueritur. In Sch. A. adiicitur: ἢ περισσεύει ἡ πρόθεσις. Argutias grammaticorum ex etymologo Valkenario in fragm. Tragic. p. 263 probari potuiſſe, vt et nollet Phoenicem credi vere numeros expleſſe cum femina, mirabatur quoque Erneſti. Recte quoque Sch. br. συνελθεῖν. μιγῆναι ſimpliciter, et συμμιγῆναι Schol. Vrat. A. In Lipſ. erat

προμιγῆμεν. voluit προμιγήμεν pro προμιγήμεναι, nec indocte.

ἵν' ἐχθήρειε γέροντα. Nonnullos γέροντι legisse notant Schol. Lips. Vict. ἵνα μισηθῇ τῷ γέροντι. At hi non tenuere, Homero semper esse ἐχθαίρειν τινὰ, odisse; ἔχθεσθαί τινι, odio esse. Recte Schol. br. exponunt μισήσειε.

Monent Scholia A. B. a Tragicis narrationem hanc de Phoenice variatam esse. Fuit in his Euripidis Phoenix; nam in hac fabula ἄπταιστος, flagitii expers, exhibitus erat Phoenix, falso crimine a pellice accusatus; cf. Valken. ad Fragm. eius dramatis. vide Apollodor. III, 13, 8 et Notas p. 803 sqq.

453. τῇ πιθόμην καὶ ἔρεξα. Ad idem studium, auertendi a Phoenice, Achillis nutritore, tantum flagitium, referenda sunt, quae ad h. v. in Schol. A. et partim ap. Eustath. ex Apione narrantur: Aristodemus, inquit, Nysaeus (e Nysa Phrygiae oriundus, vt Strabo docet,) rhetor et grammaticus, scripsit τῇ οὐ πιθόμην, οὐδὲ ἔρεξα (nam ita ab eo scriptum esse, (vt Od. Ψ, 312) iam Valkenarius monuit pro οὐδὲ ἔρεξα) et propter hoc inventum non modo fuit probatus verum et honore affectus, vindicata scilicet heroïs pietate. Excogitauerat iam ante eum *Sosiphanes*; (tragicum hoc nomine fuisse constat; sed leg. *Sosigenes* idem grammaticus cuius ἔκδοσις Homeri fuit) eandem scripturam. Etiam Euripides in Phoenice intactum scelere heroem induxerat; vt iam paullo antè monitum est. Subiicitur: ταῦτα ἱστορεῖ Ἁρποκρατίων Διὸν διδάσκαλος ἐν ποιήματι τῆς . . . Appareb esse hunc Valerium Harpocrationem grammaticum, Diui Veri Imp. praeceptorem. At quale hoc eius scriptum fuerit, cum eius nulla alia mentio sit, non exputo: forte leg. ἐν ὑπομνήματι τῆς Ἰλιάδος. Quod autem ad ipsum commentum lectionis attinet: crimen Phoenicis dilnerunt homines, at poetam corruperunt, metro vitiato.

τῇ πιθόμην quoque scribitur.

πατὴρ δ' ἐμὸς, αὐτίκ' ὀϊσθείς. ſpectat huc Heſych. in ὀϊζυθείς. αἰσθόμενος. εἰκασθείς. δόξας. Ven. A. ὑπονοήσας. Mox 454 Ἐρινῦς vno ν Venetus.

455. μήποτε γούνασιν οἷσιν ἐφέσσεσθαι Φίλον υἱὸν ξ— quod nonnulli γούνασ' ἐμοῖσιν ſcribunt; atqui non Phoenicis ſed Amyntoris aui ſunt genua. Οἷσιν, ἰδίοις. — μήποτ' ἐγγούνασιν Townlei. tam parum metri periti fuere librarii optimorum codicum. μήποτ' ἐπὶ γούνασσιν ἐφέσσεσθαι legebatur in Schol. Lycophr. l. c.

ἐφέσσεσθαι. ſic et Sch. br. Heſych. Ven. A. at Schol. A. „οὕτως διὰ τοῦ ε ἐφέστεσθαι.“ fuitne quoque lectum ἐφέσσασθαι? Mori corrupte ἐφέσθαι. vt in Sch. Lycophr. ed. Baſ. p. 68. ad 421. At in Ven. B. L. Harl. et vno Vindob. fuit ἐφέζεσθαι, quod et ed. Rom. et Euſtath. tuentur. etiam ap. Strab. XIII, p. 897 B. vbi tamen verſus ex margine irrepſit.

456. θεοὶ δ' ἐτέλειον ἑπαρᾶς. ξ— „ὡς μηδὲ ἄκοντας ἀδικεῖν γονεῖς. διὸ οὐδὲ περὶ τοῦ Φόνου τῆς Κλυταιμνήστρας φησίν.“ Nil de Oreſte μητροκτόνῳ memorare ait poetam. Non itaque grammaticus meminerat v. 310 Od. Γ. aut non legerat? — Monet porro grammaticus in Schol. A. ἑπαρᾶς ſiue ſeruato accentu eſſe pro ſimplici ἀρᾶς, ſiue pro ἐπετέλουν, ἐτέλειον ἐπ' ἀρᾶς. Hoc et Sch. br. ſequuntur. θεοὶ δὲ τέλειον ἐπ' ἀρᾶς. Sch. Lycophr. l. c. 421. Monitum ab aliis cum ſit κατάρα, discrepare accentu ἑπαρὰν, ap. Euſtath.

457. Ζεύς τε καταχθόνιος καὶ ἐπαινὴ Περσεφόνεια. ξ— videtur ἐπαινὴ notatum fuiſſe, quod non eſt ἐπαινετὴ, ſed ἐπίφοβος, δεινή. Paria habet Heſych. et Sch. br. cum admixtis deterioribus. Etiam Sch. Vict. ἐπαινὴ δὲ κατ' ἀντίφρασιν ὡς νῦ' ὀλίγην αἰνεῖν. Non meminerant eſſe voc. αἰνὸς idem quod δεινός. Eadem Sch. Vict. et Lipſ. nonnullos aiunt ſcribere: καὶ ἐπ' αὐτῷ Περσεφόνεια. — Eſſe quoque in antiquis exemplaribus Φερσεφόνεια teſtatur Euſtath. Recitat verſum Pauſan. II, 24 p. 166 vt doceat eſſe quoque *Iouem inferum*.

Poſt v. 457. Ζεύς τε καταχθόνιος Plutarchus isque ſolus, memorat quatuor verſus, ab Ariſtarcho ſublatos:

τὸν μὲν ἐγὼ βούλευσα κατάπτάμεν ὀξέϊ χαλκῷ·
ἀλλά τις ἀθανάτων παῦσε χόλον· ὅς ῥ' ἐνὶ θυμῷ
δήμου θῆκε Φάτιν καὶ ὀνείδεα πόλλ' ἀνθρώπων,
ὡς μὴ πατροφόνος μετ' Ἀχαιοῖσιν καλεοίμην.

Plutarch. de aud. poet. To. II, p. 26 F. ὁ μὲν οὖν Ἀρίσταρχος ἐξεῖλε ταῦτα τὰ ἔπη Φοβηθείς· (quid tandem metuens? et vnde norat Plutarchus, metu potius omiſſos verſus quam criticis de cauſſis?) ἔχει δὲ πρὸς τὸν καιρὸν ὀρθῶς, τοῦ Φοίνικος τὸν Ἀχιλλέα διδάσκοντος, οἷόν ἐστιν ὀργή. Repetit quoque Plutarch. duo ex iisdem verſus in Coriolano p. 229 B. ἀλλά τις ἀθανάτων τρέψε φρένας,

ὅς γ' ἐνὶ θυμῷ
δήμου θῆκε Φάτιν.

Et de Adulat. p. 72 B. verſum:

ὡς μὴ πατροφόνος μετ' Ἀχαιοῖσιν καλεοίμην.

et paullo poſt:

αὐτὰρ ἐγὼ βούλευσα κατὰ μεγαλήτορα θυμόν

qui verſus ex Od. I, 299 petitus eſſe poteſt. Secundum haec quis pronuntiet, iure ne an iniuria ſublati ſint verſus iſti quatuor ab Ariſtarcho? potuit exemplarium comparatione intelligere, verſus hos alicuius rhapſodi emblema eſſe, amplificandae ſententiae cauſſa illatum; certe color verſuum eſt idem qui Od. I, 299 ſq. Potuit tamen nec minus ab Ariſtarcho hic locus eiici, propter eandem ſollicitudinem, quam ad vſ. 452. 3 memoraui, quod bonam exiſtimationem Phoenicis tueri volebat; idque Plutarchus videri poteſt innuere velle per vocem Φοβηθείς.

Ceterum etſi lectio noſtra vulgata nequaquam vbique eſt Ariſtarchea, in nullo codice hos verſus nunc legi, nec in Scholiis notari, mirum eſt; intulere tamen eos in edd. viri docti primo loco Bergler, tum Barnes; verum ille poſt vſ. 459. hic poſt vſ. 457. quem ſequutum eſſe video V. C. Wolfium; Etiam Valken. in Diatribe p.

264 et Payne Knight p. 57 versus necessarios esse contendunt; non enim sine iis intelligi, cur Phoenix haec narret, et cur ille in domo patris manere nolverit. Caussa tamen haec memorata fugae vix grauior esse videtur quam ira patris ipsa, quam 458. 459 memoranerat; et narrat plura Phoenix, quae ad consilium primarium haud spectant, plura Homerus alibi. Expono in his sensum meum; relinquo aliis suum; nec vnquam in controuersiam voco iudicia aliorum.

Idem sagacissimus iudex, Rich. Payne l. c. pro spurio habet versum 457. Ζεύς τε καταχθόνιος καὶ ἐπαινὴ Περσεφόνεια; hunc insititium fuisse caussam, cur quatuor illi versus eiicerentur, quia τὸν μὲν in primo versu nimis magno sic interuallo seiunctum esset a parente, πατὴρ δ' ἐμὸς vs. 453. Versus per se nihil habet, quo displiceat; sententia nec magis obscuratur, adsitne an absit. Agnoscunt versum et memorant omnes grammatici, tum Pausan. II, 24 p. 166. tanquam memorabilem, in qua Iouis nomen etiam ad Inferos translatum sit; ipse Virgilius hinc *Iouem Stygium* dixisse videri potest Aen. IV, 638. Neque male conuenit Plutoni et Proserpinae, exsequi diras; vti inf. 565 innocantur Hades et Proserpina, et audit diras Erinnys vs. 567. 568. His tamen missis sunt alia, quae me adducunt, vt viro docto assentiar: primo quod aliis locis semper Ἀΐδης cum Proserpina iungitur, vt inf. 565. Od. K, 534. Λ, 47. Ζεὺς ἐπιχθόνιος autem serioris aeui esse videtur et teletarum loquendi vsum redolet. Simillimus quoque versus est tot aliis insititiis, quos rhapsodi intexuere ad explendum vel amplificandum breuiter dictum. Sufficiebat h. l. θεοὶ δ' ἐτέλειον ἐπαράς. A primo itaque carminis auctore nec quatuor versus istos spurios, nec hunc vs. 457 appositos fuisse arbitror.

458. ἔνθ' ἐμοὶ οὐκέτι πάμπαν — Turnebus recepit ex ed. Rom. Antea legebatur ἔνθά μοι. sic quoque codd. Mori. Cant. Harlei. Townl. Mosc. 3. vn. Vindob.

459. *κατὰ μέγαρα στρωφᾶσθαι.* Eustath. memorat lectum quoque esse *στροφάασθαι*, minus bene.

De verss. quos alii post h. v. collocant, vide paullo ante post vs. 457.

460. *ἦ μὲν πολλὰ ἔται καὶ ἀνεψιοὶ ἀμφὶς ἐόντες αὐτοῦ λισσόμενοι κατερήτυον ἐν μεγάροισι.* Pro *ἀμφὶς ἐόντες* scriptum olim fuit *ἀντιόωντες*. Sic enim Schol. Lips. et Vict. „*Διονύσιός φησιν ἀντιόωντες*" quod plenius servavit Ven. A. „*Διονύσιος ὁ Θρᾷξ ἐν τῇ πρὸς Κράτητα, διὰ τῆς ἱπποδρομίας, φησὶ, γεγραμμένου· ἀντιόωντες· μεταθεῖναι τὸν Ἀρίσταρχον· ἀμφὶς ἐόντες.*" Interpunxi sic, vt statim intelligatur, quod res est: Inf. Ψ. vbi certamen curule in ludis funebribus Patrocli memoratur, vs. 643 *νῦν αὖτε νεώτεροι ἀντιόωντων ἔργων τοιούτων, nunc minime fortasse iuniores natu tale quid suscipiant.* Cum igitur sententia vocis, qualis illo loco est, minus conueniat ei loco, in quo nunc versamur, mutasse Aristarchum. Quod si is fecit sine alia auctoritate; perperam vtique fecisse putandus est. Nam quidni *ἀντιόωντες* sint, qui eum adierant? tum non est *ἀντιόωντες αὐτοῦ*, sed *κατερήτυον αὐτοῦ*, *ibi*, in domo. Est enim *ἀντιᾶν* non modo de iis, qui armis congrediuntur, aut qui aliquid suscipiunt, aggrediuntur, verum etiam de iis qui accedunt supplicandi, opitulandi caussa, qui adhibentur epulis, sacris, hospitio, qui frequentant nos. Quicquid est, Aristarchea lectio nunc vbique obtinet; *ἀμφὶς ἐόντες*, etiam in Schol. br. Occurrit idem inf. Ω, 488 *περιναίεται, ἀμφὶς ἐόντες.* Schol. A. B, L. memorant fuisse quoque *ἐγγὺς ἐόντες.* hoc vtique ex interpretatione.

462. *πολλὰ δὲ ἴφια μῆλα καὶ εἰλίποδας ἕλικας βοῦς ἔσφαζον.* De voce *εἰλίποδες* v. dicta ad Z, 424. Alterum, *ἕλικες βοῦς*, quod nunc primo occurrit, est ex priscis vocabulis, quorum vera vis exoleuit, nec aut vsu aut analogia tuto constitui potest; itaque grammatici vario interpretantur, non magis ex certo quam si nos idem experimur. *ἕλιξ*, cognatum cum *ἑλίσσειν*, esse debet quod tortum et inflexum est, *συνεστραμμένον, κάμψιν, στρε-*

βλόν. Boues ἕλικες nomen habere non possunt nisi ab inflexa aliqua parte corporis; corpus enim non magis inflexum est, quam aliorum animantium; verum ductum esse debuit nomen aut ab oculis truncibus, aut a cornibus, aut a pedibus inflexis; in vltimo obstat adiectum εἰλίποδες; debet enim aliquid diuersum esse; ad oculos referas ex vsu vocis ἑλίκωπες, v. Obss. ad A, 389. quod tamen longius petitum est: restant *cornua inflexa*, ad quae et ipse referre malim: sic quoque Apollon. Lex. Hesych. Etymol. Eustath. ad M, 293. p. 905. Schol. A. B. ad O, 633. Φ, 448. Sunt quibus ἕλικες sunt μέλανες, arrepta temere glossa antiqua. de sensu voc. ἑλίκωπες et ἑλικῶπις v. Not. A, 98. Ad Z, 424 notionem vocis εἰλίποδες vidimus constitui libro Hippocratèo περὶ ἄρθρων. Eodem loco ille p. 785 ed. Foes. laudat doctrinam Homeri, „quod ille nouit boues sub hiemis exitum macilentos fieri infirmosque et propterea luxationibus articulorum obnoxios“ eiusque rei caussa laudat versum poetae:

ὡς δ' ὁπότ' ἀσπάσιον ἔαρ ἤλυθε βουσὶν ἕλιξιν.

ὅτι ἀσμενωτάτη τοῖσι αὐτοῖσι ἡ βαθεῖα ποίη φαίνεται. videtur itaque et huius libelli auctor ἕλικας ad pedes retulisse et pro synonymo alterius vocis habuisse. Ceterum non constat, versus ille Homericus excideritne ex Iliade vel Odyssea, olimque in nonnullis exemplaribus lectus fuerit, an ex alio Homerico seu pro Homerico habito carmine aliquo, quod interiit, recitetur.

463. σύες θαλόθοντες ἀλοιφῇ. v. sup. ad vs. 208.

464. εὐόμενοι. vn. Vindob. a m. sec. θυόμενοι. εὖειν est *vsulare;* non, assare, vt hic et alibi male interdum expositum est, v. c. Od. B, 300. Et appositum quoque ἐπτᾶσθαι a grammaticis: Hesych. et Schol. br. φλογιζόμενοι, ὀπτώμενοι. Prius recte, quod et ceteri habent; nam pilos ac setas mactatorum animantium vstulabant, non aqua feruente euellebant. cf. Od. Ξ, 426. 427. At τὸ ἐπτᾶσθαι exprimitur per alterum τανύοντο. Notant quoque dicendum proprie fuisse τανυόμενοι εὖοντο· Eustath. ad Ψ, 33. vbi hic versus cum antec. repetitus est.

διὰ Φλογὸς, veru ſcilicet transfixa. De voce τανύειν v. ad 23. Appoſitus hic verſus in Heſych. ſed loco parum opportuno; nam antecedit: τανύοντο. ἐπὶ τῶν οὐρῶν. ἐξετείνοντο διὰ τὴν λιπαρίαν. (h. e. *propter aerumnoſum laborem*, διὰ τὸ λιπαρὲς) ſpectatque hoc ad alterum locum Od. Z, 83. vbi de mulis. Ad eundem et alterum locum Il. Π, 375 ſpectat Apollonii Lex. h. v. non enim λιπαρία de adipe dicitur, ſed λιπαρότης. cf. Schow ad Heſych. p. 725. Ceterum εὔω et εὕω ſcribitur, nec referre video. Cum tamen Od. B, 299 vbique edatur: σιάλους θ' εὕοντας, neceſſe eſt et h. l. ſcribere εὐόμενοι, non εὐομ.

465. πολλὸν δ' ἐκ κεράμων μέθυ πίνετο τοῖο γέροντος. Scriptum eſt πολλῶν δ' ἐκ κεράμων in Apollonii Lex. voc. κεράμῳ.

466. εἰνάνυχες δέ μοι ἀμφ' αὐτῷ παρὰ νύκτας ἴαυον. εἰνάνυχες, ὡς μονώνυχες a recto εἰνάνυξ Ven. A. Etiam Apollon. εἰνάνυχες, ἐπ' ἐννέα νύκτας. Addit Ven. A. pleonaſmum ex adiecto νύκτας ſimilem eſſe illis: ποδάνιπτρα ποδῶν. Οἶνον ἐνοινοχοεύοντες (ἐνοινοχοεῦντες Od. Γ, 472). Eum exſcripſiſſe videri poteſt Etymol. p. 302, 9. ex eo facile emendandus: quod e Schol. Leid. iam fecit Valken. Diatr. p. 291. — Obſeruabimus et illud: παρίαυον (διὰ) νύκτας etiam h. l. eſſe, ſimpliciter *exigere noctem*: non, dormire. Sic iam ſup. 336 et aliquoties in Odyſſea.

περὶ Mori: ed. Rom. et Turneb. ac ſi eſſet ἀμφὶ περὶ αὐτῷ. Recte παρὰ reuocauit Stephanus.

467. Οἱ μὲν ἀμειβόμενοι Φυλακὰς ἔχον. Apollon. Lex. ἀμείβεσθαι ἐπὶ δὲ τοῦ κατὰ μέρος· οἱ μὲν ἀμειβόμενοι Φυλακὰς ἔχον Etymol. — καὶ τὸ ἐν μέρει τι ποιεῖν.

468. πῦρ ἕτερον μὲν ὑπ' αἰθούσῃ εὐερκέος αὐλῆς. „Ariſtarchus ἐν αἰθούσῃ ediderat; vti mox ἐνὶ προδόμῳ eſt.“ Innuit hoc idem Schol. Vict. Attamen poetae variare licuit; vti et alterum variauit: ἕτερον μὲν, ἄλλο δέ. Apud Etymol. vbi verſus excitatur, ſcriptum eſt ὑπ' αἰθούσης. Potuit ergo etiam Apollon. Lex. cum Heſych. in voc. αἰ-

θούσης ad h. l. ſpectare; quanquam αἰθούσης etiam Il. Ω, 238. et in Odyſſea occurrit.

Quae ſit αἴθουσα, v. ad Z, 243. p. 241. In Etymologo ſunt duo Scholia, αἰθούσῃσι, στοαῖς — et αἴθουσαι, αἱ στολωταὶ καθέδραι, περίστυλα ἔχουσαι. minus accurate, a re adiuncta, quia in porticibus ſedilia quoque fuere. Porphyr. in Schol. ad E, 137 (quod ab ipſo appoſitum fuit ad Odyſſ. Ω, 207 vbi vox κλισίον legitur, et cuius alia pars edita eſt a Valken. e Cod. Leid. p. 100.) αἴθουσαι, αἱ ὑψηλαὶ στοαὶ ἀνθήλιοι, παρὰ τὸ καταίθεσθαι ὑπὸ τοῦ ἡλίου, recitatis vſſ. 471. 2. — pergit: ἄλλοι δὲ ἀκριβέστεροι αἰθούσας λέγουσι τῆς αὐλῆς τὰς στοὰς, ἵνα μὴ ἔξω ὦσι τῆς αὐλῆς· ἀλλὰ τὸ ὑπαίθριον ἡ αὐλὴ, αἱ δὲ περιξ τοῦ ὑπαιθρίου στοαὶ, αἴθουσαι, laudatis vſſ. 467. 8. 9. ἦσαν γὰρ μετὰ τὰς αἰθούσας οἱ πρόδομοι· ὧν πάλιν ἐνδότεροι οἱ θάλαμοι· οὓς καὶ μυχοὺς καλοῦσι διὰ τοῦτο· adſcripti vſſ. Od. H, 335. 6 et 344. 5. 6. ὅτι γὰρ τῆς αὐλῆς τῆς αὐτῆς ἔνδον εἰσὶν οἱ δόμοι σαφῶς καὶ παρίστησι διὰ τούτων· ſequuntur vſſ. Od. Π, 407. 412. 13. cum verſu interiecto ap. Euſtath. καὶ πρόδομος οὖν ὁ μεταξὺ τόπος τοῦ τε δόμου καὶ τοῦ θαλάμου, appoſitis vſſ. I, 461 et Od. X, 375. 6. Sunt in his Porphyrii nonnulla bonae frugis; in aliis tricatur; αἴθουσα haud dubie fuit porticus ſeu aedibus ſeu parieti aulae praetexta. Etymologia τῆς αἰθούσης ἀπὸ τοῦ αἴθεσθαι ducta, recte a ſole; ſic quoque Schol. A. proxime ad verba Scholii Porphyriani. at alii ex noſtris verſſ. dictas αἰθούσας volunt διὰ τὸ αἴθεσθαι ἐν αὐταῖς τὰ πυρὰ, ſic Etymol. et Schol. br. (non h. l. vbi recte: αἴθουσα δὲ, περίστυλον. τούτεστι πρὸς ἥλιον τετραμμένη στοά. παρὰ τὸ αἴθεσθαι, ὅ ἐστι, φλέγεσθαι. ſed) ad Z, 243 et Od. Γ, 399 διὰ τὸ αἴθεσθαι ἐν αὐταῖς φῶς τοῦ χειμῶνος, ſeu potius τὸ πῦρ, vel τὰ πυρὰ. Eſt tamen hoc alienum a conſilio extruendarum porticuum.

469. ἄλλο δ' ἐνὶ προδόμῳ. ξ — „quod iterum ἄλλο poſitum eſt pro ἕτερον.“ Putant etiam, tres eſſe ignes, vnum ὑπὸ ταῖς αἰθούσαις, alterum ἐν δόμῳ, tertium ἐν

προδόμῳ. nec tamen memorari video nisi duos, ad parandum cibum et per noctem excubantium causſa.

Ceterum grammatici magno cum paratu faciunt turbas in vocabulis partes aedium declarantibus, quando quidem nec forma aedium fuit omnibus temporibus vna eademque, et vocabula partium subinde fuerunt variata. Manifestum est h. l. πρόδομον esse ante fores, vestibulum columnis sultum; fores fuere θαλάμου, domus, quam habitabat Phoenix, diuersam ab aedibus patris; cf. Notam ad h. vs. ἔποικον τῆς αὐλῆς appellant hunc θάλαμον Schol. A. voluere puto ἐποίκιον, casam intra aream, quae septo continebatur. Memoratur aula cum septo, ἕρκει, quod cingebat totam habitationem; ambit hoc ipsum septum αἴθουσα, porticus. an θάλαμος suam αἴθουσαν quoque habuerit, non memoratur, sed tantum πρόδομος. Certe poeta αἴθουσαν, non τὸ περίστυλον τοῦ θαλάμου, s. τοῦ οἴκου memorat, sed τοῦ ἕρκους τῆς αὐλῆς. quae confundere videntur Schol. A. B. L.

Nunc audiamus grammaticos, qui inferunt παστάδας, προστάδας, παραστάδας. Primum Schol. br. ἐν προδόμῳ, τῷ προστόῳ τοῦ θαλάμου. θάλαμος μὲν γὰρ ὁ ἔσω οἶκος τῆς αὐλῆς, τὸ δὲ πρὸ αὐτοῦ, πρόδομος. recte haec. At Apollon. Lex. προδόμῳ, τῇ πρὸ τοῦ οἴκου παραστάδι. mutandum dixeris in παστάδι vel προστάδι. Enimuero subintelligenda est in omnibus his vocibus, κιων vel στοα, sunt enim κίονες αἱ προστάδες, παραστάδες, παστάδες, *columnae ante stantes*; iuxta adstantes: quidni variis modis has voces modo de eadem modo de diuersis rebus adhiberi potuisse iudices? Itaque πρόδομος, columnis ante positis suffultus παραστάδας *columnas* habuit, et declaratus aliquando est per παραστάδα στοάν. praeit in hoc Cratinus ap. Polluc. X, 25 παραστάδας καὶ πρόθυρα iungens: videmus ergo πρόδομον, πρόθυρον, παραστάδας, παραστάδα, vnum idemque declarare. Manet vel sic alterum, παραστάδας (sc. στήλας) etiam ipsos *postes forium* fuisse appellatos: teste Polluce I, 76. qui σταθμοὶ in Odyssea sunt. Apud Apollon. Lex. p. 57 porro

ipſa αἴθουσα per παραστάδα exponitur: quidni autem παραστὰς στοὰ de *portico* dici potuerit? nulla ergo neceſſitas mutandi. Pro προδόμῳ et pro ipſa *domo* dictum eſt in noto verſu Eurip. Phoen. 418 Ἀδράστου δ' ἦλθον ἐς παραστάδας. In Apollon. Arg. I, 789 vbi nunc correctum legitur διὰ παστάδος, pro δι' ἀναστάδος, Scholia quae etiam narrant in priore editione προδόμου διὰ ποικτοῦ lectum fuiſſe, addunt haec: ἣν ἡμεῖς προπαστάδα λέγομεν. εἴρηται δὲ (ſc. ἡ παστὰς, quam ille in poeta Rhodio legerat) οὕτως, διὰ τὸ σιτεῖσθαι ἐν αὐτῇ ἡμᾶς, οἱονεὶ πάσασθαι. Ne προπαστάδα quidem imitare auſim. Incerta enim in his ſunt omnia. Apud Valken. de Schol. Leid. p. 101 in Scholio Porphyrii ex eod. cod. excerpto: προῳκοδόμητο γὰρ οἰκήσεώς τινος ἡ παστὰς καὶ ἡ προπαστὰς, καὶ ὁ πρόδομος. Neque hic quicquam mutabo. Etymol. trinis locis h. l. illuſtrat: in αἴθουσα. tum in πρόδομος, ἡ πρὸ τῆς οἰκίας στοὰ, ἣν καὶ αἴθουσαν καλεῖ Ὅμηρος. ἔνιοι μὲν παστάδα. τινὲς δὲ προστάδα ἀγορεύουσιν, ἣν Ὅμηρος πρόδομον εἴρηκε. vides quantopere variatum ſit in nominibus. αἴθουσαν vero de ipſo προδόμῳ dictam eſſe, non mirum eſt, cum eodem modo et στοὰ latius dicta ſit, teſte Polluce I, 78. Apud Etymol. in αἴθουσαι eſt inter alia: σημαίνει δὲ — καὶ τὴν μετὰ τὸν πυλῶνα παστάδα. cubiculum poſt atrium ſitum. Nec magis mirum eſt, alios πρόδομον per προστάδα declaraſſe. Idem Etymologus in παστάς. ἣν ἡμεῖς προστάδα λέγομεν. καὶ εἴρηται οὕτω διὰ τὸ ἐν αὐτῇ ἡμᾶς σιτεῖσθαι. παρὰ τὸ πάσασθαι. Ἀπολλώνιος. reſpicit verſum Apollonii I, 789 ſupra memoratum cum Scholio.

Supereſt, vt de voce παστὰς memorem, quae virorum doctorum ingenia multum exercuit, Salmaſii Plin. Exerc. p. 856. Rutgerſ. et Valken. l. c. p. 101. cum non viderent, nec hanc vocem per omnes aetates et ſcriptores eundem habuiſſe vſum; deſignauit ſcilicet et στοὰν, et πρόδομον, et poetarum vſu ipſam domum, adeoque conuenit cum ea modo προστὰς, modo παραστὰς, modo πρόδομος, et ipſum θάλαμον ſeu domum ap. En-

rip. Or. 1371 in loco vexato: *πέφευγα κεδρωτὰ παστάδων ὑπὲρ τέρεμνα Δωρικάς τε τριγλύφους.* et iam antea Sappho de cubiculo nuptiali: in fragm. CXXIX. *παστὰς* pro veſtibulo ſeu *προδόμῳ* memorata iam eſt ab Herodoto in loco de Labyrintho II, 148 vbi male vocem verti per cubicula, obſeruatum iam eſt a Wyttenbachio. De aedicula ſeu ſacello dixit Myro Byzant. in Analect. To. II, p. 202, 1. *κεῖσαι δὴ χρυσέαν ὑπὸ παστάδα τὰν Ἀφροδίτας*, de vna dedicata in aede Veneris: cuius vſus plura exempla dedit, nunc Iacobs Animadverſſ. ad Anthol. To. I. P. III. p. 437. Apud Polluc. VII, 122 legitur: *παστάδας δὲ ὁ Ξενοφῶν, ἃς οἱ νῦν ἐξέδρας*, quo loco hoc in Xenophonte occurrat, non reperio, nec teneo, quo ſenſu *ἐξέδραι* nunc dictae ſint, vulgari ne de ambulacris, cum ſedilibus? Habuere quoque *στοαὶ, παστάδες*, ante aedes, ſua ſedilia, et *ἐξέδρας*. vnde et ipſa porticus et *πρόδομος* dici potuit *ἐξέδρα*. Sic Schol. Leid. l. c. *τοιοῦτο δέ τοι καὶ ἐξέδρα τῆς οἰκίας, ἔξω πᾶσα οὖσα, πρὸς αὐτῇ τῇ εἰσόδῳ κατεσκευασμένη.* In Hierone c. 11, 2 inter *τείχεσι, ναοῖς, ἀγοραῖς, λιμέσι* poſita occurrit vox *παραστάσι*, bene in publicis aedibus, quam nolim cum Erneſtio mutare in *παστάσι*, quas in publicis aedificiis occurrere haud noui.

471. *θαλάμοιο θύρας ξ*— „quod *θύρας* plurali dixit pro *θύραν*“ quaſi hoc memorabile aut nouum eſſet; vidimus iam Z, 89 et al. Occurrit tamen *θύρη* etiam in Homero.

472. *ὑπέρθορον ἕρκιον αὐλῆς.* Ad vocem *ἕρκιον* et *ἔρκιον*, vtroque enim modo ſcribitur, v. Etymol. In h. l. eſt idem quod *τὸ ἕρκος* ſeptum aulae. In Ald. 2. *ἕρκιου* non eſt varietas, ſed ſphalma.

472. 3. Monent Schol. B. L. V. iungenda eſſe *ὑπέρθορον ἕρκιον αὐλῆς ῥεῖα, λαθὼν Φύλακάς τ' ἄνδρας, δμωάς τε γυναῖκας*. non autem *ῥεῖα λαθών*. *δμῶας* edd. ante Turnebum, qui correxit. *δμῶας* eſſet ab *οἱ δμῶες*.

474. *Φεῦγον ἔπειτ' ἀπάνευθε δι' Ἑλλάδος εὐρυχόροιο.* ξ— Scholion excidit: quod haud dubie iterum monuit,

Ἑλλάδα esse h. l. vrbem et regionem, cf. sup. ad 447 et 395 monent quoque Schol. br. et Vict. Versum recitat Strabo IX, p. 659 C. vt doceat Hellādem et Phthiam diuersa esse, et iterum p. 670 D.

475. Φθίην — μητέρα μήλων. Harlei. θηρῶν. Superscripto tamen μήλων. forte memoriae vitio ex aliis locis, vt de Ida Ξ, 283. At μητέρα μήλων vidimus iam Homerum B, 683. Commentatur in h. l. Teles Pythagoreus de exilio ap. Stobaeum Serm. XXXVIII, p. 231.

476. ἐς Πηλῆα ἄνακτα. Ven. ἄναχτα metro ingulato. Schol. A. memorat ἄναχθ' pro var. lect.

Est ad h. v. longum Scholion Porphyrii disputantis, quomodo Peleus hominem tanti flagitii confessum potuerit institutioni Achillis adhibere. Multa argutatur homo, prorsus haud recordatus, qua aetate, et inter quos homines facta haec esse narrentur.

477. καί με φίλησ', ὡσεί τε πατὴρ ὃν παῖδα φιλήσει. ξ — „quod ἐφίλησε sensu vulgari positum est, κατὰ τὴν ἡμετέραν χρῆσιν, scil. vt sit, amanter me excepit.“ Videsne scriptum μ' ἐφίλησε, quod et alii habent, Mori. Harlei. Vrat. b. Townl.

φιλήσει adscriptum ap. Barnes. e codd. Mori. Cant. Barocc. adde Vrat. A. cum tribus Vindob. et recte hoc se habet per se, ex vsu futurorum Homerico. φιλήσῃ tamen et edd. et codd. obsidet, et in his optimum quemque, etiam Townl. et Ven. accedente vsu Homerico, ὡσεί τε — φιλήσῃ. Vide Exc. II. ad h. lib. de ὡς.

478. μοῦνον τηλύγετον πολλοῖσιν ἐπὶ κτεάτεσσι. Versum recitat Plutarch. de amicor. multitud. p. 94 A. et de Consolat. p. 117 D. Etiam Pollux III, 10 vbi τηλύγετον interpretatur; de qua voce v. dicta ad Γ, 175.

480. ναῖον δ' ἐσχατιὴν Φθίης, Δολόπεσσιν ἀνάσσων. Videmus ex h. l. Dolopes, h. e. Dolopum partem, in ditione Pelei fuisse et in confiniis Phthiae in Thessalia habitasse. Nec tamen memorantur Dolopes in recensu copiarum Il. B, 681 sq. nec vllo alio in loco. At Pindarus Dolopum copias sub Phoenice memorauit versi-

bus a Strabone ſeruatis lib. IX, p. 659 A. v. Pindari fragm. incerta XVI. De Dolopibus variisque eorum ſedibus v. Notas ad Apollod. p. 895, 806. Verſum recitat Strabo IX, p. 659 B. loco tamen e margine interpolato et mutilo; item Schol. Apollonii I, 68. vbi Cimene Δολοπηΐς, Theſſalica vrbs, illuſtratur.

481, 2. Homerum ignoraſſe Chironis inſtitutionem et operam in educando Achille, iterum iterumque monent grammatici. Attamen Il. Λ, 831 de Achille dictum legitur: ὃν Χείρων ἐδίδαξε. Spectare ergo dicendum eſt verba ad ſolam ἰατρικήν, h. e. vulnerum medelam: a qua ad omnem Achillis inſtitutionem translata eſt res ab aliis, quae ſecundum Homerum Phoenici debebatur, v. Schol. Apollonii I, 558. Apollod. III, 13, 6. et Notas p. 800.

καί σε τοσοῦτον ἔθηκα. Refert τοσοῦτον ad virtutem Achillis Euſtathius. Enimuero eſt: ad hoc aetatis. σὲ τηλικοῦτον, recte Schol. br. Ad verbum: te tam adultum reddidi. Themiſtius Or. XIII, p. 173 ſuaviter haec ad Ciceronem et Muſam Gratianum inſtitutione ſua imbuentes verſum transfert.

482. ἐπεὶ οὐκ ἐθέλεσκες ἅμ' ἄλλῳ. Recitat Athenaeus lib. II, p. 23 F. ſed adnectit hemiſtichium vſ. ſequ. ἐνὶ μεγάροισι πάσασθαι. De voce πάσασθαι v. ad A, 464. a πάσσομαι ductum videri et diuerſum eſſe a πάομαι, poſſideo, docuit Erneſti ad Callim. in Cer. 69.

484. ἐπ' ἀμοῖσιν ἐγὼ γούνεσσι καθίσας. Erat in edd. γούνασσι, et vitio edd. et codd. γούνασι paſſim et καθίσας. γούνεσσι tamen Ven. Townl. Schol. A, etſi in hoc additur, rationem habere et alterum γούνασσι, et defenditur ex Od. Π, 443 πολλάκι γούνασιν οἷσιν ἐφεσσάμενος. — Defendunt tamen γούνεσσι codd. etiam altero loco P, 451. ergo repoſui, nam ſimiliter ἄνδρεσσι probatur prae altero ἀνδράσι.

485. ὄψου τ' ἄσαιμι, προταμών, καὶ οἴνου ἐπισχών. ὄψον Apion per κρέας reddiderat, quod reprehendit Apollon. Lex. h. v. ex Il. Λ, 629 ἐπὶ δὲ κρέωνων, ποτῷ

ὄψον; esse enim quodcunque προσόψημα cum pane; at vero dicitur ὄψον quodcunque comeditur; πᾶν τὸ ἐσθιόμενον, ὄψον καλεῖται, vt recte Schol. A. B. L. Vict. nec Apionis interpretatio, ad h. l. spectans, est reiiciendа; quia προταμῶν adiicitur. Cæterum opera multorum in voce hac illustranda posita fuit, inprimis ad N. Eoed. scriptores. Spectat quoque ad h. v. Hesychii glossa: ἄσαιμι. πλησθείημι. περάσαιμι. ab ἄδω. Qua de voce v. Excurs. L. ad Il. K.

ὄψου τ' ἀ. Abest τ' posit ὄψου in Cant. vno Vindob. Vrat. b. Townl. Ven. etiam in Schol. Aristoph. Pac. 1167. et Hesych. in voc. πρό. Probat tamen copulam sensus et aurium iudicium.

οἶνον ἐπισχών. Obseruant vocem propriam. Sic Aristoph. Pac. 1167. ἐσθίω κἀπέχω. καὶ ἐπέχω. Schol. τῷ στόματι προσάγω. adscripto versu nostro. Simili modo μαστὸν ἐπέσχον Il. X, 83. Conuenit προσφέρειν de cibo ori admoto alterius; sibi autem προσφέρεσθαι.

486. ἐπὶ στήθεσσι. Cant. ἐνὶ. vn. Vindob. στήθεσφι. Cæterum multum operae consumunt viri docti, Scaliger, Barnes, Clarke, Riccius in loco hoc vel impugnando vel defendendo per similes locos. Sufficere poterat, non ex nostro sensu haec esse diiudicanda; nec probanda haec aut placitura essent, si nostro tempore scriberentur.

487. οἴνου ἀποβλύζων. Apollon. Lex. h. v. laudatis his verbis, subiicit: ἀναβάλλων. τῶν πεποιημένων ἡ λέξις. Etymol. ἀντὶ τοῦ, ἀπεμῶν. ὁ τρόπος ὀνοματοποιία. Dictum alias de aquis ebullientibus, vel salientibus. Apollon. IV, 924 ἀναβλύζουσα Χάρυβδις. Ducta vox a βλύω. πύματά τε σκληροῖσι περιβλύει στιλάδεσσι ibid. IV, 788. Idem φλύω, eodem vsu, ἀνὰ δ' ἔφλυε καλὰ ῥέεθρα inf. Φ. 361. „γρ. οἴνου ἀπὸ βλύζων." Barnes. perperam. ἀποκλύζων Cant.

ἐν νηπιέῃ ἀλεγεινῇ. A νήπιος est νηπίειος et νηπίεος. vnde νηπιέη sc. ἡλικία vel ἀνατροφὴ, vt recte docet Eustath. In Hesych. est prius: νηπιέη, ἡ τῶν παίδων ἡλικία.

Ita h. l. ἐν νηπιέῃ est per infantiam, aut infantiae more, νηπίως. sicque ἀλεγεινὴ est, quae molestias aliis creat. Alterum est in Schol. Ir. et Etymol. ἐν τῇ χαλεπῇ παιδοτροφίᾳ. ἀνατροφῇ. Apud Quintum, qui totum locum in Phoenicis luctu super Achillis morte ante oculos habuit, lib. III, 460 sq. est vs. 474 καί μεν νηπιέῃσιν ὑπ' ἐννεσίῃσι δίηνας στήθη ἠδὲ χιτῶνα.

488. πολλὰ πάθον καὶ πολλὰ μόγησα. Aristarchea lectio, eaque Ionica. Etiam Cant. πολλὰ πάθον. Vulgg. πόλλ' ἔπαθον καὶ πόλλ' ἐμόγησα.

489. ὤ μοι ὅτι θεοῖ γόνον ἐξετέλειον. Mori. et vn. Vindob. ἐξετέλεσσαν.

490. ἀλλὰ σὲ, παῖδα — Omnes Schol. ἀλλὰ σὲ. δρ' ἀστονεῖται τὸ σὲ, ὅτι δεικτικόν ἐστι.

492. οὐδέ τί σε χρή. Scribunt alii οὐδ' ἔτι.

493. στρεπτοὶ δέ τε καὶ θεοὶ αὐτοί. Sch. A. στρεπτοί, εὐμετάστρεπτοι, εὐμετάβλητοι, εὔπειστοι, vno verbo idem quod τρεπτοί. quod etiam legitur in vno Vindob. in alio θρεπτοί. Prius ferri possit, quia saepe occurrit, ἐτράπετο Φρήν. τρέπειν Φρένα, et mox 496 παρατρωπᾶν. Verum et στρέφειν recte dicitur. Inf. O, 203 ἦ τι μεν, τὸστρέψεις; στρεπτοὶ μέντοι Φρένες ἐσθλῶν. Aristid. in Serap. To. I, p. 54 στρεπτοὺς καὶ παραίτητους θεοὺς hinc appellat. Argutatur in hoc versu Iustinus Cohort. s. 24. 25 et excitauit versum Maximus Tyrius aliquoties et alii, cum Cyrillo adu. Iulian. V, p. 163 D. non vidente, quomodo effugiat ipse τὸ ἀνθρωποπαθὲς deo tribui solitum in hoc, quod irascitur et placatur.

Contrarium his legitur Od. I, 147 οὐ γὰρ ἄλφα θεῶν τρέπεται νόος. Scilicet vtrobique causae inseruiendo dixit poeta. στρεπτοὶ δέ γε, Plato de Rep. II, p. 364 habet et Stobaeus Serm. XX, p. 173. vbi vs. 492. 3. recitat, at Ecl. phys. I, 53. p. 138. Heer. (I, 4. p. 10. Cant.) vulgatum legitur.

495. 6. 7. videbis ap. Stobaeum Ecl. I, 4. l. c. et apud Platon. l. l. et Athenag. Deprecat. pro Christ. s. 12.

495. *καὶ μὲν τοὺς θυέεσσι καὶ εὐχωλῇς ἀγαιῆσι.* neglecta Ionica forma in codd. et ap. Platon. eſt, *θυσίαισι καὶ εὐχωλαῖς.* vt et Athenag. l. c. *θυσίῃσιν.* qui et *καὶ τοὺς μὲν* ſcripſit, lenius ad aurem. *καὶ μὲν* eſt idem quod *καὶ μήν.*

496. *λοιβῇ τε κνίσῃ τε παρατρωπῶσ' ἄνθρωποι.* Scriptum in aliis *κνίσῃ*, de quo v. dicta ad A, 66. etiam ſic Ven. vbi Schol. A. „in aliis *λοιβῆς τε κνίσης τε.* ſcripſerat grammaticus: *λοίβης τε κνίσης τε.* In Flor. et Aldd. *λοιβῆς τε κνίσῃ τε* cum Vrat. c. At induxit *λοιβῇ τε κνίσῃ τε* Turneb. e Rom. ſic quoque Athenag. l. c. *ἀνθρώπων* Vrat. A. inſcite.

497. *λισσόμενοι, ὅτε κέν τις ὑπερβήῃ καὶ ἁμάρτῃ.* In *ὑπερβήῃ* variat et hic ſcriptura. *ὑπερβήῃ* eſt quoque in edd. Platon. l. c. in aliis *ὑπερβήῃ.* Etiam Schol. br. *ὑπερβήῃ. παρέλθῃ. ἄλλοι δὲ γράφουσιν· ὑπερβήῃ, ἀντὶ τοῦ ὑπερβαίῃ.* hoc ipſum, *ὑπερβαίῃ* eſt ap. Stobaeum l. c. et Athenag. l. c. et in vno Vindob. *ὑπερβείῃ* in alio. At *ὑπερβήῃ* eſt pro *ὑπερβῇ.* De vario ſcribendi vſu vidimus in ſimilibus: ad B, 34 *ἀνήῃ.* ad E, 598 *στήῃ.* Quod ad *ὑπερβῆναι* attinet, eſt id, vltra modum et fines procedere, et hinc peccare. vnde *ὑπερβασία.*

498. 499. *καὶ γάρ τε Λιταί εἰσι — γάρ τοι* vn. Vindob. Videmus in hoc loco exemplum nobile elocutionis ſymbolicae priſcorum hominum, abstracta et cogitata in perſonas mouentes ſe et agentes mutantium! in quem vtique morem non Homerus primus inciderat. Apud Herodot. VI, 86, 3 in oraculo: *Ὅρκου παῖς ἐστὶν ἀνώνυμος, οὐδ' ἔπι χεῖρες, οὐδὲ πόδες, κραιπνὸς δὲ μετέρχεται, εἰςόκε πᾶσαν συμμάρψας ὀλέσῃ γενεὴν καὶ οἶκον ἅπαντα,* multo minus probabiliter efficta. Eſt *Ὅρκου* filius Vindicta periurii, eſt ſine manibus et pedibus, et tamen celeriter perſequitur periuros. At in noſtro loco *Ἄτη* pedibus valida raptim incedit, tardiore ſequ[illegible]r greſſu *Λιταί*, preces, quibus is, qui *ἄτην* comm[illegible] poenitendum ſibi eſſe culpae videns, iterum exorat [illegible]placat eum, quem iniuria affecit.

Apponam iam potiora ac meliora de Λιταῖς a grammaticis obſeruata, in Sch. A. B. L. Vict. Euſtathius multa inani opera cumulat. Facit poeta Λιτὰς deas, Iouis filias, vel *πρὸς ἐντροπήν*, vt eas reuereamur, vel quia Iupiter vltor ſupplicum eſt, *ἐπιτιμήτωρ ἱκετάων* Od. I, 270. alterum hoc verius; quod illuſtrauit Koeppen ad h. l. Tribuit porro iis ex poetarum more, (Schol. Eurip. Or. 256. verſu hoc laudato) ea, quae in *ſupplicibus miſeris* notantur: *ἐν δὲ τούτοις τοῖς ἔπεσι τὸ τῶν ἱκετευόντων σχῆμα διαπέπλασται.* Sunt eae *claudae*, *χωλαὶ*, *διὰ τὸ βραδέως καὶ μόλις προϊέναι*, ad deprecandam iniuriam; cum contra ad iniuriam inferendam praecipites ferantur homines, vnde Ἄτη *ἀρτίπους*. Alii tarditatis cauſſam in eo ponunt, *ὥστε σεβασμιωτέρας φαίνεσθαι*. minus ſcite. multo minus probabiliter Demetr. de Elocut. 7 ad *μακρολογίαν ἱκετευόντων* refert. *rugoſas* facit Λιτὰς, *ῥυσὰς*, propter frontem rugoſam, *διὰ τὸ συνθρωπάζειν*. At Sch. br. et Etymol. omnino *αἱ ἀπογεγηρακυῖαι καὶ ῥυτίδας ἔχουσαι*, etſi alterum mox ſubiiciunt; reſtat puto tertium, vt *moerorem poenitentiae* prae ſe ferant: quo conſumtum corpus ſqualet; ſqualor autem proprius moerentium. Tandem *παραβλῶπες ὀφθαλμῷ* ſunt Λιταί, *διάστροφοι τὰς ὄψεις* (quod et Heſych. habet) vel *διεστραμμέναι*, *παραβάλλουσαι τοὺς ὤπας*, in obliquum torquentes, quod faciunt alias ſtrabi; alio loco p. 994, 52 Euſtathius ex Aeſchylo laudat *ὄμμα παραβλὼν θύννου δίκην*. at h. l. quia *poenitentia*, *pudore*, vix audent attollere oculos aduerſus eos, quos iniuria affecerunt, quibusque nunc, vt ſibi ignoſcant, ſupplicant. Exprimitur *τὸ δυσωπεῖσθαι*. cf. Euſtath. In Apollon. Lex. eſt tantum *παραβλῶπες*, *παραβλέπουσαι*. Etymol. *στραβαί*. In Schol. A. et B. pro Scholio ſubiicitur locus ex auctore Allegor. Homer. c. 37. ed. Schow. in quo allegoriae Λιτῶν partes ſingulae non male illuſtrantur. Reſpicit locum Demetrius de Elocut. ſ. 7. *τὸ δὲ ἱκετεύειν μακρὸν καὶ ἐδύρεσθαι. αἱ Λιταὶ καθ' Ὅμηρον καὶ χωλαὶ καὶ ῥυσαὶ ὑπὸ βραδυτῆτος, τουτέστι ὑπὸ μακρολογίας.* delenda in his *καὶ ῥυσαί*. Schol.

ad e. l. χωλαὶ μὲν διὰ τὸ μόγις εἰς δεήσεις ἔρχεσθαι. ῥυτσαὶ δὲ διὰ τὸ σκυθρωπάζειν. παραβλῶπες δὲ, ὅτι παριδόντες τι τῶν ἀναγκαίων παρακαλοῦμεν ὕστερον. parum acute.

Iam in vocibus ῥυσαὶ ſcripſi; vulgo ſcriptum ῥυσταὶ, ignoratione prosodiae; nam ῥυσὸς per ſe penultimam habet longam; vt ex ῥυτὶς, ruga, patet, a ῥύω, ῥύσω, priore longa. Sic quoque exaratum eſt in Cant. Lipſ. Townl. Ven. Schol. Etymol. Heſych. cod. ap. Schow. Adde edd. Flor. Aldd. Turn. Steph. nec habet litteram geminatam, niſi ed. Rom. et Oxonienſes, quos ſequutus eſt Barnes cum aliis. Verſum in Athletas transfert Galen. Protrept. f. 11. — παραβλῶπες, penultima ſignata accentu, non vt ἑλίκωπες, κύκλωπες. qua de re plenius dictum eſſe ait Schol. A. „ἐν τοῖς περὶ σχημάτων.“ Fuit is Herodiani liber, memoratus in Schol. B. et L. ſup. ad Γ, 391. De voc. adde Euſtath.

ὀφθαλμώ. ὀφθαλμῶν, e minus obuio duali natum, exhibent tamen Vrat. b. Townl. Ven. cum Schol. Etymol. in παραβλῶπες. Euſtath. ὀφθαλμῶν ἢ ὀφθαλμώ. dictum pro κατὰ τὼ ὀφθαλμώ. Vindob. vn. ὀφθαλμῶ: et al. ὀφθαλμούς. At Suidas: τὼ ὀφθαλμώ, in παραβλῶπες, παρορῶντες. διεστραμμένας ἔχοντες τὰς ὄψεις. Gloſſam Heſychianam Αἶται etiam Bentl. emendarat Λιταί.

500. μετόπισθ' Ἄτης. μετόπισθεν vitio metri edd. Flor. Ald. 1. Rom. emendauit Ald. 2.

Locum ſequ. ante oculos habuit Lucian. Imagg. 21.

501. ἡ δ' Ἄτη σθεναρή τε καὶ ἀρτίπος, οὕνεκα πάσας — ξ— „ὅτι οὕνεκα ἀντὶ τούνεκα.“ Tam leue Scholion vix expectabas a grammatico Ven. A. Notatum porro, quod ἀρτίπος eſt, ὁ τοὺς πόδας ὁλόκληρος. Schol. br. ἄρτιος καὶ ὑγιὴς τοῖς ποσίν. Addunt Schol. B. L. Vict. Euſtathius alio loco τῆς Ἄτης ἀπαλὼ τὼ πόδε eſſe; ſcil T, 92 τῆς μέν θ' ἀπαλοὶ πόδες. quandoquidem ibi de iniuria inferenda agitur, quod fit caeco hominis impetu, ita vt non animaduertat aut ſentiat ſe abreptum ira vel cupiditate in magna mala ruere parando malum alteri: quod per occaecatam ἐκ θεοῦ mentem refert Schol. Ae-

ſchyli Perſ. 95. Binis his locis I, 501 et T, 92 comparatis exemplum tenemus mythi allegorici a poeta pro conſilio diuerſis locis diuerſo modo variati.

502. πολλὸν ὑπεκπροθέει, φθάνέει δέ τε πᾶσαν ἐπ' αἶαν. Erat φθάνει cum ſtigme: ⊱ „quod Zenodotus φθανέει legebat; enimuero φθάνει h. l. producit primam, Sch. A. Zenodotum veram lectionem h. l. et Φ, 262 ſervaſſe nullus dubito; habet enim φθάνω priorem breuem vſu poetarum et ratione, vt alia verba in ανω, apud ipſum Homerum; ſic λαγχάνω Od. I, 160. τυγχάνω Od. Ξ, 231. λανθάνω Od. M, 297. ἀνδάνω, Od. B. 114. Eſt porro vſus duplicis huius formae etiam in aliis, μένω, μενέω. θέλω, θελέω. θάνω, θανέω. ergo et φθάνω, φθανέω.

Iungenda autem ſunt φθανέει βλάπτουσα, ſicque interpunxi.

503. αἱ δ' ἐξκκέονται. Vrat. b. ταὶ δ' ἐξ.

504. ὃς μέν τ' αἰδέσεται. Koeppen malebat ὃς μέν κ' αἰδέσεται, per κε, vſu Homerico cum futuro.

505. τόνδε μέγ' ὤνησαν καί τ' ἔκλυον εὐξκμένοιο. ⊱ „quod δὲ abundat" Sch. A. Scilicet Venetus ſcribit τὸν δὲ, male. Ariſtarchus legebat εὐχομένοιο. Debuit quoque eſſe forma Ionica καί τε κλύον.

506. ὃς δέ κ' ἀνήνηται καί τε στερεῶς ἀποείπῃ. ἀποείπῃ nunc eſt, reiecerit, haud admiſerit; quod et ἀναίνεσθαι eſt; vt dictum eſt ſup. ad vſ. 309. Ad h. v. ſpectat Heſych. ἀνήνηται. ἀποτρέψηται, ἀπαρνήσηται. Minus conſtanter Etymol. p. 106 et 107.

508. ἵνα βλαφθεὶς ἀποτίσῃ „γρ. ἀποτίνῃ" Schol. A. ſic quoque vnus Vindob. alius ἀποτίῃ. Subintelligendum: τὴν ποινήν. vt plene ſit: ἵνα ἀποτίσῃ τὴν ποινὴν τοῦ ἀπαναίνεσθαι, βλαφθεὶς, h. e. τῷ βλαφθῆναι, τῷ βλάπτεσθαι, τῇ βλάβῃ. cum nunc ipſe apud alterum veniae locum ſibi non eſſe viciſſim viderit.

509. πόρε καὶ σὺ Διὸς κούρῃσιν ἕπεσθαι τιμήν. Naturalis ordo: πόρε καὶ σὺ, (δίδου) τιμὴν ἕπεσθαι (παρεῖναι, εἶναι) ταῖς Διὸς κούραις. fac, maneat Precibus honor ſuus, ſcil. vt admittantur, ſi ὁ ἱκέτης deprecatus

fuerit iniuriam temere illatam. Argutius Koeppen: *πόρε τοῦτο τκῖς κόραις Διὸς, ἕπεσθαί σοι τιμὴν ἐξ Ἀγαμέμνονος.*

510. *ἦτ' ἄλλων ἐπιγνάμπτει νόον ἀνδρῶν.* ſollenni varietate, *ἐπιγνάπτει* Mori. Cant. Harl. Vrat. b.

νόον ἀνδρῶν. edd. Flor. Ald. nec modo prima, ſed Aldd. omnes, cum edd. ſeqq. praeter Romanam, e qua *φρένας* intulit Turnebus. At *νόον* ſtabiliunt codd. Cant. Barocc. Vrat. b. c. A. Moſc. 3. vn. Vindob. Townl. Ven.

511. *τὰ δ' ὄπισθ' ὀνομάζοι. ὀνομάζει* Cant. vn. Vindob.

512. *ἀλλ' αἶεν ἐπιζαφελῶς χαλεπαίνοι.* Grammatici multi ſunt in obſeruanda mutatione accentus, cum ſit *ἐπιζάφελος*, et *ἐπιζαφελὴς*, poterat itaque eſſe quoque *ἐπιζαφέλως*. Euſtath. haec repetit ex Apione et Herodoro; leguntur quoque in Etymol. et Sch. A. et in Schol. Vict. In Schol. A. *ἐχθρὸς δὲ, εἰ παρὰ τὸ ζ.* corrige *ἐχρῆν δὲ* — Eſt autem *ζάφελος* et *ἐπιζάφελος* inf. 521 ductum ab *ὄφελος*· v. Etymol. l. c. *ὁ ἐπηυξημένος*, (ſic quoque Apollon. h. v. *ἔγκειται γὰρ τὸ ὀφέλλειν*) inde omnino vehemens, *σφοδρὸς, θυμώδης καὶ ἰσχυρός.* At videntur grammatici haud meminiſſe, fuiſſe quoque *ζαφελὲς*, vnde *ζαφελῶς* ductum. Videbis illud ap. Heſych. et Suidam.

χαλεπαίνῃ Barocc. et vn. Vindob.

513. *μῆνιν ἀποβρίψαντα.* vt iterum Π, 282 *μηνιθμὸν μὲν ἀποβρίψαι φιλότητα δ' ἑλέσθαι.* alias *ἀποθέσθαι, ἀπειπεῖν*, et vno verbo *ἀπομηνίειν.*

514. *Ἀργείοισιν ἀμυνέμεναι χατέουσί περ ἔμπης. χατεῖν* nunc non eſt *indigere*, ſed *deſiderare, poſtulare, optare.* vt ſaepe: v. c. Od. B, 249 et Od. Λ, 349 *νόστοιο χατίζων.*

515. Reprehendit haec Plato de Rep. III, p. 390 D. E. nec vero poetam, ſed *τὰ ἤθη.*

νῦν δ' ἅμα τ' αὐτίκα πολλὰ διδοῖ, τὰ δ' ὄπισθεν ὑπέστη. ἅμ' αὐτίκα Cant. debebat ſaltem *νῦν δέ θ'*

ἅμ' αὐτίκα. τὰ δ' ὄπισθ' ὀνομάζει. Cant. et Barocc. et cum vitio verſus ὄπισθ' ὑπέστη Mori.

516. ἄνδρας τε λίσσεσθαι. ξ — „quod ſe ipſum Phoenix non comprehendit numero legatorum.“ Spectat ad memorata ad 182. nec tamen apparet, cur non ipſe Phoenix comprehendi potuerit ſub voc. ἄνδρας ἀρίστους. forte grammaticus legerat ἀρίστω, quod et in vno Vindob. legitur. Ita vero et ἄνδρε lectum eſſe putes; id tamen neceſſe non eſt; cum dualis et pluralis coniungantur inter ſe. ἄνδρας τε Cant. δ' ἐλίσσεσθαι Vrat. b. Tum pro ἐπιπροέηκεν ἀρίστους, ἐπεὶ πρ. laudat Schol. B. ad K, 67 et κρινάμενοι vſ. ſequ.

517. λαὸν Ἀχαιϊκὸν. Ἀχαϊκὸν ſollenni vitio edd. ante Stephan.

518. τῶν μὴ σύγε μῦθον ἐλέγξῃς. Schol. A. μὴ ἀποδοκιμάσῃς — B. L. Vict. μὴ ἀτιμάσῃς, μὴ ὀνειδίσῃς τὸν ὑπὲρ ἀξιώσεως καὶ πρεσβείας λόγον αὐτῶν, μηδὲ τὴν (ἐνδάθε addunt Sch. br.) ἄφιξιν αὐτῶν. add. Euſtath. Ad h. v. ſpectat Apollon. et Heſych. ἐλέγξεις corr. ἐλέγξῃς. et in voc. τῶν μὴ σύγε μῦθον ἐλέγξῃς. σὺ τὴν ἱκετείαν τούτων μὴ ἐπονείδιστον ποιήσῃς.

520. ἐπευθόμεθα κλέα ἀνδρῶν. Eſt hiatus in κλέα ἀνδρῶν. Bentl. emendat κλεᾶ. Potuit quoque eſſe κλέε' ἀνδρῶν ex κλέος, κλέεος. potuit quoque ipſum κλέος ſcriptum eſſe. Eſt autem h. l. fama, narratio, non vero facta maiorum. Similis disputatio erat ſup. vſ. 189.

521. ὅτε κέν τιν' ἐπιζάφελος χόλος ἵκοι. pro ἐφίκοι κέν τινα. Poſſit quoque ſcribi ὅτε κέν τιν' ἔπι ζάφελος. Sed vidimus iam 512 αἰὲν ἐπιζαφελῶς χαλεπαίνοι. vbi v. plura. Porro iuterpungere forte tentes: κλέα ἀνδρῶν, ἡρώων ὅτε κέν τιν' — at ἄνδρες ἥρωες iunctim efferenda ſunt; neque praeſtat iungere τῶν πρόσθεν ἐπευθόμεθα κλέα, ἀνδρῶν ἡρώων ὅτε κέν τιν' — Tum e vulgari modo loquendi eſſe debebat: ἐπευθόμεθα, ὅτι, ὅτε — χόλος ἵκοι, δωρητοὶ πέλοντο. Pro vulgari: ἐπυθόμεθα, αὐτοὺς δωρητοὺς πέλεσθαι, γεγονέναι. Tandem: ὅτε κέν τινα χόλος ἵκοι, eſt, vt P, 399 iterum, ἐπί τινα. ἐφίκοιτό

τινα. nam ſollenne hoc eſt de animi affectibus, qui animum inuadere, occupare, dicuntur. Sic πένθος, ἄλγος, κάματος. Sic Od. A, 342 μὲ καθίκετο πένθος. Idem δύειν.

ὅτε κέν τις vn. Vindob.

ἧκοι eſt ap. Apollon. Lex. in ἐπιζάφελος.

522. δωρητοί τε πέλοντο; παραρρητοί τ' ἐπέεσσι. „γρ. δωρητοὶ τ' ἐπέλοντο" Barnes. ſane ſic Mori. et Ariſtot. edd. Rhet. III, 5, 4 δωρητοὶ δ' ἐπέλοντο.

δωρητοὶ, δώροις πειθόμενοι· Sch. br. et Heſych. παραρρητοὶ, παραμυθητοί. e pluribus ap. Heſych. vnum hoc ad h. l. ſpectat: qui ſe moneri, ſibi conſuli patiuntur. inf. N, 726 Ἕκτορ, ἀμηχανός ἐσσι παραρρητοῖσι πιθέσθαι.

Secundum ſuperiora ſententia vſſ. 520. 1. 2 haec eſt: Accepimus etiam veteres heroes placari ſe paſſos eſſe precibus ac donis.

523. Μέμνημαι τόδε ἔργον. Nunc contrarium exemplum ſubiicit hominis implacabilis, qui munera et preces repulit, poſtea autem coactus fuit idem, quod rogatus fuerat, facere gratis. Nihil ſane eſſe poterat potentius ad Achillem meliora edocendum. Enimuero factum et hic ſollenne illud, quod per omnia tempora, et hac ipſa aetate noſtra factum vidimus, vt non niſi ſuis quisque ſeu populus ſeu homo erroribus malisque edoctus emendetur. Stultitiae ille alienae malis propoſitis haud mouetur, ipſe peruicax ad eosdem euentus properat. Quo magis ſibi ſupplicari videt, tanto minus exorandum ſe praebet; tanto maiore cum ſuperbia reſpondet; ad vltima redactum eſſe vult eum a quo ſibi iniuriam factam eſſe ait. Ita muneribus nunc ſpretis, mox, Patroclo caeſo, ſuopte impetu in pugnam progreditur — Obſerua quoque vſum priſcorum hominum docendi et monendi per exempla.

Ceterum eſt diſerta narratio rei ex antiqua memoria petitae. Fuit aliquando Aetolorum, quorum genus ab Aeolo ductum erat, e cuius progenie Aetolus erat, non obſcura fama, et in his Oenei, Meleagri, Tydei, Dio-

medis: v. Apollod. I, 7, 6 ſq. et ibi Not. Aetoli ſerius loca occupauerant, Curetibus expulſis, quorum pars in Acarnaniam ſeceſſit: v. ſup. Not. ad B, 638—644. Strabo X, p. 713 C. 714. Nihil mirum, ſi inter ambo populos diſſidia et praelia extiterunt. *Calydon* tenebatur ab *Aetolis:* eam oppugnarunt *Curetes;* quorum vrbs primaria erat *Pleuron:* v. ad B, l. c. cui imperabat *Theſtius*, Althaeae pater; Aetolis praeerat *Oeneus* eiusque filius *Meleager*. Ceterum narratio paullo fuſior eſt, minusque ſcienter diſpoſita, quippe pro ingenio ſenis narrantis, et pro indole iſtarum aetatum. Ad rem hoc vnum ſpectabat, Meleagrum, Calydone oppugnata, reieciſſe preces et munera eorum, qui vt vrbi ſuccurreret, ſupplicabant, mox idem feciſſe gratis; at Homerus interponit memorationem venationis apri Calydonii, de qua aliquando carmina extiterunt: narrationem variarunt tragici inprimis in fatis Meleagri verſati: v. Apollod. I, 8 ibique not. Munck. et Verheyck. ad Antonin. Met. f. 2. et Schol. ad h. l. Quintil. X, 1, 49 *ſignificanter* narrata haec eſſe ait; σημαντικῶς, verbis maxime propriis et rem clare perſpicueque declarantibus. Conſtituit hoc partem τοῦ ἐναργοῦς, quod in narratione praecipuam laudem habet.

523. μέμνημαι τόδε ἔργον ἐγὼ πάλαι, οὔτι νέον γε. ξ, quod νέον eſt νεωστί." Sch. A. ſcilicet ἔργον, πρᾶγμα, νέον ſuppleuit γενόμενον. Notat quoque Apollon. Lex. laudato ſimul B, 88 αἰεὶ νέον ἐρχομενάων.

οὔτι νέον τε Vrat. A.

Homerus non ait ipſum Phoenicem interfuiſſe venationi apri Calydonii, at alii eum in numerum retulere, vt Ouid. Met. VIII, 307.

524. ὡς ἦν· ἐν δ' ὑμῖν ἐρέω πάντεσσι Φίλοισι. Sch. A. obſeruant, poſſe ὡς ἦν et ad antec. et ad ſeqq. referri, alterum hoc fieret durius dictum pro ὡς δὲ ἦν, ἐν ὑμῖν ἐρέω. Quaeri quoque poteſt, an μέμνημαι τόδε ἔργον iungendum ſit cum caſu quarto, quandoquidem caſus ſecundus iungi ſoleat; poteſt tamen inſtrui iunctu-

ra ſic: *μέμνημαι, τόδε ἔργον ὡς ἦν.* cf. ad Z, 222 *Τυδέα δ', οὐ μέμνημαι.*

ἐν δ' ἡμῖν Flor. Ald. 1. cum Vrat. c.

525. *Κουρῆτές τε μάχοντο.* — Scribendum eſſe *Κουρῆτες* monent Schol. A. vt discernantur ab alteris, *οἱ κούρητες Ἀχαιῶν*, (T, 248) pro, *οἱ κοῦροι, νεανίαι.* Eadem monent Etymol. et Heſych. primoque loco Apollon. Lex. De Curetibus v. Obſſ. ad B, 638. 639.

Strabo VIII, p. 524 B. verſum inter exempla refert ſchematis, quo totum primo memoratur, tum pars ei ſubiicitur; nam et Curetes Aetoliae fuiſſe." Recte quidem; ſed iſta aetate Aetoli nondum nomen vniuerſae gentis erat, nec Aetoliae nomen ſenſu ſeriorum. Locus iſte inſertus eſt iterum lib. X, p. 711. et, ex margine ſuſpicor, p. 714 C.

μενεχάρμαι. ὁ ὑπομονητικὸς ἐν μάχαις. Suidas. v. ad Λ, 122.

527. *Αἰτωλοὶ μὲν* — ξ— quod, cum ante eſſent *Κουρῆτες καὶ Αἰτωλοί*, nunc priore loco *Αἰτωλοὶ* memorantur. Referunt hoc ſaepius obſeruatum inter ſchemata. Obſeruant porro *ἀμφὶ πόλιν Καλυδῶνα* 526 eſſe *περὶ Καλυδῶνος.* Pluribus hoc illuſtrauit Koeppen.

530. *χωσαμένη, ὅ οἱ οὔτι θαλύσια γουνῷ ἀλωῆς Οἰνεὺς ῥέξε.* Eurip. in fragm. Meleagri I. Oeneus *πότ' ἐκ γῆς πολύμετρον λαβὼν στάχυν, θύων ἀπαρχὰς οὐκ ἔθυσεν Ἀρτέμιδι.* *χωομένη*, vn. Vindob.

Sch. A. *Θαλύσια, ἑορτή, ἐν ᾗ τὰς ἀπαρχὰς τοῖς θεοῖς ἐπιθύουσι τῶν καρπῶν.* Conueniunt cetera Scholia et Apollon. Lex. Heſych. Etymol. Euſtath. Occurrit vox in Theocr. VII, 3 ad quem cf. Schol. qui h. l. laudat.

γουνῷ ἀλωῆς. vocem ad h. l. explicuit iam Apollon. Lex. *γουνοὺς καλοῦσι τοὺς γονίμους τόπους.* et Schol. br. *ἐν τῷ γονιμωτάτῳ καὶ καρπίμῳ* (f. *καρπιμωτάτῳ*) *χωρίῳ τῆς γῆς.* Similia ſunt apud Heſych. Suidam, Euſtath. Etymologum, qui tamen addit alterum etymon a *γόνυ*, vt ſit locus agri editior. Prius tamen ex antiquo ſermone ſeruatum cenſeo: v. Notam. adde Schol. ad P, 57.

531. Οἰνεὺς ῥέξ'. Harl. Vrat. b. Ven. ἔρξ'. nil refert.

532. Οἳ δ' οὐκ ἔῤῥεξε. ed. Flor. ἔρεξε. ſi antiquam ſcripturam redhibere voluit, recte.

533. ἦ λάθετ', ἦ οὐκ ἐνόησεν· ἀάσατο δὲ μέγα θυμῷ &c. „quod Zenodotus ediderat: ἐκλάθετ' οὐδ' ἐνόησεν. non intellexit, inquit Sch. A., quod duo iſta inter ſe differunt: τὸ μὲν γὰρ „ἐλάθετο" ἑκὼν παρέπεμψεν· τὸ δὲ „οὐκ ἐνόησεν" οὐδὲ τὴν ἀρχὴν κατὰ νοῦν ἔσχε. Nec aliter Schol. B. L. Vict. qui ex iſtis eſt emendandus. Recte haec, quatenus diuerſa ſunt, omnino aliquam rem in animum non admittere nec de ea cogitare; et, de ea quidem cogitaſſe, mox autem, vbi opus erat, non meminiſſe. Verum τὸ ἑκών, quod grammatici addunt, non videtur ſatis opportunum eſſe. nam, qui obliuiſcitur, non volens ac lubens id facit, ſed potius inuitus, ita vt mox incogitantiae poeniteat. Ita tamen etiam Apollon. Lex. et ex eo Heſych. ἑκόντα παραπέμψασθαι, cum hoc verſu: cogitaſſe videntur de ea obliuione, quae cum incuria coniuncta eſt, vt λαθέσθαι, obliuiſci idem ſit quod ἀμελῆσαι. Leuiora ſunt in Schol. br. et ap. Euſtath. ὅτι ἢ ἐνθυμηθεὶς τὴν Ἄρτεμιν, αὖθις ἐξελάθετο, ἢ οὐδόλως ἐπὶ νοῦν αὐτὴν ἔλαβε.

ἦ οὐκ vna ſyllaba pronuntiatum, alibi ſcribi ſolitum ἦ 'υκ. Clarke laudat E, 349. Eurip. Or. 597.

ἦ λάθ' ἦ οὐκ ἐνόησεν. Schol. Victor. vitio, puto, non variatione.

ἀάσσατο. ſe ipſum in fraudem et malum induxit deſipiens. Cum breuis ſit ſyllaba media in ἀάσατο, vt cetera reſponderent, ſcripſi ἀάσσατο. v. ſup. ad vſ. 116. et Excurſum de hac voce. Eſt quoque ſic in vno Vindob.

Pro δὲ μέγα Barnes induxerat δή, tanquam maxime neceſſarium. Atqui ſexcenties δὲ ponitur, vbi δὴ locum haberet; δὲ enim Homero ſollenne eſt; modo copulatiue, modo aduerſatiue, modo aliis modis iungitur; vt ſolent particulae in ſermone non omnino expolito parum definitum vſum habere.

534. *δῖον γένος, ἰοχέαιρα.* Referunt *δῖον γένος* ad Achillem Schol. B. L. Vict. *o dea nate. οὐδέποτε γὰρ ἐπὶ θεοῦ τάσσει τὴν λέξιν.* Eſt vtique obſeruatio peracuta. Si *Διὸς γένος* eſſet, nil repugnes, quo minus ad Dianam referatur. Si tamen cogites, eam quae *Διὸς γένος* eſt, etiam eſſe *δῖαν*, neſcio an argutum magis eſſe dixeris quam verum, Dianam *δῖον γένος* eſſe non poſſe. Nicanor ſaltem de Diana accipere haud veritus eſt; idque verborum collocatio ſuadere videtur. Euſtathius *δῖον* idem eſſe ait quod *Δίιον γένος.*

ἰοχέαιρα. v. ſup. ad E, 53.

535. *ὦρσεν ἔπι χλούνην σῦν ἄγριον ἀργιόδοντα.* Mirae ſunt disputationes ſuper hoc verſu ap. Schol. A. B. L. V. Sch. br. Euſtath. p. 772 f. Pro *ὦρσεν ἔπι*, quod eſt *ἐπῶρσεν* ſcripſere alii *ἐπὶ χλούνην*, et hoc acceperunt dictum pro *χλόην*, *in herbam excitarunt* parum docte. Recte alii *χλούνην σῦν* factam viderunt ex *χλοεύνην*; et, ſi iterum de ſenſu ambigerent. Eſt doctum Scholion in Ven. B. cum altero in Euſtath. in quo ex Ariſtophane *ἐν τῷ περὶ ὀνομασίας ἡλικιῶν* locus affertur; ſed argutiae iſtae nihil ad rem faciunt. Eſt in his „*οἱ δὲ τὸν ἐντομίαν.*“ corrupte pro *τὸν ἐκτομίαν.* vt *ἐθρὸς, τομίας κριὸς* eſt ap. Heſych. vulgare eſt *ὁ τομίας.* quo ſenſu quoque *χλούνην* h. l. accepit Ariſtot. H. An. VI, 28. vnde et vox *χλοῦνις* pro caſtratione dicta eſſe creditur ap. Aeſchyl. Eumen. 183. Sufficit *χλούνην* eſſe aprum in locis herboſis latitantem. Sic et Apollon. Lex. *τὸν ἐν τῇ χλόῃ εὐναζόμενον.* add. Heſych. Etymol. Repetiit Callim. in Dian. 150 *χλούνην κάπρον.* Poſſunt autem loca herboſa eſſe etiam in fruticetis, *ἐν λόχμαις*, et in locis paludoſis, etiam in ſegetibus.

σῦν ἄγριον. vnde ſeriores *σύαγρον* dixerunt.

ἀργιόδοντα nunc primo loco occurrit. Mirationem facit *το ῐ* interpoſitum, cum ſit *ἀργὸς* pro *λευκός.* Exponitur tamen ſic iam ab Apollon. Lex. h. v. laudato verſu Λ, 416 *θήγων λευκὸν ὀδόντα*, porro ab Heſych, Sch. br. Alii ab *ἄγριος* ducere maluerunt ap. Euſtath.

et ab ἄρι, pro ἀριόδους Tryphon ap. Etymol. h. v. Dicendum erat ἀργὸς formas plures habuisse, ἀργὴς, ἀργὶς, ἄργιος, vt ex compositis vel ap. Hesych. apparet. Vox quoque ap. Apollon. II, 822 legitur in simili apri descriptione.

Tandem θρέψεν ἔπι ex Aristot. et Strabone laudatur tanquam ex h. l. Scilicet post hunc versum teste Eustathio, aut potius eo, quem is exscripsit, lectus olim fuit versus alius: θρέψεν ἔπι χλούνην σὺν ἄγριον, οὐδὲ ἐώκει θηρίγε σιτοφάγῳ, ἀλλὰ ῥίῳ ὑλήεντι. Sic locum recitauerat Strabo in deperditis. Adumbratus ille est ex Od. I, vbi 190 de Polyphemo: καὶ γὰρ θαῦμα τέτυκτο, πελώριον, οὐδὲ ἐώκει ἀνδρί γε σιτοφάγῳ, ἀλλὰ ῥίῳ ὑλήεντι ὑψηλῶν ὀρέων. et redolet aperte interpolatorem. Habet quoque versus Aristoteles l. l. H. An. VI, 28. possunt tamen in hoc quoque adscripti esse ab alio in margine, nam ad philosophi consilium haud spectant.

536. ὃς κακὰ πόλλ' ἔρδεσκεν, ἔθων Οἰνῆος ἀλωήν. ξ Ammonius de translatis a Platone ex Homero (περὶ τῶν ὑπὸ Πλάτωνος μετενηνεγμένων ἐξ Ὁμήρου. forte Ammonius ille antiquior ex Aristarchi schola) protulerat per ξ, ἔρεξε." Ita Schol. A. L. Vict. Esset hoc, quod nos scriberemus πόλλ' ἔῤῥεξε. Ad rem nihil interest: vtrumque enim et in re sacra et de perpetrato faciliore dicitur. Variat lectio pari modo Il. X, 380. Locum respicit et mala enumerat Philostr. Imagg. I, 28 pr.

ἔθων. turbant in h. v. veteres praua interpunctione et acceptione: ac si esset ἔθων ἀλωὴν, cum sit iungendum: ἔρδεσκεν ἔθων. Est enim: ὃς κακὰ πόλλ' ἔρδεσκεν ἀλωὴν, ἔθων. Itaque interpunctionem post ἔρδεσκεν sustuli. Potest ἔθων, absolute positum, accipi aut omnino, faciens hoc ex more, τὰ ἑαυτῷ συνήθη τελῶν, vt etiam est inter alia ap. Eustath. Neque aliter accipias inf. Π, 260 de vespis, οὓς παῖδες ἐριδμαίνωσιν ἔθοντες, vt facere solent pueri. Est enim proprie ἔθειν, facere aliquid ex more, ex solito; et Suidas ad h. l. ἔθω, τὸ, ἐξ ἔθους τι διαπράττομαι. ex eo verbo supersit εἴωθα. Ita et ἤθω,

vnde apud Hippocratem eſt ἧσας, pro ἤθεσας, conſueviſti; aut eſt ἔθων, διατριβὴν ποιούμενος, degens ex more, in locis iis commoratus, habitans. Conuenit Schol. A. εἰθισμένος τοῖς τόποις διατρίβειν. ſicque Schol. B. et Vict.

Veteres tamen ex contexto aut ex ipſa re intulere alia: primo voluere ἔθων ἀλωὴν eſſe φοιτῶν, ἐπιφοιτῶν. et ſimili modo altero loco, Π, 260 ἐπιφοιτῶντες. Sic Apollon. Lex. eſtque hoc idem in Schol. B. Vict. et Schol. A. ἔστι δὲ ἐξ ἔθους ἐπιφοιτῶν. Alii ἔθων reddiderunt βλάπτων, φθείρων. Alii haec permiſcuere miris modis. In Schol. A. ſubiicitur: ἄλλως. ὅτι οἱ Γλωσσογράφοι· φοίτα ἔθων, ἀποδιδόασι, βλάπτων· (videtur φοίτα eſſe alienum.) Additur: ἔστι δὲ, ἐξ ἔθους ἐπιφοιτῶν. Heſych. ἔθων, (ſcribit ἐθῶν) μαθὼν, φθείρων. εἰθισμένος. τῷ ἤθει ἀγόμενος, ἢ ἐξ ἔθους παραγινόμενος. Idem: ἔθει. φθείρει. ἐρεθίζει. τρέχει. ἐθεῖν, ἐξ ἔθους ἔρχεσθαι. ἔθοντες, ἐθιζόμενοι. vides quam multa temere cumulata! Schol. br. ἔθων, ἐξ ἔθους κατατρέχων καὶ βλάπτων. Etymol. primo loco rectè: ἔθω, τὸ ἐξ ἔθους ἔχω· vnde ἐθίζω. mox autem ad Il. Π. ἔθοντες, συνεχῶς καὶ ἐξ ἔθους παραγινόμενοι καὶ βλάπτοντες.

Euſtathius p. 773 cum ex aliis appoſuiſſet: ἀντὶ τοῦ ἐξ ἔθους βλάπτων τὰ περὶ Καλυδῶνα — ἢ μᾶλλον καθ' ὑπερβατὸν· πολλὰ κακὰ ἐποίει τὴν τοῦ Οἰνέως ἀλωὴν, ἔθων, ἤτοι τὰ ἑαυτῷ συνήθη τελῶν — ſubiicit: Heraclides autem ait: nonnullos criticos dixiſſe (ὡς τῶν τινὲς Κριτικῶν, ὅ ἐστιν, ἀκριβεστέρων γραμματικῶν, ὧν ἐστι καὶ Τισίας, ἔλεγον·) eſſe ἔθων dictum per litterarum tranſpoſitionem pro θέων, h. e. καταθέων, κατατρέχων. ipſum autem ἔθων pro ἔδων dorice dictum accepiſſe, vt μασθὸν, μαθὸν, dixere μαδόν. (intelligis hinc, quid in Heſychio ἐθῶν ſup. cit. ſibi velit μαθών.) Ex Schol. A. colligo, etiam ἔδον legiſſe nonnullos: τὴν γὰρ ὑπὸ τινῶν φερομένην ἔδον παραιτητέον.

537. πολλὰ δ' ὅγε προθέλυμνα χαμαὶ βάλε δένδρεα μακρά. ξ προθέλυμνα. ὅτι ἄλλα ἐπ' ἄλλοις. οἱ δὲ πρόρ-

ῥίζα." Sch. A. Nota vel ex Lexicis opinionum diuerſitas in voce exponenda; qua patet, eam mature obſoleuiſſe. Ducta notatio a grammaticis partim ex etymo, partim ex contexto hic et K, 15. N, 130. comparato Ariſtoph. Pac. 1209. vbi v. Schol. et Equ. 525. add. Callim. in Del. 134. Aiunt Schol. B. L. Vict. br. eſſe τὰ ἄλλα ἐπ' ἄλλοις προτιθέμενα· ὅ ἐστι συνεχῆ. qua analogia hoc conſtituerint, non addunt; conuenit tamen notio loco Il. N, 130 σάκος σάκεϊ προθελύμνῳ. Alii, vt Suidas quoque, προθέλυμνα, τὰ ἐπαλλήλους κλάδους ἔχοντα δένδρα in h. l. accipiunt. Si tamen θέλεμνον, θέλυμνον, fuit idem, quod θεμέλιον, (et conuenit σάκος τετραθέλυμνον, O, 479.) notio eſt, funditus proſtratum. Conſentiunt Apollon. Lex. et Heſych. ad quem cf. Notas, etiam Eullath. In hunc ſenſum vocem adhibuit Tryphiod. 394. 5 οἴχεται ἔργον ἀθανάτων προθέλυμνα θεμείλια Λαομέδοντος. Minus probabilia leguntur ap. Etymol. — Inciderat Koeppen in θέλεμος, quod eſt volens, ἐθελήμων, etiam ap. Aeſchyl. Suppl. 1034. ſicque terra edit fruges lubens, h. e. large. Alia ariolatio ex contexto eſt grammaticorum, qui modo per οἰκτρὸν, modo per ἥσυχον, exponunt. Ceterum verſum 537 recitat Maxim. Tyr. diſſ. I, p. 11. pro δένδρεα memoratus δούρατα.

538. αὐτῇσι ῥίζῃσι καὶ αὐτοῖς ἄνθεσι μήλων. „quod μῆλα ſunt omnes fructus arborei, ἀκρόδρυα" Sch. A. etiam Schol. B. L. Apollon. et ex eo Heſych. in ἄνθεσι μήλων. cf. et in μῆλα, cum Schol. Theocr. III, 13 verſu laudato. „et quod σὺν deeſſe ſolet, σὺν αὐτῇσι ῥ.

Koeppen acute obſeruat, ex v. 530 venationem factam eſſe auctumno, vindemia facta, quo tempore arbores non florent, non habent ἄνθη μήλων. Itaque interpretatur ea, praeſtantiſſima poma, vt ſolet ἄνθος, ἄωτον, frequenter dici de eo, quod ſui generis eſt exquiſitiſſimum. Verum ἄνθος ita dici, certum eſt; dubito, an et ἄνθεα. Malim dicere poetam ad haec non attendiſſe et ἄνθεα μήλων pro μῆλα vel μηλεὰς temere poſuiſſe.

539. τὸν δ' υἱὸς Οἰνῆος „γρ. τὸν δ' Οἰνήϊος υἱὸς" Barnes. quod est ipsius commentum.

Nihil de Atalanta, eiusque amore capto Meleagro memorat poeta; qui omnino venationem ipsam ad h. l. non spectantem breuiter tantum attigit.

542. τόσσος ἔην, πολλοὺς δὲ πυρῆς ἐπέβησ' ἀλεγεινῆς. ξ „quod a consequente rem declarauit, pro ἀνεῖλε." tum „quod igni cremati sunt, non humati. „Sch. A. fuere inter caesos Hyleus et Ancaeus: v. Apollod. l. c. τόσσος ἔην. Cant. τόσσον. Apollon. Lex. τόσσος. τοσοῦτος. λέγεται δὲ καὶ ἐπὶ θαυμαστοῦ· τόσσος ἔην.

543. ἡ δ' ἀμφ' αὐτῷ θῆκε πολὺν κέλαδον καὶ ἀϋτήν. ἀμφ' αὐτῷ· ἀντὶ τοῦ, ἐπὶ νεκρῷ τοῦ συός. ap. Eustath. qui comparat illud: αὐτοὺς δὲ ἑλώρια. aut esse, ἐπ' αὐτῷ, super eo quod reliquum erat, capite et pelle, vt sup. 241 nauibus incensis, id quod ex incendio supererat, αὐτὰς δ' ἐμπρήσειν. tam pronum est, in argutias incidere! ἀμφὶ αὐτῷ, τῷ συΐ, dictum est per epexegesin, ἀμφὶ κεφαλῇ καὶ δέρματι· super hoc apro exortae sunt nouae turbae, cum contenderetur super exuuiarum honore. Etsi vel sic suspicio oriri potest, vs. 544 explicandi caussa appositum rhapsodi interpretamentum esse. Versum ante oculos habuit Antonin. Liber. qui omnino presse Homerica sequitur, c. 2. e Nicandro, τὴν κεφαλὴν καὶ τὸ δέρος, et ipse Ouid. Met. VIII, 428. 429. Vt autem, de apri exuuiis tantam contentionem exoriri potuisse probabile putes, recordandum est, illo aeuo victorem his exuuiis indutum incessisse, vti leonis spoliis indutus Hercules et Theseus.

545. Κουρήτων τε μεσηγὺ Flor. Ald. 1. μεσσηγύ, debebat saltem sic τε omitti.

547. τόφρα δὲ Κουρήτεσσι κακῶς ἦν, οὐδ' ἐθέλεσκον. non dubitaui hanc lectionem recipere, pro vulgata, οὐδ' ἐδύναντο, quae haud dubie interpretamentum est; adsilpulantem habeo Bentleium, qui eam lectionem norat e specimine cod. Victor. per Horneium. Accedunt Schol. Ven. et Lips. „ἐν τῇ Ἀϊστοφάνους" οὐδ' ἐθέλεσκον·" καὶ,

ὅτι Ὁμηρικόν. οὐδ' ἔθελε προρέειν. ex Il. Φ, 366. vſus vocis ſaepius obſeruatus τοῦ ἐθέλειν pro δύνασθαι. Schol. Victor. comparant E, 789. 790. Lectio vulgata οὐδ' ἐδύναντο, pro Ariſtarchea habenda, omnes codd. inſidet; οὐδὲ δύναντο eſt in Cant. et Townl.

τοΦράδε Barnes hic et alibi. Sane δὲ eſt h. l. paragogicum, in apodoſi otioſum.

Κουρήτεσσι κακῶς ἦν Schol. Lipſ. ſupplet κακῶς ἦν ἔχοντα τὰ πράγματα. Scilicet dubitatum eſt, an εἶναι cum aduerbio recte dicatur; vnde et disputatum eſt de Ἀθηναίῃ ἀκέων ἦν Δ, 22. cf. Euſtath. ſolent quoque graeci dicere, εὖ ἔχειν. κακῶς ἔχειν. Occurrebat iam ſup. 324 κακῶς δ' ἄρα οἱ πέλει αὐτῇ. Sic et Lat. bene, male, illi ſit. κακὸς ἦν Vrat. A. vn. Vindob. Townl. ad. ſcriptum tamen: γρ. ως.

548. τείχεος ἔκτοσθε μίμνειν. ἔκτοσθε erat in edd. ante Turneb. qui ex ed. Rom. ἔκτοσθεν intulit. Variant vbique fere codd. et edd. Wolfium primum ſibi conſtare video.

Ceterum verſa haec video: „neque poterant (Curetes) moenia extra manere“ et Clarke: „caſtra ipſi ſua tueri non poterant, nedum vrbem expugnare.“ Contorta haec eſſe facile ſentias. Statui in his vides, Curetes iam ſub belli ſtatim initia vrbem Calydonem oppugnaſſe, Calydoniis, qui Aetoli erant, Meleagro duce tam fortiter reſiſtentibus, vt Curetes vix poſſent in oppugnatione perſiſtere: Cogitandum ita erit de eruptionibus crebris ex vrbe factis pugnisque et inſidiis, quibus obſidentes atterebantur. Oppugnationes enim vrbium in hoc fere continebantur, vt ante muros conſiderent, oppidani autem data copia exirent, pugnarent, inſidias facerent; ita poterant obſidentes multum atteri ἔκτοσθε πόλεως, προπάροιθε τῆς πόλεως Calydonis, vt ne quidem in obſidione perſiſterent. Niſi tamen fallor, illa ὄΦρα μὲν οὖν ad antecedentia tempora ſpectant, quibus pugnatum eſt vtrinque acie educta: tum Curetes ita attriti ſunt, vt intra vrbem ſuam, Pleuronem, recipere ſe cogerentur.

Poſtea autem Meleager ira et dolore victus propter matris diras ab armis diceſſit, et intra Calydonem clauſus latuit. Tum vice verſa Curetes Calydonem obſidione cinxerunt; qua cum premerentur Aetoli, fruſtra Meleagrum, vt iterum arma ſumeret, flagitarunt.

549. 550. χόλος, ὅς τε καὶ ἄλλων οἰδάνει ἐν στήθεσσι νόον πύκα περ φρονεόντων. ξ— „quod οἰδάνει pro οἰδάνειν (vel οἰδαίνειν, vel, vt alii οἰδαίνεσθαι) ποιεῖ. Similiter ἔλπει· πάντας μέν ῥ' ἔλπει pro ἐλπίζειν ποιεῖ Od. B, 91" Sch. A. οἰδάνεται κραδίη χόλῳ eſt inf. 642. Eadem alii, ipſe Apollon. Lex. (in quo et ἐν στήθεσφι) et Heſych. cum Etymol. αὐξάνει, Suidas ad h. l. Transitive quoque Apollon. Arg. I, 478 ἠέ τοι εἰς ἄτην ζωρὸν μέθυ θαρσαλέον κῆρ οἰδάνει ἐν στήθεσσι. vbi Schol. ἐπαίρει, μετεωρίζει, θρασύνει, ἐνεργητικῶς.

551. ἤτοι ὁ μητρὶ φίλῃ. quae hinc ſequuntur, in parentheſi, a Clarkio etiam appicta, dicta eſſe voluere viri docti vsque ad 569 paullo durius. Atqui iſta hunc in modum cohaerent. Cum Meleager ira exarſiſſet, abdidit ſe in vrbem ſuam, Calydonem et domum; pro hac poſuit thalamum coniugis ſuae: quae illa fuerit, nunc ſubiicitur vſſ. 553—560. tum redit ad Meleagrum, eius ſeceſſum, et ſeceſſus cauſſam, quae erant dirae matris, Althaeae —568. Iam belli tumultus circa muros increbeſcebant; adiere Meleagrum et precibus efflagitarunt, vt armis iunctis hoſtium impetum reprimeret.

553. 4. Κλεοπάτρη κούρη Μαρτήσσης καλλισφύρου Εὐηνίης. Scripturam veriorem Μαρπήσσης per η ſuppeditant codd. meliores Ven. Lipſ. Vict. Harl. Vrat. b. atque ſic apud omnes alios ſcriptores, quos noui, ſcribitur. Mutatum eſt in Μαρπίσσης pronuntiatione minus docta. Antiquior ſcriptura fuit Μαρπήσης, quae eſt quoque in Townl.

554. γένετ' ἀνδρῶν. vn. Vindob. τράφετ'.

555. καί ῥα ἄνακτος. Male Lipſ. et alii καί ῥ' ἄνακτος. Laudat verſum ad ſimilem huius Idae audaciam ap. Apoll. I, 468. Schol. ad e. l.

557. 558. ξ — „quod τὴν δὲ non Marpeſſam, ſed Cleopatram reſpicit.“ Sane in ſubiecto deſignando, inprimis, vbi plura concurrunt, parum ſubtilis ſaepe eſt Homerus. ἐπώνυμον autem „ἀντὶ τοῦ Φερώνυμον καὶ ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος οἰκείως κείμενος“ Sch. A.

Vt iam de ipſa Cleopatra, Alcyone appellata, et de eius matre Marpeſſa aliquid interponam: Marpeſſa, Eueni, qui Eueno Aetoliae flumini nomen dedit, filia, Idae Aphareï filio nupta, nomen habuit in fabulis Aetolicis; tum etiam in Laconicis, et Meſſeniacis, cum Aphareï, ideoque etiam Idae, filii, genus ab aliis ab Amycla eſſet ductum; Pauſan. IV, 2. Idae et fratris Lyncei pugna cum Dioscuris, raptis Leucippi filiabus, aut abactis gregibus, nobile eſt vel ex Pindaro et Theocrito argumentum, tractatum quoque antea a Piſandro. Raptus Marpeſſae diuerſis modis eſt narratus; aliis ab Ida, aliis ab Apolline eam raptam prodentibus, in his Homerus eſſe videtur, ὅτε μὲν ἑκάεργος ἀνήρπασε Φοῖβος Ἀπόλλων· praetulit illa deo mortalem, optione a Ioue data, recte et cum iudicio; metu ne aetate prouecta a deo derelinqueretur, δείσασα μὴ αὐτὴν ἐν γήρᾳ κατάλιπῃ ὁ Ἀπόλλων· v. Schol. B. L. br. et A. ad h. v. Apollod. I, 7, 8. 9 cum Notis p. 109. add. Schellenberg ad Antimach. p. 105. 6. Duplex autem mythi fuit tractatio, altera in mythis Aetolicis quae vulgo quoque obtinuit; ex qua Apollo raptor habetur; quam et Pherecydes ſequutus eſſe videtur; in Cypſeli arca anaglypho opere expreſſus erat Idas Marpeſſam recuperatam e templo Apollinis reducens, ap. Pauſan. V, 18. cum verſibus in opere adſcriptis; altera Simonidea fuit, in qua Idas rapuit, cui deus obuius ſit ad Arenen Meſſeniae fl. v. Schol. B. L. Vict. confuſus in hac alter Euenus ex Euboea. Idae robur ingens et animi ferociam tradiderat antiquitas, ideoque Neptuni filium, et cum deo pugna congreſſum ediderat. cf. Apollod. l. c. et III, 10, 3. p. 692. Intextum Idae nomen venatoribus Calydoniis et Argonautis.

Iam *Cleopatram* ex Ida et Marpeſſa genitam duxerat Meleager, depoſito Atalantae amore. Eam cognomen habuiſſe *Alcyones* poeta tradit. Monitum eſt iam in Nota, ambiguam eſſe temporis notationem in poeta: *τὴν δὲ τότε* videri inferri, matrem nuptam raptam, et filiam partu iam editam fuiſſe, vnde a matris raptae querelis luctuoſis nomen filiae inditum Alcyones. Probabilius tamen Marpeſſam puellam raptam eſſe Idae adhuc deſponſam, et recordatione priſtini euenti nomen filiae inditum eſſe; ita Cleopatrae nomen ſerius accedere debuit.

οὕνεκ' ἄρ' αὐτῆς μήτηρ Euſtath. legerat quoque *αὐτῇ*.

559. *μήτηρ, ἀλκυόνος πολυπενθέος οἶτον ἔχουσα κλαῖ' ὅτε μιν ἐκάεργος ἀνήρπασε Φοῖβος Ἀπόλλων.* Video vulgo ſcribi littera maiuſcula *Ἀλκυόνος*, et de Alcyone, Ceycis vxore, luctu et dolore ob maritum ſibi naufragio ereptum in auem mutata haec accipi. Illa vero Alcyone eſt non Alcyon; *ἀλκυὼν* et *ἀλκυονὶς* eſt nomen auis, at Ceycis vxor *Ἀλκυόνη*. Fabula autem metamorphoſeos omnino male in Homerum infertur; poeta enim nil nouit praeterquam lamentabilem cantum auis, cui ſimilia fuiſſe ait lamenta Marpeſſae, a quibus nomen filiae ſit impoſitum.

His tamen, vt cenſeo, recte a me poſitis, offendit voc. *οἶτος*, quod *μόρον, πότμον, συμφορὰν*, declarat; at requiritur h. l. luctus, querela, *οἶκτος*. Putabimusne *οἶκτον* ab antiquo poeta recitatum eſſe? Ita vero; niſi *οἶτος* aliquando eundem vſum habuit. Heſych. *οἶτος. μόρος. θρῆνος.* — Etymol. *οἶτος. θρῆνος. μέρος. θάνατος.* et habemus locum diſertum hinc expreſſum Callimachi L. P. 94 *μάτηρ μὲν γοερῶν οἶτον ἀηδονίδων ἄγε βαρὺ κλαίουσα.* Videri adeo poteſt *οἶτος* aliquando notionem eandem habuiſſe quam *οἶκτος*.

Niſi hoc ſequaris, aut dicendum eſt, filiam Marpeſſae dictam eſſe h. l. *Ἀλκυόνα*, vt eſſet *ἡ Ἀλκυών*. non *Ἀλκυόνη*, aut, ſi in eo perſiſtas, *οἶτον* et h. l. eſſe *μέρον, πότμον, συμφορὰν*, accipiendum erit, mater, erepta

ſibi filia, experta caſum ſimilem aui, quae, ante mutationem, cum vxor Ceycis eſſet, maritum ſibi ereptum conqueſta eſt. Verum haec dura eſſe haud negabis.

Reliqua mythi ad poetam certe haud ſpectant: quae v. ap. Ouid. Met. XI. Schol. ad h. l. Alia in Not. ad Apollod. p. 101. αἱ Ἀλκυονίδες ἡμέραι, de quibus Luciani dialogus videndus cum Hemſterh. notis, poſt Euſtath. Hygin. Ouid. et Intpp.

560. κλαῖ', ὅτε μιν ἐκάεργος ἀνήρπασε — „Ariſtarchus legerat κλαῖεν, ὅ μιν. pro ὅτι μιν." vt 530 et al. Schol. A. L. Vict. Addunt Schol. L. Vict. et br. ὅτε μιν eſſe lectionem Zenodoteam; quam h. l. praefero, quia hoc melius conuenit rei geſtae; nomen enim filiae impoſitum eſt aliquanto ſerius natae, ad ſeruandam rei ante peractae memoriam.

561. χόλον θυμαλγέα πέσσων. formam loquendi iam vidimus Δ, 513. iram fouens, retinens. Minus bene Schol. br. πεπαίνων, παρηγορῶν, ἢ συνέχων. De voce πέσσειν v. Obſſ. ad B, 237 et Θ, 513.

562. ἐξ ἀρέων μητρὸς — pronuntiandum ἀρῶν, priore longa. Notatum iam a Barnes. cf. ad M, 334.

563. πόλλ' ἀχέουσ' ἠρᾶτο κασιγνήτοιο Φόνοιο. ξ — „quod ſupplendum περί." Aliud eſt, quod obſeruant grammatici, „ſecundum nonnullos ſcribi accentu mutato, κασιγνητοῖο Φόνοιο, vt ſit κασιγνητικοῦ. ſcilicet quia plures fuere fratres Althaeae, Theſtii filii, a Meleagro interemti." De his v. Schol. ad h. l. cum Barnes. Apollod. I, 7, 10 et Notas p. 112. Etiam Schol. Lipſ. κασιγνητικοῦ exponit, vt γυναῖκα μαζόν Il. Ω, 58. at non enotatum eſt, quo accentu κασιγνήτοιο ſcripſerit; videtur tamen ille, ſi exemplum memoratum expendas, κᾰσιγνήτου probaſſe, vt κασίγνητος Φόνος dictus eſſet, vt Marſus aper et ſimilia. Euſtath. ex Aeſchylo memorat Σκύθης οἶμος. Sic et δοῦλον γένος et al. Etiam Schol. Vict. ſi bene memini. Ἀρίσταρχος δὲ οὕτως· κασιγνήτοις· τοῦ ἀδελφικοῦ. Iterum hemiſtichium legitur inf. 628. Poſt omnia haec potuit Homerus de vno tantum fratre caeſo audiiſſe; potuit

etiam durius iungere *Φόνου τοῦ κασιγνήτου*. Quod altero loco inf. 628 *Φονῆος* legitur, h. l. non memoratum vidi.

564. *γαῖαν πολυΦόρβην χερσὶν ἀλοία*. ξ „quod terram pulsant precantes diis inferis“ saltem manibus in terram demissis precantur; „vt superis precantes manus tendunt versus caelum; et versus mare *χεῖρας ὀρεγνύς*, A, 351.

ἀλοία. ἔτυπτε. ἔκρουε non modo Scholia, sed et Apollon. Hesych. Etymol. vnde *πατραλοίας*.

πολυΦόρβην γαῖαν. „γρ. *πολύΦορβον*, non male“ Barnes, iterum ex commento suo, quia hoc alibi occurrit: Ξ, 200 *πολυΦόρβου πείρατα γαίης*. Occurrunt plura huius generis in Homero, vt *ἡ ἀριζήλη*, Σ, 219. quae alibi *ἀρίζηλος*. non quod Atticum hoc est, sed quod antiquum est vtroque genere vti. *πολυΦόρβην* etiam Apollon. Lex. laudat, in *Φέρβειν*, *τρέΦειν*. et Suidas: *πολυΦόρβη γῆ. ἡ πολλοὺς τρέΦουσα*.

565. *κικλήσκουσ' Ἀΐδην καὶ ἐπαινὴν ΠερσεΦόνειαν*. ξ quod inuocat Haden et Proserpinam, audiunt vero ex inferis Erinnyes (vs. 567.) tanquam ministrae.“

αἰπεινὴν Vrat. A. indocte.

566. *πρόχνυ καθεζομένη*. „*πρόχνυ. ἐπὶ μὲν τοῦ ἐπὶ γόνατα. πρόγονυ. πρόχνυ καθεζομένη. ἐπὶ δὲ τοῦ παντελῶς*“ Od. Ξ, 69. (hoc sensu dixit quoque Apollon. I, 1118.) Apollon. Lex. h. v. vnde Hesych. add. Etymol. Eustath. Similia Ven. B. at Schol. L. cum Vict. etiam h. l. accipit *παντελῶς. ὅλη παρειμένη, ἵνα πλέον ᾖ τὸ πάθος*. nimis acute. Addit tamen: *οἱ γλωσσογράφοι, ἐπὶ γόνυ*.

δεύοντο δὲ δάκρυσι κόλποι. vnus hic est locus, in quo pluralis occurrat: (sunt tamen Od. E, 52 *κόλποι ἁλός*) alias vbique *κόλπος*. Apud sequiores sollennior est pluralis.

567. *τῆς δ' ἠεροΦοῖτις Ἐρινὺς ἔκλυεν ἐξ ἘρέβευσΦιν*. ξ iterum obseruatur, quod ad vs. 565 notatum erat, *Erinnyes* tanquam ministras procedere, *inuocato Orco*. Sch. A. B. L. Vict. *ἠεροΦοῖτις* praeclarum epitheton ex antiquorum hominum sensu et iudicio: quo-

niam vindicta diuina facinorum ingruit interdum, vbi non praeuideras, inopinato et praeter expectationem. Schol. A. „γρ. καὶ ἱεροφοῖτις, ex praua pronuntiatione." ἠεροφοῖτις haud dubie eſt ἡ διὰ σκότους ἐρχομένη. ἢ ἐν τῷ σκότῳ φοιτῶσα. ἀοράτως. ἀὴρ, ὁ σκότος Heſych. h. v. in Apollonio h. v. interpretatio, quae eadem fuit, excidit; at videbis interpretationem apud Schol. Eurip. Or. 322. Vox iterum legitur T, 87. Multa de etymo cumulant Schol. br. Euſtath. Etymol. Porro in Schol. A. obſeruatur de tono ἠεροφοῖτις in penultima. Similia ſunt in Scholiis ad T, 87.

De diris exauditis a diis inferis et morte Meleagri hinc inſequuta nihil memorat Homerus. Ab aliis poetis res fuit diſerte narrata, in Eoeis et in Minyade. Adiecerunt ſeriores titionem extinctum et a matre igni conſumtum, quod a Phrynicho tragico ἐν Πλευρωνίαις primum factum eſſe, ex antiquiore tamen fama, putabat Pauſan. X, 31. p. 874. recitatis quatuor ex eo verſibus, qui emendatiores nunc leguntur in rec. edit. Antiquior ille fuit Sophocle, cuius et Euripidis ſi Meleager ſupereſſet, plura teneremus. Homerus contra matrem inter ſupplicantes filio memorat infra vſ. 580.

569. δοῦπος ὀρώρει. vn. Vindob. κτῦπος. indocte.

570. πύργων βαλλομένων. τὸν δὲ λίσσοντο γέροντες. τὸν δὲ λίσσοντο eſt Ariſtarchea lectio, eaque vera et antiqua, quam etiam cod. Ven. exhibet cum Cant. Harl. Lipſ. In edd. legebatur τὸν δ' ἐλίσσοντο, quod et maior codd. numerus tuetur, neglectu Ionicae formae. Nihil vulgatius ſyllaba producta ante liquidam, ſerius geminari liquida coepit. Sic μεταλήξαντι ſup. 157 vidimus. Barnes hoc ſequutus δ' ἐλλίσσοντο repoſuit: quod et infra occurrit 581 et al. In Ald. 2. vitioſe ἐνίσσοντο repetitum in ſeqq. edd.

571. πέμπον δὲ θεῶν ἱερῆας — ξ „quod Sophocles hinc chorum ſuum Sacerdotum petiit in Meleagro" Schol. A. At Schol. Lipſ. et Vict. chorum in Oedipode ſubſtituunt, exordio ſcilicet fabulae. Apparatum ſcenicum in

sacro instruendo et choro Sacerdotum videntur saepius adhibuisse tragici, vnde tragoediae v. c. Aeschyli, inscripta Ἱέρειαι.

574. ἔνθα μιν ἤνωγον τέμενος περικαλλὲς ἑλέσθαι. ξ— „ὅτι συντελικῶς τὸ ἑλέσθαι“ Sch. A. Fateor me non assequi sensum notationis. De perfecto tempore dictum non est; vocabulum efficax non video; voluitne, esse non modo eligere, capere, sed et possidere, non modo λαβεῖν, sed et ἔχειν? hoc tamen ieiunum esset.

„γρ. ἠνώγεον“ Barnes. Scilicet ex H, 394. At Θ, 322 βαλέειν δέ ἑ θυμὸς ἄνωγεν.

575. τέμενος πεντηκοντόγυον. Sch. A. „πεντήκοντα πλέθρων. γύη γὰρ μέτρον γῆς. οἱ δὲ πεντήκοντα ζυγῶν.“ Similia Etymol. hinc emendandus, Hesych. et primo loco Apollon. Lex. Consensus vbique est in ο in πεντηκοντόγυος. In ἑκατοντάπυλος variat ο et α: pro qua etiam ἑκατοντόπυλος est in Inscript. Herod. v. 3. vrbs Roma.

575. 576. τὸ μὲν ἥμισυ, οἰνοπέδοιο, ἥμισυ δὲ ψιλὴν ἄροσιν πεδίοιο ταμέσθαι. Dura est verborum iunctura. Vulgo interpungitur post ἥμισυ δὲ, vt iungantur reliqua: ψιλὴν ἄροσιν πεδίοιο ταμέσθαι. vix satis grammatice. Tolerabilius saltem est: ἤνωγόν μιν ἑλέσθαι τέμενος πεντηκοντόγυον, (ὥστε) ταμέσθαι (αὐτὸ ἀποτεμεῖσθαι, εἰς τιμὴν λαβεῖν, vt ille hoc sibi constituat, suum faciat seorsum a publico agro) τὸ μὲν ἥμισυ οἰνοπέδοιο, τὸ ἥμισυ δὲ πεδίοιο ψιλὴν ἄροσιν. In vltimis laboramus: ψιλὴ γῆ, ψιλὴ ἄρουρα recte dicitur: Sic etiam Etymol. ψιλὴν ἄρουραν, τὴν ἄδενδρον χώραν, τὴν πρὸς τὸ σπείρεσθαι καὶ ἀροῦσθαι ἐπιτηδείαν. Eadem Schol. br. Apud Xenoph. de Venat. 5, 7 ἐν δὲ τοῖς ὑλώδεσι μᾶλλον ἢ ἐν τοῖς ψιλοῖς ὄζει, olent vestigia. et Aristot. de Rep. I, 11 γεωργία ψιλὴ καὶ πεφυτευμένη. At quid est ἄροσις ψιλή? dicendum erit, ἄροσιν esse dictam pro ἄρουραν ἀρώσιμον, nam vt ψιλὴν sc. ἄρουραν εἰς ἄροσιν substituas, multo minus fieri potest; etsi sic Schol. A. B. L. Vict. ψιλὴν — ἤτοι γυμνὴν φυτῶν. λείπει δὲ ἡ εἰς, ἵν ᾖ· ἥμισυ δὲ ψιλὴν, εἰς ἄροσιν. In Schol. A. est: ψιλῆς. διὰ τοῦ σ. ψιλῆς γῆς. οὕτως αἱ Ἀρι-

στάρχου· δῆλον δὲ, ὅτι ἐλλείπει ἡ εἰς. ἵν' ᾖ, εἰς ἄροσιν. Ariſtarchea lectio aliqua ex parte iuuat, poteſt enim nunc eſſe, ἥμισυ δὲ πεδίοιο ταμέσθαι ψιλῆς (ſc. γῆς, εἰς) ἄροσιν. hoc eſt, quod reſpiciunt reliqui Schol. „ψιλὴν, διὰ τοῦ ι." lege διὰ τοῦ ν.

Poſt iſta commemorata acquieſco in eo, vt ἄροσιν pro ἀρώσιμον ἄρουραν γῆν dictam cenſeam, campum nudum, vi oppoſiti, cum οἰνόπεδον arbuſtis et vitibus conſitum ſit. Confirmat me Apollon. Arg. qui eodem modo adhibuit I, 868 αὖθι δ' ἔαδεν ναίοντας λιπαρὴν ἄροσιν Λήμνοιο ταμέσθαι. vbi Schol. ἤκομεν — Λῆμνον κατοικήσοντες, τοῖς κλήροις διελόμενοι. coll. 826 ἔνθ' ἔτι νῦν περ Θρηϊκίης ἄροσιν χιονάδεα ναιετάουσι. Idem lib. II, 812 Tyndaridis πίονας εὐαρότοιο γύας πεδίοιο ταμοίμην.

Bentlei. Heſychianam gloſſam ἀροῖσιν, ἀροτριᾶν ex h. l. emendabat; de ceteris nihil attulit.

577. γέρων ἱππηλάτα Οἰνεύς. Oenei aetatem vltra omnem hiſtoriarum fidem per plures generationes a poetis protractam notarunt iam veteres v. Apollod. I, 8, 6. Not. p. 131 ſq.

578. οὐδοῦ ἐπεμβεβαώς, Venetus ουδου επ' εμβεβαως, monetque Schol. A. „ſiue vna voce, ſiue ſic, ſed ſine retractione legi: „οὐ δύναται ἀναστρέφεσθαι, συνείληπται γάρ." non voluit οὐδοῦ ἔπ' ſcribi? quidni tamen? Apud Euſtath. ἐπεμβεβαὼς ἢ ὑπερβεβαώς. Fuitne ita lectum quoque, an eſt interpretamentum? ſed fuit ita lectum; legitur enim ſic in vno Vindob. Od. P, 575 τὸν δ' ὑπὲρ οὐδοῦ βάντα. Bentlei. vulgatam tuebatur loco Od. A, 104 στῆ δ' — ἐπὶ προθύροις Ὀδυσῆος, οὐδοῦ ἐπ' αὐλείου.

579. σείων κολλητὰς σανίδας. Cum] θύρα ſit ipſa apertura in muro, σανίδες ſunt fores. Illuſtrant id Apollon. Lex. Heſych. Sch. br. add. Etymol. et tanquam Homericum σανίδας pro θύρα notauit Pollux I, 76.

580. πολλὰ δὲ τόνγε κασίγνηται. Pro vulgato τόνδε ſuppeditant τόνγε, codd. Harlei. Moſc. 3. Lipſ. Ven. vn.

Vindob. ſicque edd. ante Turnebum, qui τόνδε induxit ex edit. Rom.

κασίγνηται. „eſt Ariſtarchea lectio“ Sch. A. Fuit ſcilicet dictum quoque κασίγνητοι, quod et ipſum ferri poſſe aiunt, nam plures Meleagri fratres fuiſſe. (v. ſup. B, 641. 642) et ſub fratrum nomine comprehenſas eſſe ſorores Gorgen et Deianiram. Ita Schol. A. B. L. Vict. quae addunt ſorores Polyxo et Autonoen; iis inſeruit Melanippen Barnes de ſuo. Apud Antonin. Lib. f. 2. ſunt Gorge, Eurymede, Deianira, Melanippe, mutatae in aues Meleagrides, excepta Deianira et Gorge. κασίγνητοι legebantur inde a Turnebo ex ed. Rom. et Euſtathio. at Barnes mutauit in κασίγνηται, et defendit, nullos enim fratres Meleagro ſuperſtites fuiſſe, v. Apollod. I, 8, 1. 3. Potuit tamen Homerus aliam famam ſequi. Nec aliter quam κασίγνητοι legerat Antonin. Lib. l. c. f. 2. Meleager ἀποθνήσκει, — ἀπέθανον δὲ καὶ οἱ ἄλλοι παῖδες Οἰνέως μαχόμενοι. quorum nomina antea appoſuerat. Res digna non eſt cui immoremur; nec poteſt quicquam definiri, cum non conſtet, num correctione an varia lectione Ariſtarchus lectionem conſtituerit. Certum eſt Ariſtarcheam lectionem nunc vbique regnare in omnibus Scholiis, codd. Mori, Harlei. Ven. vno Vindob.

In Porphyrii Scholio ad K, 165 laudatur κασιγνήτη.

581. ἐλλίσσονθ', ὁ δὲ μᾶλλον. — Fuit olim ſcriptum ἐλίσσονθ', haud dubie, monitum ad vſ. 570 ſicque Ven. Lipſ. Harl. et edd. ante Criſpin. In hac duplex λ, mox a Barnes receptum; quod olim pronuntiatione geminabatur, nunc geminatur ſcriptione.

582. οἵ οἱ κεδνότατοι καὶ φίλτατοι ἦσαν ἁπάντων. ξ ſupereſt ſtigme verſui appoſita, excidit Scholion: quod reſpexit, puto, vocem κεδνότατοι. κεδνὸς alias σώφρων volunt h. l. eſt φροντιστικόν. Schol. br. κηδεμονικώτατοι reddunt; ductum enim eſſe volebant grammatici a κήδω, κηδανός. et poterant laudare Od. K, 225 ὅς μοι κήδιστος ἑτάρων ἦν κεδνότατός τε. cf. Etymol. in κήδεστος.

Bentl. hoc ipſum coniiciébat h. l. *οἵ δέ κήδιστοι*, vt inf. 638 *κήδιστοί τ' ἔμεναι καὶ φίλτατοι* ſicque legitur in vno Vindob.

584. *πρίν γ' ὅτε δὴ θάλαμος πύκα βάλλετο, τοὶ δ' ἐπὶ πύργων βαῖνον Κουρῆτες.* In his *πύκα βάλλετο*, Ionicum, non dimittam manu; etſi boni codd. Harl. Vrat. b. A. Townl. Ven. *πύκ' ἐβάλλετο*, vna cum Heſychiana gloſſa.

Euſtath. *ἐπὶ πύργῳ ἢ ἐπὶ πύργων.* Norat ergo duplicem lectionem. Pronior Bentl. eſt in priorem *ἐπὶ πύργῳ*, laudato Il. Γ, 153 *Τοῖοι ἄρα Τρῶες ἡγήτορες ἦσαν ἐπὶ πύργῳ.* ibi tamen agitur de vna certa turri. At ſi omnino murus cum turribus declaratur, tunc ſemper ſunt *πύργοι*. Sic Θ, 165 *ἐπεὶ οὐ — πύργων ἡμετέρων ἐπιβήσεαι.* Caſus autem ſecundus locum habet, vſu: M, 444 *οἱ μὲν ἔπειτα προσσάων ἐπέβαινον.* Π, 702 *τρὶς μὲν ἐπ' ἀγκῶνος βῆ — quod alias eſt, οἱ δ' ἐπ' ἐπάλξεις βαῖνον·* M, 375.

Interpunxi plene poſt *βάλλετο.* quod rerum ſeries poſtulat; non enim vna cum muris etiam domus Meleagri miſſilibus peti potuit. *τοὶ δ' ἐπὶ π.* pro *τοὶ γὰρ —* et *ἐπέβαινον* eſt pro *ἐπεβεβήκεισαν.* Nec tamen flecti potuit Meleager niſi poſtquam vrbe capta eius aedes adoriebantur Curetes. Nam illi tandem muros ſuperauerant et vrbem flammis dabant.

588. *κήδε', ὅσ' ἀνθρώποισι πέλει, τῶν ἄστυ ἁλώῃ.* Turneb. vitioſe *ἀλώῃ.*

ὅσσα κάκ' ἀνθρώποισι recitat Ariſtot. Rhet. I, 7.

589. *ἄνδρας μὲν κτείνουσι, πόλιν δέ τε πῦρ ἀμαθύνει.* „quod *ἀμαθύνει* eſt *ἄμαθον ποιεῖ“* Sch. A. Addunt Sch. B. L. Vict. *σποδὸν καὶ κόνιν ἐργάζεται, ἣν καὶ ἄμαθον εἶπεν.* (cf. Schol. ſup. ad 385) Praeiuit Apollon. Lex. niſi quod *κονιορτὸν* ait *ποιεῖ, ἀφανίζει καὶ φθείρει.* add. Heſych. Etymol. Sicque vſurpant Apollon. Arg. III, 295 et alii. Proprie dictum eſt in Hymno in Merc. 140 *κόνιν δ' ἀμάθυνε μέλαιναν* de cinere. In Townl. eſt *ἀμαλθύνει.* habuit librarius in animo *ἀμαλδύνει*, vocem

eodem ſenſu alibi obuiam, vt M, 18. 32. et ſup. H, 463.

Locum laudat cum trinis verſſ. 588. 9. 590 Ariſtot. Rhet. I, 7. (p. 39 Reiz) pro exemplo artificii, amplificandi notionem rei per distributionem: *διαιρούμενα εἰς τὰ μέρη, τὰ αὐτὰ μείζω φαίνεται.* Alia ex parte breuitatem eiusque vim ad magnitudinis ſenſum, commendat, Hermogenes Meth. Eloq. c. 33. comparato Demoſthenis loco ſimili. Recitant inde locum certatim alii: Ariſtid. To. II, p. 153 extr. Stobaeus de bello. Theon p. 6. 7. Maxim. Tyr. Serm. XXXV, p. 173. To. II. et al. Galenus de opt. ſecta c. 14. pro exemplo rei praeſentis memoratae apponit, non praeteritae, vt reliqua inde a vſ. 525. Atqui narratur, quod fieri ſolet. Comparandus eſt alter locus Il. X, 61 ſqq. in verbis Priami.

In capite verſus Ariſtoteles l. c. laudat *λαοὶ μὲν φθινύθουσι*, memoriae errore ex Z, 327.

590. *τέκνα δέ τ' ἄλλοι ἄγουσι βαθυζώνους τε γυναῖκας* ἐ÷ „quod Zenodotus legebat: *δῆϊοι ἄγουσι.*“ Sch. A. Debuit hoc pro diſyllabo efferri, quod nunc ſcribitur *δῇοι*, vel *δῇ' ἄγουσι.* Nulla vtique vis ineſt voci *ἄλλοι*, ita vt ipſe facile praeferam. Bentl. coni. *ἄλλοσ' ἄγουσι.* Vulgata tamen extat in edd. Ariſtot. l. c. et apud Stobaeum Serm. XLVIII, p. 351. 2.

βαθυζώνους τε γυναῖκας. Lipſ. *βαθυζώνας* errore puto. quae tamen notio vocis ſit, ad ſenſum non ſatis aperte declarant grammatici: *ἀπὸ τοῦ βαθέως ζώννυσθαι* aiunt Heſych. et Etymol. Hoc autem quid ſit, non magis intelligo, quam alterum, quod ignoro. Redditur *alte cincta.* At alte cincta eſt Diana, nudatis cruribus; nec hoc eſt aut eſſe poteſt *βαθέως* et *βαθύς.* Winckelmannus, parum ſibi conſtans, ex latino arripuit notionem vt eſſent feminae, non circa femora, ſed alte *ſub mammis* cinctae, aut vt ſub mamma lato cingulo cinctae ſint, *late cinctae;* quod tamen non magis eſt *βαθέως.* Dicas eſſe cinctam ſubter peplo largo et amplo, ſupra cincturam defluente. ita cinctam feminam eſſe *βαθέως, ἐν βά-*

ϑεῖ, intra pepli ambitum: hoc saltem ferri posset. Disertior est Apollon. Lex. in βαϑυπέπλων, ante quam glossam excidérat vocabulum βαϑυκόλπων, quod quoque ex Hesychio colligas; vtrique adiungit βαϑυζώνων, et comparat cum ἑλκεσίπεπλος, demissis ad talos ac defluentibus vestibus indutas feminas indicans. Vides βαϑύζωνον convenire cum βαϑύκολπος, βαϑύπεπλος, ἑλκεσίπεπλος, in quibus vtique largioris et amplioris vestis notio subest, cum notatione fere partis, ita vt sit βαϑύκολπος, habens sinum vestis magnum, quia vestis ipsa est ampla. Iam memineris ζώννυσϑαι, esse simpliciter, vestem induere, vestiri; itaque est βαϑύζωνος idem quod βαϑύπεπλος, veste ampla ad pedes defluente indutа. Mirum est, quod Etymologus addit: βαϑυζώνους, βαρβάρων γυναικῶν τὸ ἐπίϑετον. quod certum forte locum respicit, aut Aeschyli Pers. 155. de mulieribus Persarum (vbi Schol. διὰ τὸ κροσσωτὰς ζώνας ἔχειν, an, vt tanto longiores sint vestes fimbriis assutis?) aut, quod probabilius, Odyss. Γ, 154 vbi de captiuis Troianis. Apud Pindarum Χάριτες (pro Musis) sunt βαϑύζωνοι Pyth. IX, 2. Quod si haec a me recte disputata sunt, in confesso erit, etiam εὔζωνον, καλλίζωνον γυναῖκα dictam, non respectu zonae, sed vestitus, quia ζώννυνται qui vestiunt se, et illa est pulcre vestita.

592. χροὶ δ' ἔντε' ἐδύσατο. male illatum ἐδύσατο a Turnebo e Romana, eiecit recte Barnes. In Harlei. superscriptum ἐδύσετο. de quo v. ad Γ, 328. vn. Vindob. ἐδύσσετο.

594. εἴξας ᾧ ϑυμῷ. ξ— quod nunc ϑυμῷ non est τῷ ϑυμικῷ πάϑει, sed τῇ ἐπιϑυμίᾳ. ὑποχωρήσας, ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἀντιταξάμενος. Sch. A. cum Sch. br. Nec tamen assequor, quaenam haec ἐπιϑυμία sit. Verum tenuit homines, quod et ex Sch. B. L. Vict. intelligo, quod irae pristinae nunc non amplius erat locus; itaque aut declarant per πάλαι, ὅτε ὠργίζετο, aut per ἐπιλογισμόν. At recte Clarke monuit εἴκειν ϑυμῷ non esse posse, rationi cedere, sed vsu perpetuo declarare victum ira, abre-

ptum, indulgentem irae, vel alii animi motui et affectui. Sic ſup. 109 *σὺ δὲ σῷ μεγαλήτορι θυμῷ εἶξας*. Scilicet nunc arma ſumſerat Meleager *proprio motu, animi ſui impetu*, concitatus, et paullo ante erat: *τοῦ δ' ὠρίνετο θυμός*. Sic inf. Ω. 42 de leone: *μεγάλῃ τε βίῃ καὶ ἀγήνορι θυμῷ εἶξας* victus adeoque obſequutus, viribus corporis et animi incitatus. *βίῃ καὶ κάρτεϊ εἴκων* Od. N, 443 et al. *οὔτ' ὄκνῳ εἴκων οὔτ' ἀφραδίῃσι νόοιο* Il. K, 122 indulgens deſidiae ac ſtupori. Simile eſt *θυμῷ ἦρα φέροντες*. indulgentes, *εἴκοντες*. Il. Ξ, 132 animi voluntate, non ducum imperio et iuſſu.

τῷ δ' οὐκ ἔτι δῶρ' ἐτέλεσσαν nunc pro ſimplici *ἔδωκαν*. Malim Ionicum *δῶρα τέλεσσαν*, quod tamen nusquam lectum video.

595. *κακὸν δ' ἤμυνε καὶ αὖτως*. Mori *ἠμύνετο αὖτως*, ſic quoque vn. Vindob. *καὶ οὕτως* alius Vindob.

597. *κάκιον δέ κεν εἴη*. Venetus: *χαλεπὸν δέ κεν εἴη*. In Schol. tamen „γρ. *κάκιον*." Etiam Harlei. *κάκιον* vel *χαλεπόν*. Eſt tamen vulgare potentius h. l. Nos dicimus: minus honorificum. In *κάκιον*, vt in aliis comparatiuis, Ionibus media eſt breuis, quae Atticis producta.

598. *ἀλλ' ἐπὶ δώροις ἔρχεο*. Sch. A. „*ἐπὶ δώρων* Ariſtarchus, *ὅ ἐστι, μετὰ δώρων*" ſic quoque vulgatum reddunt Schol. B. L. An recte intellexerint, ex hoc interpretamento non apparet. *ἐπὶ* cum tertio caſu declarat conditionem propoſitam, qua motus et inductus aliquis quid praeſtat. *ἐπὶ μισθῷ*. vt K, 304 *τίς κεν μοι τόδε ἔργον ὑποσχόμενος τελέσειε δώρῳ ἐπὶ μεγάλῳ*; An caſus ſecundus eodem modo dicatur, et an Ariſtarchus librorum aut alia auctoritate *ἐπὶ δώρων* ſcripſerit, quis affirmet?

599. *ἔρχεο*, vn. Vindob. *ἔρχευ*.

600. *εἰ δέ κ' ἄτερ δώρων πόλεμον Φθισήνορα δύῃς* Townl. *δύοις*. ſed alterum Homericum; vt modo ſup. 359 *ὄψεαι, ἢν ἐθέλῃσθα καὶ αἴ κεν τοι τὰ μεμήλῃ*. v. Exc. II, ad lib. E.

601. οὐκ ἔϑ' ὁμῶς τιμῆς ἔσεαι. ξ — „quod nonnulli ſcribebant τιμῆς, vt eſſet pro τιμήεις. vt Φωνῆς pro Φωνήεις. οὐκ ἔϑ' ὁμῶς τιμήεις ἔαν, τιμηϑήσῃ." Sch. A. Accedunt Schol. br. Euſtath. qui, praeter αἰγλῆντα, etiam, καὶ ἐχρῆν μὲν, inquit, οὕτω καὶ Φωνῆντα βέλεμνα παρὰ Πινδάρῳ εἶναι, τὰ Φωνήεντα. ὁ δὲ Φωνεῦντα λέγει, ὡς ἀπὸ τοῦ Φωνόεντα (leg. Φωνέοντα. Apud Pindarum Ol. II, 152 ſunt βέλη Φωνᾶντα. niſi alium locum ante oculos habuit Euſtath. legitur tamen et ibi in codd. Φονεῦντα.) Addit alius Schol. in Ven. A. χρυσὸν τιμῆντα Il. Σ, 475. Poterat adiici Od. N, 128 οὐκέτ' — τιμήεις ἔσομαι et Σ, 160 τιμήεσσα γένοιτο μᾶλλον πρὸς πόσιος τε καὶ υἱέος. Subiicitur tamen in iſto Scholio: οὐκ ἐπείσϑη δὲ ἡ παράδοσις, ſed vſu obtinuit altera lectio, Ariſtarchi auctoritate; et Ariſtarchea appellatur, τιμῆς. Nunc autem diſputatum eſt de vſu et vi caſus ſecundi: quod quis a grammaticis expectaret! cum nihil apertius ſit quam eſſe pro διὰ τιμῆς, vt ſaepe alia, h. e. ἐν τιμῇ ἔσῃ. ſic διὰ αἰτίας εἶναι. διὰ Φροντίδος ἔχειν. cf. quoque ad Ψ, 649. At Ariſtarchus ſupplebat, τιμῆς ἄξιος ἔσῃ. Schol. A. ait eſſe συλλοιϰισμὸν ϰατὰ πτώσεις. Dixerat tamen: Ὁμηριϰὸν δὲ τὸ τιμῆς ἔσεαι, ἀντὶ τοῦ τιμῆς μεϑέξεις, comparatque vſ. 604 οὔτι με ταύτης χρεὼ τιμῆς, ἀντὶ τοῦ οὐ χρείαν ἔχω τήν τε Ἑλλήνων καὶ Ἀγαμέμνονος τιμήν. Acceſſerat Chaeris, laudatis inſuper vſſ. 603. 604. Apertum eſt in his, ſtudium noſtrum grammaticum, in graecis quoque, interdum haud parum doctius et ſubtilius eſſe, quam quod Alexandrini adhibuerunt.

ὁμῶς. Barnes „γρ. ὅμως" quod alienum. E Schol. colligas, etiam ὁμῆς τιμῆς lectum fuiſſe. Emendabat quoque ſic Bentleius; nec male ita dictum eſſet; ſic Ω, 57 εἰ δὴ ὁμὴν Ἀχιλῆι καὶ Ἕϰτορι ϑήσετε τιμήν. Similiter ὁμοίη τιμὴ, Δ, 410 et A, 278. etiam ἰὴ τιμὴ ſup. 319 vbi cf. Obſſ. ὁμῶς tamen per ſe nihil habet, quod reprehendas, dictum vt ἴσον, ἴσα, ἴσως, pariter, aeque: ſic N, 176 ὁ δέ μιν τίεν ἶσα τέϰεσσι. Corrupte laudat

Suidas οὐκέθ' ὁμοίως, recte tamen interpretatur μεθέξεις τιμῆς.

ἀνάλκων aberrant Lipſ. Vrat. A.

603. Φοῖνιξ, ἄττα, γεραιὲ, ξ— „quod ἄττα eſt appellatio nutritoris, quae nulla alia voce reddi poteſt" Sch. A. Similia ſunt in Apollonio h. v. adde Schol. br. h. l. et ad Odyſſ. Π, 31. Heſych. Etymol. Euſtathio, qui etiam Theſſalicam vocem eſſe narrant.

604. οὔ τι με ταύτης χρεὼ τιμῆς. Iam ſupra ad vſ. 75 declaratum eſt, ſubintelligi ἱκάνει ἐπ' ἐμὲ, ἐφικνεῖταί μοι. non indigeo hoc honore. Veteres tamen grammatici accipiunt in Schol. B. L. οὐκ ἀγαθόν μοι, τοιαύτη τιμὴ, quaſi χρεὼ ſit vtilitas, lucrum. Verum vidit alius grammaticus in Schol. br. οὐ χρείαν ἔχω — τῆς τιμῆς. minus bene ſubiungit: καί ἐστι σολοικισμὸς παρὰ πτώσεις. quaſi με poſitum ſit pro μοι. Melius alterum: οὔ τι με ταύτης ἱκάνει χρεία τιμῆς.

Φρονέω δὲ τετιμῆσθαι Διὸς αἶσῃ, h. e. Διὸς μοίρᾳ ex gloſſa Morí et Barocc.

Verſum generoſi ſpiritus bene adhibent Maximus Tyr. diſſ. XVIII, p. 356. et vſſ. 604. 605. Themiſtius XXXI, p. 354.

605. ἤ μ' ἔξει παρὰ νηυσὶν — 606. ἐν στήθεσσι μένῃ. Oratio per hos verſus prorſus turbatur, quae iis exturbatis bene ſibi conſtat; ſunt illi repetiti ex Il. K, 89. 90. Tum ipſa ſententia eſt abhorrens, diſceſſum minatur Achilles, tantum abeſt, vt vsque ad mortem apud naves manere velit. Sed voluit is, qui interpolauit declarare illud: a Ioue etiam id ſe honoris habiturum, vt nec ab hoſtibus, caſtra Achiuorum inuadentibus, 597. 598, ſibi aliquid metuendum eſſe putet.

εἰσόκ' ἀϋτμὴ ἐν στήθεσσι μένῃ, καί μοι Φίλα γούνατ' ὀρώρῃ. Flor. Ald. 1. cum Vrat. c. et vn. Vindob. μένει. et Vrat. b. a m. ſec. ὀρώρει. vn. Vindob. ὀρώροι. Vulgatum tuetur alter locus K, 90. adde Λ, 477. Od. Σ, 132. Antiqua formula: εἰς ὅ μοι Φίλα γούνατ' ὀρώρῃ quamdiu ſe mouebunt genua, pro, dum viuam; peti-

tum a vigore, qui in genubus apud antiquos ſpectari ſolet.

608. *μή μοι σύγχει θυμὸν ὀδυρόμενος καὶ ἀχεύων.* ξ „quod Zenodotus ſcriptum habuit *ὀδυρόμενος κινυρίζων*, h. e. *θρηνῶν*. At ea vox Homerica non eſt, nec perſonae conuenit.“ Sch. A. Idem pergit: „Ariſtarchus autem: *ἐνὶ στήθεσσιν ἀχεύων*“ alterum hoc etiam Schol. Vict. et Lipſ. memorant, cum Euſtathio, et eſt in vno Vindob. At nemo docuit, qua fide vel auctoritate alterutra lectio fuerit ſubnixa. Praeſtat ſententiae vi vulgata.

μὴ μοὶ, vt opponatur *τῷ Ἀτρείδῃ ἥρωϊ*, ſcribere iubent Schol. A. et Vict. Statuerat ſic Ptolemaeus Aſcalonita, cuius Scholion appictum eſt in Schol. A. et Vict. ad vſ. 610. fatetur tamen ipſe, vſum, *τὴν παράδοσιν*, praetuliſſe alterum *μή μοι*.

σύγχη Townl. vitioſe.

610. *οὐδέ τί σε χρὴ τὸν Φιλέειν.* Apud Euſtath. Heſiodus haec eadem ſic extuliſſe fertur: *τὸν Φιλέοντα Φιλεῖν, τὸν δ' ἐχθρὸν ἔασαι.* Verba ſic ſe habent Ἔργ. 342 *τὸν Φιλέοντ' ἐπὶ δαῖτα καλεῖν, τὸν δ' ἐχθρὸν ἔασαι.* In *ἵνα μή μοι* volunt etiam ſcribi *μὴ μοὶ ἀ.*

611. *ὅς κέ με κήδῃ. ὅς κε με κήδει* Cant. Vrat. b. a pr. m. Apollon. in *κήδετο* et Etymol. in *κήδω, Φροντίζω*, vbi docetur *κήδειν* eſſe *ἀνιᾶν*. Ita tamen debebant grammatici ſaltem ſcribere *ὅς τε με κήδει*. Schol. br. cum Euſtath. Etymol. *κήδειν, βλάπτειν, λυπεῖν*. Vocem iam vidimus E, 400.

612. *καὶ ἤμισυ μείρεο τιμῆς.* ξ *ὅτι τὸ μείρεο ἀντὶ τοῦ μερίζω*“ leg. *μέριζε* vel *μερίζου*. Adiicitur ξ contra Zenodotum, quod non h. v. ſed vſ. H, 127 reſpicit, vbi v. Obſſ. Totus tamen verſus rhapſodi ingenium prodere videtur. Sentit quoque mecum Iacobs; vt video.

613. *σὺ δ' αὐτόθι λέξεο μίμνων. λέξεο* a *λέξομαι*, quod alias *λέγομαι*, obſeruante Euſtathio. Cur Phoenicem non dimittat cum ceteris Achilles, eſt *ζήτησις* ap. Schol. A. B. br. Simpliciſſimum erat reſpondere, retine-

ri. eum tanquam nutritorem et familiarem, vt abiturus altero die eum ſecum in patriam reducat.

614, *εὐνῇ ἐνὶ μαλακῇ*. Intulerat Barnes *ἔνι*, male. Retrahi accentus non ſolet, adiectiuo ſequente.

615. *Φρασσόμεθ' ἤ κεν* — ξ „quod non contradicunt haec iis, quae ante vſ. 605 dicta erant; ſed quod Achilles pudore victus ſententiam mutat" Sch. A. Scilicet eſt ea animi ira et ſuperbia tumentis inconſtantia et fluctuatio.

ἠὲ μένωμεν. Cant. Mori. vn. Vindob. Ven. et hoc magis grammatice, *ἤ κε* — *ἠὲ*, quam vulgatum *ἤ κε* — *ἤ κε*.

617. 618. *ὄφρα τάχιστα ἐκ κλισίης νόστοιο μεδοίατο*. ξ „ἡ ἁπλῆ, ὅτι τὸ ὄφρα νῦν ἀντὶ τοῦ ἵνα κεῖται" Sch. A. an vero hoc nouum aliquid et inſolens? Immo vero hoc ſollenne; at illud minus ſollenne, quod, ſi *ὄφρα* eſt *ἵνα*, *vt*, *eo conſilio vt*, non ſubiunctiuo, ſed optatiuo iungitur. v. ad lib. IV. Exc. III, de voc. *ὄφρα*. Mihi tamen omnino dubitandum eſſe videtur, an iſte vſus *τοῦ ὄφρα*, *vt*, hic locum habeat. Quaerendum eſt primo loco, quinam illi ſint, de quibus haec dicta ſint: *ὄφρα νόστοιο μέδοιντο*. Redditur: *„vt citiſſime e tentorio de reditu cogitarent"* ſcilicet ceteri duo, *Vlyſſes et Aiax*. Ita quoque veteres ſtatuunt: ita vt Achilles magna cum inhumanitate et aſperitate iubeat amicos ſuos, modo comiter acceptos, discedere, id quod ſenſui et mori priſcorum hominum repugnat, quoties de honore et reuerentia erga hoſpites aduenas agebatur; etſi altera ex parte iracundiae et ſuperbiae Achillis ſatis conuenit. Videndum itaque an *ad diſceſſum Achillis craſtino die parandum* referri poſſit: *ὄφρα τάχιστα ἐκ κλισίης νόστοιο μεδοίατο. vt ipſi, Achilles et Phoenix diſceſſum quam celerrime parent*, quod tamen minus conuenit, inprimis propter adiectum *ἐκ κλισίης*, quae verba ad Vlyſſem et Aiacem rem reuocant. Reſtat animaduerſio de vſu *τοῦ ὄφρα*, omiſſo *τῷ τόφρα*, vt ſit: *ὄφρα μέδοιντο*, *„interea*

tum a vigore, qui in genubus apud antiquos ſpectari ſolet.

608. *μή μοι σύγχει θυμὸν ὀδυρόμενος καὶ ἀχεύων.* ξ „quod Zenodotus ſcriptum habuit *ὀδυρέμενος κινυρίζων*, h. e. *θρηνῶν*. At ea vox Homerica non eſt, nec perſonae conuenit.“ Sch. A. Idem pergit: „Ariſtarchus autem: *ἐνὶ στήθεσσιν ἀχεύων*“ alterum hoc etiam Schol. Vict. et Lipſ. memorant, cum Euſtathio, et eſt in vno Vindob. At nemo docuit, qua fide vel auctoritate alterutra lectio fuerit ſubnixa. Praeſtat ſententiae vi vulgata.

μὴ μοὶ, vt opponatur *τῷ Ἀτρείδῃ ἥρωϊ*, ſcribere iubent Schol. A. et Vict. Statuerat ſic Ptolemaeus Aſcalònita, cuius Scholion appictum eſt in Schol. A. et Vict. ad vſ. 610. fatetur tamen ipſe, vſum, *τὴν παράδοσιν*, praetuliſſe alterum *μή μοι*.

σύγχη Townl. vitioſe.

610. *οὐδέ τί σε χρὴ τὸν Φιλέειν.* Apud Euſtath. Heſiodus haec eadem ſic extuliſſe fertur: *τὸν Φιλέοντα Φιλεῖν, τὸν δ' ἐχθρὸν ἔασαι.* Verba ſic ſe habent Ἔργ. 342 *τὸν Φιλέοντ' ἐπὶ δαῖτα καλεῖν, τὸν δ' ἐχθρὸν ἔασαι.* In *ἵνα μή μοι* volunt etiam ſcribi *μὴ μοὶ ἀ.*

611. *ὅς κέ με κήδῃ. ὅς κε με κήδει* Cant. Vrat. b. a pr. m. Apollon. in *κήδετο* et Etymol. in *κήδω*, *Φροντίζω*, vbi docetur *κήδειν* eſſe *ἀνιᾶν*. Ita tamen debebant grammatici ſaltem ſcribere *ὅς τε με κήδει*. Schol. br. cum Euſtath. Etymol. *κήδειν, βλάπτειν, λυπεῖν*. Vocem iam vidimus E, 400.

612. *καὶ ἤμισυ μείρεο τιμῆς.* ξ *ὅτι τὸ μείρεο ἀντὶ τοῦ μερίζω*“ leg. *μέριζε* vel *μερίζου*. Adiicitur ξ contra Zenodotum, quod non h. v. ſed vſ. H, 127 reſpicit, vbi v. Obſſ. Totus tamen verſus rhapſodi ingenium prodere videtur. Sentit quoque mecum Iacobs; vt video.

613. *σὺ δ' αὐτόθι λέξεο μίμνων. λέξεο* a *λέξομαι*, quod alias *λέγομαι*, obſeruante Euſtathio. Cur Phoenicem non dimittat cum ceteris Achilles, eſt *ζήτησις* ap. Schol. A. B. br. Simpliciſſimum erat reſpondere, retine-

ri eum tanquam nutritorem et familiarem, vt abiturus altero die eum ſecum in patriam reducat.

614. *εὐνῇ ἐνὶ μαλακῇ.* Intulerat Barnes *ἔνι*, male. Retrahi accentus non ſolet, adiectiuo ſequente.

615. *Φρασσόμεθ' ἤ κεν — ξ* „quod non contradicunt haec iis, quae ante vſ. 605 dicta erant; ſed quod Achilles pudore victus ſententiam mutat" Sch. A. Scilicet eſt ea animi ira et ſuperbia tumentis inconſtantia et fluctuatio.

ἠὲ μένωμεν. Cant. Mori. vn. Vindob. Ven. et hoc magis grammatice, *ἤ κε — ἠὲ*, quam vulgatum *ἤ κε — ἤ κε.*

617. 618. *ὄφρα τάχιστα ἐκ κλισίης νόστοιο μεδοίατο. ξ* „*ἡ ἁπλῆ, ὅτι τὸ ὄφρα νῦν ἀντὶ τοῦ ἵνα κεῖται*" Sch. A. an vero hoc nouum aliquid et inſolens? Immo vero hoc ſollenne; at illud minus ſollenne, quod, ſi *ὄφρα* eſt *ἵνα*, *vt*, *eo conſilio vt*, non ſubiunctiuo, ſed optatiuo iungitur. v. ad lib. IV. Exc. III, de voc. *ὄφρα.* Mihi tamen omnino dubitandum eſſe videtur, an iſte vſus *τοῦ ὄφρα*, *vt*, hic locum habeat. Quaerendum eſt primo loco, quinam illi ſint, de quibus haec dicta ſint: *ὄφρα νόστοιο μέδοιντο.* Redditur: „*vt citiſſime e tentorio de reditu cogitarent*" ſcilicet ceteri duo, *Vlyſſes et Aiax.* Ita quoque veteres ſtatuunt: ita vt Achilles magna cum inhumanitate et aſperitate iubeat amicos ſuos, modo comiter acceptos, discedere, id quod ſenſui et mori priſcorum hominum repugnat, quoties de honore et reuerentia erga hoſpites aduenas agebatur; etſi altera ex parte iracundiae et ſuperbiae Achillis ſatis conuenit. Videndum itaque an *ad diſceſſum Achillis craſtino die parandum* referri poſſit: *ὄφρα τάχιστα ἐκ κλισίης νόστοιο μεδοίατο. vt ipſi, Achilles et Phoenix diſceſſum quam celerrime parent*, quod tamen minus conuenit, inprimis propter adiectum *ἐκ κλισίης*, quae verba ad Vlyſſem et Aiacem rem reuocant. Reſtat animaduerſio de vſu *τοῦ ὄφρα*, omiſſo *τῷ τόφρα*, vt ſit: *ὄφρα μέδοιντο*, „*interea*

dum, donec, hi duo reditum parent, interea lectum Phoenici ſierni iubet."

πυκινὸν λέχος. Apollon. Lex. *τὸ ἐπιμελῶς ἠσκημένον.* ergo, vt ſit dictum, vti *νοῦς πυκνὸς*? *ὁ δὲ Ἀπίων, διὰ τὸ ἐκ πολλῶν ἱματίων τὰ στρώματα συντίθεσθαι.* hoc haud dubie melius. cf. Heſych. ex Apollon. memorantem.

618. *νόστοιο μεδοίατο.* ξ „quod ita dixit pro *νόστου ἐπιμελοῖντο.* Sch. A. *πρόνοιαν ποιήσαιντο, Φροντίσαιεν* Sch. br. antiqua loquendi forma pro parare. Etiam Lat. de reditu cogitare.

τοῖσί δ'. Barnes et h. l.

619. *μετὰ μῦθον ἔειπε.* Lipſ. *θυμὸν* vitio calami, nam Schol. reddit *λόγον.*

620. *Διογενὲς Λαερτιάδη.* Etiam de Aiacis orationis charactere multa cumulant veteres Schol. B. L. Vict. Euſtath. et primo loco Dionyſ. Hal. in Arte 9, 15. (p. 365 R.) Saltem dicendum eſt, eminere in ea, inprimisque in abrupta breuitate, ingenium Aiacis ferox, ſimplex tamen et candidum; quod inprimis, amicitiae priſtinae tam exiguam aut nullam vim ad Achillis animum eſſe, indignatur.

621. 622. *οὐ γάρ μοι δοκέει μύθοιο τελευτὴ τῇδέ γ' ὁδῷ κρανέεσθαι.* Appicta eſt in Veneto ſtigme ξ excidit tamen Scholion; in quo forte *μύθοιο τελευτὴ* melius explicata erat quam in Schol. br. *τὸ τέλος τοῦ λόγου.* eſt legationis conſilium ab Vlyſſe expoſitum.

τῇδέ γ' ὁδῷ. Male grammatici de altera futura legatione cogitant, dum perperam accipiunt: hac prima. vn. Vindob. *τῇδε θ' ὁδῷ.*

623. *χρὴ μῦθον* — Poſt hunc verſum, interpolatione ex Il. H, 373 facta, in codd. Cant. Barocc. Mori. Vrat. A. in marg. ed. Libert. et in Vindob. ſequitur verſus: *εἰπέμεν Ἀτρεΐδῃσ', Ἀγαμέμνονι καὶ Μενελάῳ.*

624. *προτιδέγμενοι.* al. *ποτιδέγμ.* perpetua variatione.

625. *ἄγριον ἐν στήθεσσι θέτο μεγαλήτορα θυμόν.* Laudat locum Galenus de Hippocr. et Plat. plac. III, 2

ſic: αὐτὰρ Ἀχιλλεὺς δεινὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔχει μεγαλήτορα θυμόν., memoriter.

626. σχέτλιος. οὐδὲ μετατρέπεται. Φιλότητος ἑταίρων. μετατρέπεσθαι, quod ἀλέγειν, Φροντίζειν, eſſe vidimus A, 160. Is, qui ἐνθυμεῖταί τι, conuertit ſe, animum ſuum, ad eam rem, ἐπιστρέφεται, μετατρέπεται. reſpicit, curat.

σχέτλιος. bene cum Koeppen poteſt per exclamationem pronuntiari ſeorſum a reliquis, vt mox 628 νηλής. durus ille! Idem οὐδὲ malit accipere οὐ γάρ.

628. νηλής. καὶ μέν τίς τε κασιγνήτοιο Φόνοιο ποινήν. ξ. Duo ſunt Scholia Cod. Ven. A. in quo legitur Φονῆος. Alterum Scholion ad hanc lectionem ſpectat, cum ſtigme: „quod omiſſa eſt praepoſitio et caſus transpoſitus, ἀντὶ τοῦ· καὶ μέν τίς τε παρὰ κασιγνήτου Φονέως. καὶ πρὸς τὸ ἡρωϊκὸν ἦθος (quod caedis rei exulabant)."

In altera lectione Φόνοιο, nec minus eſt ſupplenda alia praepoſitio, ἀντὶ Φόνου, ὑπὲρ, ἕνεκα. In hac Ariſtarchus accipiebat κασιγνήτου pro κασιγνητικοῦ, vt ſup. 563. Idem legebat καὶ μέν τίς γε κ. quod et vn. Vindob. habet. νηλεής. καὶ μήν τις τε ex Euſtath. laudat Barnes. Vulgata recitatur a Schol. Sophocl. Elect. 201. at Φονῆος etiam Bentl. memorat e Schol. quem eſſe Lipſienſem neceſſe eſt. Poteſt tamen ab emendatore proceſſiſſe, inprimis cum ſequatur vſ. 630 καί ῥ' ὁ μέν.

Schol. A. B. L. Vict. Euſtath. narrant de annuo exilio caedis auctori impoſito. Id tamen recentiorum aetatum eſt. Exulat antiquitus iſte ſeu per vitam ſeu donec cum propinquis transegerit aut eos placauerit.

629. ποινήν — Vox antiquis propria de pretio pro caeſo conſanguineo ſoluendo, ad h. l. et ex h. l. a veteribus notatur. v. Schol. br. Heſych. ad h. l. ποινήν, ἔκτισιν. τιμωρίαν τοῦ ἐπιτιμίου. malim, τὸ ἐπιτίμιον. Apollon. ποινή, ἀντέκτισις. κυρίως δὲ, τὴν ἐπὶ Φόνῳ. adde Etymol. Euſtath. pluribus locis. Latius, etſi vſſ. his appoſitis, declarat vocem Suidas ποινὴ λέγεται ἐπὶ μόνης καταβολῆς χρημάτων.

παιδὸς — τεθνειῶτος. „Ariſtarchus τεθνηῶτος.“ vt vbique: cf. Z, 71 eſtque ſic h. l. ſcriptum in Vrat. b.

630. καί ῥ ὃ μὲν ἐν δήμῳ μένει αὐτοῦ, πόλλ' ἀποτίσας. Appictum eſt in Veneto ſignum ϛ nulla alia notatione appoſita. videtur fuiſſe antiſigma περισστιγμένον, quo ſignificatum eſſe aiunt, ſententiam eandem bis redditam eſſe a poeta. Atqui ſic ſexcenties fuiſſet ponendum, tum nec video quid h. l. praecipue ſit iteratum.

Vox αὐτοῦ exciderat cod. Lipſ. et ed. Flor. ſuppleta in Ald. 1. αὐτοῦ eſt ap. Schol. Thucyd. III, 40. qui vſſ. 628. 9. 630. recitat. „αὐτοῦ vel αὐτόθι“ Barnes pro var. lect.

632. σοὶ δ' ἄλληκτόν τε κακὸν τε θυμὸν — ἄληκτον etiam h. l. Lipſ. et alii cum Galeno de Hippocr. et Plat. plac. III, 2. vbi vſſ. 632. 633. adſcripti ſunt. recte vtique, ſi vbique litteras geminatas extrudimus et antiquum morem reuocamus conſtanter. Sic quoque ſup. B, 452. Apud Apollon. Arg. aliquoties occurrit, v. c. I, 1148 vbi cf. Brunck. Sic et variant in aliis, vt ἄλοφος et ἄλλοφος K, 258.

ποινὴν δεξαμένου ad τοῦ δὲ refertur. Eſt tamen ποινὴν δεξαμένῳ non modo in Schol. Sophocl. Electra 212. vbi adſcripti ſunt vſſ. 628—632. ſed et in vno Vindob. et in cod. Veneto; caſu mutato, duriter tamen.

633. 4. εἵνεκα κούρης οἵης. Schol. br. ἤτοι ὁποίας. (ſcripſit ergo οἵης) εἰρωνικῶς. ἢ μιᾶς κούρης. male prius. Iocoſe ſane reſpondet Aiax ad ſenſus noſtros; non aeque ex ſenſu heroicae vitae; iniuria poſita eſt in eo, quod *erepta* eſt puella; redimi poterat culpa *redditione*. Nunc ſepties compenſatur noxa.

634. νῦν δέ τοι ἑπτὰ παρίσχομεν. ξ „quod ex hoc verſu Zenodotus arguitur male ſcripſiſſe ἓξ, ἀτὰρ ἑβδομάτην Βρισηΐδα“ Sch. A. reſpicit ad vſ. 271. 131.

635. ἄλλα τε πόλλ' ἐπὶ τῆσιν. Schol. A. notat ἐπὶ τῇσι legi in omnibus, vt de Lesbicis puellis intelligatur. Reſpicit iterum Zenodoti errorem vſ. 130. 131.

σὺ δ' ἵλαον ἔνθεο θυμόν. Argutantur grammatici, ἵλαον eo pertinere dicentes, vt Achilles quasi diis propitiis aequiparetur; ἵλαος simpliciter est placatus. vt inf. Υ, 178 καί δέ σοι αὐτῷ θυμὸς ἐνὶ Φρεσὶν ἵλαος ἔστω. In ἵλαος nos fugere veram rationem prosodicam, iam dixi ad A, 583. cum et prima et media modo corripiatur, modo producatur; fieri tamen probabile h. l. ἵλεων, duabus syllabis pronuntiatum, olim scriptum esse. Schol. Lipsi. praefixum est ex Villoisoni apographo ἵλεου· μεγαλαφυῶς τῆς ἰωπείας ὁ λόγος μετέχει· θεοποιεῖ γὰρ αὐτὸν διὰ τοῦ ἵλεου. putes fuisse ἵλεον. Legitur tamen idem Scholion in Cod. Victor. vbi est ἵλαον ab Horneio editum.

636. αἴδεσσαι δὲ μέλαθρον. Dio Or. LXXIV, p. 404 laudat Αἴδεσθε δὲ μ.

636. 637. ὑπωρόφιοι δέ τοι εἰμὲν πληθύος ἐκ Δαναῶν. „quia Zenodotus: ἀθρόοι ἐκ Δαναῶν scriptum habebat; quod alienum est, cum de binis agatur." Sch. A. ἐκ πληθύος Ἀχαιῶν est quod alias λαοῦ Ἀχαιῶν, et designat ipsos e populo esse electos ad legationem. Hactenus non male Barnes ait intelligendum esse προλελεγμένοι, κεχωρισμένοι. Versus est ap. Dionys. Hal. Art. 15.

638. κήδιστοί τ' ἔμεναι. Vrat. A. κήδεστοι cum gl. συγγενεῖς. et Lipsi. κύδιστοι, superscr. tamen η. De voce κήδιστος dubitare non licet, nec de eius vsu seu de necessariis seu de carissimis: v. Od. Θ, 581. 2. 3.

640. κοίρανε λαῶν. Mori et vn. Vindob. κοίραν' Ἀχαιῶν.

641. πάντα τι μοὶ κατὰ θυμὸν ἐείσω μυθήσασθαι. ἐείσω est lectio non modo Flor. Ald. 1. sed et Ald. 2. et reliquarum edd. nec mutatum, nisi a Turnebo ex ed. Rom. ἐείσαο. cui nullum aliud praesidium est, quam quod in Schol. A. legitur; ἔν τισι τῶν ὑπομνημάτων διηρημένως ἐείσαο. At ἐείσω codd. meliores omnes, Cant. Mori. Barocc. Vrat. b. c. A. Mosc. 3. Townl. Lipsi. Ven. sicque editum ap. Platon. in Cratylo p. 428. Dionys. Art. l. c. p. 366. Anct. Vitae Homer. vbi vss. 640. 1. ad-

ſcripti ſunt. Din dubitaui, an auctoritati parendum eſſet, quia ἐείσω Atticum eſt; at Ionica ratio poſtulat ἐεί-σαο. Sic eſt ἐγείνατο. θῆήσαο. θῆκαο. ἐδέξαο. ἐβήσαο. et al. Vt tamen obſequerer codd. auctoritati, mouit me exemplum quod recordabar Il. O, 18 σὺ δ' ἐκρέμω ὑψόθεν.

τὸ τι, quod in fronte legitur, πάντα τι μοι vel πάντα τί μοι, ita interpoſitum, magnam moleſtiam facit; alio enim modo ponitur in notis illis οὔ τι, οὔπω τι. σχεδόν τι, et ſimilibus et ſup. 192 ἤ τι μάλα χρεώ. Neque ſatisfacit, quod ſagaciter excogitauit Koeppen: πάντα, (κατὰ πάντα, πάντως) μυθήσασθαί τι κατὰ θυμόν μοι ἐείσαο. In vno Vindob. eſt πάντα δὴ μοι. Barnes coni. πάντα σύ μοι, quod Clarke ait minus eſſe venuſtum; ita vero debebat docere, quomodo alterum eſſet magis venuſtum. Waſſe emendabat τὺ, in ſchedis. Bentl. πάντα τὰ, pro ταῦτα. Poſſunt ſubſtitui plura. praeferrem πάντα γ' ἐμοί aut ſimile.

642. 643. 644. ἀλλά μοι οἰδάνεται κραδίη χόλῳ, ὁππότ' ἐκείνων μνήσομαι, ὥς μ' ἀσύφηλον ἐν Ἀργείοισιν ἔρεξεν Ἀτρείδης, ὡσεί τιν' ἀτίμητον μετανάστην. Verſa haec ap. Cicer. Tuſc. III, 9. *Corque meum penitus turgeſcit triſtibus iris, Cum decore atque omni me orbatum laude recordor.*

ἐκείνων, ὥς μ'. haec eſt lectio edd. ante Ald. 2. hoc eſt Flor. Ald. 1. Rom. cum Euſtathio, qui ὁππότε κείνων memorat, quod etiam in Cant. et Harlei. erat. tum omnium fere codd. praeſtantiorum, etiam noſtrorum, in his Townl. adde Ven. cum Schol. tum Sch. Lipſ. (Ex Schol. B. nihil eſt adſcriptum; Schol. Vict. autem male ab Horneio eſt exſcriptum) Schol. Leid. item Dionyſ. Hal. Art. rhet. ſ. 15. p. 106. Hudſ. Neque ἐκείνου — ὅς μ' quod antea lectum erat, reperitur, praeterquam in Ald. 2. nec conſtat vnde petitum ſit, ita vt ſuſpicio fiat, e correctione profectum eſſe; eſt tamen in vno Vindob. expeditiorem vtique lectionem habet, quam alterum: ἐκείνων ὡς, quod codd. et edd. auctoritas tuetur, ſca.

brum tamen eſt, etſi bene teneo, pluralem pro ſingulari poſitum eſſe. Suſpicabar Homerum ex graeci ſermonis vſu ſcripturum fuiſſe ὧν. ἐκείνων, ὧν μ' ἀσύφηλον ἔρεξε, pro οἷς, ἐν οἷς, δι' ὧν. Vetat tamen hoc nouare conſtans grammaticorum notatio τοῦ ὡς. Heſych. in ὡς. συνήθως· (vulgari more) μνήσομαι, ὡς (ſine μ') ἀσύφηλον ἐν Ἀχαιοῖσιν ἔρεξε. Etymol. in ὡς, vbi tamen per ὁμοίως exponitur; vterque iterum in voc. ἀσύφηλος. Praeiuerat haud dubie Apollon. Lex. ὡς. ibi tamen priora in cod. exciderant. Bentl. malebat: ὁππότ' ἐκείνων μνήσωμ', ὡς μ' ἀσυφ. futurum tamen etiam pro praeſenti poſitum alibi vidimus.

Poſt haec omnia verlorem lectionem nos habere puto e cod. Mori, e quo notatum video ἐκείνου ὡς. vt ſit: ὁππότ' ἐκείνου μνήσομαι, ὡς μ' ἀ. — ἔρεξε.

At ſupereſt alius ſcrupulus, quem hic verſus iniicit, nec Bentleio obſeruatus: ἀλλά μοι οἰδάνεται peccat in digamma: ſiquidem Homericum eſt ϝοιδάνεται, ϝοίδημα. ϝοιδμα. vide tamen Exc. de Digammo. Nec mutat quid in noſtra lectione Galenus, qui verſum excitat de Hippocr. et Plat. plac. III, 2.

643. ὡς μ' ἀσύφηλον ἐν Ἀργείοισιν ἔρεξε. ἀσύφηλον vox antiquata, cuius ſenſum iam ſuo tempore Alexandrini grammatici ex contexto h. l. et Ω, 767 conſtituerunt, eique etymon accommodarunt; multa tentata videbis ap. Etymol. Euſtath. Schol. A. et ad Heſych. h. v. volebat Schol. A. eſſe pro ἀσόφηλος, a σοφός. Probabiliter etymon conſtituunt ii qui a φύλη vel a φῦλον ducunt, vt ſit ὁ μὴ σὺν τῇ φυλῇ διάγων· etſi ſic ἡ prauo vſu illatum eſt. In Schol. Lipſ. ἀσυμφύλως redditur. Conuenit hactenus cum ἀφρήτωρ ſup. 63. reſpondet quoque quod h. l. ſequitur ὡςεί τινα μετανάστην. magna tamen eſt ſententiarum varietas in notione vocis declaranda. Verum audiendus primo loco Apollon. Lex. cui eſt: ἀμαθής. οὐδενός. ἀδόκιμος. cumulant alii cum his alia, Schol. Etymol. ἀπαίδευτος. ἀνόητος. κακός. ἁμαρτωλός. Heſych. ἀσύφηλος. δειλὸς, ψευδὴς, ἀπατεών. Niſi alii ſcriptores ſue-

ſcripti ſunt. Diu dubitaui, an auctoritati parendum eſſet, quia ἐείσω Atticum eſt, at Ionica ratio poſtulat ἐείσαο. Sic eſt ἐγείναο. ϑηήσαο. ϑήκαο. ἐδέξαο. ἐβήσαο. et al. Vt tamen obſequerer codd. auctoritati, mouit me exemplum quod recordabar Il. O, 18 σὺ δ' ἐκρέμω ὑψόϑεν.

τὸ τι, quod in fronte legitur, πάντα τι μοι vel πάντα τί μοι, ita interpoſitum, magnam moleſtiam facit; alio enim modo ponitur in notis illis οὔ τι, οὔπω τι. σχεδόν τι, et ſimilibus et ſup. 192 ἤ τι μάλα χρεώ. Neque ſatisfacit, quod ſagaciter excogitauit Koeppen: πάντα, (κατὰ πάντα, πάντως) μυϑήσασϑαί τι κατὰ ϑυμόν μοι ἐείσαο. In vno Vindob. eſt πάντα δὴ μοι. Barnes coni. πάντα σύ μοι, quod Clarke ait minus eſſe venuſtum; ita vero debebat docere, quomodo alterum eſſet magis venuſtum. Waſſe emendabat τὺ, in ſchedis. Bentl. πάντα τὰ, pro ταῦτα. Poſſunt ſubſtitui plura. praeferrem πάντα γ' ἐμοί aut ſimile.

642. 643. 644. ἀλλά μοι οἰδάνεται κραδίη χόλῳ, ὁππότ' ἐκείνων μνήσομαι, ὥς μ' ἀσύφηλον ἐν Ἀργείοισιν ἔρεξεν Ἀτρείδης, ὡσεί τιν' ἀτίμητον μετανάστην. Verſa haec ap. Cicer. Tuſc. III, 9. *Corque meum penitus turgeſcit triſtibus iris, Cum decore atque omni me orbatum laude recordor.*

ἐκείνων, ὥς μ'. haec eſt lectio edd. ante Ald. 2. hoc eſt Flor. Ald. 1. Rom. cum Euſtathio, qui ὁππότε κείνων memorat, quod etiam in Cant. et Harlei. erat. tum omnium fere codd. praeſtantiorum, etiam noſtrorum, in his Townl. adde Ven. cum Schol. tum Sch. Lipſ. (Ex Schol. B. nihil eſt adſcriptum; Schol. Vict. autem male ab Horneio eſt exſcriptum) Schol. Leid. item Dionyſ. Hal. Art. rhet. ſ. 15. p. 106. Hudſ. Neque ἐκείνου — ὅς μ' quod antea lectum erat, reperitur, praeterquam in Ald. 2. nec conſtat vnde petitum ſit, ita vt ſuſpicio fiat, e correctione profectum eſſe; eſt tamen in vno Vindob. expeditiorem vtique lectionem habet, quam alterum: ἐκείνων ὡς, quod codd. et edd. auctoritas tuetur, ſca.

brum tamen eſt, etſi bene teneo, pluralem pro ſingulari poſitum eſſe. Suſpicabar Homerum ex graeci ſermonis vſu ſcripturum fuiſſe ὧν. ἐκείνων, ὧν μ' ἀσύφηλον ἔρεξε, pro οἷς, ἐν οἷς, δι' ὧν. Vetat tamen hoc nouare conſtans grammaticorum notatio τοῦ ὡς. Heſych. in ὡς. συνήθως· (vulgari more) μνήσομαι, ὡς (ſine μ') ἀσύφηλον ἐν Ἀχαιοῖσιν ἔρεξε. Etymol. in ὡς, vbi tamen per ὁμοίως exponitur; vterque iterum in voc. ἀσύφηλος. Praeiuerat haud dubie Apollon. Lex. ὡς. ibi tamen priora in cod. exciderant. Bentl. malebat: ὁππότ' ἐκείνων μνήσωμ', ὡς μ' ἀσυφ. futurum tamen etiam pro praeſenti poſitum alibi vidimus.

Poſt haec omnia verlorem lectionem nos habere puto e cod. Mori, e quo notatum video ἐκείνου ὡς. vt ſit: ὁππότ' ἐκείνου μνήσομαι, ὡς μ' ἀ. — ἔρεξε.

At ſupereſt alius ſcrupulus, quem hic verſus iniicit, nec Bentleio obſeruatus: ἀλλά μοι οἰδάνεται peccat in digamma: ſiquidem Homericum eſt ϝοιδάνεται, ϝοίδημα. ϝοίδμα. vide tamen Exc. de Digammo. Nec mutat quid in noſtra lectione Galenus, qui verſum excitat de Hippocr. et Plat. plac. III, 2.

643. ὡς μ' ἀσύφηλον ἐν Ἀργείοισιν ἔρεξε. ἀσύφηλον vox antiquata, cuius ſenſum iam ſuo tempore Alexandrini grammatici ex contexto h. l. et Ω, 767 conſtituerunt, eique etymon accommodarunt; multa tentata videbis ap. Etymol. Euſtath. Schol. A. et ad Heſych. h. v. volebat Schol. A. eſſe pro ἀσόφηλος, a σοφός. Probabiliter etymon conſtituunt ii qui a φυλή vel a φῦλον ducunt, vt ſit ὁ μὴ σὺν τῇ φυλῇ διάγων· etſi ſic η prauo vſu illatum eſt. In Schol. Lipſ. ἀσυμφύλως redditur. Conuenit hactenus cum ἀφρήτωρ ſup. 63. reſpondet quoque quod h. l. ſequitur ὡςεί τινα μετανάστην. magna tamen eſt ſententiarum varietas in notione vocis declaranda. Verum audiendus primo loco Apollon. Lex. cui eſt: ἀμαθής. οὐδενός. ἀδόκιμος. cumulant alii cum his alia, Schol. Etymol. ἀπαίδευτος. ἀνόητος. κακός. ἁμαρτωλός. Heſych. αἰσύφηλος. δειλός, ψευδής, ἀπατεών. Niſi alii ſcriptores fue-

runt, qui hac voce vſi ſunt, vix aſſequaris iudiciorum ludibria. Videamus nunc Scholia. Schol. Ven. A. et Victor. ὥς μ' ἀ. ἐν Ἀ. ἔρεξε. ἀντὶ τοῦ ἐπιῤῥήματος. Lipſ. reddit per ἀσυμΦύλως, vt modo vidimus, etiam per adverbium, et Sch. br. ἀσυΦήλως, ὑβριστικῶς. at Ven. A. Vict. reddunt: μετὰ παραλογισμοῦ ἔβλαψεν, fraudulenter; idemque voluit Schol. Lipſ. ὀηλοῖ δὲ τὸ μετὰ λογισμοῦ (leg. παραλογισμοῦ) βλάπτειν. Erit ergo ῥέζειν τινὰ ἀσύΦηλον, pro — ως, *doloſe cum aliquo agere.* Eſt igitur dictum ῥέζειν τινά τι. vt ῥέζειν τινὰ κακὸν Il. B, 195 pro κακῶς. malo afficere.

At vulgo vertunt: *inhonorum me fecit.* arripuerunt hi interpretationem ἀδόκιμον. ἄτιμον. quod vereor vt graecum ſit. ῥέζειν τινὰ ἄτιμον. Euſtath. tamen diſerte: τὸ ἀσύΦηλον αὐτὸν ἐν Ἀργείοις ῥέξαι, ὅ ἐστι, ϑεῖναι, ποιῆσαι. Praeſtat prior ratio, quam ita ſequor, vt cum Schol. br. accipiam, qui me habuit contumelioſe, ὑβριστικῶς, tanquam aliquem aduenam, non ciuem, exulem.

644. ὡςεί τιν' ἀτίμητον μετανάστην. Ven. ὡς εἰ, ſolito more. μετανάστης, μέτοικος. Φυγάς. Apollon. Lex. h. v. ἀπὸ τοῦ νάω, νάσσω. v. Etymol. Heſych. Schol. br.

Verſum laudat Ariſtot. Rhet. II, 2 de Rep. III, 5 vbi ἀτίμητον ipſe interpretatur τὸν τιμῶν (magiſtratuum) μὴ μετέχοντα. Hoc vero Ariſtotelem puto argute potius facere quam vere. Eſt in Homerico loco nihil aliud quam nullo honore, ſed in contemtu habitus. ἄτιμος et ἀτιμία ex Iure Attico nullum hic habet locum. Iterum legitur hoc hemiſtichium Π, 59. vbi cf. Schol. Notum autem quo contemtu habiti fuerint in Graeciae ciuitatibus inquilini. Si loca deſideras, v. collecta a Valken. ad Ammon. II, 7. Idem de praua Euſtathii explicatione τοῦ ἀτίμητος per πολυτίμητος disputat ad Theocr. Idyll. X. p. 230.

645. ἀγγελίην ἀπόΦασϑε, renuntiate. v. ſup. 422.

646. οὐ γὰρ πρὶν πολέμοιο μεϑήσομαι. Barnes memorat μεϑήσομαι e Platonis Hippia p. 371 B. vbi vſſ. 646 —651 recitantur.

647. πρίν γ' υἱὸν Πριάμοιο δαΐφρονος Ἕκτορα δῖον. Haerent grammatici in Schol. br. B. L. in epithetis, et Achillem iis vti aiunt vt vellicet Achiuos Achilles. Nimis ſubtiliter. Poeta, vt ſexcenties vidimus, vtitur epithetis ſaepe tanquam propriis. δαΐφρων eſt h. l. prudens.

649. κατά τε σμύξαι. Sch. A. „Ariſtoteles norat legi quoque φλέξαι." (forte in Commentariis) Scilicet σμύξαι, quod proprie eſt idem quod τύφεσθαι, de fumo, doctius h. l. dicitur, quam φλέξαι. σμύχουσα. καίουσα. Ὅμηρος· κατασμύξαι πυρὶ νῆας Schol. Apollonii III, 761. Theocr. Id. III, 16 κατασμύχων. Schol. σμύχω, τὸ καίω. Grammatici ducunt a σμύζω, vel σμύσσω; immo a σμύχω. De qua voce egit Hemſterh. ad Lucianum. v. ad X, 411. ὑμῆξα, edd. Plat. Hippia l. c. p. 371. Bentlei. totum verſum 649 Κτείνοντ' Ἀ. delet: An credidit eum eſſe ex Platone illatum?

650. τῇ ἰμῇ. Sic et Heſych. vel τῇμῃ. Alii τήμῃ ſcribebant: quod defendit Etymol. h. v. Apud Platon. l. c. ἀμφὶ δέ μιν τῇ ἰμῇ.

651. Ἕκτορ καὶ μεμαῶτα μάχης σχήσεσθαι ὀΐω. Sch. A. τὸ μάχης ἑκατέροις δύναται προσδίδοσθαι. Sane μεμαὼς plerumque aut abſolute aut cum infinito ponitur; etſi exempla ſunt ſecundi caſus, pro *appetens*, *cupidus*, vt N, 197 μεμαότε θούριδος ἀλκῆς. ad quem locum v. Obſſ. et Iuno μεμαυῖα ἔριδος καὶ ἀϋτῆς, E, 732. Praeſtat tamen μάχης σχήσεσθαι. Similis ambiguitas eſt in loco P, 181. 2 ἤ τινα καὶ Δαναῶν ἀλκῆς μέγα περ μεμαῶτα Σχήσω ἀμυνέμεναι περὶ Πατρόκλοιο θανόντος.

652. εἰ δὲ ἕκαστος ἑλὼν — ξ— quod ἕκαστος dictum pro ἑκάτεροι, ſi Vlyſſes et Aiax intelligendi. Niſi malis duo praecones annumerari.

653. σπείσαντες — παρὰ νῆας ἴσαν πάλιν, ἦρχε δ' Ὀδυσσεύς. ξ— „quod et nunc in reditu ἦρχεν Vlyſſes, *praeceſſit*, vt in profectione antea ἡγεῖτο· ſup. 192." Leuicula obſeruatio. Schol. A.

σπείσαντες. in alia Ariſtarchi editione, et in multis antiquis exemplaribus fuit λείψαντες. A. L. Vict. ἀπὸ τοῦ λείβειν. Sane nil intereſt.

654. Πάτροκλος δὲ — κέλευσε. Barnes: „γρ. κέλευε, et 655 ὡς ἐκέλευε," ex marg. Stephani. Sic legitur in ed. Rom. et in Vrat. A. vno Vindob.

656. αἱ δ' ἐπιπειθόμεναι στόρεσαν λέχος, ὡς ἐκέλευσε. Zenodotea lectio fuit στόρεσαν λέχος ἐγκονέουσαι· Schol. L. Vict. In Venetis nil monetur. per ſe ea lectio non mala; niſi ἐπιπειθόμεναι adeſſet. στόρεσαν λέχος ἔστι τάχιστα vn. Vindob.

657. καὶ ἑά τε, ῥῆγός τε, λίνοιό τε λεπτὸν ἄωτον. Conſentiunt omnes grammatici Schol. A. B. L. Vict. Sch. br. h. l. et ad Od. Γ, 349. cum Euſtath. in hoc: ῥῆξαι antiquis fuiſſe τὸ βάψαι, adeoque ῥῆγος τὸ βαπτὸν περιβόλαιον, tum et τάπητα, (inf. K, 156. ad q. l. vide) omninoque τὸ περίστρωμα, vt ap. Apollon. Lex. eſt. Varietas ſcripturae ῥέγος et ῥῆγος, ῥέξαι et ῥῆξαι, eſt inter librarios: v. ad Heſych. et al. etiam in Steph. Theſ.

λίνοιο ἄωτον, οἰὸς ἄωτον et ἄωτος notae ſunt ex Homero et Pindaro pro ipſo lino, ipſa lana. vide vel laudd. ad Heſych. voc. ἄωτος et λίνοιο τε λ. ἄ. ad h. l. et Euſtathius pluribus locis. Apud Callim. H. in Ap. 112 de fonte puro: λιβάδος ἄκρον ἄωτον. vbi v. Intpp. Proprie ἄωτον eſſe exquiſitiſſimum ſui generis, florem, conſtat. Si, quod tradunt, ab ἄω, ſpiro, ductum eſt, videtur proprie eſſe aura, halitus, odor tenuiſſimus. Poſtea ornatui poetico ad periphraſin adhiberi coepit: vt N, 599. vbi cf. Schol. Od. A. ſub f. ex ἄωτου ὕπνου eſt ὕπνον ἀωτεῖν inf. K, 159.

καὶ ἑά τε. aberat τε ab Townl. minus bene.

Ad h. l. Athenaeus II, 9 p. 486 reſpicit, et ex eo arguit inferiore loco fuiſſe linteum, et ſuperiniectum τὸ ῥῆγος, περίστρωμα πορφύρεον. Melius autem h. l. linteum dixeris veſti ſtratae iniectum quam veſtem linteam, tunicam, χιτῶνα, qua induti dormiebant. Erat haec e lana, χλαῖνα vt Od. Γ, 349. 351. Nec aliter puto vocem, λι-

νοῦν περιβόλαιον, esse accipiendam, quam interpretationem imbent Sch. br. vt sit id quod τὸ ῥῆγες circumdatur seu insternitur, inprimis cum λεπτὸν, tenue, illud sit: στόρεσαν ῥῆγός τε λίνον τε iunguntur Od. N, 73. Ad eundem vsum adhibitos esse τάπητας existimo, quos aliis locis videbis memorari: vt Il. Ω, 645. Od. Δ, 298. et paullo inf. Il. K, 156 αὐτὰρ ὑπὸ κράτεσφι τάπης τετάνυστο φαεινὸς. videtur τάπης esse ipsum illud ῥῆγος, vestis tincta purpura, qua insternitur lectus.

660. τῷ δ' ἄρα παρκατέλεκτο γυνὴ, τὴν Λεσβόθεν ἤγε. ξ- „quod Zenodotus legebat: τῷ δὲ γυνὴ παρέλεκτο Κάσιρ', ἣν Λεσβ. Enimuero, addit grammaticus Sch. A. vnde Κάσιρα in Lesbo? nisi insula tum a Caribus habebatur." Supererant plures rationes; poterat mulier iam ante aut vendita aut captiua in Lesbum abducta esse.

662. πὰρ' δ' ἄρα καὶ τῷ. Lips. πὰρ δ' ἄρ' αὐτῷ. „quod non spreuerim" addit Ernesti. non video, qua metri lege.

664. Σκῦρον ἑλὼν αἰπεῖαν, Ἐνυῆος πτολίεθρον. ξ- „quod cum ceteris vrbibus poeta nunc quoque Scyrum insulam ab Achille expugnatam esse memorat. Fuit autem Scyros insula et Scyros, vrbs Lydiae, postea Phrygiae attributae." Haec teneri possunt e Schol. A. interpolato. Nubem poetae loco obduxere seriores post Homerum, οἱ νεώτεροι, cum Achillem puberem in insulam Scyron a matre ductum inter puellas apud Deidamiam, Lycomedis f. delituisse atque hinc ab Vlysse abductum esse narrassent: contra Homeri mentem, sup. 253 et Λ, 765 sqq. qui e Pelei domo discessisse Achillem narrat. v. Notata ad Tzetz. Antehom. 173. et commentat. de sarcophago Homeri dicto. Iam a nonnullis ratio illa inita esse videtur, vt Scyrum aliam quaererent, facileque inuenirent in numero XXIII vrbium ab Achille expugnatarum sup. 328. 9. et Strab. XIII, p. 875. Eo spectat Scholion Ven. A. et Sch. br. Norat quoque Eustath. At Schol. Lips. et Vict. narrant fuisse qui Scyron aliam cir-

ca Aulidem edidiſſent, Alii *Scyrum inſulam* expugnatam tradiderant, quo tempore claſſis ad Aulidem colligebatur, quia *Dolopes* eam tenebant, qui a Peleo defecerant: ἔπλεον εἰς Σκῦρον Δολοπηΐδα. Haec, cum verſu antiqui poetae laudato, habent Sch. Lipſ. et Victor. cum Euſtath. At in Cyprio carmine factum hoc erat Myſia iam vaſtata; reduces enim Achiuos tempeſtas oppreſſit: tum Achilles Scyron appulit: Ἀχιλλεὺς δὲ Σκύρῳ προσχὼν γαμεῖ τὴν Λυκομήδους θυγατέρα Δηϊδάμειαν, ap. Proclum. Non belli iure ſed in pace (εἰρηνικῶς) incurſationem factam alii tradiderant in Schol. br. et al. Iam *Dolopes* Scyrum habitaſſe ſatis conſtat; erant illi e Pelasgis. cf. Not. ad Apollodor. p. 805. vnde Steph. Byz. dicere potuit: Σκῦρον δὲ τὸ μὲν παλαιὸν ᾤκουν Πελασγοί τε καὶ Κᾶρες. Expulerunt Dolopes Scyro Athenienſes: Thucyd. I, 98. Neoptolemum tamen in inſula Scyro educatum ipſe Homerus ſignificauit Il. T, 332 et Od. Λ, 507. 8. *Lycomedis* nomen clarum fuit etiam in Theſei rebus: Plutarch. in Theſ. ſub f. Lycophr. 1324. et Schol. Heſych. in Σκυρία δίκη et laudd. in notis, ideoque etiam ad Achillis res fuit traductum.

Verſum 664 recitat Plutarch. de exil. p. 603 D.

668. πρῶτος δ', ἐξερέεινεν ἄναξ. Vrat. A. ἐξερέην' ἄναξ. vt et alibi peccatur.

669. εἶπ' ἄγε μ' ὦ πολύαιν' Ὀδυσεῦ, — μ' pro μοι. Exempla eliſae diphthongi collegit Barnes ad H, 30. ne putes mutandum eſſe: εἶπ' ἄγε μοι, Ὀ. De πολύαινος cf. Λ, 430.

670. ἦ ῥ' ἐθέλει νήεσσιν ἀλεξέμεναι δηΐον πῦρ, ἦ ἀπέειπε — Sch. A. monet, poſſe et plenam eſſe interrogationem: Ἀχαιῶν, ἦ ῥ' ἐθέλει, num vult? et obliquam: εἰπὲ — Ἀχαιῶν, (εἰ) ἦ ῥ' ἐθέλει. dic, an velit.

ἀλεξέμεναι. Auctoritate codd. Ven. Harl. Vrat. b. A. Townl. Schol. Vict. receptum; etſi Schol. A. addit: ἐν ἄλλῳ· ἀμυνέμεναι, quod vulgatum erat, etiam in Rom. et Euſtath.

Eſt etiam ἐθέλῃ Vrat. b. ferrem ſi εἴ ῥ' ἐθέλοι eſſet.

671. χόλος δέ τ' ἔχει — vulgo lectum languet. In promtu eſt diſtinguere δ' ἔτ', idque eſt iam in ed. Rom. et in Euſtath. probatum quoque Bentleio.

673. Ἀγάμεμνον. Tuentur hoc codd. quod Turnebus induxit ex ed. Rom. Ἀγαμέμνων, lectum erat in Flor. Ald. 1. 2. et ſequacibus. Sic quoque Moſc. 3. perpetua varietate.

674. κεῖνός γ' οὐκ ἐθέλει σβέσσαι χόλον. κεῖνος γ', bene repetiit Wolf. quod Barnes iam dederat et ante eum Henr. Stephanus ex ed. Rom. nunc firmatum per codd. Ven. Lipſ. Vrat. b. Vulgatum erat κεῖνος δ', quod Clarke iterum intulerat, aut ea editio, quam ſequebatur.

σβέσαι cum vitio metri edd. ante Turneb. et ipſi codd. etiam meliores, Ven. c. Schol. Townl. al.

675. σὲ δ' ἀναίνεται ἠδὲ σὰ δῶρα. Schol. br. παραιτεῖται, ἀποφαυλίζων. Od. Θ, 212 τῶν δ' ἄλλων δ' οὔτιν' ἀναίνομαι οὐδ' ἀθερίζω. quod Apollon. Lex. reddit, ἀπαρνοῦμαι. ἀπολέγομαι.

ἠδὲ τὰ δῶρα Townl.

676. αὐτόν σε Φράζεσθαι ἐν Ἀργείοισιν ἄνωγε. ξ „ quod Aſcalonita ſcribere iuſſerat: αὐτὸν σὲ, contra quem diſputat Sch. A. aut forte Herodianus ἐν τῇ Ἰλιακῇ προσῳδίᾳ a grammatico hoc exſcriptus. Poſſe tamen vtrumque recte ſcribi docet Apollon. de Syntaxi p. 142. ſcilicet, prouti aut σὲ aut αὐτὸν acuitur pronuntiando.

ἐν Ἀργείοισιν. Sic codd. ἐν Cant. Harl. Townl. Ven. tres Vindob. Iam in edd. Flor. Ald. 1. Rom. itidem vt in cod. Lipſ. exciderat particula; ſuppleta in ed. Ald. 2. per ἅμα, mutatum in aliis in ἄμ', ita ex correctione lectio edd. nata eſt.

677. ὅππως κεν νῆάς τε σόῃς. In alia Ariſtarchea editione fuit σαῶς, additur: „forte παρὰ τὸ σαωσέμεν, et ἠὲ σαωθῆναι. vti tamen eum quoque altero: σῶον δ' ἀνένευσε.“ Subiectum alterum Scholion: „ἄλλως· Ἀριστάρχος, σοῷς et σαῷς.“ Variauit, vt vides, lectio in ip-

ſis Ariſtarcheis lectionibus; quis igitur veriorem conſtituat! Fuere ſcilicet formae variae, eaeque omnes bonae, v. ad vſ. 393. σοῷς ex σοόω vel σόωμι, et σαῷς ex σαόω vel σάωμι. cum eſſet σοόης et σαόης.

Quod tamen nunc legitur, σόης, non receptum eſt in edd. niſi inde a Barnes; nam edd. omnes, quas vidi, exhibent σόοις, putes nec ipſum hoc male fieri, cum ὅπως promiſcue cum optat. et ſubiunct. ponatur; eſt quoque illud σόοις in Vrat. c. Moſc. 3. doctiorem tamen poſt φράζεσθαι vſum eſſe ſubiunctiui, probabile viſum in Exc. III ad h. lib. at νῆας σώσῃς Mori et Barocc. cum vno Vindob. Barnes σόῃς adſciuerat ex Cant. cui ſubueniunt nunc Ven. Lipſ. Townl. Vrat. A. a. b. itaque hoc retinere placuit. Sic quoque ſup. 424 ἤ κε σΦιν νῆάς τε σόῃ.

678. αὐτὸς δ' ἠπείλησεν — ξ „quod ἠπείλησεν h. l. vulgari vſu poſitum“ Sch. A. ſcilicet quia alibi dictum occurrit pro εὔχεσθαι.

Ceterum vſſ. 678. 679 damnarunt nonnulli ὠβέλισάν τινες in Schol. B. L. Vict. et Euſtath. quod dicta non conueniunt cum dictis vſ. 615 et 646. At Vlyſſes, aiunt, ea tantum nuntiat, quae ſibi ab Achille dicta erant (vſſ. 356. 421. 427) vultque Achaeos, ſpe omni praeciſa, ad pugnam ſe parare. Similia v. in Schol. br. ad 675. Porphyrius ad vſ. 684 appictum in Schol. B. et Leid. (ap. Valk. diſſ. p. 146.) quaeſtionem hanc inter ζητήματα fuiſſe narrat, quae in Muſeo Alexandrino proponi mos fuit. Sane malis grauiora fuiſſe propoſita! Quis a poeta poſtulet, vt ſingula iterum accurate repetita et recocta apponat, quae nunc per ſaturam memorare ſatis erat!

681. ἐπεὶ οὐκέτι δήετε τέκμωρ. ξ „quod ab obliqua ad rectam deflectit Vlyſſes δήετε, εὑρήσετε, pro δήουσι“ Sch. A. Hoc tamen iam ſupra 418 vidimus factum, vnde hi tres verſus repetiti ſunt.

682. Ἰλίου αἰπεινῆς, μάλα γὰρ ἕθεν εὐρύοπα Ζεὺς ⸗ „quod et h. l. est ἡ Ἴλιος“ — et „iterum ἕθεν pro αὐτῆς, vt ἕο. οὗ. v. ad A, 114.

683. χεῖρα ἑὴν ὑπερέσχε, τεθαρσήκασι δὲ λαοί. Hiatus est apertus in χεῖρα ἑήν. Varie tentauerat Bentl. ϝεην, declaratum tamen est Exc. VII ad A, p. 186. fuisse ex ὅς, ϝος, et εϝος, non autem ϝεος. verum iam sup. in loco, vnde hi versus translati sunt, vs. 421 monitum est, scriptum fuisse videri χεῖρά τε ἦν ὑπερέσχε τεθαρσήκασι τε λαοί. quod exaratum erat XEIPA TE FHN.

684—688. — „Quinque hi versus ἀθετοῦνται· ὅτι νεώτεροι τοῖς νοήμασι, (h. e. sententiae redolent vsum et morem recentiorem; non habent χαρακτῆρα antiquitatis: quod ex sensu suo pronuntiare puta grammaticum) καὶ τῇ συνθέσει πεζότεροι, καὶ ὅτι, ὡς ἀπιστησόμενός, μάρτυρας ἐπισπᾶται. Ita Schol. A. et paullo post — καὶ ὅλοι ἀπρεπεῖς οἱ στίχοι. Argumenta per se grauia, quibus tamen ad multos alios versus eiiciendos pari iure vti possis. Mallem criticas rationes adiectas esse, vnde appareret, in primisne exemplaribus e rhapsodorum ore exceptis adfuerint an defuerint versus. Ex iis quae in Ven. A. subiiciuntur et ex Vict. ac Lipс. notata sunt, intelligo, Zenodotum hos versus habuisse, excluso 688 αὔριον, ἢν ἐθέλῃσι. At Aristophanem vna cum Aristarcho reiecisse omnes. Nec quisquam dubitet, esse eos otiosos, et simillimos multis aliis quos a rhapsodis insertos esse suspicari licet; etsi vltra suspicionem quis paullo modestior procedere ausit? Bentleius tantum vss. 684. 685 delebat. Schol. br. agnoscunt versus.

684. ὣς ἔφατ' · εἰσὶ καὶ οἵδε, τάδ' εἰπέμεν, οἵ μοι ἕποντο. Sch. A. notat, posse et sic interpungi. ὣς ἔφατ', εἰσὶ καὶ οἵδε. Ita dixit Achilles, et *eum sic dixisse, sunt hi testes.*

εἰσὶ δὲ οἵδε Lipс. male. τάδ' εἰπέμεν non potuit in Homericis scriptum esse, sed τα ϝειπεμεν. Monuit quoque Bentl.

686. *κατελέξατο. ὣς γὰρ.* Neque hic verſus ex antiquiore lege ita ſcriptus eſſe potuit, cum hiatu; etſi eum h. l. ferrem, ſubſiſtente recitantis voce poſt *κατελέξατο.* Enimuero verſus ſuſpecti ſunt, ex ſup. 427—429 advmbrati; et facile mutari poteſt *τὼς γὰρ ἀνώγει. παρελέξατο* vm. Vindob. peſſime.

688. Si ceteros verſus retineas, hunc ſaltem reiiciendum dices.

689. *πάντες ἀκὴν ἐγένοντο σιωπῇ.* Lipſ. *ἀκῆν*, vt et alibi, cum aliis. De voce dictum ad Γ, 95.

690. *μῦθον ἀγασσάμενοι, μάλα γὰρ κρατερῶς ἀγόρευσε.* ※ — quod aliunde translatus hic verſus eſt; nam *μάλα γὰρ κρατερῶς ἀγόρευσε*, (ſi ad Vlyſſem refertur; at, qui interpolarunt, de Achille acceperant) locum non habet; Vlyſſes enim tantum renuntiauerat mandata: quid in hoc eſſe poterat quod *καταπληκτικὸν* eſſet?" Sch. A. Supra ad H, 398 Scholion adſcriptum erat, verſus 689 et 692 inde huc eſſe translatos. Volebant dicere: repetitos. At v. 690 *μῦθον ἀ.* male translatus eſt ex ſup. loco 431. poſt Achillis verba audita: etſi iam Θ, 29 legitur cum antecedente 689. Poterant ſane abeſſe vterque vſ. 690. 691. et locus conſtitui vt H, 398. 399. poterant tamen nec minus et alter et vterque verſus ſeruari: vt vix eſſet, quod reprehenderes, aut quod ab Homeri more eſſet alienum. Contra a ſimplicitate Homerica, et a grauitate epica, alienum eſſet, variare velle ea quae per ſe omni vi carent et narrandi ordinem tantum continuant. Ceterum vſ. 690 Zenodotus non adſcripſerat, Ariſtophanes autem damnauerat (*ἠθέτει.*) pro quo tamen in alio Scholio Ariſtarchus nominatur.

In Schol. A. etiam: „*γρ. καὶ Φρασάμενοι.* vt eſſet: *μῦθον Φρασσάμενοι.* et in fine: „*γρ. ἀπέειπε.* ſc. ex 431. et habent hoc idem Cant. Barocc. Mori cum vno Vindob. *ἀγόρευε* Harl. Vrat. A. vno Vindob.

691. *δὴν δ' ἄνεῳ ἦσαν. ἄνεῳ* vide ſup. ad 30. Bentl. adſcripſerat: Heſych. *ἄφεος, ἄφωνος.* pro *ἄνεος.*

693. Ἀγάμεμνον. Iterum h. l. Ἀγαμέμνων Flor. et Steph. vt 673. mutauit ſtatim Ald. 1.

694. μήδ' ὄφελες λίσσεσθαι ἀμύμονα Πηλείωνα. Vulgatum in codd. et edd. μὴ ὄφελες. Etiam ſic Venetus; at Schol. „μήδ' ὄφελες, ſic Ariſtarchus" quod vtique γλαφυρώτερον eſt, firmantque codd. Barocc. Mori. Harl. Nec tamen μὴ ὄφελες per ſe ſpernendum, nam ſic et alibi, vt X, 481 ὡς μὴ ὄφελλε τεκέσθαι, et legerant μὴ ὄφελες, ſine δ' Apollon. Lex. p. 27. Philoſtr. Heroic. p. 702. Proprie dictum eſſet ὄφελες μὴ λίσσεσθαι. debebas non ſupplicare. Od. Θ, 312 τὼ μὴ γείνεσθαι ὄφελλον. Saepius tamen et alterum ponitur μὴ ὤφελε. Sic P, 686 λυγρῆς ἀγγελίης, ἣ μὴ ὤφελλε γενέσθαι. Schol. Ariſtoph. Nub. 41. vbi de εἴθ' ὄφελε agit, recitat: μὴ ὄφελες λίσσεσθαι ἀμύμονος Αἰακίδαο.

695. ὁ δ' ἀγήνωρ ἐστὶ καὶ ἄλλως. ξ „quod ἀγήνωρ h. l. in malam partem dictum eſt, ὑβριστικὸς, καὶ διὰ τῆς ἀνδρείας ὑπερπεπτωκὼς, (leg. ὑπερεκπεπτωκὼς. ap. Etymol. eſt ὑποπεπτωκὼς) εἰς ὕβριν. Alioqui eſt ὁ τῇ ἀγηνορίᾳ καὶ ἀνδρείᾳ χρώμενος „Schol. A. Similiter, verſibus his adſcriptis reddit Apollon. Lex. h. v. αὐθάδης, ὑβριστικὸς — quem ante oculos habuere Heſych. Etymol. Schol. br.

ἐστὶ καὶ ἄλλως. „γρ. καὶ αὖτως." Sch. A. At Lipſ. et Vict. „γρ. καὶ αὐτός. τὸ δὲ, ἄλλως, ἀντὶ τοῦ, φύσει. Habet quoque Apollon. Lex. h. v. vbi cf. Toll.

696. νῦν αὖ μιν πολὺ μᾶλλον ἀγηνορίῃσιν ἐνῆκας. Schol. A. L. et Vict.: obſeruant, in nonnullis eſſe ἀνῆκας, et eſſe hoc Homericum: σὺ δ' ἐπὶ τοῦτον ἀνῆκας." Laudant memoriter, quod σοὶ δ' ἔπι τοῦτον ἀνῆκε θεὰ Λ. E, 405. Et Φ, 396 ἦ οὐ μέμνῃ, ὅτι Τυδείδην Διομήδε' ἀνῆκας οὐτάμεναι; et E, 882 ἦ νῦν Διομήδην — μαργαίνειν ἀνέηκε. Adde E, 781. Ξ, 362. Occurrit quoque ἀνιέναι τὸν θυμόν τινος, vt c. Π, 691 vt viciſſim θυμὸς alicuius ἀνιέναι dicitur, vt c. K, 389. M, 307. Si ſic ſcripſere h. l. veteres, neceſſe eſt vt ἀγηνορίῃσιν accepe-

rint διὰ ἀγηνορίῶν, nunc tu eum multo magis concitasti, propter eius arrogantiam.

Vel sic tamen praeferam vulgatum ἀγηνορίῃσιν ἐνῆκας μιν. ἐνιέναι τινὰ εἰς et doctius tertio casu, τῷ θυμῷ, τῇ ὀργῇ, τοῖς πόνοις bene dicitur. vt K, 89 τὸν περὶ πάντων Ζεὺς ἐνέηκε πόνοισι διαμπερές. Sic ἐμβάλλειν εἴς τι. quod commune esset, ἀγήνορα αὐτὸν πολὺ μᾶλλον ἔθηκας, ἐποιήσω. Od. O, 198 ἥδε δ' ὁδὸς καὶ μᾶλλον (nos) ὁμοφροσύνῃσιν ἐνήσει, h. e. εἰς ὁμοφροσύνην. ὁμόφρονας ποιήσεται. Tuentur quoque ἐνῆκας Apollon. Lex. in ἀγηνορίῃσιν et spectat ad h. l. Hesych. ἐνῆκας, ἐνέβαλες. quod et Eustath. habet, etiam Schol. br. ἐνῆκας. αὐθάδη νῦν ἐποίησας αὐτὸν πλέον καὶ ὑπερήφανον.

697. ἦ κεν ἴῃσιν. male multae edd. ἴησιν.

698. τότε δ' αὖτε μαχήσεται. Bentl. et h. l. μαχέσσεται reponit. Legitur tamen vbique per η, μαχήσεται. v. ad A, 298.

699. ὁππότε κέν μιν θυμὸς ἐνὶ στήθεσσιν ἀνώγῃ καὶ θεὸς ὄρσῃ. In Flor. Ald. 1. erat ἀνώγει, quod et libri habent Mosc. 3. Vrat. c. et ipse Townl. idque vitium retinuerunt edd. ex Ald. 1. deductae. Simile vitium erat vs. 606. Emendatum statim in Ald. 2. ficque libri Ven. Vrat. 2. et al. In ed. Rom est ὀρίνῃ. in vno Vindob. ἐνὶ στήθεσσι κελεύει καὶ θεὸς ὄρσοι.

700. ὡς ἂν ἐγὼ εἴπω. Barnes de suo intulerat ἐγών. Vbique est ἐγώ.

701. νῦν μὲν κοιμήσασθε. Vrat. A. κοιμήσσασθε. volnitno κοιμίσσασθε?

702. σίτου καὶ οἴνοιο. Barnes: „γρ. οἴνου καὶ σίτοιο" scilicet ipse fabricator variantum!

704. πρὸ νεῶν ἐχέμεν. laudat Hesych. in πρὸ, esse, ante.

705. καὶ δ' αὐτὸς ἐνὶ πρώτοισι μάχεσθαι. ξ — „quod verba haec audiisse videtur Achilles; nam ad ea respicere creditur Π, 76. 77 οὐδέ πω Ἀτρεΐδεω ὀτὸς ἔκλυον αὐδήσαντος." nihil vidi iesunius! Porro: „ et quod infinitiuus pro imperatiuo in ἐχέμεν et μάχεσθαι." et „quod secun-

dum haec Agamemnon ἀριστεύει in ſequente rhapſodia" Sch. A.

Bentl. verſum delebat, aut ὄτρυνον tentabat. v. Notam ad h. v.

706. οἱ δ' ἄρα πάντες ἐπήνεσσαν βασιλῆες. Harlei. Vrat. b. Ven. vn. Vind. cum aliis ap. Euſtath. ſcribunt ἐπήνησαν. Expediri in his non magis aliquid poteſt quam in μαχήσεσθαι et μαχέσσεσθαι et ſimilibus; nam antiquitus ε pro η erat, ſcribebaturque ΕΠΕΙΝΕΣΑΝ mutatum ε mox in varias formas, et h. l. ab aliis in ησ, ab aliis in εσσ. ἐπήνεσαν multi libri, ipſe Townl. etiam edd. ante Heruag. et Turneb.

708. ἔβαν κλισίηνδε ἕκαστος. vn. Vindob. κλισίηθεν ἕκαστος. perperam.

709. ἔνθα δὲ κοιμήσαντο. „atque ibi obdormierunt" receptum e Cant. Mori. Harl. Vrat. b. Moſc. 3. Townl. Lipſ. Ven. quod iam in ed. Rom. extabat. In edd. erat ἔνθα δ' ἐκοιμήσαντο, cui ſubſtituit Barnes ἐνθάδ' ἐκοιμήσαντο.

EXCVRSVS AD LIBRVM IX (J)

EXCVRSVS I

Particularum ὡς, ὡς ἄν, ὥς κεν, ὡςεἰ, ὡς ὅτε, ὥστε, vſus Homericus.

J, 111—3 ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν Φραζώμεσθ', ὥς κέν μιν ἀρεσσάμενοι πεπίθοιμεν δώροισί τ' ἀγανοῖσιν ἔπεσσί τε μειλιχίοισι. Notata eſt ad h. v. Ariſtarchea lectio πεπίθωμεν. reddenda eſt ratio, cur ea lectio recepta non ſit, videndumque ideo omnino de vſu huius particulae Homerico.

Iam primum ſatis conſtat, ὡς cum *indicatiuo*, *optatiuo* et *ſubiunctiuo* iunctum occurrere, adiuncto modo κεν, modo ſine κεν. Promiſcue hoc vbique et temere fieri nemo dixerit; conſtituta quoque res eſt in Atticis, inprimisque in Comico et Tragicis a Brunckio ſollerter; videamus nunc, quid in Homericis obſeruatum ſit.

ὡς finale, quod appellant, cum de *conſilio certo* eiusque *effectu*, quem ſpectamus, agitur, cum *ſubiunctiuo* iungi, obuium eſt, idque ipſa res poſtulat, eodem iure, quo ἵνα finale: v. c. Z, 258 ἀλλὰ μέν', ὄφρα κέ τοι μελιηδέα οἶνον ἐνείκω, ὡς σπείσῃς, mane dum attulero vinum, *vt libes*. Atque hoc, modo cum ἄν, κὲν, modo ſine alterutro. Il. B, 385 cogitate iam de pugna, ὥς κε πανημέριοι στυγερῷ κρινώμεθ' ἄρηϊ. Θ, 508 ἐκ πόλιος δ' ἄξασθε βόας, — ὥς κεν παννύχιοι καίωμεν πυρὰ πολλά, σέλας τ' εἰς οὐρανὸν ἵκῃ, μήπως — ὁρμήσωνται, ἀλλ' ὥς τις τούτων γε βέλος καὶ οἶκοθι πέσσῃ. Δ, 66. 67. Z, 69.

143. 364 etc. Conuenit fere hic vſus coniunctiui cum ἄν et ſine ἄν poſt ὡς cum more Tragicorum; cum Ariſtophanes contra raro ἄν omittat; docente Brunck. ad Lyſiſtr. 384. 1305.

Etiam ſubiunctiuum exigit oratio, quoties verbum *iubendi, hortandi, ſtatuendi, declarandi* finem, ſeu appoſitum eſt, ſeu ſubintelligitur. Il. A, 558. 9 τῇ σ' ὀΐω κατανεῦσαι ἐτήτυμον, ὡς Ἀχιλῆα τιμήσῃς, ὀλέσῃς δὲ πολλὰς ἐπὶ νηυσὶν Ἀχαιῶν. vbi proprie eſt, *annuere fore vt.* Et cum κεν. A, 32 ἀλλ' ἴθι, μή μ' ἐρέθιζε, σαώτερος ὥς κε νέηαι. Od. A, 86 Nymphae perfer meum iuſſum, de reditu Vlyſſis *vt ille redeat*, ὥς κε νέηται. Et, vbi ſubintelligitur, *volo, iubeo, rogo, vt*, Γ, 166 ὥς μοι καὶ τόνδ' ἄνδρα πελώριον ἐξονομήνῃς. quod Etymologus memorat in ὡς, vt declaret vſum eius pro ἵνα.

Contra quoties in oratione, iprimis obliqua, ὡς ita ponitur, vt ſit potentiale, quod aiunt, vt habeat notionem adiunctam *τοῦ velle, poſſe* et ſimilium, (noſtrum, *daſs er möge, könne, wolle, dürfe*), *optatiuus* locum habet etiam in Homero; cum κεν et ἄν. Il. I, 444 tibi pater me comitem addidit — ὡς ἄν ἕπειτ' ἀπὸ σεῖο — οἰκ ἐθέλοιμι λείπεσθαι: *ita vt nolim. quare nolim.* Etymol. reddit διὸ in ὡς. Il. T, 331 ſperaueram, σὲ δὲ Φθίην τε νέεσθαι, ὡς ἄν μοι τὸν παῖδα — Σκυρόθεν ἐξαγάγοις καὶ οἱ δείξειας ἅπαστα. Od. B, 52 οἳ πατρὸς μὲν ἐς οἶκον ἀπερρίγασι νέεσθαι Ἰκαρίου, ὡς κ' αὐτὸς ἑοὶ δώῃσιν ἄεθλα πατρί, δοίη δ' ᾧ κ' ἐθέλοι, καί οἱ κεχαρισμένος ἔλθοι. Od. Θ, 20 καί μιν μακρότερον καὶ πάσσονα θῆκεν ἰδέσθαι, ὡς κεν Φαίηκεσσι φίλος πάντεσσι γένοιτο, — καὶ ἐκτελέσειεν ἀέθλους. Sic Od. Ω, 80—84. 530. 531. Z, 129. Ψ, 135.

Multo magis, ſi *optantis* verba ſunt: Il. Z, 281 ὥς κεν οἱ αὖθι γαῖα χάνοι. Od. Γ, 346. 7 Ζεὺς τόδ' ἀλεξήσειε, prohibeat, ὡς ὑμεῖς παρ' ἐμεῖο θοὴν ἐπὶ νῆα κίοιτε.

Iam autem ſunt ſententiae, in quibus vtrumque locum habet, vt poſſint eae reddi et accipi vtroque modo certo et incerto, recta et obliqua oratione; ita ambigui-

tas et varietas lectionis exoriri poteſt. Eſt voc. *Φράζεσθαι* ſaepe obuium, ſaepe etiam facile ſubintelligendum, quod inprimis hanc ambiguitatem habet, cum vſus ferat, vt et ſit *deliberare ac videre an*, tum vero etiam, *excogitare, machinari, efficere vt*; Il. O, 234. 5 *νεῖθεν δ' αὐτὸς ἐγὼ Φράσομαι ἔργον τε ἔπος τε, ὥς κε καὶ αὖτις Ἀχαιοὶ ἀναπνεύσωσι πόνοιο.* Od. A, 205 *Φράσσεται, ὥς κε νέηται*, inueniet modos et conſilia reditus, *vt redeat.* Eodem ſenſu *μνᾶσθαι*· Od. H, 191 *ἔπειτα δὲ καὶ περὶ πομπῆς μνησόμεσθ', ὥς χ' ὁ ξεῖνος — ἦν πατρίδα γαῖαν ἵκηται.* vt redeat. Iam ſi in loco, a quo proceſſit disputatio, legitur I, 112 *Φραζώμεσθ' ὥς κέν μιν πεπίθοιμεν*, recte ſe habet, ſi acceperis, *videamus, deliberemus, quomodo, an, eum placare poſſimus.* Sin eſt *πεπίθωμεν*, quod Ariſtarchus legit, erit ſententia, *inueniamus viam et rationem, vt eum flectamus.* Ex quo apparet, cauſſam nullam eſſe, cur lectio recepta mutetur Ariſtarchi iudicio; ſi modo eius eſt emendatio; ſin varie erat ſcriptum aut varie traditum erat, *πεπίθοιμεν* et *πεπίθωμεν*, redit res ad communem infinitarum lectionum fortunam, vt in neutram partem aliquid ſtatui poſſit, ſi antiquior auctoritas defuerit. Nunquam enim in Critices genere hoc dimittendum eſt animo, nos habere fidem certam et tutam in paucis, in plerisque tantum in probabilitate verſari, manere autem innumera, quorum cauſſas ſatis definitas et argumenta ſatis valida non habeamus; de quibus multi perperam pronuntiant, tanquam de exploratis.

Tandem non modo *ὡς*, ſed et *ὡς ἄν, ὥς κεν, cum futuro indicatiui*, pro *vt*. Il. Π, 271 *ἀνέρες ἐστὲ, Φίλοι — ὡς ἂν Πηλείδην τιμήσομεν, — γνῶ δὲ καὶ Ἀτρεΐδης.* vbi apparet eadem vi poſitum eſſe, quam ſubiunctiuus habet; Od. H, 222 *ὑμεῖς δ' ὀτρύνεσθε*, operam date, *ὥς κέ με τὸν δύστηνον ἐμῆς ἐπιβήσετε πάτρης.* Od. B, 168 *Φραζώμεσθ', ὥς κεν καταπαύσομεν.* In his ſane *ὡς* poteſt accipi, qua ratione, quo modo, vt plerumque in Attico vſu ſimili futuri.

Cum verbis *metuendi* iunctum ὡς vel ὡς μὴ, in Atticis obuium, ſequente futuro indicatiui, in Homero non memini, ſed eſt ἵνα μή. v. ſup. p. 407. Nec occurrit ſimile quid ei, quod v. c. in Electra Sophoclis 1457 μήτ' ἐκφοβοῦ, μητρῶον ὥς σε λῇμ' ἀτιμάσει ποτέ *ne metue, fore vt matris proternitas vnquam te contumelioſe habeat.*

Altera ex parte exemplum τοῦ ὡς ἄν cum praeſenti indicatiui: Od. Δ, 672 *nauem parate, vt eum excipiam inſidiis* — ὡς ἂν ἐπισμυγερῶς ναυτίλλεται, εἵνεκα πατρός. quae ſi ad grammaticam rudiorem retuleris, haud mirabor.

Ad vulgarem vſum τοῦ κεν redeunt loca, cuiusmodi eſt Od. Γ, 255 ἤτοι μὲν, τόδε κ' αὐτὸς ὀΐεαι, ὥς κεν ἐτύχθη, ipſe facile aſſequaris, *quomodo* res euenturae fuiſſent, εἰ ζώοντ'. Αἴγισθον ἐνὶ μεγάροισιν ἔτεμεν Menelaus, et ſic alia.

Supereſt vſus τοῦ ὡς *in comparatione*, ſaepe cum *indicatiuo*, etiam cum futuro, vt K, 183 ὡς δὲ κύνες περὶ μῆλα δυςωρήσονται non raro tamen etiam cum *ſubiunctiuo*: Il. X, 93 ὡς δὲ δράκων — ἄνδρα μένῃσι, ὥς Ἕκτωρ οὐχ ὑπεχώρει. Itaque ſi in loco aliquo lectio variat, inter indicatiuum et coniunctiuum, facile iudices coniunctiuum eſſe praeferendum, tanquam exquiſitiore aliquo vſu; quod tamen non faciam, quando *futurum* indicat. cum aoriſto ſubiunct. variat, vt in K, 183. vbi in aliis fuit δυςωρήσωσι.

Pro ὡς eſt interdum ὥςεἰ, ὡς εἰ, ὡς εἴ τε, ὥςεί τε variis modis iunctum: *cum ſubiunctiuo* I, 477 καί με Φίλησ' ὥςεί τε πατὴρ ὃν παῖδα Φιλήσῃ, vbi vulg. Φιλήσει; poſſit et eſſe Φιλήσεἰ pro — σεις. cum *optatiuo*: B, 780 οἱ δ' ἄρ' ἴσαν, ὥςεί τε πυρὶ χθὼν πᾶσα νέμοιτο. Λ, 467. Od. I, 314 et K, 416. 420. Verum haec continentur fere in doctrina vſus τοῦ εἰ, εἴ κεν. v. Excurſ. II ad E, 212. vbi dixi, Homerum pariter vti optatiuo, in his ac ſimilibus et ſubiunctiuo, nec elegantiam vſus Attici eum curaſſe.

Similiter ὡς ὅτε modo cum *indicatiuo*, modo cum *subiunctiuo* iunctum occurrit. Cum *indicatiuo*: B, 210 ὡς ὅτε — βρέμεται σμαραγεῖ πε. Γ, 33. 34. Δ, 130. 1. 452. 3. cum *subiunctiuo*: Ξ, 414 ὡς δ' ὅτ' ὑπὸ βιπῆς πατρὸς Διὸς ἐξερίπῃ ὀρυς. O, 80 ὡς δ' ὅτ' ἀναίξῃ νόος ἀνέρος. Procliue est et in hoc, si lectio variat, praeferre coniunctiuum: E, 501 ὡς δ' — ὅτε τε ξανθὴ Δημήτηρ κρίνῃ. Ξ, 16 ὡς δ' ὅτε πορφύρῃ. Sic quoque O, 263. 4, et 410. Oritur itaque dubitatio de vll. Θ, 538. 9. 340 ὡς δ' ὅτε τίς τε κύων — ἅπτηται — ἐλισσόμενόν τε δοκεύει. postulat enim grammatica aut δοκεύῃ, aut vt seiuncta sit sententia et interposita: ἐλισσόμενον δὲ δοκεύει.

Occurrit quoque ὡς ὅτε cum *futuro indicatiui*, Il. B, 147 ὡς δ' ὅτε κινήσει. dubito an necesse sit κινήσῃ recipere, quum is futuri vsus frequens sit, etiam cum aliis particulis, vt Π, 264 τοὺς δ' εἴπερ παρὰ τίς τε κινήσει. et sequatur ἐπί τ' ἠμύει ἀσταχύεσσιν. etsi antiquo more variari orationem bene teneam, vt in hoc: K, 360. 1. 2 ὡς δ' ὅτ' ἐπείγετον — ὁ δέ τε προθέησι.

Adiectum quoque ἄν, vt Il. O, 170 ὡς δ' ὅτ' ἂν ἐκ νεφέων πτῆται νιφάς.

Nec mirum, ὡς ὅτε variam iuncturam admittere, cum etiam nudum ὅτε, *quando*, iungatur modo cum *indicatiuo*, modo cum *subiunctiuo*; Il. B, 782 ὅτε δ' ἀμφὶ Τυφωεῖ γαῖαν ἱμάσσῃ. Δ, 259. 260. modo cum *optatiuo*: Δ, 263 ὅτε θυμὸς ἀνώγοι. Γ, 216. 54. A, 610: ὅτε ἄν autem cum subiunctiuo iungi quis miretur, cum hoc idem sit ὅτ' ἄν, ὅταν. Verum de his v. Exc. I. ad Il. M. (XII) vbi etiam de εὖτ' ἄν dictum.

Vsus vulgares τοῦ ὡς, etiam in Homero obuii, a me non notantur; monebo tantum, quod plerumque animis excidere video, in ὡς ὄφελον, quod *vtinam* plerumque redditur, ὡς esse *quam*; vt sit *quam, quantopere, debebam! debueram! par erat vt!* Etiam ὡς εὐκτικὸν et ὡς θαυμαστικὸν in Homero occurrere, obseruatum est iam in libb. de particulis, vt in illo: ὡς Ἔριδος ἐκ τε θεῶν ἐκ τ' ἀνθρώπων ἀπόλοιτο! Si ὡς cum indica-

tiuo eſt, *ſiquidem*, *quandoquidem*, poteſt vtique variis modis reddi, *quoniam*, *nam*, *ſcilicet*, ſed graeca ſibi conſtant. Poteſt ſic etiam in *optatiuo* poni, cum ἄν, ſi conditio vel incertum quid ac potentiale ſubeſt; verum redit etiam hoc ad generalia de ἄν et ſine ἄν, v. c. Sophocl. Electra 571. Br. ed.

Monebo quoque verbo de ὡς cum aliis particulis iuncto. Primo ὡς ἄν facile conceſſeris eſſe par τῷ ὥς κεν, ideoque admittere fere eandem iuncturam cum *coniunctiuo* Od. Π, 169 ὡς ἄν — ἔρχησθον. προτὶ ἄστυ et *optatiuo*: Od. Θ, 239 ὡς ἂν σὴν ἀρετὴν βροτὸς οὔτις ὄνοιτο. ita vt tuam virtutem nemo incuſauerit. ſimiliter Od. Ο, 537 et al. Sic quoque Π, 84 πείθεο δ' — ὡς ἄν μοι τιμὴν μεγάλην καὶ κῦδος ἄροιο. Sic quoque ὡς ἂν μὴ, vt Od. Β, 376 ὡς ἄν μὴ κλαίουσα κατὰ χρόα καλὸν ἵκηται. Cum οὐκ et optatiuo iunctum ὡς diuerſam habet notionem: Od. Η, 293 ὡς οὐκ ἂν ἑλπτοιο νεώτερον ἐρξέμεν *quomodo* vix expectares iuuenculam acturam eſſe. In hoc et ſimilibus optatiuus non ab ὡς pendet, ſed a ſententiae obliquae ſeu potentialis vi.

ὥς περ nullam habet difficultatem; ponitur fere ita, vt in medio interiectum ſit, vbique fere diſiunctum: Il. Α, 211 ὡς ἔσεται περ, *quomodo eueniet*. ὡς τὸ πάρος περ. ὡς καὶ ἐγώ περ et ſic alia. Etiam ὥς τε περ Σ, 518. ὥς τε, in Homero perpetuo fere in comparatione occurrit; eodem fere vſu, quo ὡς, *ſicut*, *vti*. iungiturque vel vulgari modo, cum *indicatiuo*, vt Il. Γ, 23 ὥς τε λέων ἐχάρη. Β, 459 ὥς τ' ὀρνίθων ἔθνεα ποτῶνται. vel modo exquiſitiore cum *ſubiunctiuo*: Il. Β, 474 ὥς τ' ἀπόλια πλατέ' αἰγῶν ἀπόλοι ἄνδρες ῥεῖα διακρινέωσιν. Λ, 67. 68 ὥς τ' ἀμητῆρες — ἐλαύνωσι. Ergo quoties variabit oratio, praeferendus erit ſubiunctiuus, vt Il. Ο, 410 ὥς τε στάθμη δόρυ νηΐον ἐξιθύνῃ praeſtabit, et 323 ὥς τ' ἠὲ βοῶν ἀγέλην ἢ πῶϋ μέγ' οἰῶν θῆρε δύω κλονέωσι.

Non niſi duo ſunt exempla vſus pedeſtribus ſcriptoribus ſollennis, vt ſit ὡς cum infinitiuo iunctum: Il. Ι, 42 εἰ δέ τοι αὐτῷ θυμὸς ἐπέσσυται, ὥς τε νέεσθαι. et Od.

P, 21 οὐ γὰρ τηλίκος εἰμί, ὥς τ' ἐπιτειλαμένῳ σημάντορι πάντα πιθέσθαι. Ita nec vsum τοῦ ὡς sine τε cum infinito in Homericis frequentari memini.

EXCVRSVS II

ad lib. IX, (J) 116.

ἀάσάμην. ἀάτη. ἄατος, ἀάατος.

J, 116. ἄασάμην, οὐδ' αὐτὸς ἀναίνομαι. De vocis vi et variata flexione iam dictum est in Obss. Subiungenda nonnulla sunt de *prosodia vocis*, et de eius caussis: in quas iam inquisiuerat Eustath. tum Clarke. Confugiunt ad coniecturas Dawes et Knight, nuper quoque Hermann. de metris Gr. p. 82. 86. Proponam ea quae mihi simplicissima et analoga esse visa sunt; sequantur alii quod iis visum fuerit sequendum esse.

Scilicet fuisse ἄω, forte et ἄτω, βλάπτω, ex analogia linguae sequitur; sunt inde ducta ἄσω. ἄσομαι ἀτάμην. Od. Λ, 61 ἄτέ με δαίμονος αἶσα. Et Il. T, 95 Ate Ζῆν' ἄσατο. Ex praeterito passiuo ἤται, ἄται, ducta sunt ἄτος, (laesus, βλαφθείς) ἄτη. ἀτηρὸς, ἀταρτηρὸς, ἀτάω et sic alia.

Iam ἄω fuit et ἀάω. Θ, 237 τῇ δ' ἄτῃ ἄασας, καὶ — T, 191 ἣ πάντας ἀᾶται. et h. l. ἀασάμην. at inf. 533 ἣ λάθεν ἢ οὐκ ἐνόησεν· ἀάσατο δὲ μέγα θυμῷ Od. Φ, 297. 8 Φρένας ἄασεν οἴνῳ. Od. K, 68 ἄασσάν μ' ἑταροί τε. Il. T, 137 ἀλλ' ἐπεὶ ἀασάμην. Λ, 340 ἐγγὺς ἔσαν προφυγεῖν· ἀάσσατο δὲ μέγα θυμῷ. T, 136 ἄτης ἣ πρώτον ἀάσθην. et sic priore breui μέγ' ἀάσθη Π, 605. T, 113. 136. Od. Δ, 503. Φ. 301.—

Vides in his syllabas easdem modo correptas, modo productas; ex parte, sibilo geminato; quaeritur de caussa. Est apud Pindarum αὐάτη pro ἄτη, P. II, 52. III, 42. haud dubie ex αϝατη. Probabile sit, hoc digamma locum habuisse iam in primitiua forma: αω, αϝω. ααω, αϝαϝω. Hoc ipsum digamma, quod pro ad-

ſpirationis genere erat, duplicatum fuit in multis, eoque ipſo ſyllaba breuis producta; vnde factum *αϝϝασω αϝϝασα αϝϝασαμην*. Ita multiplex forma in Homericis obvia ſubnata eſt; Quod nunc eſt *ἀᾶσαμην*, *ἀϝᾶσαμην*, factum eſt *αϝϝασαμην*, et inde *ᾱᾶσαμην*, et *ᾱᾶσᾶτο*, et *ἀασσατο*. Potuit quoque eſſe *ἀάζομαι*; nihil tamen eſt quod cogat ita ſtatuere. Eſt ap. Heſych. *ἀγάζεσθαι, βλάπτεσθαι*.

Ex iisdem patet, quomodo *ἄτος*, *ἄατος* et *ἀάατος*, in poetarum vſum admitti potuerit. Duplex vocis traditur origo; videri quoque poteſt duplex fuiſſe vocabulum, eadem forma et ſono, ſed etymo et vſu diuerſo. Si Mars dicitur *ἄτος πολέμοιο, ἀκόρεστος*, Il. E, 388. vbi v. Obſſ. et Heſiod. Theog. 714 *Γύγης ἄτος πολέμοιο*, ab *ἄδω*, ſatio, id ductum videri poteſt, et quidem priore breui, *ἀτὸς*, *ἄατος*, *ἄτος* *inſatiabilis*, tumque omnino *ingens*, *immodicus*, *improbus*. cf. Excurſ. I. ad Il. E. Sic enim dictum *ἄσαι Ἄρηα αἵματος* E, 289 vbi v. Obſſ. At alterius indolis eſt *ἄτος*, *exitioſus*, *noxius*, et hinc, *abominandus*, *horrendus*: ab *ἄτη*, *βλάβη*. Audiamus Etymologum: *ἄατος*, *ἄνευ ἄτης. ὃ ἐστιν ἀβλαβής. δύνανται δὲ καὶ ὁ χαλεπὸς καὶ ὁ βλαβερὸς, ἀκούεσθαι. ἴσως καὶ αὐτὸ παρὰ τὴν ἄτην, ἐπιτάσει τοῦ ᾱ. Οὕτω Μεθόδιος.* Adduntur alia ex aliis grammaticis: *ἢ ἀπὸ τοῦ ἄω, τὸ βλάπτω, ἄσω, ἄτος, καὶ ἄατος*. (excidit, *καὶ ἀάατος*.) *ἄγρει καί μοι ὄμοσσον ἀάατον Στυγὸς ὕδωρ.* (Il. Ξ, 271) *ἢ τὸ ἀβλαβὲς ἢ πολυβλαβές· ἀβλαβὲς μὲν τοῖς εὐέρκοις, πολυβλαβὲς δὲ τοῖς ἐπιέρκοις.* Occurrit *ἄατος* apud Apollon. Arg. I. 459 *ταρπνῶς ἐψιόωνται, ὅτ' ἄατος ὕβρις ἀπεύη*. vbi Schol. *ἄχτος, ἢ ἄγαν βλαπτική. τὸ γὰρ ᾱ τὸ πρῶτον ἐπίτασίς ἐστιν. ὡς ἀχανὲς, καὶ ἀτενές.* Alterum *ἀάατον* legitur ibid. Arg. II, 77 *πυγμαχίην, ἣ κάρτος ἀάατος, ἠὲ χερείων*. Et Homer. Od. X, 5 *ἄεθλος ἀάατος ἐκτετέλεσται*. et Φ, 91 *μνηστήρεσσιν ἄεθλον ἀάατον. οὐ γὰρ ὄΐω* — et Il. Ξ, 271 *ἄγρει νῦν μοι ὄμοσσον ἀάατον Στυγὸς ὕδωρ*. Mirationem in his facit prosodiae diuerſitas: quod *ᾱᾶτος* eſt et *ἀᾶτος*. Antiquitus fuiſſe putabimus *ϝᾶτος*, inde *αϝϝατος*, et *αϝαϝϝατος*. Dixi, *ἀτος*, priora breui: quia ex analogia

esse potuit duplici forma: ἄω, ἄσιν. et ἄω, vnde ἀῶ, futurum, quod aiunt, secundum, priore correpta.

EXCVRSVS III

ad J, 251 et 677.

de particulae ὅπως vsu Homerico.

J, 251. *Φράζευ, ὅπως Δαναοῖσιν ἀλεξήσεις κακὸν ἦμαρ.* et inf. 677. *αὐτόν τε Φράζεσθαι ἅμ' Ἀργείοισιν ἄνωγεν, ὅππως κεν νῆάς τε σόῃ καὶ λαὸν Ἀχαιῶν.* Cum antea de ὡς, ὥστε, et cognatis, dictum sit, restat, vt etiam de ὅπως dicam, inprimis cum viri docti, inque iis post Dawesium Brunckius ad Comicum et ad Tragicos, subtiliter de vsu particulae in Atticis praeceperint; videamus itaque quem loquendi vsum poeta Ionicus secutus sit.

Itaque quoties caussa, ratio, finis et consilium agendi, consulendi, sperandi, sententiam constituit, etiam in apodosi, *subiunctiuum* iungi facile expectes: Od. Ξ, 180. 1 *τὸν δὲ μνηστῆρες ἀγανοὶ οἶκαδ' ἰόντα λοχῶσιν, ὅπως ἀπὸ φῦλον ὀλῆται νώνυμον,* — *vt tota stirps exstinguatur.*

Attamen vel sic *optatiuus* locum habet, quoties oratio est indirecta, quam dicimus: Od. Z, 319. *ἣ δὲ μάλ' ἡνιόχευεν, ὅπως ἅμ' ἑποίατο πεζοὶ vt vna incederent.* Ξ, 310. 1. 2 *Ζεὺς ἐμοὶ αὐτὸς ἰστὸν — ἐν χείρεσσιν ἔθηκεν, ὅπως ἔτι πῆμα φύγοιμι.* effugere possem. Il. Φ, 548 *παρέστη οἱ, ὅπως θανάτοιο βαρείας χεῖρας ἀλάλκοι.* si ratio erat directa, fuisset ἀλάλκῃ. Cum sententia interdum vtroque modo bene efferri possit ambiguum esse potest, vtrum adoptandum sit, vt Il. K, 224. 5 *σύν τε δύ' ἐρχομένω καί τε πρὸ ὁ τοῦ ἐνόησεν, ὅππως κέρδος ἔοι* et ἔῃ. vtrumque locum haberet: ἔοι, *quomodo*, ἔῃ *vt sit.*

Quoties *oratio* est *incerta, obliqua, potentialis*, vt aiunt, *cum conditione, sollicitudine, dubitatione, deliberatione*, coniuncta: *optatiuus* siue cum ἄν siue

ſine ἂν ponitur; iungi ὅπως amat cum verbis *Φρονεῖν ὅπως· νοεῖν ὅπως. μερμηρίζειν ὅπως. ὁρμαίνειν ἀνὰ θυμὸν ὅπως.* Verti haec poſſunt ac ſolent per *vt;* proprius tamen ſenſus eſt, *quomodo* aliquid fiat, *diſpicere, proſpicere, curare, deliberare.* habetque adeo locum *modo futurum indicatiui, modo optatiuus.* Sic *optatiuum* videmus ſtatim Il. A, 344 *οὐδέ τι οἶδε νοῆσαι — ὅππως οἱ παρὰ νηυσὶ σόοι μαχέοιντο Ἀχαιοί.* K, 491 *τὰ Φρονέων κατὰ θυμὸν, ὅπως καλλίτριχες ἵπποι ῥεῖα διέλθοιεν μηδὲ τρομεοίατο θυμῷ.* Ξ, 159. 160 *μερμήριξε δ' ἔπειτα — ὅππως ἐξαπάφοιτο Διὸς νόον.* Il. Φ, 137 *ὥρμηνε δ' ἀνὰ θυμὸν ὅπως παύσειε πόνοιο δῖον Ἀχιλλῆα,* et Ω, 680, 1 *ὁρμαίνοντ' ἀνὰ θυμὸν, ὅπως Πρίαμον βασιλῆα νηῶν ἐκπέμψειε.* Sic Od. I, 554. 5. Λ, 228. 478. 9. O, 169. 170. 202. 203. —

Porro de *precante,* Od. Θ, 344. 5 *λίσσετο δ' αἰὲν, ὅπως λύσειεν.* At hoc idem cum ſubiunctiuo: Od. Γ, 19 *λίσσεσθαι δέ μιν αὐτὸν, ὅπως νημερτέα εἴπῃ.* quod Γ, 327 eſt: *λίσσεσθαι δέ μιν αὐτὸν, ὅπως νημερτὲς ἐνίσπῃ.* Dinerſa iungendi ratio cauſſam habet in diuerſo modo vnum idemque cogitandi et eloquendi.

Iungi amat ὅπως cum *Φράζομαι*; conſentaneum eſſe videtur, vt cum *optatiuo* copuletur; ſicque Od. I, 420 *αὐτὰρ ἐγὼ βούλευσα, ὅπως ὄχ' ἄριστα γένοιτο.* atqui formula haec vicies forte recurrit, ſed cum *γένηται ſubiunctiuo.* Sic et ſimilia: Od. A, 76. 77 *περιφραζώμεθα πάντες νόστον, ὅπως ἔλθῃσι.* Sic Od. Γ, 129. N, 365. Ψ, 117. Etiam cum *κεν*, Od. A, 294 *Φράζεσθαι, ὅππως κεν κτείνῃς.* Δ, 545. et cum *aoriſto primo: Φράζευ, ὅπως μνηστῆρσιν ἀναιδέσι χεῖρας ἐφήσῃς* N, 376. Item Il. P, 144 *Φράζεο νῦν, ὅππως κε πόλιν καὶ ἄστυ σαώσῃς.* Niſi tot exempla memorata eſſent, de *σαώσεις* cogitarem, de quo ſtatim videbimus. Quod ambiguitatem in his facit, ſuſpicor hoc eſſe: quod *Φράζεσθαι* eſſe poteſt, *deliberare quomodo fiat* aliquid, *ὅπως γένοιτο*, et idem, deliberato *ſtatuere, conſtituere vt fiat, ὅπως γένηται.* Sic Γ, 110 *λεύσσει — ὅπως ὄχ' ἄριστα μετ' ἀμ-*

φοτέροισι γένηται. Et I, 607 αὐτὸν σὲ φράζεσθαι ἄνωγεν, ὅππως κεν νῆάς τε σόῃς.

Eſt alius vſus τοῦ ὅπως, *prouti*. Sic: Jl. Υ, 242 Ζεὺς δ' ἀρετὴν δ' ἄνδρεσσιν ὀφέλλει τε μινύθει τε, ὅππως κεν ἐθέλῃσιν. *prout voluerit*. At idem Σ, 473 ſpirabant folles, ὅππως Ἥφαιστος τ' ἐθέλοι καὶ ἔργον ἄνοιτο. Quid? quod eadem ſententia per ſubiunctiuum ſine ἄν effertur Od. A, 348. 9 et Z, 189 Ζεὺς δίδωσιν — ὅππως ἐθέλῃσιν ἑκάστῳ.

Praeter coniunctiuum et optatiuum iungitur ὅπως cum *futuro indicatiui*. Non iam loquor de vulgari vſu, quando ὅπως eſt *quomodo, cum, poſtquam*, ſed de iunctura cum *futuro indicatiui* duplici quidem ratione ac via; *alia* vt retineat notionem, *quomodo*, ſic: οὐδέ τι πω σάφα ἴδμεν, ὅπως ἔσται τάδε ἔργα Jl. B, 252. Jl. Δ, 14 ἡμεῖς δὲ φραζώμεθ' ὅπως ἔσται τάδε ἔργα. Et ſic ſaepe: vt Ξ, 3. 61. Υ, 115. 116. *alia* autem, vt reddatur per *vt, eo conſilio, fine, effectu*; Od. A, 56 αἰεὶ αὐτὸν θέλγει, ὅπως Ἰθάκης ἐπιλήσεται. N, 386 μῆτιν ὕφηνον, ὅπως ἀποτίσομαι αὐτούς. Sic ſtatim lib. A, 136 εἰ δώσουσι γέρας — ἄρσαντες κατὰ θυμὸν, ὅπως ἀντάξιον ἔσται, vt ſit par alteri muneri. Conuenit hoc cum Attica ratione, vt in illo: νῦν οὖν ὅπως σώσεις με Ariſtoph. Nub. 1177. et putes, vt ſupra dixi, Jl. P, 144 φράζεο ὅπως σαώσῃς eodem modo legendum eſſe σαώσεις, alterum autem inter ſoloeca eſſe referendum; quod tamen vetant alia exempla ibi memorata quae in Homero nec minus vſum ſubiunctiui tuentur. In hoc tamen futuri vſu, qui per *vt* reddi ſolet, ſi animum aduerteris, videbis, ſubeſſe proprie eundem ſenſum: *quomodo;* vt in illo: αὐτὸν θέλγει ὅπως ἐπιλήσεται, *delinimenta adhibet, quo modo eum ab Ithaca retineat;* quod ſane idem eſt ac, *vt retineat*: quo fere more ἵνα adhibetur, cum proprie ſit quo loco, quomodo. Ad eundem ductum εἰ adhibetur: σὺ δὲ φράσαι, εἴ με σαώσεις A, 83. Adiicitur quoque κεν. Od. A, 269. 270 σὲ δὲ φράζεσθαι ἄνωγεν, ὅππως κεν μνηστῆρας ἀπώσεαι. Sic

etiam μερμηρίζειν, Od. Υ, 28. 29 μερμηρίζων, ὅππως δὴ μνηστῆρσιν ὀναιδέσι χεῖρας ἐφήσει.

Vides, hoc vltimum, vt iam dixi, accedere fere ad vſum Atticorum, de quo poſt Dawes monuit multis locis (v. ad Ran. 378) Brunckius, cum aliis, ὅπως iungi *cum futuro indicatiui*, et, quoties iunctum reperiatur *cum aoriſto* I. ſubiunctiui, loca eſſe corrupta et emendanda; v. c. Sophocl. Ai. 556 ὅταν δ' ἵκῃ πρὸς τοῦτο, δεῖ σ' ὅπως πατρὸς δείξεις ἐν ἐχθροῖς, οἷος ἐξ οἵου τράφης. non δείξῃς, quod ille inter ſoloeca refert. Scilicet in hoc poſitu eſt ὅπως *quomodo*, etſi latine eadem ſententia reddi poteſt, *vt;* quia vtique ſubintelligenda eſt vox alia, a qua ὅπως pendeat, δεῖ σ' ὁρᾶν, ὅπως. vel σκοπεῖν, ὅπως. vel, quod Homericum eſt φράζεσθαι, ὅπως. Nunc ſi ſecundum haec licebit Homerica quoque conſtituere, v. 329 Od. Ξ, *abiit Dodonam*, ὄφρα — Διὸς βουλὴν ἐπακούσῃ, ὅππως νοστήσῃ Ἰθάκης ἐς πίονα δῆμον, neceſſe erit corrigere νοστήσει. eodem modo ac in loco, P, 144. vbi φράζεσθαι adiectum eſt: φράζεο ὅπως σαώσῃς, mutandum erit in σαώσεις, et N, 316 φράζεο, ὅπως — ἐφήσῃς, in ἐφήσεις. In his haereo, an ad elegantiam Atticam ea mutanda ſint. Quid porro faciemus alteri loco Il. P, 713. 4 ἡμεῖς δ' αὐτοί περ φραζώμεθα, — ἠμὲν, ὅπως τὸν νεκρὸν ἐρύσσομεν. ἠδὲ, καὶ αὐτοὶ Τρώων ἐξ ἐνοπῆς θάνατον καὶ κῆρα φύγοιμεν. habemus h. l. tanquam pari vi et vſu iunctum ὅπως ἐρύσσομεν et ὅπως φύγοιμεν, in aliis eſt φύγωμεν. et in altero loco P, 634. 5, vbi iidem fere verſus leguntur: ἠμὲν ὅπως τὸν νεκρὸν ἐρύσσομεν, ἠδὲ καὶ αὐτοὶ χάρμα φίλοις ἑτάροισι γενώμεθα νοστήσαντες. hic alii, γενοίμεθα. Eſt tamen hic aoriſti II. vſus diuerſus ab eo, quem in Atticis obſeruat Brunck. in Lyſiſtr. 1182. 3. 4. in Not. ad Ran. 378. Iuncturae autem duplices et variatae in ipſis tragicis occurrunt.

Vt nunc ad locos, quorum cauſſa haec digreſſio inita eſt, redeam: editur I, 241 φράζευ ὅπως Δαναοῖσιν ἀλεξήσεις κακὸν ἦμαρ. Etſi in optimis codd. eſt ἀλεξήσῃς, iudicium tamen nunc tuto fieri poterit, ex grammatica

ratione melius retineri prius illud *Φράζευ, ὅπως — ἀλεξήσεις.* Alterum autem locum, in quo ſe excipiunt *Φράζεσθαι ὅπως σόῃς κεν*, recte ſe habere ſubiunctiuum, nec neceſſe eſſe, vt ſubſtituamus optatiuum *σόοις κεν*, etſi et hoc bene ſe haberet.

Reſtat *ὅπως μὴ*, quod eodem modo, ac *ὅπως*, ſi eſt *quomodo*, (poſt *Φράζεσθαι* et ſimilia puta) nunquam cum aoriſto I. ſubiunct. vocis vel actiuae vel mediae iungi pronuntiat Brunckius, ſed cum futuro indicat. vel aor. II. ſubiunct. Subintelligitur et in his *Φράζεσθαι, ὅπως μή.* aut ſimile verbum: vt in eo quod laudat Brunck. Lyſiſtr. 704 *κοὐχὶ μὴ παύσεσθε τῶν ψηφισμάτων τούτων* etſi redditur et reddi poteſt, *ne deſinite*, eſt tamen, *Φράζεσθε, ὅπως οὐ μὴ παύσεσθε.* quod et adiectum eſt interdum; vt Ariſtoph. Veſp. 155 *Φύλαττέ θ', ὅπως μὴ τὴν βάλανον ἐκτρώξεται.* Hoc tamen *ὅπως μὴ* in Homericis occurrere non memini; habet tamen parem vſum *τὸ μή πως*, de quo v. dicta Exc. II ad lib. VII. p. 406. 407.

Alios vſus vulgares *τοῦ ὅπως* non memoro; niſi vnum locum Od. Δ, 109 memorabilem eſſe dixeris: *ἐμοὶ δ' ἄχος κείνου, ὅπως δὴ δηρὸν ἀποίχεται.* Eſt proprie, *quomodo* ille tamdiu abeſt, etſi recte redditur: *quoniam*, vel *quod.* Poſſunt haec a me disputata iis, qui grammatica non exigunt, leuia et vix digna, in quibus bonam horam conſumſerim, videri; neque iis, qui ad ingenium fingendum et mentem bonis ſententiis rerumque notitiis ornare volunt, auctor ſim, vt in his otium conſumant; ad conſtituendam tamen lectionem ſaepe vidi hanc grammatices partem eſſe difficillimam.

EXCVRSVS IV

de vſu Homerico particulae ὁπότε.

J, 698. τότε δ' αὖτε μαχήσεται, ὁππότε κέν μιν θυμὸς ἐνὶ στήθεσσιν ἀνώγῃ καὶ θεὸς ὄρσῃ. Varietas lectionis in hoc verſu, etſi ad ſenſum non magni momenti, eſt, cum et ἀνώγει, κελεύει, ὄρσοι, legatur, particulae tamen ὁπότε vſum trinis modis variare videmus, cum ſubiunctiuo, indicatiuo et optatiuo. Quo animaduerſo ſatius viſum eſt, vt particulae huius vſum ad hunc librum adhuc ſubiicerem, ne in hac particularum claſſe aliquid neglectum eſſe videri poſſit.

